



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
*Andover-Harvard
Theological Library*



Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA
ECCLESIAE SÆCULÆ ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ulla EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLOM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTEM SIMILIS, PRETHI EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES LATINA PRIOR.

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE LATINÆ
A TERTULLIANO AD INNOCENTIIUM III.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ANTI-GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS REPERATA, QUOAD PRIMAM SERIEM VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PRÆTERITUM INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TRADITA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEM ET QUINQUE VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE NERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETHI HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLI-TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETHIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EANDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ LATINÆ TOMUS LXXXIV.

SANCTI ISIDORI, HISPALENSIS. EPISCOPI.

TOMUS OCTAVUS ET ULTIMUS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER,
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIINA.

BR

60

•M4

t.84

ABRLEDAJH
JOOOZ YTHVH

SÆCULUM VII. ANNUS 686.

SANCTI ISIDORI,

HISPALENSIS EPISCOPI,

OPERA OMNIA,

ROMÆ ANNO DOMINI MDCCXCVII EXCUSA,

RECENSENTE FAUSTINO AREVALO,

QUI

**ISIDORIANA PRÆMISIT; VARIORUM PRÆFATIONES, NOTAS, COLLATIONES, QUA ANTEA
EDITAS, QUA TUNC PRIMUM EDENDAS, COLLEGIT; VETERES EDITIONES
ET CODICES MSS. ROMANOS CONTULIT :**

NOVA NUNC ET ACCURATIORI EDITIONE DONATA PRETIOSISSIMISQUE MONUMENTIS AUCTA :

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

—————○○○○—————
TOMUS OCTAVUS ET ULTIMUS.
—————○○○○—————

VENIUNT QUATUOR VOLUMINA. 28 FRANCIS GALLICIS.

**EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISIINA.**

1862

ELENCHUS

OPERUM QUÆ IN HOC VOLUMINE LXXXIV CONTINENTUR.

SANCTUS ISIDORUS, HISPALENSIS EPISCOPUS.

<i>Fr. A. GONZALEZ, publicæ Matritensis bibliothecæ præfecti, Præfatio.</i>	col. 9
EXCERPTA CANONUM.	
I. — De institutione Clericorum.	23
II. — De institutionibus Monasteriorum et Monachorum, atque ordinibus Pœnitentium.	25
III. — De institutionibus Judiciorum et gubernaculis rerum.	45
IV. — De institutionibus Officiorum et ordine baptizandi.	51
V. — De diversitatibus Nuptiarum et scelere flagitiorum.	63
VI. — De generalibus regulis Clericorum cæterorumque Christianorum et regimine principali.	73
VII. — De honestate et negotiis principum.	77
VIII. — De Deo et de his quæ sunt credenda de illo.	79
IX. — De abdicatione Hæreticorum et usibus eorum.	81
X. — De Idololatria et cultoribus ejus ac de scriptis pacis et muneribus missis.	85
CONCILIA.	87
Græcorum Concilia.	93
Africæ Concilia.	93
Galliæ Concilia.	179
Hispaniæ Concilia.	237
EPISTOLÆ DECRETALES viginti episcoporum, nempe, Damasi, Siricii, Innocentii, Zosimi, Bonifacii, Cœlestini, Leonis, Flaviani, Petri, Hilarii, Simplicii, Acacii, Felicis, Gelasii, Anastasii, Symmachi, Hormisdæ, Joannis, Vigilii, Gregorii.	301
<i>Dissertatio historico-critica in veram et genuinam Collectionem veterum Canonum Ecclesiæ Hispanæ a D. Isidoro adornatam, auctore CAROLO DE LA SERNA SANTANDER.</i>	627
Indices Rerum.	849
	913

ALPHABETUM
JORDIS YTBIVM

EDITORIS PATROLOGIÆ MONTUM.

Si quis interrogaverit, quomobrem Operibus S. Isidori sequentem canonum collectionem subjunxerimus, ultro fatebimur, inter viros eruditissimos, de hujus collectionis auctore assignando, nunc usque vario Marte fuisse pugnatum, nobisque ideo ancipitis originis monumenta facilem prætermittendi patuisse viam. Quam tamen ne amplecteremur, duplex nos causa impolit: prima, quod hanc litem non indignam judicaverimus quæ sub iudicio lectoris reponeretur; altera, quod immensam traditionis catholicæ catenam in nostro *Patrologiæ cursu* complexuri, tam pretiosis Antiquitatis ecclesiasticæ reliquiis lectorem fraudare religioni habuerimus. Cæterum eruditissimam de hac canonum collectione dissertationem Caroli de la Serna Santander ad calcem tomi exhibebimus.

LECTORI BENEVOLO.

Quod Ecclesia ac respublica Hispana iustissime sibi vindicabant, quod tribus abhinc sæculis eruditissimi viri enixe quæsiverant, quod communibus optimorum omnium votis diu fuerat exoptatum, quod religionis sanctæ decus rectaque morum disciplina summo opere desiderare videbantur, id omne hodie una hac legitima canonum Collectione, ex probatissimis atque pervetustis Codicibus deprompta, et nunc primum in lucem edita perfectum absolutumque existimamus. Cum enim de litterarum republica optime meriti viri, Ambrosius de Morales, Joannes Baptista Perez, Joannes Vazquez de Marmol, Garsias Loaisa aliique quamplurimi ad reconditum hunc veritatis thesaurum patefaciendum viam sternere cœpissent, mirum certe, si eorum studia sint adeo susque deque habita, nullus ut ad finem usque præcedentis sæculi illum aperiendum atque in bono lumine collocandum tentaverit. Ecclesiam toto terrarum orbe diffusam opimus fructus colligere oportebat: nam dum falsa pro veris, apocrypha pro genuinis, supposititia pro legitimis monumenta edebantur, innumera Christiano populo, plurima rectitudini, maxima fidei puritati damna irrogata sunt. Sed et gens Hispana majus sibi commodum ac ornamentum conciliare poterat, dum ea purgabatur labe quæ ei perperam et injuste iniusta erat ab extraneis quibusdam, illam apocryphas decretales epistolas in jus canonicum invexisse, eas promulgasse atque fovisse asseverantibus. Quot quantique in tradenda fidelibus morum disciplina errores! Quantæ in rebus pene omnibus ad Ecclesiam verique Numinis cultum pertinentibus abusio! Quanta in sacramentorum administratione incuria! Horret animus meminisse, et hæc omnia a seculo IX ad nostram usque memoriam falsariis litterarum apostolicarum corruptoribus aut potius inventoribus ea tribuere non desistet. Ut autem ea qua par est diligentia et utilitate præclarum hocce opus nocturna diurnaque manu possit evolvi, quæcunque studiosis viris ejus penetralia introspicere volentibus lucem afferre possint summis tantum labris degustare curabimus. Penes eruditos de aliis lis erit: nos editorum solummodo partes agentes susceptum munus explendum statuimus, rationem de omnibus quæ perspeximus et vetustissimi exhibent Codices reddituri.

Antiquas canonum collectiones Græci, nonnullas paulo post obtinuerunt Latini. Collegerunt illi canones suos, et usque ad nonum sæculum quinque numerant collectiones, quarum postrema Photii nomine circumfertur ac *Nomocanon* appellatur. Ipsarum commentatores existisse plurimos liquet, quos inter Joannes Balsamon, Joannes Zonaras et Alexius Aristenus prædicandi. Congessere Latini Nicænos ac Sardicenses canones. Probabile satis est hos solum ab ipsis observatos usque ad concilium Chalcedonense, post ejus celebrationem quæcunque in Orientalibus collectaneis continebantur canonicæ regulæ Latino sunt sermoni donatæ. In Codicibus et Paschali Quesnellio editis hujus collectionis characteres et signa desideramus. Dionysius, vulgo Exiguus, Scythia natu, Romanus autem civis, rogatus ab amico, ut ipse sit, aliam confingendam suscepit et edidit sub initium sæculi sexti; cui aliud subtexuit opus, in quo quæcunque ex Romanæ Ecclesiæ scriptis educi poterunt pontificum epistolas summa diligentia recensuit. Tantam deinde sibi ea collectio in catholica Ecclesia conciliaverat auctoritatem, ut *Codex canonum* ab omnibus fere nuncuparetur. Amplectebatur eam Gallicana Ecclesia: Ecclesiæ Germanica atque Italica illam recipiebant; Anglica vero, cum eam quæ sub nomine Theodori archiepiscopi Cantuariensis evulgabatur magno prosequeretur studio, post hujus viri obitum illam etiam quæ Hibernica dicitur secuta est.

Veniamus jam nunc ad Hispaniam. Prioribus Christianæ religionis sæculis tot tantæque furentes persecutionum procellæ in hac regione et exortæ et exagitæ sunt, ut, nisi qui historia ecclesiasticæ volumina nedum a limine salutaverit, nullus sit qui earum recolens memoriam non contremiscat ac lamentetur. Postquam vero perniciosissimam stragem in ultimas terras amandare visum est omnipotenti Deo, doctrinæ morumque severitate, synodorum celebratione, et quamplurimum virorum sanctitate et litteris Hispania splendescere cœpit. Tria solummodo concilia, Eliberitanum nempe, Cæsaraugustanum, et Toletanum primum, constat sæculo quarto celebrata: verisimile tamen est alia quoque ea tempestate existisse concilia. Lusitanum quoddam innunt Toletanæ primæ synodi Patres canone primo; aliud Cordubæ ab Osio congregatum proferit synodicus a Justello editus libellus: alterum anno 352 habitum commendat D. Joannes a Ferreras, sancti Athanasii auctoritate munitus; quoddam demum Toleti quatuor annis ante eam quam primam nuncupamus synodum, editum fuisse eruditissimus P. Henricus Florez multis iisque gravibus rationum ponderibus ostendere conatur. Hispaniam, ferventi in disciplinæ ecclesiasticæ observantiam ardore pollentem, quæcunque ad hanc sartam lectamque servandam opportuna atque aptiora videbantur præstitisse, quis in dubium revocare ausit? Osianæ, toto orbe celebræ Osius, illicque Hispani comites episcopi, qui Nicænæ ac Sardicenses synodis interfuerunt, harum et præcedentium Ancyritanæ, Neocæsariensis atque Laodicenæ acta atque decreta ad omnem Ecclesiam attentione suis sedibus ac diocesis minime evulgassent? Dum Illineri tuæ, Cæsaraugustæ et Toleti congregarentur Hispani præsulos, plurimasque rectissimas sanctiones proferrent, verisimilitudinis metas transgressus existimabitur quispiam. Codicem canonum ex nostrorum concilio-

rum statutis, et paulo post ex extraneorum vel Orientalium decretis eo tempore conflatum arbitretur? Verum et proximas Gallias in eundem scopum collinasse compertum est, dum quædam Hispanorum subscriptiões in primo Arelatensi concilio perleguntur.

Priorem hanc in nostra regione fuisse canonum collectionem conijcimus, eamque postmodum subsequen-
tibus annis auctam, uno volumine comprehensam, ac in ecclesiarum gazophylaciis reconditam censemus. Hujusce nostræ opinionis monumenta desiderantur? Perlegat quisquis plures in nostris conciliis sanctiones Nicæni, Sardicensis, Regiensis et Valentini in Galliis decretis apprine consentaneas. Conferat, Noet, eruditus quisque canonem vigesimum synodi Bracarenensis primæ cum decimo tertio Sardicensis: Herdonsis concilii doctrinam de monachis ex Agathensis et Arelatensis statutis depromptam consulat. Titulum undecimum concilii Tarraconensis, quæsumus, exquirat, et in ea incidet in calce prærita verba: *Canonum autem omnia Gallicanorum de his constitutione servata*. Ubiorem autem segetem colligere poterit quicumque in concilio Bracarenensi primo eum sermonem scrutetur: *Relecti ex Codice coram concilio tam generalium synodorum canones quam localium*, etc. Anno 540 callebat Hispania synodi Chalcedonensis decreta, ut ex decimo Barcinonensis primæ canone luce clarius apparet: Bracarenensis etiam secundæ synodi præfatio consulatur. Nulli clericis canones ignorare licitum esse quamplurima ex nostris conciliis testantur testimonia. Quoniam autem pacto canones discere, in ipsis intelligendis ac in promptu habendis operam navare potuissent ecclesiasticæ militiæ ascripti viri, ni illorum abunde exstarent Codices quibus edocerentur? *Diaconus alba inatus Codicem canonum in medium proferens capitula de conciliis agendis pronuntiet*, scribitur in concilio Toletano iv. *Dum de ecclesiastica regula tractaremus antiquos canones relegentes*, exculpit concilium Valletanum tit. 4. Quid plura commemoremus? Extra omnem maueat dubitationis aleam Hispanos a remotissimis temporibus propria canonum collectione gavisos.

Sed non defuere qui dixerint priorem illam, qua gloriamur, Dionysii Exigui fuisse collectionem. Verum enim vero aliqua quæ ex ipsis conciliis deprompsimus monumenta hujus viri ætatem præcessere: præterquam quod magnum inter eas discrimen vel unius oculi ictu sollicitus animadvertet scrutator. Nostra canones apostolicos et apocryphos respuebat, Dionysianis summis illos ut legitimos laudibus extollit. Nostratis propria erat Græcorum conciliorum versio, Dionysius alia versione usus fuerat. Quæ Dionysiam suscipere nationes nullam aliam autem nonum sæculum redigere tentarunt, nos sub ipsius centuriæ linem, quam Martinus Turonensis, Bracarensisque metropolitanus protulit, admisimus. Qua de causa hujusmodi collectionem, quæ Excerptorum nomen obtinuit, S. Martinus expromere curasset, in præfationis verbis concilio Bracarenensi in insertis atque ab ipso met episcopo prolatis certo certius apparet. Ex quatuor et octoginta coalescit titulis, quorum sexaginta et octo primum locum obtinentes de episcopis et clericis, reliqui vero de laicis disserunt. Non Græcorum canonum litteram aut de verbo in verbum translationem in illis collectaneis aut excerptis perquiras, mentem solum ac sensum multaque uno contenta titulo ecclesiastica statuta reperias.

Aliam demum nacta est Hispania canonum collectionem, concilii Toletani quarti tempore exaratam, uti omnes consentiant eruditi. Fuerit necne hujus auctor Isidorus Hispalensis, qui synodo præfuit, adhuc sub indice lis est, cum affirmantis et negantis sententiæ plerumque critici proferant fundamenta. Ea tamen præ cæteris nobis arridet, quæ sanctum doctorem methodum ad eam conficiendam, ordinem in exarandis conciliis et epistolis decretalibus servandum, atque ad ipsius quoque ævo incrementum rationem præseripsisse recenset. Dissidentes inter sese eruditorum omnium opiniones hocce pacto conciliare contendimus.

Itaque germana, legitima ac Hispaniæ Ecclesiæ quodammodo propria evasit canonum collectio, quam subsequenti a Patribus in synodiis atque a pontificibus in epistolis edita decreta amplificaverunt. Augelatur posteriori tempore scriptis mandata ecclesiastica disciplina: unde in omnibus fere nostris Ecclesiis Codices asservabantur, quorum maximum numerum nec Mauricia per tot sæcula incuria, nec morum necessaria corruptio, nec inevitabilis ac bellorum comes ignorantia, nec carthophylacum incuria, nec tempus ipsum prorsus delere valuerunt. Non eam collectionem esse quam *Codicis universæ Ecclesiæ* satis alieno titulo protulit Justellus, non illam quam amplissimo *Codicis antiquissimi Ecclesiæ Hispaniæ* nomine donavit Cajetanus Cenni, non illam demum quam eminentissimus Josephus Sæenz de Aguirre Hispalensi præsulati sancto Isidoro addidit, quæque excerpta tantummodo canonum vel indicem præfert, non harum quædam genuinam, nostram ac veram fuisse collectionem manifestum apparet. Quod si testimoniis opus est, unum præ omnibus in medium afferre liceat: ipsum hoc quod edimus exemplar.

Mirari satis non possumus præfatoris eminentissimum sanctæ Balbinæ titulo cardinalem collectionem illam quæ Isidori Mercatoris seu Peccatoris nomine circumfertur, quamque plurimis epistolis suppositiis et spuris obstrusam videmus, erudito præsulati ac eximie pio Isidoro Hispalensi affixisse, atque in suæ sententiæ explanationem conjecturas solum et levia coacervasse fundamenta. Miramur rursus eum adversæ opinionis graviores rationes una hac refellere curasse, qua nimirum omnia credit quæ in canonum collectione aut sancti doctoris tempore posteriora aut indecora et rudi calamo exculpta sunt, ab alio quopiam auctore exarata. Si eminentissimus ille vir Codices nostros et perlegisset, et investigasset, omne propositum suum in nihitum cecidisset. Faciliusne erat cum eruditissimis viris collectionem, quæ Toletani concilii quarti temporibus peracta est, sancti præsulati opus proprium asserere, illiusque postmodum exemplar quoddam a falsario homine vitiatum? Quid aliud, quæsumus, iunere cogebatur Aguirrius, dum conciliorum ac epistolarum decreta usque ad Hispalensis synodi æram a sancto docto. e collecta, quæcumque vero dein in canone constant ab alio subintroducta testatur?

Isidori Mercatoris collectio neque ex Hispania ortum duxit neque Hispani hominis opus fuit. Nullus octavi vel noni sæculi scriptor, aut Hispanus aut exter, hujus Mercatoris aut potius falsarii mercium venditoris meminisse invenitur. Nullum in chronicis Geranicis et inter Hispanos receptis illius Isidori, sed nec Pacensis ab anno 511 usque ad 754 vestigium exstat. Virum et episcopum tantæ apud nostrates auctoritatis, qui octoginta episcoporum et aliorum sacerdotum rogatu collectionem canonum aggressus est et complevit, ab omnibus ejus ævi scriptoribus silentio prætermisum quis credat? Nec octoginta illi episcopi in Hispaniis assidua clade ac persecutione exagitatis adesse poterant: quamobrem superius memorato Isidoro Pacensi, qui Chronicon illud breve regum Gothorum ac Saracenorum scripsisse fertur, ea collectio merito attribui non potest. Nullum antiquum atque germani operis characteribus insignitum Codicem, qui eam Isidori Mercatoris collectionem exhibeat, in nostra regione reperire fas est, ut aiebat prædecessor noster illustrissimus V. Franciscus Perez Bayer in notis ad Nicolai Antonii vetorem Bibliothecam, asseverabat eruditissimus P. Andreas Burriel, nosque post multas diligentissimas investigationes pleno ore profitemur. Genuinam patriæ nostræ collectionem asservarunt omnes fere Ecclesiæ: omnia autem illius suppositiis scripta perire? Ubiam inter antiquissima monumenta ulla istius memoria persistit? Quodnam fuit octoginta episcoporum, quorum auctoritate compellebatur inventor, de ipsa judicium? Quorum ecclesiastico costu, quibus titulis, in

quoniam Ibericæ diuisionis ciuitate aut provincia juris publici facta est? Cur ab initio sæculi noni ad decimum usque finem multi legitime nostræ post tot bellorum excidia permansere Codices, nullum omnino illius figmentis contextæ collectionis exstat volumen? In re solis luce clariori diutius immorari non libet. Qui plura congerere velit eruditos exteros adeat, Baluzium in præfatione ad dialogos Antonii Augustini, Blondellum in prolegomenis Pseudo-Isidori; nostros adeat Dominicum Lopezium de Barrera, Andream de Burriel, aliosque critices legibus probatissimos scriptores.

Sed et illa suo pondere corrui sententia quæ auctorem hujus collectionis Isidorum episcopum Setabiensem (a) affirmabat. Præsul hic cuiusdam monachi ope usus illud opus circa finem sæculi octauo congressit, euulgauit, ac tandem anno 805 e vita excessit, ut innuit his pene uerbis clarissimus uir D. Laurentius Ramirez de Prado in opere, quod Chronicon appellatur atque sub Juliani Toletani nomine eddit. Proh deliramentum! Julianus Quirico in episcopatu successit anno 680, et de prædicti Setabiensis Isidori operibus ac morte centum quindecim annis postquam sepultus est testimonium perhibebat?

Commentitius itaque fuit Isidorus ille, indebitæ gloriæ Mercator, ac certe Peccator, qui sancti doctoris Hispalensis nomine ornatus est, qui præfationem ex capite 46 lib. vi Etymologiarum desumptam suo uitauit ac exculpit ære, quique rectum quoddam exemplar canonum ex Hispania in Gallias inuexit, corrupti, deturpauit. Nullus aderat ea æstate locus, quo eximii doctoris nostri doctrina, uirtutes et fama non peruenissent. Occasionem arripuit uerus ille antiquitatum ecclesiasticarum deprauator: occasio patronos ac Mæcenates fecit credulos probosque viros, præsertim Riculphum Moguntinum, qui primus falsis monumenti collectionem in Germaniam induxisse fertur: occasioni fauebant rerum publicarum status, sæculi ignorantia, bella, imperiorum excidia, sordida quorundam hominum luca, honorum in aliis nimis studiosa atque lacrymabilis ambitio. Blanditiis alliciebant Pseudo-Isidoriana commenta; nullus eorum refutationem aggrediebatur: silebant populi, clerus in canonem referebat, Ecclesiæ præsules obmutuisse uidebantur. Tantam igitur inter tot nationes, inter tot alioqui rectissimos viros, post tot tempora auctoritatem sibi conciliasse collectionem istam mirari quisque desinet, si miseram æui noni conditionem animo evolvere non detrectet. Et eam tenebat Germania? et Italia tenebat? et tenebant Galliæ? et totus pene Oriens tenebat? Et tenuit tandem post multa sæcula felix Hispania? Hispania profecto nunquam illam in suum contulisset gremium, si pretiosissimos ecclesiarum suarum thesauros perscrutari, tineam ac puluerem ex uetustissimis membranis excutere uoluisset. In malam, eia, lucem abeant quicunque Isidori Mercatoris compilationem uel in Hispania confectam, uel Hispani hominis exstitisse partum aut asserere aut excogitare potuerint.

Canonum obseruantissima atque adeo tenax nostra regio fuit, ut ineunte sæculo undecimo ex Latino in Arabicum sermonem eos uertere curauerit. Cum enim totam pene Hesperiam Mauritaniam occupassent, cum ejus uernacula lingua post sæcula perlisset, cum disciplina ecclesiastica in præcepta rueret, tanta exstitit Vincentii cuiusdam presbyteri diligentia, ut canonum collectionem Arabico idiomati donaret, atque ad usum nobilissimi episcopi Joannis Danielis die decima septima Octobris, æra 1087, Christi uero 1049, completeret, quo sub Maurico jugo oppressi Christiani rectam fidei ac morum doctrinam facilius memoria retinerent. Hujuscæ Arabicæ collectionis exemplar membranaceum, cuphicis exaratum litteris, ipsa uetustate in quibusdam uel mutilum uel oblitteratum, foliis 435 constans, quodque nosmetipsi conspeximus ac e uolimus, in Escurialeensi bibliotheca inuenit D. Michael Casiri, qui eam Latinam fecit, notis illustrauit, atque ipsius transcriptum ad Matritensem hanc perduxit bibliothecam. Contulerunt dein istam versionem D. Elias Scidiac, Siro Maronita, ac D. Paulus Lozano, qui ex autographo folia, titulos ac integras periodos deficere uidentes ex Codice Vigilano supplere non sunt dedignati. Faxit Deus ut quamuis operosa, ac maximis peragenda impensis, Arabica, reapse nostra, canonum collectio publicam tandem aliquando lucem aspiciere ualeat. Ipsa namque pium rectumque Hispaniæ in canonibus addiscendis zelum et studium luculentissimis ostendet argumentis, hæcque quam olimus collectionem, si fides adhuc necessaria est, firmabit roborabitque. Vincentii presbyteri uota imitari uoluit Joseph El Ssahir Bil Tabib El-Merxum El-Me-sii, ecclesiæ Alexandrinæ præfectus, anno 1398 ad sacerdotii honorem promotus, qui Paraphrasim Græcorum canonum Arabicæ, sed non ita feliciter, tradidit. Ineultum stylium, fastidiosas repetitiones, sensum non satis aptum in ea percurrens.

At nostram jam orationem reuocat quæ nunc edicitor genuina canonum Hispania Collectio. Formam ac methodum ex concilio Toletano quarto obtinuisse nuper affirmauimus: aliarum postmodum in conciliis subsequentiibus et in Romanorum pontificum epistolis editarum sanctionum additione auctam nullatenus dubium erit. Hinc factum est ut nonnulla legere liceat in quibusdam Codicibus quæ in aliis desiderantur, et omnia usque ad ejusdem concilii æram in omnibus contineri, ut in unoquoque nostræ editionis loco adnotatum lector respiciet. Accuratissima autem fide custoditi Codices illi aliis olim transcribendis deserviebant, sicque evenit ut quamuis nullus sæculo nono transcriptus ad nostra usque tempora peruenisse inueniatur, sæculo tamen decimo exaratos Codices ante oculos habeamus. Dolebant piissimi uiri ueteribus solum membranis mandatam fidei ac morum disciplinam ex hominum memoria delendam; pietas eis stimulus addidit: codicum transcripta meti-ati ac adepti sunt. Asservabant monasteria, ecclesiæ retinebant, nullus perquirendos cogitabat. Quid? fluxit tandem uere nobis aureum sæculum decimum sextum, quo omnem scientiarum et artium doctrinam excolebant Hispani, antiquissima rimabantur monumenta, atque ad summum usque uerticem ueluti perennem eruditionis fontem conscendere cupiebant. Maximum hic honorem exhibendum iudicamus Petro de Marca, qui primus in suis opusculis lib. 206 ad caput secundum post concilium Chaleodonense de nostro canonum Codice ista uerba faciebat: *Priorem illam (collectionem) hæctenus ignotam ex Codicibus duobus manuscriptis monasterii Ripullensis in Catalonia, fauente Numine, erulam hic explicamus.* Explicuit certe: at perillustri huic archiepiscopo Parisiensi, collectionem ipsam non Hispaniæ solummodo Ecclesiæ propriam, sed et Romanæ, Gallicæ atque Africanæ communem exstitisse affirmanti, minime placet consentire. Auctor nobis est Petrus Coustant in præfatione ad Epistolas Romanorum pontificum, numero 134. Cum Parisiensis antistes morem fuisse Latinis symbolum Constantinopolitanum publice recitare autumasset; si nullam, nisi Hispanam Ecclesiam, ab anno 589 et 633 illud prædicasse monstramus, nonne collectionem in hac regione factam, atque quotidiano usu receptam jure merito concludemus? At qui istud ostendere nihil negotii est. Galus sæculo octauo, Romanos multo serius ritum hunc admisisse constat. De Gallia quidem testimonium perhibet Valafridus Strabo, dum cap. 22 eos symboli hujus cœnendi usum nec ante Caroli Magni æuam, nec nisi post Felicis Urgelitani damnationem amplexos esse testatur. De Romanis uero fidem facit Berno Augiensis idemque testis oculatus lib. de Rebus ad Missam pertinentibus cap. 2. Quem Afri morem tenuerint nulla nos monumenta docent; sed eos collectione nostra, uti hæc

(a) Isidorum hunc eminentissimus Aguirre, Ramirez et eruditi alii uiri Setubensem dixerant. Qui Hispanorum conciliorum subscriptiones attente perlegat nostram correccionem satis aptam deprehendat

illa est, Gallicanis Hispanisque synodis referta functos non esse evidentius est, quam ut probationibus indigeat. Propriam igitur Hispaniæ fuisse collectionem istam præfixa ipsi demonstrat præfatio: præterquam quod, ut alia mittamus, sola Iberia dierum inscriptionem per æras tunc annumerabat, nullum ad Hesperiam attinens decretum omissum deprehenditur, et nullibi tanta tamque commendatiora abundant antiquissima illius exemplaria. Dum magnificum nunquamque satis laudandum erigebatur sancti Laurentii Escorialensis monasterium, dum rariores ad ejus construendam bibliothecam libri exquirebantur, dum abditissima quæque latibula explorabant Ambrosius de Morales et Benedictus Arias Montanus, tunc hujus nostræ germanæ canonum collectionis exemplaria faustissimo quasi fato, veluti de cælo emissa, apparere visa sunt. Ambrosii præcipue studium posteris semper erit commendabile, qui Codicis Alveldensis seu Vigilani aggressus descriptionem, quam nunc autographam videmus, sua eam manu scripsit, complevit, hac via ad publicam cognitionem perventurum volumen illud pretiosissimum perpendens. Veruntamen, o fallaces hominum spes! o incerta vota! Hispanos pseudo-Isidorianæ compilationis auctores fuisse, vel eam ex hac regione originem duxisse pervulgabant externæ gentes: hac nota inurebamur: Ambrosius de Morales, Joannes Baptista Perez, Joannes Vazquez del Marmol, præstantissimique alii viri ad detegendum commune errorem facem præferabant: hanc nos, prohi dolor! silentio nostro extinximus: extinximus? imo vero injustam et execrandam labem confirmare videbamur.

Antiquitatum studium præcedenti sæculo avidius excoli cœpit, cumque reconditiores explorarentur anguli, plures inventi fuere præter omnium expectationem canonum Codices. Eorum inventio erexit protinus mentem doctissimi prædecessoris nostri D. Blasii Nasarre, qui omnium quoiquot haberi poterunt transcriptionem literis mandavit, qui propriis eos observationibus collustravit, ac inter sese conferendos statuabat; morte tamen præreptus minime perficere valuit. Omnes ipsius annotationes perspeximus ac commendamus. Anno dein 1798 istius collectionis editionem meditabatur antecessor itidem noster illustrissimus D. Petrus Ludovicus Blanco, ejusque rationem ac formam in specimine typis mandato protulit. Magnificentissimam, inquam, meditabatur editionem, æneis figuris exsculptam, omnium quæ in Vigilano Codice exstant regum, scriptorum, arborum, venientium, etc., informibus imaginibus cælatam; cui perficiendæ immensæ pene ærarii opes minime sufficere potuissent. Cogitabat etiam omnia prout in Codicibus leguntur verba, menda orta ex scriptorum ignorantia, et quæ sensum quandoque variant vel incertum reddunt, omnesque, prout inscribuntur vel in medio periodi vel etiam dictionis, *majusculas*, ut aiunt, litteras graphicæ exactissimeque in jus publicum proferre. Laudamus viri fidem: eam tamen nos nullatenus fregisse credimus, si rectam orthographiam, si periodorum divisionem, si litterarum vocibus consentaneas substituere non dubitavimus. Excellentissimo et perillustri ex honorum omnium laudibus, ac de militari, ecclesiastica et litteraria republica optime merito D. Petro de Silva et Meneses eadem nobiscum fuit mens, idem consilium. In excudendis libris, qui assidue evolendi sunt, communi utilitati ac parcimonie consulendum arbitrabamur, si fidelissima, prout licuerit, omnibus numeris absoluta, ad archetypum exactiora, non impensissima, non mendis referta, non confusa aut implicata volumina lectoribus traderentur. Eo pacto collationem Codicum autographorum, qui regio jussu huc advecti sunt, Matritensis bibliotheca anno 1806 conciliendam aggressa est: variantes eorum lectiones animadversione dignas designabat, annotationes lus rabat a prædecessoribus prælibatas, rimabatur commentaria, ecclesiasticas sanctiones in quibusdam aut muti as aut commistas ex aliorum Codicum lectione veræ fidei restituebat, dum Toleti ex eminentissimi cardinalis de Scala mandato duos antiquos, qui in ea metropolitana ecclesia asservantur, Codices cum transcripto hinc misso eruditissimi D. Emmanuel Ipola, reverendissimi P. Fr. Laurentius Frias, ordinis sancti Augustini Eremitæ, D. Raimundus Fernandez de Loaisa et D. Balthasar Fernandez conferebant. Cum autem dubia quædam orientur, in Toletanam urbem iter fecimus, atque ejusdem R. P. Frias auxilio et eruditione subliti Codices illos denuo evolimus, et quæ obscura ac incerta fuerant in bonam lucem redigere studuimus. Tum Gothica, Hispana potius et antiqua canonum collectio, quæ conciliorum statuta continet, anno 1808 typis regis mandata fuit. Illa tamen ipsius collectionis pars, quæ Romanorum pontificum decreta complectitur, atque nunc excussa est, propter notissimas publici regiminis ac imperii vicissitudines usque ad præsens tempus mansit in scriptis.

Si jam decretorum methodum et ordinem, si conciliorum uniuscujusque provinciæ vel regionis divisionem, si unam scriptorum mentem perpendere velis, præcipuam ac notabilem in Codicibus varietatem nusquam comperies: quos vel sæculum, vel ignorantia, vel indiligentia errores pepererunt operæ pretium est animadvertas. Uno tantum evoluto canonum vetusto Codice, summam rei canonicæ, inventum auro pretiosius, rarissimam margaritam adeptos gloriabantur critices et eruditionis homines versatissimi. Quid nunc Hispanis peroptandum superest cum plures antiquissimos canonum Codices videre, contrectare, introspicere, conferre et edere contigerit? Utinam, dum hæc scribimus, ex alio nos terræ tractu duxisse ortum ostendere possemus, ut felicissimæ huic Iberiæ regioni quam maximo debemus obsequio gratulareremur, utque omnis a nobis amoveretur immeritarum laudum invidiosa suspicio. Sed nescit patriam verum; ante irrefutabile Codicum tribunal sistimus: illorum auctoritatem ac præstantiam commendat antiquitas, qua major hucusque non exorta est: mutuum illorum inter sese in præcipuis convenientiam lector annotabit. Illud autem silentio præternitere non possumus, Codices nostros non in una aut duabus hujus regni provinciis, sed in disjunctis ejusdem regionibus, diversimode custoditis tabulariis, alios in liberis populis, alios in oppidis oppressorum jugo subjacentibus asservatos. Iisdem consentaneos Rivipullenses illos, quos vidit Petrus de Marca, ecclesiæ item Suessionensis, ecclesiarum demum Laudunensis, Noviomensis atque Bellovacensis Codices (si in tribus his tres etiam spurias epistolas in Isidori Mercatoris officina cusas excipias) Hispanis fere in omnibus similes esse critici viri litteris prodiderunt. Evidens hinc deduximus testimonium ad collectionis nostræ debitam justamque commendationem. In positis longius civitatibus, inter tot tantasque vicissitudines, inter alternos dynastiarum huc illuc dominantium terminos, in disparibus hominum sententiis, illæsi, uniformes, æquales et integri Codices permanserunt. O mirabile undequaque portentum! Nemo profecto de illorum jam fide usquam dubitabit.

Quamnam in Codicum collatione ac editione secuti simus methodum in sequentibus articulis exhibemus

1. Alveldensis seu Vigilanus Codex exemplar præcipuum seu archetypum fuit. Variantes aliorum lectiones, suis distinctæ numeris, in foliorum line adnotatae sunt.
2. Cum Alveldensis Codicis lectio aut inutilis, aut superabundans, aut æquivoca, aut obscura, aut erronea deprehenditur, recta ex aliis Codicibus desumpta est, perpetuo in calce notata.
3. Litteras unius organi facile inter se, vocales autem *e* in *i*, *i* in *e*, *o* in *u*, *u* in *o*, commutabant scriptores. Sic *baptisma*, *subscripcionem*, *nubius*, *neglegentium*, *elegantur*, *catechumini*, *Aurilianense*, *adolatores*, *peccatum*, *adulescentuli* aliaque similia inscribebant. Diphthongi illis ignote erant; periodorum divisio uniusque

nonnunquam apparet : paucae aut nullae describuntur orthographicae notae. Quae litterae ac notae competebant, exaratae in hac nostra editione reperientur. Sed et illud est animadversione dignum, unum Codicem inter sese non saepe saepius cohaerere : qui nunc *baptisma* exhibet *baptisma* postmodum pinxit, *intelligendum* prodit qui antea *intelligendum* inscribebat : quapropter vel ex ipsis Codicibus nos rectam scripturam desumpsisse certum est.

4. Fere semper scribunt Codices *mici* pro *mili*, *cateizati* pro *catechizati*, *nicilominus* pro *nihilominus*, *irrationabiliter* pro *irrationabiliter*, *contatio* pro *collatio*, *communicare* pro *communicare*, *anticus* pro *antiquus*, plurimaeque hujusmodi. In rectam orthographiam omnia haec et similia transduximus : ratio operis sic suadebat ; praeterquam quod in ipsis quoque Codicibus et vel in uno Codice rectam aliquoties verborum scripturam deprehendisse terque quaterque promulgamus.

5. Tituli quandoque in ipsas canonicas sanctiones inserti sunt ; separavimus : nulla inter has aliquando divisio fit ; distinguimus : repetita adsunt verba in quibusdam locis oscitationis causa ; expunximus : transposita in aliis existunt decreta ; in propriam sedem restituvimus. Verum nihil horum nostro perfecimus arbitrio : Codices ipsi ansam praebuerunt : annotationes nostras consulentibus constabit.

Excerpta Canonum, quae indicem dixerunt alii, decem comprehensa libris, in Codicibus praescribuntur. Cum eminentissimus Aguirre et Cajetanus Cenni haec edita posteris reliquissent, ea iterum iterumque repetere in animo non fuit. Sed cum nostris illorum comparisonem instituente nimiam inter utraque differentiam animadvertimus, atque ea correctae et castigatae in jus publicum tertio emittere coacti sumus. Exceptorum auctorem pluribus post sanctum Isidorum annis vixisse rudes et inconsoni versu, synodorum longe posteriorum inscriptio, verborum et argumentorum quaedam inordinatio, sanctionum inconcinnitas, obscurusque quandoque sensus patefaciunt.

Praefationem ex cap. 16, lib. vi Etymologiarum sancti Isidori deprompsit sive sanctus doctor sive quisquis alius extiterit collector. Integrant praefationem totum pene caput illud sextum praefert : quae vero verba ad rem inopportuna videbantur ex praefatione scriptor expunxit. De vocibus autem illis : *Quorum etiam gesta in hoc corpore condita continentur*, instituta est inter eruditos quaestio, num praefatio caput illud Etymologiarum, num caput praefationem praecesserit, ut ex quonam fonte ad alterum translatae sint deducatur. Ab incertis abstinemus : verum particulam *etiam* in antiquissimis operum praesulis Hispalensis Codicibus desiderari compertum habemus. Unam tantum variam lectionem deprehendas in exemplari Vaticano numero 5764, uti Arevalus in sancti Isidori Operum editione affirmat legens : *quorum gesta in hoc caepa corpore condita continentur*. Quid si nostris Codicibus praefixam hanc praefationem cum illa quam praeposuit Isidorus Mercator comparare velimus ? Noverint qui conferendam suscipiant.

Ut canonicas synodorum ac epistolarum decretalium sanctiones lector facilius possit invenire, locupletissimum argumentorum ac rerum omnium quas Hispana complectitur canonum collectio, elenchum aut indicem utilitati publicae consulentes paravimus et contexuimus.

Jam vero accuratam praestantissimorum Codicum descriptionem aggredi pro proloquii coronide par est. Atque ut ab omnium nitidissimo exemplari exordiamur, Alveldense illud dictum est ab Alveldae monasterio non procul a Lucronio, provinciae Ruconiae sive Rivogiae civitate notissima. Vigilam item, quoniam a monacho quodam Vigila nomine fuerit conscriptum, appellari consuevit. Cum autem Ambrosium de Morales illud elucidasse haud pridem protulerimus, ut in omnibus commendetur lectori fides nostra, illius viri iudicium de hoc insigni volumine ex autographo recensemus. « Codex profecto est multis de causis magnificandus, et tanquam ingens thesaurus digne asservandus. Est enim in primis vel de sola vetustate, quae ubique venerationem meretur, reverenter suscipiendus. Scriptus namque fuit anno Dominicae nativitatis nonagesimo septuagesimo sexto, et mensis Maii die vigesimo quinto finitus. Hoc scriptor ipse in fine Codicis non uno in loco, non uno modo testatur. Etenim asclepiadei carminis ibidem positi acrostichae litterae, quibus versus finiuntur, hoc ipsum referunt, ipsum carmen commemorat, iambicum sequens repetit, et regum Sanctii, Ranemiri, et Urracae, qui nominantur, tempora confirmant. Acrostichas autem litteras Graeci vocant, quae, cum versus aut inchoant aut finiunt, alio etiam peculiari quidpiam per se significandi munere funguntur. Hoc itaque anno, qui nunc est, dominicae nativitatis millesimo quingentesimo septuagesimo primo, mensis Maii die vigesimo quarto, anno expleti sunt quingenti nonaginta quinque postquam Codex fuit finitus.

« Scripsit autem Codicem Vigila, presbyter monasterii sancti Martini de Alvelda, ducentis monachis inhabitati. Quod in eodem illo carmine asclepiadeo demonstratur. Socium habuit in scribendo Sarracinum sacerdotem, Garsiam etiam discipulum. Hoc acrostichae ejusdem carminis versus inchoantes ostendunt, et pictura ad finem Codicis posita cum titulis etiam docet.

« Ea praeterea quae toto libro continentur, ingens ejus pretium magnopere exaugent. Neque enim dubium est quin multa sint emendatissime scripta, et cum insigni utilitate ad corrigendos excusos Codices mirum in modum juvatura, si quis eum laborem, pium cum primis et in tanti momenti scriptis valde necessarium, velit desumere. Nostratem deinde, hoc est, Hispanorum historiam quanto opere juvare possit hic Codex, paucis hic verbis non possum exprimere. Verum enim vero illud habet ante alia hic Codex exemplum, et nunquam satis pro dignitate celebrandum, quod insunt quaedam in conciliis quae excusa nondum sunt, et nullibi nisi hic fortasse reperiantur. Ejusmodi est Gundemari regis Gothorum, qui Witterico successit, concilium : concilium etiam Caesaraugustanum sub Egica rege ; et quaedam alia, quae in indicio quem subjecimus continentur. Inest etiam legum Gothicarum liber, qui vulgo Forum iudicium nuncupatur. Et quamvis non pauca ejus libri per Hispaniam reperiantur manuscripta exemplaria, verumtamen hoc, tantae antiquitatis ergo, reliqua omnia facile praecellit.

« Pictura etiam ipsa, quantumvis deformis, quantumvis inconcinna, nonnihil tamen docere potest, ut qua veste, quo cultu reges, episcopi, sacerdotes et monachi scriptoris tempore uterentur, quo ordine in concilio omnes considerent, et quaedam ejusmodi aliqua ex parte intelligamus.

Index eorum omnium quae toto libro continentur.

« Secunda primi folii pagina Vigilam habet depictum scribentis habitu. Superne scriptum est quanta ab scribendo difficultate deterreretur, et quo tandem animo frerit exorsus.

« Sequuntur versus Trochaici, quibus Vigilae Dei auxilium implorat.

« Duo sequentia folia implexam habent et in sese revolutam scribendi formam, qualis in Silonis regis epitaphio Ovetti conspicitur. Idem legas si in anteriora pergas, si retrorsum cedas, si inferiores, si superiores litteras sequaris, si latera, si angulos ex transversa circumspicias. Fuit illis Vigilae temporibus hoc tantum ingenii acumen eximium, et plurimum habitum et utruptum.

- Breve Chronicon ab ipso mundi exordio cum picturis quibusdam.
- Computus, quo de more sancta utitur Ecclesia, late descriptus et multis documentis auctus, cum tabulis in multos annos conformatus.
- De ventis quædam cum pictura.
- Arbores consanguinitatis et affinitatis cum eorumdem explicatione.
- Conciliorum omnium index cum quibusdam picturis : quarum crux est postrema ex Ovetensi ab angelis fabricata ferme expressa.
- Summa omnium conciliorum heroico carmine decem libris conscripta, et per locos communes ad clericorum et laicorum etiam institutionem digesta.
- Hucusque omnia veluti procemia et quasi parerga esse videntur. Sequitur deinceps id quod præcipuum toto libro continetur, concilia sacra videlicet, non per tempora, sed per nationes distributa, cum simul ea conjungantur quæ in quaque sunt provincia celebrata. Nostratia, hoc est, Hispana postremum locum obtinuit.
- Insunt multæ etiam post hæc summorum pontificum epistolæ decretales.
- Liber divi Isidori contra Judæos.
- Breve Chronicon usque ad Ramirum tertium.
- Epitome librorum divi Hieronymi, Gennadii, divi Isidori, et divi Ildephonsi de Viris illustribus.
- Libellus de ordine celebrandi concilium in Hispania : sed minime hic divo Isidoro, quemadmodum in excusis libris, tribuitur.
- Forum Judicum Gothorum leges continens. Et hic liber tandem finitur, Quæ sequuntur coronidis loco sunt superaddita.
- Pictura Vigilam atque ejus adjutores ostentans, item reges qui suo tempore Hispaniæ præfuerunt.
- Carmen asclepiadeum in quo Vigila et pro se et pro suo, hoc est sancti Martini de Alvela, cœnobio Deum precatur. Acrostichæ incipientes et finientes, quæ in principio retulimus, continent iambicum carmen ejusdem ferme argumenti, et acrostichis idem ferme scribens. Finis.
- Alveldense imitatur Æmilianensis membranaceus Codex, hoc titulo vel nomine donatus, quia in sancti Æmiliani de la Cogolla monasterio aliquot ante sæculis fuit custoditus. Nitida characterum forma, imaginum vividis expressarum coloribus et plurimorum præ aliis Codicibus tractatum inscriptio, sicut et antiquitas ipsa hunc summopere commendant. Sisebutus et Velasco conscripserunt. Si æram quæsieris, notam quamdam initio reperies qua ad æram millesimam illum traducere valeas : sed certam omnino fidem huic inscriptioni non adhibemus. Non eodem ac Codex calamo, non Codici cœvæ, non in folii sinu sed in margine impressa est. Clarissimum hunc Codicem paucis annis Alveldensi posteriorem, pluribus congestum antiquis monumentis, eodem in exprimendis figuris ordine præditum, anno denique 994 scriptum ex annotatione ipsi in fine affixa opinamur. Ea eorum quæ continentur in hoc exemplari notitiam.
- In principio adest brevissima anni, sæculi et mundi ætatum descriptio, seu concisa ab orbe conditio ad Salvatoris usque Jesu Christi mortem chronologia.
- Computus ad inventendam lunam initio Quadragesimæ et Paschæ tam Hebræis quam Christianis accommodatus.
- De Arte arithmetica ejusque partibus notitia.
- De mundi originæ et de anno bissextili brevis enarratio.
- Peregrinus tractatus in quo ventorum ethimologia, directio, exitus et viæ variis humanæque pro lubito figuris designantur.
- Quadrantalibus pictura, fulgentissimis illibatisque post tot sæcula coloribus expressa, quam ornatus gratia et absque ulla significatione effictam auguramur.
- Endecasylabi seu heroici viginti versus, continentes inter alia deprecationem pro æterna salute Sisebuti episcopi ejusque nepotis cognomento Velasco ob peritiles juris imperialis conscriptos libros.
- Dei Optimi Maximi mysticis *alpha* et *omega* verbis conscripta imago, simulque cherubinis ac seraphinis, Gabrielis item et Michaelis archangelorum effigies.
- Arboris scientiæ ac protoparentum humani generis in ipsa pomi noxialis elargitione simulacrum.
- Perbrevis antiqua orbis in Asiam, Europam et Africam divisio.
- Terrestris paradisi descriptio et rotula quædam quatuor mundi plagas designans.
- Crux cum inscriptione non apte intelligenda.
- Canonum excerpta, et omnium conciliorum ac epistolarum decretalium completissimus Codex.
- Liber beati Isidori de generibus officiorum.
- Epistola beati Isidori Junioris episcopi Hispalensis ad Landefredum episcopum Cordubensem.
- Eiusdem Liber procemiorum de libris Novi et Veteris Testamenti.
- Ordo de celebrando concilio.
- Antistitem sedis Hispalensis, Toletanæ et Illiberitanæ catalogus, nempe ex Hispalensi ecclesia a Marcello que ad Davidem Julianum : ex Toletana a Pelagio ad Joannem qui obiit æra 964 ; et ex Illiberitana a Cæcilio usque ad Gupium.
- Concilium Aquisgranense.
- Vetusta Hispaniarum divisio, in qua provinciæ Galleciæ, Lusitanæ, Beticæ, Carthaginensis, Tarraconensis et Galliæ exprimuntur.
- Liber *Registrorum* dictus, qui Gregorii Magni nonnullas epistolas et rescripta complectitur.
- Chronicon de Hispaniæ historia, Mahumetis etiam pseudo prophetæ comprehendens notitiam.
- Forum Judicum, in ejus postremo folio optimatum et regum qui illud contaxerunt figuræ seu icones cinguntur.
- Consilia et præcepta quæ ex sacris litteris ad ineunda inter consanguineos conjugia congeri possunt : arbores quoque, agnationis et cognationis gradus demonstrantes.
- Laterculum quo Quadragesimæ et Paschæ initium dignoscatur : aliudque de feriis annuis, quod totius præstantissimi hujus Codicis est complementum.
- Istud exemplar a Garsia Loaisa sub Hispalensis nomine fuisse descriptum superest animadvertamus. Eximius ille vir perperam Hispalensem nuncupavit : nam iste nunquam Codex ad Hispalim pertinuit, et qui hoc vere insigniebatur nomine et titulo, die 7 mensis Junii anno 1671, in Escorialensi monasterio combustus evanuit. Omnium Æmilianensis Codicis tractatum compendium vernacula nostra lingua ab Ambrosio de Morales factum conspeximus.
- Ad Toletanæ Ecclesiæ pervetusta canonum exemplaria delineanda progrediamur. Eorum prius et antiquius, membranaceum, foliis 315, tribus in unoquoque folio columnis constans, rotundis Gothicis caracte-

ribus presbyter quidam Julianus nomine conscripsit. Quamvis in primi folii ora aut margine ipsum die decima nona mensis Januarii aera 986 scribi coeptum fuisse perlegas, ad hanc aetatem referendum nullatenus censemus. Majorem nobis fidem praestat quae sub Codici istius finem exscripta manet in textu sequens annotatio. *Explicit liber iste xx.v diebus ante Kalendas Aprilis aera M.LXXII. Julianus presbyter indignus scripsit in honore sanctae Mariae et sancti Ginesii*, etc. Nul'um alium, praeter conciliorum et epistolarum decreta, tractatum in hoc Codice conspicerere licebit.

Secundum ejusdem Toletanae Ecclesiae proprium canonum exemplar, duabus exaratum columnis, litteris non aequè nitidis depictum aera 1133, in Complutensi civitate scribebat alter Julianus, ut ex finali ista annotatione perspicuum est. *Finit liber iste canonum..... feliciter. Deo gratias. Julianus indignus presbyter scripsit is cujus est, adjuvante Domino, habitans in Alcala quae sita est super campum Laudabilem iv feria viii Kalendas Aprilis aera M.CXXXIII*. De hoc codice P. Andreas Merino in sua Palaeographia pag. 156, non tamen rectum in omnibus, sermonem instituit. Illum acta conciliorum et epistolarum decreta solummodo complecti monstramus. Nec desunt alia in Toletano Codicum gazophylacio ad nostram collectionem testandam monumenta; quorum praetermittimus descriptionem, cum ad longe novissima tempora pertinere viderimus.

Principio et fine mutilus, membranaceus, littera P, numero 21 insignitus, foliis 345 constans, Gothicis proteasias characteribus scriptus, in hac Matritensi publica bibliotheca Codex canonum asservatur. In fine decimi saeculi vel initio undecimi exaratum litterarum forma aperie prodit. De hoc praeterlucido Codice illud notatu dignum cognovimus communibus scilicet ac facile dignoscendis mendis eum sicut et reliquos scaterere; dum autem verba quibus canonica continentur sanctiones non apte cohaerent, aut sensus obscurus intricatusque apparet, ipsum caeteros emendare atque corrigere. In tergo primi folii epistolam perlogas beati Bonifacii papae, qui quartus fuit post Gregorium, in qua *licere monachis sacerdotale officium ubique celebrare* asseritur. Labyrinthi specimen diversis ornatum coloribus in prospectu exhibetur, in quo per centum octoginta septem globulos sequentia inscribuntur atque multoties per omnes angulos repetita sunt verba: *Superi [forte superiori] abbat libram: dicationem Codicis in his vocibus contineri putamus*. Nonnulla in hoc volumine desunt folia quae suis semper locis in hac nostra editione adnotantur. Pervetustus iste Codex continet excerpta canonum, synodos et decreta praesulum Romanorum. Quis fuerit ejus scriptor nos omnino latet: constat tamen illum ad D. Garsiae Loaisa jus pertinuisse, atque a sancti Vincentii Fratrum Praedicatorum Plasentiae coenobio in hanc bibliothecam advectum fuisse.

Escorialensis Tertii, quia sancti Laurentii monasterii proprius exstat, notam assignavimus alteri, post *Vigilanum et Aemilianensem* ad idem coenobium pertinentes, canonum Codici membranaceo, qui principio et fine mutilus nullum nobis signum praestat ad tempus quo scriptus fuerit dignoscendum. Characterum formam perpendiculariter ad postremos saeculi decimi vel priores undecimi annos si voluminis hujus inscriptionem referamus, non multum ab scopo aberrare arbitramur. Post incompleta canonum excerpta Toletanum decimum et undecimum concilium a suis sedibus sejunctum, in caeteris vero omnium Codicum servatam seriem quisvis in hoc exemplari perspiciet.

Aliud etiam volumen evolvimus, ad ejusdem coenobii sancti Laurentii bibliothecam pertinens, cui facilius designando Escorialensis Quarti nomen indidimus. Nitidis illud exaratum litteris, foliis 155 constans, omni ex parte mutilum, post undecimi dimidium saeculi scriptum conjicimus. Praeter Hispaniae habita concilia quoddam aliud in hoc Codice frustra quaeras: omnia etiam Romanorum praesulum decreta, quae in caeteris scribuntur Codicibus, incassum perscruteris.

Membranaceum item, ad Urgelitanae Ecclesiae jus attinens, ex 292 foliis coalescens volumen magnam hunc collectioni auctoritatem concilia vit. In hujus quatuor foliis prioribus epistolam sancti Clementis ad Jacobum fratrem Domini, ab erudito quovis viro prolixius et attentius perlustrandam, decretum divi Gregorii datum in basilica apostoli Petri atque in consensu viginti trium episcoporum et triginta trium presbyterorum, necnon et concilii Toletani duodecimi quartum canonem leget accuratus scrutator; sed quatuor ista folia et recens assuta et praeposita fuisse protinus animadvertet. Non una exaratus manu totus Codex apparet: integrum vero canonum collectionem continet, si quaedam excipias suis perpetuo locis adnotanda. Quamvis nullum aerae, in qua litteris mandatus sit, vestigium in ipso comperias, characterum tamen formam perspicimus atque cum aliis ejusdem Ecclesiae peculiaribus et antiquis monumentis comparans, ad saeculi decimi finem vel undecimi initium si referas, non longe a certitudine declinasse videberis.

Gerundensis Ecclesiae proprius Codex, membranis commissus, 389 foliis constans, in prompta fuit. Primum ejus solum, posterius superimpositum, quodque voluminis involucrum rectus dixerim, confirmationem pacis ac induciarum in Gerundensi concilio anno 1068 initam complectitur. Secundum, reapse primum, Codicis folium divisionem provinciarum ac metropolitanarum sedium exhibet: vividis ac rubris fulgentibus coloribus deprehenduntur conciliorum, epistolarum et canonum tituli: ast scriptoris nomen nullibi licuit reperiri. Urgelitano Codici hunc apprime similem cognoscat qui eos inter sese conferre atque nostras longius annotationes parcurrere voluerit. Itaque Gerundensem non longo post, undecimi profecto saeculi dimidio, tempore scriptum ausicamur. Decretalibus epistolis superaddita inveniuntur in ipso quaedam collectanea.

Hispanensem Codicem addimus et Lucensem, voracibus flammis Escorialensis bibliothecae volumina anno 1671 vastantibus, ex sapientum hominum manibus excessisse dudum enuntiavimus: sed illorum et memoria et scripta minime perierunt. Quam maximo possumus gratitudinis cultu et affectu prosequimur Joannem Baptistam Perez et Joannem Vazquez del Marmol, qui omnium quaecunque in illis continebantur exemplaribus perfectam descriptionem praeteris reliquisse curarunt. Publicam hanc fecit R. P. Fr. Edmundo Risco in Hispania sacrae tomo quadragesimo. Autographum Joannis Marmol scriptum in R. Florez bibliotheca nobis prospicere anno 1807 atque conferre licuit: dolemus autem nunc, vehementerque dolemus illud ex rerum humanarum vicissitudine et adversa fortuna deperisse. Codicem alium ad Escorialensem bibliothecam pertinentem, qui Hieronymi Zurita fuisse videtur ex nota ejusdem manu exscripta, vidit et cum Alveldensi contulit eruditus D. Blasius Nasarre, cujus etiam observationes ad hanc editionem rimati sumus. Septemdecim tantum Toletana concilia, ac Ferdinandi regis hujus nominis primi decreta exemplar illud complectebatur. Consoni, uniformes ac superstitionibus ex igne exemplaribus omnimodo consentanei Hispanensis atque Lucensis Codices erant. Priorem illum ineunte saeculo decimo, postremum hunc post annum 1031 conscriptum viri eruditissimi testantur.

In talibus litteris Codices, quibus usi sumus, in operis contexta seu annotationibus designavimus, prout aequè exhibet tabella:

- A. significat Alveldensem, seu *Vigilanum* Codicem.
- A. *Aemilianensem*.
- T. 1. *Toletanum primum*.

T. 2.	Toletanum secundum.
B. II.	Bibliothecæ Regiæ Codicem.
E. 3.	Escorialensem tertium.
E. 4.	Escorialensem quartum.
U.	Urgelitanum.
G.	Gerundensem.

Hi sunt ergo vetustissimi, celebres ac summa diligentia conservati Codices, e quibus veluti purissimis fontibus antiquam Hispaniæ Ecclesiæ canonicam doctrinam in jus publicum emittere conati sumus. Laborem nostrum piis eruditisque viris gratum, fidelibus populis salutiferum, rectitudini fovendæ perutile atque Ibericæ tandem regioni fore honoratissimum speramus. Dabam Mantus Carpetanorum pridie Idus Septembris anno Domini 1821.

Franciscus Antonius Gonzalez,
Publicæ Matritensis bibliothecæ præfectus.

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI INCIPIT LIBER CANONUM.

VERSIFICATIO INTERROGATIOQUE LECTORIS AD CODICEM.

- J.** ^a Cæsa terribili Codex qui sede locaris
Quis tu es? **R.** ^c Vitalis ordo. **J.** Quod inest tibi
[nomen ?
- R.** Cælestis dicor sanctorum regula voce.
J. Qui sunt hi quibus hoc titulo censere juberis?
R. Totius orbis jus imperiale tenentes.
J. Tu, quem tot valida procerum sententia format,
Quid statuere vales? tibi quæ potentia substat?
R. O tenuem tenero nutantem corde clientem!
Me celebrem fama totum correxit in orbem.
J. Et te cur latebra fovet hic miseranda vetustas?
R. Ad me, si vis me nosse, ad me convertere totus,
Arcanisque tuis promptus me illabere totum.
Ausculta jam quid possunt mea promere signa:
Et si posse subest tibi sic agnoscere recta,
Cælis quæ veritas teneatur nuntio terris:
Terrigenas cælis mitto, dans linquere terras.
Stans in sublimi erectorum deprimo colla,
Ardua dum culpæ jubeo disponere jura.
Excelsa sistens elevatus perferor arce
Dum subjecta premo validus tota ordine sacro.
Me decet eximie narrantem concio verax,
Dum bene cuncta simul mox me reboante tace-
[scunt :
- Cuncta tremunt, pono dum cunctis jura tremoris.
Me valida metuunt, mihi magna parere jubentur,
Schisma perit, error resilit, fallacia non est,
Obscenus fugit, impurus ruit, impius extra est,
Gula cadit, ebrius nec erit, et pompa recedit.
Non curvare caput saxi, non ponere thura
Dæmonibus jubeo; rerum auctor non erit alter,
Nec creatura dabit operi Creatoris honorem.
Ordine compono cuncta, rego ordine cuncta,
Ordinibus pollens facio tota ordine pulchra.
- A** Dico fidem sacram, tribuo mysteria sacra:
Altare, templum, vestis, vas, sedis honorque,
Christina, caro, sanguisque sacer, baptisma sa-
[cratum,
Janitor, acolytus, lector, psalmista canorus,
Exorcista potens actu minorque levitis,
Voce levita valens, præsul et presbyter, alma
Virgo, jugum nuptæ, cælebs viduaque reclina
Quæque fidem nomenque Dei censentur habere,
Ordinibus discreta meis celeberrima constant
Et distincta meo formam de limite servant:
Cumque suis plena possent subsistere causis,
Sunt tamen ordinata meis hæc omnia jussis.
- J.** Me, rogo, me siue ipse modo narrare quod opto,
Si fas adtribuis mihi dentur jura loquendi.
- B R.** Dico quæque voles, et firma pectore vota.
- J.** Postquam te nosse volui et cognoscere quivi,
Ac sublime tuum posse mihi nosse dedisti,
Appeto plane satis tua mecum volvere jussa,
Et si scire Deus dederit scrutare profunda,
Sicque per orbem verborum te semine sparsum
Sinibus adgregare meis, ut acumine mentis
Te adgressus stringam distentum corpore multo,
Dispersaque trabens rectam coniuventa sub uno,
Quo dum judicium quæret sententia discors,
Quidquid velle libet totum concordia præstet:
Sicque novum corpus primævis artubus implens
Ingenlis brevia formem compeudiis tardis.
- R.** Ignara [T. 1, magna], libet, [erge celer, otia
[nulla retardent :
Si feceris plane facies quod prosit ubique:
Esto Deus tecum, per me hæc dispersa reducens,
Ut facias in me digna compeudia multis.

^a Em., Tol. 1, *In nomine triplo, simple divino incipit liber Canonum.*

^b J. Hoc signum indicat interrogationem lectoris.

^c R. Signum istud Codicis responcionem designat.

EXCERPTA CANONUM

DECEM LIBRIS COMPREHENSA

LIBER PRIMUS.

DE INSTITUTIONIBUS CLERICORUM.

TITULUS I.

De quibus non sunt clerici ordinandi.

De eunuchis qui seipsos abscidunt. Conc. Nic., tit. 1, cap. 4.

Item de his qui seipsos abscidunt, aut ab aliis sunt. In excerptis Martini, tit. 21, c. 64.

Item de his qui seipsos abscidunt. Conc. Arelat. II, tit. 7, c. 22.

Item de iis qui seipsos abscidunt. Decretum Gelasii generale 82, tit. 5.

Si quis volens partem sibi corporis amputaverit, clericus esse non potest. Epist. Innocentii ad Felicem, 9, tit. 5.

De nescientibus litteras, et parte corporis immunitis. Decret. Gelas. gener. 82, tit. 18.

Uxor adulteræ vir laicus clericus non erit. Si autem adulteræ uxoris vir sit clericus aut repudiet, aut a clero cesset. Conc. Neocæs. tit. 8, c. 5.

De his quorum uxores mœchantur, ne clerici sint. In excerptis Martini, tit. 28, c. 64.

Episcopus viduæ vel rejudiatæ maritum in clerum promoveus deponatur. Conc. Carthag. IV, tit. 69, cap. 15.

Laici, qui post uxorem quamcumque mulierem cognoverint, in clero non admittantur. Conc. Gerund. tit. 8, c. 60.

De his qui viduas aut dimissas ducunt, vel in malis consiliis misti sunt. In excerptis Martini, tit. 20, cap. 64.

Ut virginitatem profitentes si mœchaverint, inter digamos habeantur. Conc. Ancyrit. tit. 18, c. 2.

Ut si laicus viduam duxerit clericus non sit. Epist. Innoc. ad Victor. 7, tit. 5.

Qui secundam duxerit uxorem clericus non sit. Epist. ejusdem ad eundem, tit. 6.

Quod digami ad clerum admitti non possint. Epist. Innoc. ad Felic. 9, tit. 2.

Ut bigamus, aut viduæ vel corruptæ maritus, clericus non sit. Decret. Hilarii synod., 74, tit. 2.

De bigamis ac pene omnibus personis, de quibus clerici non sint. Decret. Gelas. gener., 82, tit. 5.

De digamis ne consecrentur in clerum. Conc. Valenti., tit. 3, c. 45.

Ut si sacerdos, vel quilibet ex clero viduam uxorem duxerit vel abjectam, nec ad clerum admittantur, et a clero removeantur. Epist. Innoc. ad Rufum, 23, tit. 1.

De clericis qui viduam aut secundam conjugem duxerint, ut omni dignitate priventur. Epist. Syric. ad Eumer. 3, tit. 11.

Ut quicumque ad sacerdotium, viduarum mariti, vel habentes numerosa conjugia, promoti fuerint, ab ecclesiasticis officiis arceantur. Epist. Leon. ad universos episcopos per Campaniam et diversas provincias, 64, tit. 2.

De his qui priusquam ordinarentur incontinentes inventi sunt. Conc. Arausic. tit. 21, c. 27.

Ut monachus si clericus factus fuerit propositum servet, et quod nullus monachus vel clericus cor-

A ruptus baptizatus uxorem et honorem habere potest. Epist. Innoc. ad Victor. 7, tit. 10.

Is qui ante baptismum uxorem habuit et post baptismum aliam duxit, clericus non fiat. Epist. Innoc. ad universos in Tolosa, 27, tit. 6.

Inexploratæ vitæ homines aut corruptam uxorem accipientes clerici non sint. Epist. Syric. ad Eumer. 3, tit. 8.

Catechumenus post lavacrum alteram uxorem ducens non erit clericus, et quod in baptismo sola peccata dimittantur, non uxorum numerus deleatur. Epist. Innoc. ad Victor. 7, tit. 6.

De discretionem pœnitentium: qui possint ad honores ecclesiasticos provehi, vel qui non possint. Conc. Tolet. IV, tit. 54, c. 49.

De discretionem libertorum: qui ad ecclesiasticos honores pervenire possunt, vel qui provehi prohibentur. Conc. Tolet. IV, tit. 73, c. 49.

B De libertis familiarum Ecclesiæ qui vel qualiter ad sacerdotium promoveantur, et de rebus eorum quid fiat. Conc. Tolet. IV, tit. 74, c. 49.

Ex pœnitentibus ordinatus clericus deponatur. Conc. Carthag. IV, tit. 68, c. 15.

Ut digami vel pœnitentes vel repudiarum mariti ad clerum non promoveantur. Conc. Arelat. III, tit. 3, c. 23.

De pœnitentibus clericus non sit. Diaconus quoque non ministret, nec presbyter altare consecret. Conc. Agath. tit. 43, c. 30.

De pœnitentibus^a seu digamis aut viduæ maritis: non^b admittantur ad clerum. Epist. Syrcii ad Eumer. 3, tit. 15.

Ut pœnitentes inscii litterarum vel defectu membrorum aut decissione aut quid minus habentes clerici non sint. Decret. Hilar. synod. 74, tit. 3.

Quod po^t pœnitentiam nullus ad clerum possit admitti. Epist. Innoc. ad Agap. et reliquos ex integro, 11.

C Ut implicati negotiis alienis ante redditam rationem clerici non fiant. Conc. Carthag. I, tit. 8, c. 12.

Ut nullus obligatum cuiquam absque consensu domini vel patroni clericum faciat. Conc. Tolet. I, tit. 10, c. 46.

De conditionalibus absque consensu domini vel patroni non ordinandis. In excerptis Martini, tit. 46, cap. 64.

Qui^c patroni in sæculo fuerint ad clerum non provehantur. Epist. Innoc. ad Victor. 7, tit. 11.

Originalarius absque domini consensu ordinatur. Decret. Gelas. gener. 82, tit. 16.

Ex curialibus vel qui functiones injunctas habent clerici non sint propter diaboli voluptates. Epist. Innoc. ad Victor. 7, tit. 11.

De laicis fidelibus qui causas portaverint, sive administraverint. Epist. Innoc. ad Exuperium, 8, tit. 3.

Causidici et curiales vel sæculari militiæ dediti ad clerum non admittantur. Epist. Innoc. ad universos in Tolosa, 27, tit. 2.

Post baptisma statim baptizati ad clerum non ad-

^a Ab his vocibus incipit codex Bibliothecæ Regiæ.

^b Bibl. Reg., Tolet. 1, 2, ne.

^c In A., Æ., Bib. R., desunt hæc et sequens titulus. Desumpti sunt ex T. 1.

licentur: et qui precedenti tempore mortale peccatum admiserunt clerici non sint. Conc. Nic. tit. 2, c. 4.

Rebaptizati ad nullum clericatus gradum promovendi. Conc. Carthag. v, tit. 11, c. 16.

De his qui ab hæreticis baptizati aut rebaptizati sunt, ut ad ecclesiasticam militiam non pertingant. Epist. Felicis ad episcopos per Siciliam, 79, tit. 5.

Neophyti, id est nuper baptizati, mox clericum non sint. In excerptis Martini tit. 22, c. 64.

Qui post baptismum cingulum militiæ sæcularis acceperunt clerici non erunt. Epist. Innoc. ad Victoric. 7, tit. 2.

De magistratibus et duumviris ne ad clerum promoveantur. Conc. Eliber. tit. 56, c. 38.

Seditionarii et usurarii clerici non sint, nec a omni modo fiant. Conc. Carthag. iv, tit. 67, c. 15.

De hæreticis, ne ad clerum promoveantur. Conc. Eliber. tit. 51, c. 38.

De criminosis, ne ad clerum promoveantur. Decret. Gelasii gener. c. 82, tit. 20.

Energumeni, id est, qui palam arrepti sunt, sed et inventi, abjiciantur. Conc. Araus. tit. 16, c. 27.

In peregre baptizati clerici non sint. Conc. Eliber. tit. 24, c. 38.

Quod dæmoniis, aliisque passionibus irretitis ministeria sacra tractare non liceat. Decret. Gelasii gener. 82, tit. 21.

De personis pene omnibus de quibus clerici non sint. Epist. Innoc. ad universos in Tolosa, 27, tit. 4.

De Hispanorum reprehensione qui inordinate constituunt clericos. Epist. Innoc. ad universos in Tolosa, 27, tit. 1.

TITULUS II.

De professione et conjugio clericorum.

Ut clerici, cum ad pubertatem venerint, aut conjugium aut castitatem profiteantur. Conc. Carthag. iii, tit. 19, c. 14.

Ut non liceat clerico uxorem sociæ alterius accipere, nisi forte sponderit se ad veram fidem venire. Conc. Chalced. tit. 14, c. 11.

De his quos parentes ab infantia in clericatus officio manciparint, si postea voluntatem habeant nubendi. Conc. Tolet. ii, tit. 1, c. 47.

De personis mulierum quas convenit clericis copulari, et si nesciente episcopo clericus ducat uxorem. Conc. Tolet. iv, tit. 44, c. 49.

De conjugibus clericorum. Epist. Siricii ad Eumerium, 3, tit. 9.

Ut clerici virginibus socientur, nec viduam accipiant, nec rejectam. Epist. Innoc. ad Victoricum, 7, tit. 4.

TITULUS III.

De uxoribus clericorum.

De adulteris uxoribus clericorum. Conc. Eliberit. tit. 65, c. 38.

Ut clericus, cujus uxor peccaverit, præter necem potestatem habeat distringendi eam, et cum ea cibum non sumat. Conc. Tolet. i, tit. 7, c. 46.

TITULUS IV.

De filiis totius ordinis clericorum.

Filii clericorum ad spectacula non accedant. Conc. Carthag. iii, tit. 12, c. 14.

Filii cujuscunque ordinis clericorum gentilibus, hæreticis, vel schismaticis matrimonio nullatenus conjungendi. Conc. Carthag. iii, tit. 12, c. 14.

Cujuscunque ordinis clerici suos filios a potestate sua exire non sinant nisi ætate et moribus comprobatis. Conc. Carthag. iii, tit. 14, c. 14.

Filii clericorum inter hæreticos non baptizabuntur nec commorabuntur. Conc. Chalced. tit. 14, c. 11.

Si sacerdotis vel diaconi filia religiosa peccaverit,

a B. R., omnino fiant.

A in sine tantum communicet. Conc. Tolet. i, tit. 19, c. 4.

De filia episcopi, presbyteri, vel diaconi quæ fuerit devota et peccaverit. Conc. Bracar. ii, tit. 30, c. 64.

De damnatione filiorum qui ex sacerdotibus et ministris geniti comprobantur. Conc. Tolet. ix, tit. 10, c. 54.

TITULUS V.

De hæreditatibus clericorum.

Clerici totius ordinis de rebus suis nihil infidelibus, vel etsi propinqui sint, scripto conferant. Conc. Carthag. iii, tit. 13, c. 14.

De episcopis extraneis a consanguinitate hæreditibus sive hæreticis vel paganis consanguineis facultatem suam dimittentibus, ut si ecclesiæ nihil contulerint nomina eorum ad altare non re-iterentur, et post mortem anathema eis dicatur. Inexcusabiles enim erunt a percipienda damnatione etiam si discesserint intestati: quia tempore consecrationis suæ rei propriæ ordinationem suæ professioni congruam non fecerunt. Conc. Carthag. v, tit. 14, c. 16.

TITULUS VI.

De relictis clericorum.

Si relictæ presbyteri vel diaconi se cuicumque conjunxerit, aut castigati separentur, aut excommunicatione plectantur. Conc. Aurel. i, tit. 9, c. 31.

Si vidua episcopi, presbyteri, vel diaconi nupserit, cum nullo christiano convivens, tantum in sine communicet. In excerptis Martini. tit. 29, c. 64.

Si sacerdotis vidua vel levitæ maritum acceperit, in sine tantum communicet. Conc. Tolet. i, tit. 18, c. 46.

TITULUS VII.

De servitio ecclesiæ vel clericorum.

Ut servi ecclesiæ vel clericorum non debeant a iudicibus vel actoribus in aliqua auguria fatigari. Conc. Tolet. iii, tit. 21, c. 48.

TITULUS VIII.

De absolute et libertate ingenuorum et servitium clericorum.

De absolute a laboribus vel indistinctionibus clericorum ingenuorum. Conc. Tolet. iv, tit. 47, c. 49.

Quod de clero ex famiis fisci nullus unquam a rege postulet: et qui acceperit, irrita illis donatō maneat. Conc. Tolet. iii, tit. 8, c. 48.

Quod servilibus clericis dare debeant episcopi libertatem. Conc. Tolet. ix, tit. 11, c. 54.

TITULUS IX.

De stipendiis clericorum.

Clerici quamlibet eruditi artificii victum quærant. Conc. Carthag. iv, tit. 51, c. 15.

Qualiter clerici sibi victum ac vestitum quærant. Conc. Carthag. iv, tit. 52, c. 15.

Ut stipendia clericorum juxta meritum distribuantur. Conc. Agath. tit. 36, c. 30.

TITULUS X.

De non ordinandis absolute clericis.

Non oportere absolute quoslibet clericos ordinare nisi in proprio. Conc. Chalced. tit. 6, c. 11.

Ut ubi quis ordinatur ibi permaneat. Conc. Arelat. i, tit. 2, c. 21.

TITULUS XI.

Sine testimonio non faciendas ordinationes clericorum.

Non ordinandos clericos nisi episcopi et populi testimonio probabiles. Conc. Carthag. iii, tit. 22, c. 14.

Non ordinandos clericos sine testimonio et con-

b AE., exacto:ibus.

niventia clericorum et civium. Conc. Carthag. iv, A tit. 22, c. 15.

TITULUS XII.

De electione, temporibus, et gradibus clericorum.

De his quos parentes ab infantia in clericatus officio manciparunt, quo tempore incipiunt honoribus sublimari, vel si professam continentiam violent ut sacrilegi habeantur. Conc. Tolet. ii, tit. 1, c. 47.

De his qui publice poenitentiam non accipiunt, sed tantum viaticum, ut in clero promoveantur. Conc. Gerund. tit. 9, c. 40.

De discretionis libertorum, qui ad ecclesiasticos honores pervenire possunt, vel qui proveli prohibentur. Conc. Tolet. iv, tit. 73, c. 49.

Ut si de laicis eligantur ad clerum quantum temporis observetur. Decret. Gelas. gen. 82, tit. 4.

Quales debeant clerici fieri; ac de conjugis et gradibus eorum. Epist. Siricii ad Eumer. 3 tit. 8.

De his qui aetate grandaevi ad sacram militiam festinant, et de temporibus eorum. In quo supra, tit. 10.

De monachis promovendis ad clerum et qualiter per gradus et tempora promoveantur. Epist. Siricii ad Eumer. 3, tit. 13.

De laicis qui possunt clerici fieri, si post baptismum clericis vel monachis juncti sint, vel concubinam ac pellicem nusquam noverint. Epist. Innoc. ad Felic. 8, tit. 4.

De temporibus in cleri ordinibus immorandis. In quo supra, tit. 5.

Quales eligendi sunt in ordine clericorum. Epist. Innoc. ad universos in Tolosa, 27, tit. 5.

Ut nullus nisi per gradus ecclesiasticos debeat ad sacerdotium pervenire. Epist. Decret. Zosimi ad Il-sychium Salonitanum, 28, tit. 1.

Quae in singulis clericorum gradibus tempora sint praefixa, et si ab infantia ecclesiasticis ministeriis non dederunt. Epist. eadem, 28, tit. 3.

Ut cum defuerint clerici, an monachis eligantur: aut quales sint, vel in qualibus temporibus per quae et quibus tempora transeant. Decreti Gal. gregor. 82, tit. 3.

TITULUS XIII.

De regulis clericorum.

Ut monachos, si clericus factus fuerit, monachi propositum aervet. Epist. Innoc. ad Victoric. 7, tit. 10.

De conversatione clericorum ut in uno conclavi sint. Tolet. iv, tit. 21, c. 49.

De qualitate tonsurae a cunctis clericis vel lectoribus communiter habenda. Conc. Tolet. iv, tit. 41, c. 49.

De attendenda coma clericorum et habitu ordinato. In excerptis Martini, tit. 66, c. 64.

Clerici nec comam nutriant nec barbam radant. Conc. Carthag. iv, tit. 44, c. 15.

De clericis qui comam nutriunt. Conc. Agath. tit. 20, c. 30.

Clerici nec vestimentis nec calceamentis decorem querant. Conc. Carthag. iv, tit. 45, c. 15.

De clericis qui operari non possunt: artificiola et literas discant. Conc. Carthag. iv, tit. 53, c. 15.

Ut dioecesani clerici septimanas teneant, et die sabbato omnes in unum conveniant. Conc. Tarracon. tit. 7, c. 39.

De eo quod non liceat clericis die dominico ab ecclesia absentari, sed missarum solennibus interesse jejunos. In excerptis Martini, tit. 64, c. 64.

De clericis qui ab ecclesiae officio diebus sollemnibus desunt. Conc. Agath. tit. 64, c. 30.

Clerici ab officio declinantes vel negligentius agentis ab officio removendi. Conc. Carthag. iv, tit. 50, c. 15.

Clerici qui vigiliis desunt stipendiis privandi. Conc. eodem, tit. 24, c. 15.

Ut cuilibet ordinis clericus si tardius ad ecclesiam venerit deponatur. Conc. Tolet. i, tit. 5, c. 46.

Contumaces clerici et ad officium tardius venientes excommunicentur. Conc. Agath. tit. 2, c. 30.

Clerici ad officium venire contemuentes arbitrio episcopi coerceantur. Conc. Aurelian. i, tit. 24, c. 31.

De clericis qui ad vespertinum vel matutinum quocumque loco non conveniunt. In excerptis Martini tit. 63, c. 64.

Clerici sani jejunia polluentes minores habendi. Conc. Carthag. iv, tit. 62, c. 15.

Clericus junior seniori non praeponatur. Conc. Agath. tit. 23, c. 30.

Clerici, qui propter licentiam monachi esse volunt, excommunicentur. Conc. Caesaraugust. i, tit. 6, c. 41.

Clerici, qui monachorum propositum appetunt, idipsum licitum habeant. Conc. Tolet. iv, tit. 50, c. 49.

Clerici maledici degradentur. Conc. Carthag. iv, tit. 57, c. 15.

Discordantes clericos aut ratio vel suasio episcopi concordet, aut synodus damnet. Conc. Carthag. iv, tit. 59, c. 15.

Clerici haereticorum convivia vel consortia fugiant. Conc. Carthag. iv, tit. 70, c. 15.

Non licere laico vel clerico ante horam tertiam prandere nec ad mensam accedere vel edere sine hymno. Conc. Bracar. ii, tit. 65, c. 64.

Non debere clericos et ministros sive laicos ad agapem vocatos partem tollere. Conc. Laod. tit. 27, c. 7.

Clerici inter epulas cantantes severissime coercedi. Conc. Carthag. iv, tit. 63, c. 15.

Ut clerici nuptialia vitent. Conc. Agath. tit. 39, c. 30.

Non licere ministris altaris vel ceteros quoslibet spectaculis quae aut in nuptiis aut conis exhibentur interesse. Conc. Laod. tit. 51, c. 7.

Non licere sacerdotibus vel clericis spectaculis interesse. Conc. Bracar. ii, tit. 60, c. 64.

Clerici scurriles et verbis turpibus jocularibus ab officio detrahendi. Conc. Carthag. iv, tit. 60, c. 15.

De scurrilibus et jocularibus. Conc. Agath. tit. 40, c. 30.

Clerici per creaturas jurantes acerrime objurgandi. Conc. Carthag. iv, tit. 61, c. 15.

Clerici invidi non promoveantur. Conc. eodem, tit. 54, c. 15.

Clerici adulatores et proditores degradentur. Conc. Carthag. iv, tit. 56, c. 15.

Ut proditores fratrum vel vasorum sacrorum seu scripturarum eum verberibus deponantur. Conc. Arelat. i, tit. 13, c. 21.

Si clericus furtum fecerit ecclesiae. Conc. Agath. tit. 5, c. 30.

Ut si voluntarie clericus ecclesiae damnum fecerit et satisfaciatur, excommunicetur. Conc. eodem, tit. 26, c. 30.

De clericis qui crimina capitale commiserint. Conc. eodem, tit. 50, c. 30.

Non licere clericis magos vel incantatores esse aut phylacteria facere. Conc. Laod. tit. 36, c. 7.

De sortilegis aut auguria observantibus ut ab Ecclesia separentur. Conc. Agath. tit. 42, c. 30.

De eo quod non liceat sacerdotibus vel clericis incantaturas vel contrarias ligaturas facere. Conc. Bracar. ii, tit. 59, c. 64.

De levitis vel clericis ne magi aut incantatores sint. Conc. Agath. tit. 64, c. 30.

De sacerdotibus, levitis vel clericis magos aut arripices consulentibus. Conc. Tolet. iv, tit. 29, c. 49.

Clerici per plateas et andronas non ambulent. Conc. Carthag. iv, tit. 47, c. 15.

Clerici, qui absque necessitate in mundanis aut in

foro ambulat, degradentur. Conc. eodem, tit. 48, c. 15. A credantur auferri. Epistola Innocenti ad Rufum. 26, tit. 4.

Ut clericis vetetur ebrietas. Conc. Agath. tit. 41, c. 30.

Clerici tabernas non ingrediantur absque peregrinationis necessitate. Conc. Carthag. III, tit. 27, c. 14.

Non oportere ex omni gradu usque ad minimum clericum tabernas intrare. Conc. Laod. tit. 24, c. 7.

Non licere clericis usuram vel sexcupla accipere. Conc. Laod. tit. 5, c. 7.

Clerici in omni gradu non erunt conductores, procuratores, aut negotiatores, vel turpia lucra sectantes. Conc. Carthag. III, tit. 45, c. 14.

De usuris et negotiorum lucris ne a clericis agantur. Conc. Bracar. II, tit. 62, c. 64.

Clerici non erunt usurarii dando minus et accipiendo plus, nec alia nisi quæ dederint accipiant. Conc. Carthag. III, tit. 16, c. 14.

Clerici si solidum præstiterint sine usura recipiant. Conc. Tarrac. tit. 3, c. 39.

Non liceat clericis foenerari. Conc. Carthag. I, tit. 43, c. 12.

Clerici foeneratores excommunicentur. Conc. Arelat. I, tit. 12, c. 21.

Clerici usuram non accipiant. Conc. Arelat. II, tit. 14, c. 22.

Clerici emendi vilis, vel vendendi^a charius non permittantur. Conc. Tarrac. tit. 2, c. 39.

De clericis negotia et nuudinas sectantibus. Conc. Eliber. tit. 19, c. 33.

De clericis usuram aut ampliationem accipientibus vel turpia lucra sectantibus. Conc. Nicæn. tit. 18, c. 1.

De clericis et laicis usurariis. Conc. Eliber. tit. 20, c. 38.

Ut nullus clericorum negotiationes inhonestas vel turpia lucra sectetur. Decretum Gelasii generale. 82, tit. 17.

Ut clericus nec alieno nec suo nomine foenus exerceat. Epistola Leonis ad episcopos per Campaniam. 64, tit. 4.

Quod non oporteat episcopos, clericos aut monachos prælia sæcularia suscipere. Conc. Chalced. tit. 3, c. 11.

Clerici actus sæcularium vel profectiones non suscipiant. Conc. Carthag., I, tit. 6, c. 12.

Laici clericos actores vel ratiocinatores sibi non constituent. Conc. eod. tit. 9, c. 12.

De clericis qui ad sæculares confugiunt propter distractionem episcopi. Conc. Agath. tit. 8, c. 30.

De clericis qui in mutuam cædem prorumpunt. Conc. Ilerdens. tit. 11, c. 41.

De clericis qui arma sumpserint vel sumpserunt. Conc. Tolet. IV, tit. 45, c. 49.

De clericis sepulcra demolientibus. Conc. eodem, tit. 46, c. 49.

De his qui altari serviunt ut a sanguine abstineant. Conc. Ilerd. tit. 1, c. 44.

De clericis et monachis non manentibus in suo proposito. Conc. Chalced. tit. 7, c. 11.

De ministris ne in secretarium ingrediantur. Conc. Agath. tit. 66, c. 30.

TITULUS XIV.

De honore clericorum et laicorum fidelium.

De clerico inter tentationes fidei gradibus subleuando. Conc. Carthag. IV, tit. 42, c. 15.

De his qui pro fide persecutiones ab infidelibus patiuntur. Conc. eodem, tit. 43, c. 15.

De senibus et pauperibus ecclesiæ honorandis. Conc. eodem, tit. 83, c. 15.

TITULUS XV.

Quod non aboleantur crimina ordinationum collatione.

Quod in ordinationibus crimina vel vitia non bene

* B. R., T. 1, 2, Urg., Ger., emere vilis vel vendere, etc.

TITULUS XVI.

Ne clerici per impositionem manus poenitentiam accipiant.

De clericis ut poenitentiam per impositionem manus sacerdotis non accipiant, nec laicus post poenitentiam clericus fiat. Epistola Siricii ad Eumerium. 3, tit. 14.

Quod presbyter aut diaconus, si in aliquo crimine lapsi fuerint, non possunt per manus impositionem poenitentiam remedium consequi. Epistola Leonis ad Rusticum. 66, tit. 2.

Ut lapsis sacerdotibus manus sicut laicis non imponantur. Conc. Carthag. V, tit. 11, c. 16.

TITULUS XVII.

De religiosis utriusque sexus comprobandis, sive de religiosis vagis.

De his qui in parua ætate coram parentibus religionis habitum tenuerint. Conc. Tolet. V, tit. 6, c. 55.

De religiosis vagis qui nec inter clericos nec inter monachos habentur. Conc. Tolet. IV, tit. 53, c. 49.

De reclusis honestis sive vagis. Conc. Tolet. VII, tit. 5, c. 52.

TITULUS XVIII.

De psalmistis.

Qualiter psalmista ordinetur. Conc. Carthag. IV, tit. 40, c. 15.

De psalmista: non debere orario uti. Conc. Laod. tit. 22, c. 7.

TITULUS XIX.

De ostiariis.

Qualiter ostiarii ordinentur. Conc. Carthag. IV, tit. 9, c. 15.

Non oportere ministros id est ostiarios secretarium ingredi aut vasa dominica tangere. Conc. Laod. tit. 27, c. 7.

Ostiarii tabernas non intrent. Conc. eodem, tit. 21, c. 7.

Ministros id est ostiarios ab ostiis et ab oratione non debere deesse. Conc. eodem, tit. 43, c. 7.

Pœnitens, si necessitas cogat, ostiarius aut lector fiat, vel de quibus poenitentibus dicit. Conc. Tolet. I, tit. 2, c. 46.

Pœnitens, si usus exegerit, inter ostiarios deputetur, vel de quibus poenitentis us dicit. In excerptis Martini tit. 23, c. 64.

TITULUS XX.

De lectoribus.

Qualiter lectores ordinentur. Conc. Carthag. IV, tit. 8, c. 15.

Quod clericorum nomen etiam lectores, psalmiste et ostiarii retineant. Conc. Carthag. IV, tit. 8, 9, et 10, c. 15.

Lectores oratio non utantur. Conc. Laod. tit. 22, c. 7.

Quod lectores neque in habitu secularium psallere neque granos dimittere permittantur. Conc. Brac. I, tit. 11, c. 65.

Quod lectores contingere altaris vasa prohibeantur. Conc. Brac. I, tit. 10, c. 63.

Lectores tabernas non ingrediantur. Conc. Laod. tit. 24, c. 7.

Lectores populos non saluent. Conc. Carthag. III, tit. 4, c. 14.

Pœnitens si necessitas cogat lector fiat. Conc. Tolet. I, tit. 2, c. 46.

Pœnitens, si usus exegerit, inter lectores deputetur. In excerptis Martini tit. 23, c. 64.

Non ascendat in pulpitem nisi lector. In eisdem, A tit. 45, c. 64.

Si lector bigamus sit aut viduam ducat, non amplius quam subdiaconus fiat. In eisdem, tit. 43, c. 64.

TITULUS XXI.

De exorcistis.

Qualiter exorcistæ ordinentur. Conc. Carthag. iv, tit. 7, c. 15.

Ut exorcistæ tabernas non ingrediantur. Conc. Laod. tit. 24, c. 7.

Non oportere exorcizare, id est panes dare, qui non sunt ab episcopis ordinati. Conc. eodem, tit. 25, c. 7.

TITULUS XXII.

De acolytis.

Qualiter acolyti ordinentur. Conc. Carthag. iv, tit. 6, c. 15.

Acolythus tabernas non ingrediatur. Conc. Laod. tit. 24, c. 7.

TITULUS XXIII.

De subdiaconibus.

Qualiter subdiacones fiant. Conc. Carthag. iv, tit. 5, c. 15.

Si probati viri conjugia duplicaverint non plus quam subdiacones fiant. Conc. Arausic. tit. 25, c. 22.

Qui post lavacrum mœchati sunt subdiacones non erunt. Conc. Eliber. tit. 30, c. 38.

Subdiaconus, si defuncta uxore aliam duxerit, abjiciatur, vel si tertiam ducat, quod nec dici poterit nec audiri. Conc. Tolet. i, tit. 4, c. 46.

Subdiaconus bigamus inter lectores vel o-tiarios habeatur. In excerptis Martini, tit. 41, c. 64.

Subdiaconus penitens ad altiores gradus non veniat. Conc. Tolet. i, tit. 2, c. 46.

Id ipsum de eodem. Conc. Bracar. ii, tit. 25, c. 64.

Non liceat ministeria tangere nisi subdiaconum aut acolytum. In excerptis Martini tit. 41, c. 64.

TITULUS XXIV.

De quibus ordinandi diacones non sint.

Neophytus diaconus aut presbyter non erit. Conc. Arelat. ii, tit. 1, c. 22.

Neophyti sive laici diacones vel sacerdotes non erunt quod etiam cum obtestatione nominis divini decernitur. Epistola Siricii ad diversos, 5, tit. 3.

Bigami ac penitentes et repudiarum mariti diacones non erunt. Conc. Arelat. iii, tit. 3, c. 23.

Clerici conjugati nisi continentiam profiteantur diacones non erunt. Conc. Arausic. tit. 22, c. 27.

Digami diacones vel presbyteri non ministrent. Conc. Agath. tit. 1, c. 30.

Ut bigamus aut viduæ maritus nullo honore sit dignus. Decretum Hilarii, 74, tit. 2.

Qui viduas acceperint diacones non efficiantur. Conc. Tolet. i, tit. 5, c. 46.

De eo qui post baptismum militaverit ut ad diaconium non promoveatur. Conc. Tolet. i, tit. 8, c. 46. D

TITULUS XXV.

De electione et conjugii diaconorum.

Non licere populis ministros altaris eligere. Conc. Laod. tit. 43, c. 7.

De his qui ad diaconium eliguntur inter conjugia. In excerptis Martini, tit. 31, c. 64.

Dum ordinantur diaconi de conjugio interrogentur. Conc. Ancyr. tit. 10, c. 2.

TITULUS XXVI.

De ætate et temporibus diaconorum.

Ut levitæ ante viginti quinque annos non consecrentur. Conc. Carthag. iii, tit. 4, c. 14.

Id ipsum de eodem: de consensu etiam et professione conjugati. Conc. Agath. tit. 16, c. 30.

De numero annorum quo sacerdotes et levitæ ordinentur. Conc. Tolet. iv, tit. 30, c. 49.

Ut laicus ante annum conversionis diaconus non fiat. Conc. Arelat. iii, tit. 2, c. 23.

De ordinatione diaconi vel totius ordinis, ut in die dominico celebretur, et ut ordinans et ordinandus sabbato jejument. Epistola Leonis ad Dioscorum, 72, tit. 1.

De ordinatione totius ordinis, quibus mensibus et temporibus fiat: nec quemlibet cujuscunque utilitatis causa his præferro qui ante ipsos ordinati sunt. Decretum Gelasii generale, 82, tit. 13.

TITULUS XXVII.

De regulis et numero diaconorum.

Non licere diaconibus semotim populos colligere. Conc. Antioch. tit. 5, c. 6.

De honore diaconi erga presbyteros, et clericorum erga diaconos. Conc. Laod. tit. 20, c. 7.

De obedientia diaconorum erga presbyteros. Conc. Carthag. iv, tit. 37, c. 15.

Ut diaconus nihil sine presbytero suo agat. Conc. Arelat. i, tit. 18, c. 21.

Diaconus tabernas non ingrediatur. Conc. Laod. tit. 24, c. 7.

Ut episcopus, presbyter vel diaconus canibus ad venandum et accipitribus non utantur. Conc. Agath. tit. 55, c. 30.

Quod diaconibus nec offerre nec presbyteris corpus Christi tradere nec ante eos communicare vel sedere sit licitum. Conc. Nic. tit. 14, c. 1.

Ut levitæ non offerant. Conc. Arelat. i, tit. 15, c. 21.

Non licere ministris panem dare aut calicem benedicere. Conc. Laod. tit. 25, c. 7.

Ne diaconus coram presbytero sedeat aut euclarietiam tradat. Conc. Arelat. ii, tit. 15, c. 22.

Diaconus eucharistiam præsentem vel jubente presbytero pro necessitate populis det. Conc. Carth. iv, tit. 38, c. 15.

Diaconus presbytero jubente sedeat. Conc. eodem, tit. 39, c. 15.

Diaconus coram presbytero interrogatus loquatur. Conc. eodem, tit. 40, c. 15.

De levitis ne sine jussu presbyteri sedeant. Conc. Agath. tit. 65, c. 30.

Quod non liceat diaconum non jassum sedere. Conc. Bracar. ii, tit. 40, c. 64.

Diaconus tempore tantum oblationis et lectionis alba utatur. Conc. Carthag. iv, tit. 41, c. 15.

De uno orario diaconibus utendo, nec ornato, sed puro. Conc. Tolet. iv, tit. 40, c. 49.

De orario diaconibus non absconse sed superposito scapulæ utendo. Conc. Bracar. i, tit. 9, c. 63.

Si diaconus vel presbyter crimen capitale commiserint. Conc. Aurelian. i, tit. 6, c. 31.

Ut diacones mensuram propriam juxta patrum decreta custodiant, nec baptizent nisi necessitate cogente. Decretum Gelasii generale, 82, tit. 9.

Diacones tantum septem erunt quamvis in magna civitate. Conc. Neocesar. tit. 14, c. 3.

Quod diaconi nec in presbyterio sedere possint, nec sacri corporis propagationem jus habeant exercendi. Decretum Gelasii generale, 82, tit. 10.

TITULUS XXVIII.

De ordinatione diaconorum.

Qualiter diacones ordinentur. Conc. Carth. iv, tit. 4, c. 15.

Non licere coram catechumenis clericos fieri. Conc. Laod. tit. 4, c. 7.

Nec diacones sed nec sacerdotes ordinandi, nisi omnes qui cum eis sunt fideles existant. Conc. Carth. iii, tit. 18, c. 14.

TITULUS XXIX.

De quibus presbyteri ordinandi non sunt.

De neophytis presbyter non ordinatur. Conc. Arelat. ii, tit. 1, c. 22.

Neophyti sive laici presbyteri non erunt. Epistola A Siricii per diversos, 5, tit. 3.

Digami poenitentes vel repudiarum mariti presbyteri non sint. Conc. Arelat. III, tit. 3, c. 33.

De bigamis ad presbyterium vel diaconatum non promovendis. Conc. Hispal. II, tit. 4, c. 67.

Digamus aut viduus maritus presbyter non erit. Decretum Hilarii, 74, tit. 2.

Hi qui in aegritudine baptizati sunt presbyteri non erunt, nisi fide et charitate cogente. Conc. Neocæsar. III, tit. 12, c. 3.

TITULUS XXX.

De doctrina et regulis presbyterorum.

Quod non debeant sacerdotes aut clerici amieti palaeis vel impræcincti lumbis in ecclesia ministrare. Epistola Cælestini ad episcopos Galliarum, 34, tit. 1.

Quod parochitani presbyteri cum ordiantur officiale libellum debeant dare, et lidem presbyteri in litanis sint de officio requirendi. Conc. Tolet. IV, tit. 26, c. 49.

De his quæ prohibentur presbyteri in ecclesiasticis sacramentis agere. Conc. Hispal. II, tit. 7, c. 67.

De professione presbyterorum vel diaconorum episcopo faciendâ, cum in parochiis ordiantur. Conc. Tolet. IV, tit. 27, c. 49.

Non licere presbyteris contempto episcopo semote populos colligere et altare erigere. Conc. Antioch. III, tit. 5, c. 6.

Presbyter ministrum non ordinet nec altare consecret. Conc. Agath. tit. 43, c. 30.

Ut presbyter, qui præsumpserit chrismâ conficere aut ecclesiam vel altare consecrare, ab officio deponatur. Conc. Bracar. I, tit. 19, c. 63.

Presbyter benedictionem aut poenitentiam dare non præsumat. Conc. Agath. tit. 44, c. 30.

Chrismâ et benedictio puellarum et reconciliatio poenitentium a presbyteris non fiat. Conc. Carthag. II, tit. 3, c. 13.

Presbyter poenitentem iussus ab episcopo suo reconciliet. Conc. Carthag. II, tit. 4, c. 13.

Quomodo presbyter absente episcopo ob necessitatem reconciliet poenitentem. Conc. Carthag. III, tit. 32, c. 14.

Ut presbyter et benedicat et confirmet neophytum. Conc. Regien. tit. 4, c. 26.

Ut presbyter inconsulto episcopo virginem non consecret, et chrismâ nunquam conficiat. Conc. Carthag. III, tit. 36, c. 14.

Ut presbyter diaconum aut presbyterum non ordinet. Conc. Hispal. II, tit. 5, c. 67.

Si presbyter inconsulto et præsentem episcopo agendam celebraverit, honore privetur. Conc. Carth. II, tit. 9, c. 13.

Ut præter episcopum nullus chrismâ conficiat. Conc. Tolet. I, tit. 20, c. 46.

Non licere presbyterum præsentem episcopo chrismare. In excerptis Martini, tit. 52, c. 64.

Non oportet presbyterum ante ingressum episcopi ingredi et sedere in tribunali. Conc. Laod. tit. 56, c. 7.

Non licet presbytero ante episcopum in baptisterium introire. Conc. Bracar. II, tit. 53, c. 61.

De baptizatis ut nihil accipiat clericus. Conc. Eliber. tit. 48, c. 38.

Ut de baptizatis nullus accipiat præmium. Conc. Bracar. II, tit. 53, c. 64.

De presbyteris ut in secundas nuptias non vadaut. In excerptis Martini, tit. 58, c. 61.

Ne presbyteri forastici præsentem episcopo vel presbytero civitatis audeant ministrare. In excerptis Martini, tit. 56, c. 64.

Ne presbyteris alterius regionis præsentem episcopo vel presbytero civitatis liceat ministrare, et quo ordine panem sive calicem dent. Conc. Neocæsar. tit. 13, c. 3.

Ut nullus minister sine chrismate proficiscatur. Conc. Araus. tit. 2, c. 27.

Si diaconus vel presbyter capitale erimen admisit. Conc. Aurelianen. tit. 6, c. 31.

Si presbyter aut diaconus de ministerio ecclesie aliquid vendiderint. Conc. Bracar. II, tit. 17, c. 61.

Si presbyteri parochitani aut per se aut per sacristas suos accipiat chrismâ. Conc. Carthag. IV, tit. 36, c. 15.

Ut ab alterius episcopo chrismâ nullus accipiat. Conc. Vasense I, tit. 3, c. 28.

De presbyteris ut nihil super episcopos præsumant; quod si præsumpserint, et dignitate et communione privabuntur. Sed nec episcopus a culpa vacabit si talia facientem dissimulaverit iudicare. Decretum Gelasii generale, 82, tit. 8.

TITULUS XXXI.

De electione, ætate, temporibus et gradibus presbyterorum.

Qualiter presbyteri ordinentur. Conc. Carthag. IV, tit. 3, c. 15.

Presbyter non ordinetur nisi omnes fideles sint qui cum eo sunt. Conc. Carthag. III, tit. 18, c. 14.

Qualiter conjugati ad sacerdotium promoveantur. Conc. Arelat. II, tit. 2, c. 22.

Laicus ante annum conversionis presbyter non fiat. Conc. Arelat. II, tit. 2, c. 23.

Laicus presbyter non ordinetur nisi per gradus ecclesiasticos transierit. Conc. Bracar. I, tit. 20, c. 63.

Presbyter minus triginta annorum non ordinetur quamvis probatæ vitæ. Conc. Neocæsar. tit. 11, c. 3.

Ut diaconus ante viginti quinque annos non ordinetur. Conc. Agath. tit. 16, c. 50.

Episcopus et presbyter ante perfectam ætatem, id est ante triginta annos non ordinentur. Conc. Agath. tit. 17, c. 50.

Ante triginta annos presbyter non ordinetur. In excerptis Martini, tit. 20, c. 64.

Ut ordinatio presbyteri sabbato vespere celebretur. Epistola Leonis ad Dioscorum, tit. 1, c. 72.

De ordinatione totius ordinis quibus mensibus et temporibus fiat. Decretum Gelasii generale, 82, tit. 4.

TITULUS XXXII.

De honore sacerdotum et non contemnendis oblationibus eorum.

De episcopis atque presbyteris ut ad cuiusquam ecclesiam in ordine suo recipiantur et tam ad vobum faciendum quam ad missam dicendam invitentur. Conc. Carthag. IV, tit. 33, c. 15.

De non contemnenda oblatione presbyteri conjugati. Conc. Gangren. tit. 4, c. 4.

Ut peregrino episcopo locus sacrificandi detur. Conc. Arelat. I, tit. 19, c. 21.

TITULUS XXXIII.

De hæreticis et schismaticis episcopis si catholici fiant.

De hæreticis et schismaticis episcopis si ad catholicam fidem venerint quid observent. Conc. Regiense, tit. 3, c. 26.

TITULUS XXXIV.

De quibus episcopi ordinandi non sunt.

De his qui post baptisma statim episcopi fiunt vel si præcedenti tempore mortale peccatum habent. Conc. Nic. tit. 2, c. 1.

Ex laico episcopo non ordinetur. Conc. Sardic. tit. 15, c. 5.

De neophytis sacerdos non fiat. Conc. Laod. tit. 3, c. 7.

De neophytis ministri et sacerdotes non sint. Conc. Arelat. II, tit. 1, c. 22.

Neophyti vel laici episcopi non sint. Epistola Siricii per diversos, 5, tit. 3.

De Aggario et Tiberiano qui ex laicis fuerunt ordinati. Epistola Leonis ad Africanos, 69, tit. 3.

Ex poenitentibus quamvis bonis episcopus non sit. Conc. Carthag. iv, tit. 1, c. 15.

Digami, poenitentes et repudiarum mariti episcopi non sint. Conc. Arelat. iii, tit. 3, c. 33.

Viduarum mariti vel habentes numerosa conjugia episcopi non sint. Quærenda etiam dignitas natalium et morum. Epistola Leonis ad universos, 64, tit. 2.

Digami vel corruptæ sive viduæ mariti episcopi non sint. Decretum Hilarii, 74, tit. 2.

A metropolitanis non laici, non viduarum mariti, non digami sed irreprehensibiles ordinentur. Epistola Leonis ad Anastasium, 67, tit. 2.

Indignus nullus efficiatur episcopus: de robore etiam Nicæni concilii. Epistola Siricii per diversos, 5, tit. 1.

Illicitæ personæ ad episcopatum vel ad ullum honorem promovendæ non erunt. Epistola Leonis ad Africanos, 69, tit. 1.

Poenitentes et incisi litterarum sive defectu membrorum vel decisione aliquid minus habentes, episcopi non sint. Decretum Hilarii, 74, tit. 3.

Non habeantur episcopi quos nec clericus elegit nec populus exquisivit. Epistola Leonis ad Rusticum, 66, tit. 1.

Nullus invitis ordinetur episcopus. Epistola Leonis ad Anastasium, 67, tit. 4.

Quod nolentibus clericis vel populis nemo debeat episcopus ordinari. Epistola Cælestini ad episcopos Galliarum, 34, tit. 5.

Ignotis ministerium aut sacerdotium non dabitur. Epistola Siricii per diversos, 5, tit. 2.

De perniciosæ consuetudine vel de omnibus pene personis de quibus episcopi non sint, ac de removendis his; et ne in una ecclesia duo episcopi habeantur. Epistola Hilarii ad Ascanium, 75, tit. 4.

De ordinatione episcopi ac de omnibus personis de quibus episcopi ordinandi non erunt, vel qualiter vel ubi ordinetur episcopus. Conc. Tolet. iv, tit. 19, c. 49.

Quod ab illicitis sit ordinationibus abstinendum et nullus de prohibitis personis episcopus ordinetur. Epistola Cælestini ad episcopos Galliarum, 34, tit. 6.

Ut unaquæque provincia suo metropolitanis contenta sit, et quod extranei et ignoti ac peregrini clerici non sint in aliorum ecclesiam ordinandi. Epistola Bonifacii ad Hilarium, 2.

Ut nullus contra ordinem efficiatur episcopus. Epistola Innocentii ad Aurelium ex integro, 17.

Quod non oporteat contemptis clericis ecclesiarum de laicis episcopos ordinari. Epistola Cælestini per Apuliam, 35, tit. 2.

TITULUS XXXV.

De chorepiscopis.

Quod chorepiscopi ad exemplum septuaginta seniorum sint instituti. Conc. Neoces. tit. 13, c. 3.

De chorepiscopis vel quid possint. Conc. Ancyr. tit. 13, c. 2.

Epistolas formatas soli chorepiscopi faciant. Conc. Antiochen. tit. 8, c. 6.

De chorepiscopis et potestate eorum. In quo supra, tit. 10.

TITULUS XXXVI.

De dectione, temporibus et gradibus episcoporum.

Non licere populis ministros altaris eligere. Conc. Laod. tit. 13, c. 7.

Id ipsum de eodem subsequenter. Epistola Hilarii ad Ascanium, 75, tit. 4.

Id ipsum de electione episcopi. In excerptis Martini, tit. 1, c. 64.

Dum eligitur episcopus, si contradictores habeat, quinque vel sex episcopi conveniant. Conc. Carth. g. iii, tit. 40, c. 14.

Si in electione episcopi contentio sit, obtineat sententia plurimorum: et de primatibus metropolitanorum. Conc. Nic. tit. 6, c. 1.

Ut episcopus ante triginta annos non ordinetur. Conc. Arelat. iii, tit. 1, c. 23.

Qua ætate episcopus vel pre-byter ordinetur. Conc. Agath. tit. 17 c. 30.

Ut laicus ante annum conversionis episcopus non ordinetur. Conc. Arelat. iii, tit. 2, c. 25.

Ex laico nisi statuta tempora et officia transierit non fiat episcopus. Conc. Braear. i, tit. 20, c. 63.

Ex laico minister et episcopus non fiat, nisi tempora præfixa custodierit. Epistola Innocentii ad Felicem 9, tit. 5.

Mouachi vel laici, nisi per gradus ecclesiasticos transierint, episcopi non sint. Epistola Zosimi ad Hlesychium 28, tit. 1.

De temporibus, gradibus et officiis quæ nisi quis, ne transierit sacerdos non erit. Inibi, tit. 3.

Episcopus non ordinetur nisi omnes qui cum eo sunt fideles existant. Conc. Carthag. iii, tit. 18, c. 14.

Quod per gradus ecclesiasticos ad episcopatum debeat officium perveniri, et quod nullus indignus ordinetur episcopus. Epistola Cælestini ad episcopos Galliarum, 34, tit. 5.

TITULUS XXXVII.

Ne per præmium ordinentur episcopi.

Demonachis vel laicis per præmium ordinatis utcum ordinatoribus Simonis crimen incurrant. Decretum Gelasii generale, 82, tit. 26.

Non oportere omnino per pecunias ordinare vel ullum clericum vel ullum officium in ecclesiæ domo ex omni ordine et persona. Conc. Chalced. ii, c. 11.

Non accipiendum præmium pro episcopatus honore et de communionem peccati. Epistola Hormisdæ ad episcopos per Hispaniam, 91, tit. 2.

Nullus honorem ecclesiasticum quolibet præmio accipiat. Epistola Symmachii ad Cassarium, 85, tit. 2.

De damnatione clericorum per pecuniam ecclesiasticæ gradus adsequentium. Conc. Tolet. vi, tit. 4, c. 51.

TITULUS XXXVIII.

Ne per ambitum ordinentur episcopi, et in una ecclesia duobus episcopis non habendis neque duas cathedras ab uno episcopo obtinendas.

Nullus per ambitum ad episcopatum accedat. Epistola Symmachii ad Cassarium, 85, tit. 5.

Per ambitum nullus ordinatur episcopus. Epistola Bonifacii ad Honorium Augustum ex integro, 39.

Si denuo Romæ episcopi duo ordinati fuerint, ambo repellantur. Rescriptum Honorii Augusti ad Bonifacium ex integro, pag. 39.

Ut in una ecclesia duo episcopi non habeantur, vel de his qui illicite ordinati sunt removendis. Epistola Hilarii ad Ascanium, 75, tit. 4.

Ubi gratulatur de fide imperatoris quæ in Chalcedonensi concilio gesta est, et de Anatolio qui Alexandrinam et Antiochenam ecclesias contra instituta Nicæna per ambitum sibi met voluit subjugari. Epistola Leonis ad Marcianum Augustum ex integro, 55.

Ubi Anatolium Constantinopolitanum episcopum de fide in Chalcedonensi concilio laudat, quem deinde arguit quod contra Nicænam synodum, Alexandrinam atque Antiochenam ecclesias sibi met subdere voluisset. Epistola Leonis ad Anatolium ex integro, 53.

TITULUS XXXIX.

Ne sine metropolitanis ordinentur episcopi.

Sine metropolitanis episcopo non ordinetur episcopus. Conc. Nic. tit. 6, c. 1.

Non licere sine concilio metropolitanis episcopi vel omnium episcoporum ex omni provincia ordinare episcopum. Conc. Antioch. vi, tit. 19, c. 6.

Sine consilio metropolitanis et finitimum omnium episcoporum et probatione vitæ et scientiæ dignitate non ordinetur episcopus. Conc. Laod. tit. 12, c. 7.

Sine consilio metropolitanis nullus ordinetur episcopus. Conc. Carthag. ii, tit. 12, c. 13.

Absque metropolitano nullus ordinetur episcopus, & de morientis exequiarum diebus. Conc. Reg. tit. 6, c. 26.

Ne extra conscientiam metropolitani nec ab uno episcopo ordinandum episcopum. Epistola Innocentii ad Victorium, 7, tit. 1.

Nemo contempto metropolitano episcopus ordinetur, et de robore Nicæni concilii. Epistola Bonifacii ad Hilarium Narbonensem ex integro, 32.

Non esse episcopum sine metropolitano ordinandum. Conc. Arelat. II, tit. 6, c. 22.

Sine metropolitani et trium episcoporum presentia vel consensu omnium absentium non ordinandum episcopum. Conc. Arelat. II, tit. 5, c. 22.

Non esse episcopum sine metropolitano et continuatis ordinandum. In excerptis Martini, tit. 5, c. 64.

Ut nullus sine consensu metropolitani episcopus ordinetur. Epistola Hilarii ad Ascanium et episcopos Tarraconenses, 75, tit. 1.

Qui in metropolitana civitate non ordinatur episcopus post duos menses presentatus occurrat. Conc. Tarracon. tit. 5, c. 39.

TITULUS XL.

Ne a duobus episcopis ordinetur episcopus.

Ut non presument duo episcopi ordinare episcopum. Conc. Carthag. III, tit. 39, c. 14.

Ut non habeatur episcopus a duobus episcopis ordinatus. Conc. Regiens. tit. 1, c. 20.

Qui violentus a duobus episcopis fuerit ordinatus, episcopus ipse stabit, ordinatores periclitabuntur: si autem voluntarius, et ipse cessabit. Conc. Araus. tit. 21, c. 27.

A duobus episcopis ordinatus aliquando episcopus esse potest. Conc. Regien. tit. 2, c. 26.

Indebite ordinati episcopi propter necessitatem vel indulgentiam aliquando stare possunt. Epistola Hilarii ad Ascanium, 75, tit. 4.

Ut sine tribus episcopis non ordinetur episcopus. Conc. Arelat. I, tit. 20, c. 21.

TITULUS XLI.

De episcopis, petentibus populis, ordinandis.

De episcopis petentibus populis ordinandis et ne in vili vel parvo loco ordinentur. Conc. Sardic. tit. 6, c. 5.

Episcopus in villis et in vicis non ordinandos, nec presbyteros sine episcopo aliquid acturos. Conc. Lond. tit. 57, c. 7.

TITULUS XLII.

De episcopis nolentibus suscipere ministerium vel tenere sedem.

De episcopis qui suscepta manus impositione non acquiescunt suscipere ministerium. Conc. Antioch. III, tit. 17, c. 6.

De contemptore episcopo, si nolit regere sacerdotium. In excerptis Martini, tit. II, c. 64.

De seditioso episcopo si parochiam in qua ordinatus est non accipiat sed aliam querat. In excerptis Martini, tit. 12, c. 64.

De episcopo per necessitatem vacante. In excerptis Martini, tit. 10, c. 64.

TITULUS XLIII.

De episcopis ordinatis et a populo non susceptis.

De episcopis qui ordinati non suscipiantur. Conc. Ancyr. tit. 18, c. 2.

De episcopis qui non pro vitio sed contradictione piebium non suscipiantur. Conc. Antioch. tit. 18, c. 6.

TITULUS XLIV.

De exsequiis morientis episcopi, et rebus gestis.

Qualiter humetur episcopus, Conc. Vallet, tit. 4, c. 45.

De exsequiis morientis episcopi. Conc. Tolet. VII, tit. 3, c. 52.

Ut episcopus qui sepelierit episcopum curam habeat ecclesie ipsius. Conc. Regien. tit. 5, c. 26.

Ne extra constitutum ordinem morientis sacerdotis hæredes rem ejus adire presument. Conc. Tolet. IV, tit. 7, c. 54.

Quantum commodum sibi episcopus tollat de ecclesia, cujus tumulaverit sacerdotem. Conc. eodem, tit. 9.

TITULUS XLV.

De non constituendis successoribus episcoporum.

Episcopum non debere sibi successorem constituere. Conc. Antioch. tit. 25, c. 6.

De non constituendis successoribus. In excerptis Martini, tit. 8, c. 64.

Ut episcopus successorum sibi non eligat. Decretum Hilarii, 74.

TITULUS XLVI.

De non differenda ordinatione episcoporum.

Post obitum episcopi non diu differri ordinationem alterius ultra tres menses. Conc. Chalch. tit. 25, c. 11.

Ut intercessor nulla seditione retineat mortui cathedram. Conc. Carthag. V, tit. 8, c. 16.

TITULUS XLVII.

De ordinandis episcopis.

Qualiter consecrentur episcopi. Conc. Carthag. IV, tit. 2, c. 15.

Qualiter episcopi debeant ordinari. Conc. Nic. tit. 4, c. 1.

Quales vel quam docti debeant ordinari episcopi. Conc. Carthag. IV, tit. 1, c. 15.

De ordinatione episcopi. In excerptis Martini, tit. 2, c. 64.

De ordinatione ministrorum sacerdotum quando fiat. Epistola Leonis ad Dioscorum, 72, tit. 1.

Quibus mensibus et temporibus fiat ordinatione. Decretum Gelasi, 82, tit. 13.

De omnibus secundum statuta canonum ordinandis. Epistola Hormisdæ ad episcopos per Hispaniam, 91, tit. 1.

TITULUS XLVIII.

De doctrina et regulis episcoporum.

Ut episcopus antequam ordinetur canones agnoscat. Conc. Carthag. III, tit. 3, c. 14.

Ut sacerdotes Scripturarum sacrarum et canonum cognitionem habeant. Conc. Tolet. IV, tit. 25, c. 49.

Ut episcopus pro necessitate tantum libros hæreticorum aut gentilium legat. Conc. Carthag. IV, tit. 16, c. 15.

Ut episcopus a sua ecclesia die dominico desse non debeat. Conc. Aurel. I, tit. 27, c. 31.

Ut episcopus non longe ab ecclesia hospitium habeat. Conc. Carthag. IV, tit. 14, c. 15.

Ut episcopus suppellectilem et mensam vilem habeat. Conc. eodem, tit. 15, c. 15.

Quod lectio in omnibus sacerdotum mensis legi debeat. Conc. Tolet. III, tit. 7, c. 48.

Ut episcopus nullam curam rei familiaris ad se revocet; tantum actioni et doctrinae vacet. Conc. Carthag. IV, tit. 20, c. 15.

De cura populorum et pauperum quam episcopi sibi impositam noverint. Conc. Tolet. IV, tit. 32, c. 49.

Ut episcopus pauperes et infirmos tueatur. Conc. Aurel. I, tit. 12, c. 31.

Ut episcopus gubernationem vidualium, pupillarum aut pauperum non per se sed per subditos agat. Conc. Carthag. IV, tit. 17, c. 15.

Ut episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat. Conc. Carthag. IV, tit. 18, c. 15.

Ut episcopus nec provocatus pro rebus transitoriis litiget. Conc. eodem, tit. 1, c. 15.

Episcopus alienum clericum peccantem redarguat. Conc. Vasens. I, tit. 8, c. 2.

De sacerdotibus ad gentem extraneam nuntios mittentibus. Conc. Tolet. IV, tit. 30, c. 49.

Quod omni tempore liceat episcopo chrisma conferre. In excerptis Martini, tit. 51, c. 64.

Pro chrismate episcopus nihil accipiat. Conc. Bracar. II, tit. 4, c. 64.

Pro consecratione basilicæ episcopus nihil exigit. Conc. Bracar. II, tit. 5, c. 64.

Ut episcopus qualibet loco sedens stare non potest presbyterum. Conc. Carthag. IV, tit. 34, c. 15.

De præferendo ab episcopis invicem sibi sedendi loco, servato metropolitani primatu. Conc. Bracar. I, tit. 6, c. 63.

De consensu presbyteri cum episcopo in ecclesia. Conc. Carthag. IV, tit. 35, c. 15.

Ut ea quæ illicite decessor episcopus amisit vel ab aliis illicite commissa sunt, ab eo qui successor est emendantur. Decretum Hilarii, 64, tit. 4.

Ut episcopus in ordinatione clericorum commodum nullum accipiat. Conc. Bracar. II, tit. 3, c. 64.

TITULUS XLIX.

De metropolitano.

Ut metropolitanus de episcopo electo ad episcopum primatum tenentem referat, et de metropolitano electo similiter provinciale episcopi referant, et qualiter metropolitanus episcopus ordinetur. Epistola Leonis ad Anastasium, 67, tit. 5.

De potestate metropolitani sine quo reliquos episcopos et quem sine reliquis episcopis nihil convenit agere, et ad iudicium ejus cæterorum episcoporum negotiis deferendis. Conc. Antioch., tit. 9, c. 6.

De primatu metropolitani sine quo reliquos episcopos et quem sine reliquis episcopis nihil convenit agere. In excerptis Martini, tit. 4, c. 64.

Ut metropolitani sua jura serventur. Epistola Leonis ad Anastasium, 67, tit. 1.

TITULUS L.

De archiepiscoporum primatu.

De primatu episcoporum Alexandria, Romæ, et Antiochiæ, et sine metropolitano episcopum ordinatum omnino cessare. Conc. Nic. tit. 6, c. 1.

De honore episcopi Hierosolymitani. Conc. Nic. VII, c. 1.

De honore episcopi Antiocheni. Epistola Innocentii ad Bonifacium, 19.

De primatu episcoporum Alexandria, Orientis, Antiochiæ atque Asiæ. Conc. Constantinop. I, tit. 2, c. 8.

Ut primæ sedis episcopus Princeps sacerdotum non appelletur. Conc. Carthag. III, tit. 25, c. 14.

Quod prima sedes apud Antiochiam B. Petri esse memoretur, et quod absque episcoporum primatum tenente episcopus non ordinetur. Epistola Innocentii ad Alexandrum, 23, tit. 1.

TITULUS LI.

De commissa vice apostolicæ sedis, aliisque præceptis.

Quod Thesalonicensis episcopi vicem apostolicæ sedis impleverint, et quod sit correctioni adhibenda dilectio nec pro minimis causis facile exercenda damnatio. Epistola Leonis ad Anastasium, 67, tit. 15, et seqq.

De commissa vice apostolicæ sedis. Epistola Simplicii ad Zenonem Hispalensem ex integro, 77.

De directis institutis et vice commissa. Epistola Hormisdæ ad Joannem Illicitanæ ecclesiæ episcopum ex integro, 89.

Ut contra hæreticos libentius, et majori invidat auctoritate; ac personam suam jubet induere. Epistola Hormisdæ ad Epiphanium ex integro, 93.

De commissa vice per Baticam et Lusitaniam. Epistola Hormisdæ ad Silvestrum ex integro, 94.

TITULUS LII.

De clericis contra interdictum ordinatis vel filios generantibus.

Contra interdictum ordinati vel inhonore filios ge-

PATROL. LXXXIV.

nerantes clerici honore et ordine privabuntur. Conc. Taurin. tit. 7, c. 25.

Contra canones ordinati clerici deponantur. Conc. Ilerd. tit. 42, c. 44.

Ut quicumque contra vetita ordinati fuerint cum ordinatoribus suis deponantur. De commemoratione Næni concilii. Epistola Innocentii ad universos in Tolosa, 27, tit. 3.

Ut hi qui contra interdictum ordinaverint excommunicentur. Conc. Arelat. III, tit. 3, c. 23.

TITULUS LIII.

De sacerdotibus et levitis sine examinatione promotis et sponte confessis.

De presbyteris qui postquam promoti sunt postea examinati sua peccata confessi sunt. Conc. Nic. III, c. 1.

Si presbyter confessus aut convictus fuerit ante ordinationem peccasse. Conc. Neoces. I, c. 3.

Id ipsum de diaconibus. In quo supra tit. 10, c. 3.

Si presbyter aut diaconus post ordinationem peccasse convincitur quod an e peccaverit, similiter et de cæteris clericis. In excerptis Martini, tit. 23, c. 64.

De diaconibus si ante honorem peccasse probantur. Conc. Eliber. tit. 76, c. 88.

Si sacerdos vel levita de se crimen confiteantur. Conc. Valent. tit. 4, c. 24.

Si presbyter aut diaconus crimen capitale commiserit, simul et ab officio et communione pellatur. Conc. Aurel. I, tit. 6, c. 31.

Si presbyter aut diaconus pro reatu aliquo ab eucharistia se suspenderit. Conc. Aurel. I, tit. 8, c. 31.

TITULUS LIV.

De castimonia totius ordinis clericorum ac de sponte professis.

De castimonia ministrorum et sacerdotum. Conc. Tolet. IV, tit. 21, c. 49.

Ut episcopus in conclavi suo idoneum testimonium habeat. Conc. Tolet. IV, tit. 22, c. 49.

Ut presbyteri vel diaconi similiter vitæ suæ habeant testes. Conc. eodem. tit. 23, c. 49.

Ut castitas a sacerdotibus et levitis custodiat. Conc. Carthag. II, tit. 2, c. 13.

De adulteris. Conc. Anyp. tit. 20, c. 2.

Si presbyter uxorem duxerit, vel mœchatus fuerit. Conc. Neoces. tit. 1, c. 3.

De sacerdotibus et ministris si mœchaverint. Conc. Eliber. tit. 18, c. 38.

De his qui altari serviunt si subito stenda carnis fragilitate corruerint. Conc. Ilerd. tit. 5, c. 44.

De sacerdotibus et ministris fornicantibus. In excerptis Martini, tit. 27, c. 61.

Ne clerici viduarum familiaritati socientur. Conc. Carthag. IV, tit. 102, c. 15.

Ut etiam ad proprias sanguinis sui clerici cum testimonio vadant. Conc. Tarracon. tit. 1, c. 39.

De clericis et ostiariis qui adulteris mulieribus admisceantur, ut projiciantur. Conc. eodem. tit. 9, c. 39.

De clericis cum quibus mulieres habitant. Conc. Hispal. I, tit. 3, c. 66.

TITULUS LV.

De abstinendis clericis a propriis conjugis.

De sacerdotibus et levitis ut ab uxoribus se continent. Conc. Carthag. V, tit. 3, c. 16.

De his qui post acceptum diaconium incontinentes inveniuntur. Conc. Araus. tit. 23, c. 21.

De presbyteris et diaconibus qui ad conjugalem torum revertuntur. Conc. Agath. tit. 9, c. 30.

De sacerdotibus et ministris ut ab uxoribus se abstineant. Conc. Eliber. tit. 33, c. 38.

De presbyteris et diaconibus si post ordinationem filios genuerint. Conc. Tolet. I, tit. 1, c. 46.

Ut episcopis, presbyteris et diaconibus ex hæresi A
venientibus uxoribus misceri non liceat, vel quod hi
qui semper catholici fuerint in cellulis cum mulie-
ribus extraneis non morentur; inventæ autem me-
lieres ab episcopis veniuntur. Conc. Tolet. III,
tit. 5, c. 48.

De clericis incontinentibus et indictione castimo-
nie. Epistola Siricii ad Eumerium. 3, tit. 7.

Ut sacerdotes et levitæ cum uxoribus coire non
debeant, sed omnino sint casti. Epistola Innocentii
ad Victorium. 7, tit. 9.

De incontinentiâ sacerdotum et levitarum. Epistola
Innocentii ad Exuperium. 8, tit. 1.

De his qui in sacerdotio filios genuerunt ut ab
officio renoveantur. Epistola Innocentii ad Maxi-
mum. 10.

De sacerdotibus et ministris quod cessare debeant
ab opere conjugali, non tamen repudiare conjugia.
Epistola Leonis ad Rusticum. 66, tit. 3.

Quod subdiaconibus et deinceps majoris ordinis B
clericis carnale conjugium denegatur. Epistola Leo-
nis ad Anastasium. 67, tit. 3.

Ut si qui ex conjugibus ordinati sunt sine testi-
monio. Conc. Gerund. tit. 6, c. 40.

TITULUS LVI.

Ne mulieres commorentur in unum cum clericis.

De subintroductis mulieribus. Conc. Nic. tit. 3,
c. 1.

Nullus clericus cujuscunque ordinis in solatio suo
extraneam habeat mulierem, exceptis personis iuxta
conscriptis. Conc. Arelat. II, tit. 3, c. 22.

Id ipsum de eisdem, et ne clericus ad domum
extraneæ mulieris accedat. Conc. Agath. tit. 10,
c. 30.

De feminis quæ cum clericis habitare possunt.
Epistola Siricii ad Eumerium. 3, tit. 12.

De subintroductis et adoptivis mulieribus et ut
religiosæ feminæ nullius laici vel alieni familia-
ritatem habeant. In excerptis Martini, tit. 52,
c. 64.

Clericus vel sanctimonialis feminæ cum extra-
neis viris vel feminis non habitent. Conc. Carthag. I,
tit. 3, c. 12.

Cum clericis extraneæ feminæ non cohabitent.
Conc. Carthag. III, tit. 17, c. 14.

De remotione mulierum a consortio clericorum.
Conc. Tolet. IV, tit. 42, c. 49.

Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.
Conc. Carthag. IV, tit. 46, c. 15.

Nullus clericus cujuscunque ordinis in cellario aut
secreto intromittat puellam. Conc. Arelat. II, tit. 4,
c. 22.

Nullus clericus in cellario vel in secreto quam-
cunque feminam intromittat. Conc. Agath. tit. 11,
c. 30.

De familiaritate extranearum mulierum. Conc.
Arel. I, tit. 25, c. 31.

Clerici extraneas feminas in domo non habeant.
Conc. Eliber. tit. 27, c. 38.

Clerici qui sine uxoribus ordinantur extraneas
mulieres non habeant in domo. Conc. Gerund. tit.
7, c. 40.

Nullus clericus a subdiaconatu et supra cum ex-
tranea habitet muliere. De dispositione etiam operis
ancillarum. Conc. Tolet. II, tit. 3, c. 47.

Ut clerici cum extraneis mulieribus non habitent.
Conc. Ilerd. tit. 15, c. 44.

De venditione mulierum, quæ clericis conjunctæ
noscuntur. Conc. Tolet. IV, tit. 45, c. 49.

TITULUS LVII.

De non consummato concupiscentiæ malo.

De concupiscentiâ non consummata. Conc. Neo-
cesar. tit. 4, c. 3.

TITULUS LVIII.

*De sacerdotibus, cunctisque clericis desertoribus et
non transferendis in alienum locum.*

Ut ubi quis primum legerit, ibi permaneat cleri-
cus. Conc. Carthag. VI, tit. 15, c. 17.

Ne quis qualibet necessitate suam relinquat eccle-
siam. Conc. Arelat. II, tit. 13, c. 22.

Ut nullus clericus de episcopo suo recedat, et ad
alium se transferat, neque ei communicet, excepto
si de hæresi ad ecclesiam se transferat. Conc. Tolet.
I, tit. 12, c. 46.

Non debere clericum ad aliam ecclesiam migran-
tem ibi perseverare. Conc. Antioch. tit. 3, c. 6.

Quod non liceat clerico in duabus ecclesiis mi-
nistrare, sed aut primæ restitui aut secundæ fir-
mari. Conc. Chalced. tit. 10, c. 11.

Ut clericus cujuscunque ordinis alibi transiens ex-
communicetur. Conc. Arelat. I, tit. 21, c. 21.

De clericis desertoribus. In excerptis Martini, tit.
34, c. 64.

Item de clericis desertoribus ut episcopis suis
restituantur. Conc. Hispal. II, tit. 3, c. 67.

Si episcopus, presbyter aut diaconus ab ecclesia
vel a civitate in qua ordinati sunt abcesserint. Conc.
Nic. tit. 15, c. 1.

De vagis et inobedientibus clericis, ministris et sa-
cerdotibus. Conc. Vallet. tit. 5, c. 45.

De presbyteris, diaconibus, et clericis qui ad alias
civitates transeunt, ut non suscipiantur alibi, sed
omnino reverti cogantur. Conc. Nic. tit. 16, c. 1.

Episcopum de provincia ad provinciam non transi-
re nisi fuerit invitatus. Conc. Sardic. tit. 2, c. 5.

De sacerdotibus qui ecclesias suas derelinquunt et
ad alias ecclesias migrant. Epistola Damasi ad Pau-
linum. 2, tit. 3.

De Anatolio episcopo qui Antiochenam et Alexan-
drinam ecclesiam usurpare tentavit. Epistola Leonis
ad Marcianum. 55.

De quo supra. Epistola ejusdem ad eundem Ana-
tolium. 56.

Non invitati episcopi ultra diœceses suas non
accedant. Conc. Constantinopolit. I, tit. 3, c. 8.

De eo qui per ambitionem de inferiori civitate ad
majorem transiens vult agere clericatum. In excer-
ptis Martini, tit. 5, c. 64.

Non liceat episcopo vel cuilibet ex clero ad aliam
transire civitatem. Conc. Chalced. tit. 5, c. 11.

Episcopum de diœcesi ad diœcesem non debere
transire nec violentia impulsus nec suasionem provo-
catum. Conc. Antioch. tit. 21, c. 6.

Episcopum non debere in alienam civitatem ir-
ruere. Conc. Antioch. tit. 22, c. 6.

Episcopus de loco ignobili ad nobilem non trans-
eat. Conc. Carthag. IV, tit. 27, c. 15.

Episcopum non debere ad aliam civitatem trans-
ferri. Conc. Sardic. tit. 4, c. 5.

Ut nullus episcoporum relicta propria ecclesia ad
aliam transeat, ubi et natale suum Romæ episcopi
faciunt. Epistola Hilarii ad Ascanium. 75, tit. 2.

Ut Ireneus remotus a Barcinonensi ad propriam
revertatur. Epistola Hilarii ad Ascanium. 75, tit. 3.

De damnatione Irenei si ad suam ecclesiam non
revertatur. Epistola Hilarii ad Ascanium. 75,
tit. 5.

De remotione Irenei; et quod indebite ordinati
episcopi propter necessitatem vel indigentiam stare
possint; et ne in una ecclesia duo episcopi permu-
tantur. Epistola Hilarii ad Ascanium. 76.

Ut episcopi suas diœceses gubernent nec ad alias
accedant. Conc. Constantinop. I, tit. 2, c. 8.

De non mutanda parochia. In excerptis Martini,
tit. 6, c. 64.

Ut si quis episcopus suam deserens civitatem ma-
jorem sedem ambitus causa petierit, nec illam obti-
nere poterit et sua carere debeat. Epistola Leonis
ad Anastasium. 57, tit. 7.

De episcopis in aliena provincia possessiones habentibus. Conc. Sardic. tit. 15, c. 5.

De episcopis qui non in possessione sua, sed in aliena diocesi basilicam construunt. Conc. Arausic. tit. 10, c. 27.

Non licere fieri translationes episcoporum. Conc. Carthag. III, tit. 38, c. 14.

Ut episcopus in aliena provincia non immoretur, licet sit eruditior. Conc. Sardic. tit. 14, c. 5.

Clerici vim passi si ad aliam civitatem accesserint, non veniant ibi morari quandiu potuerint. Conc. eod. tit. 24, c. 5.

Ut clerici sine necessitate in aliena civitate non immorentur. Conc. Carthag. III, tit. 37, c. 14.

Ut extranei clerici apud Thessalonicam non tardent. Conc. Sardic. tit. 20, c. 5.

Non licere episcopis ad aliam transire provinciam et ibi clericos ordinare. Conc. Antioch. tit. 43, c. 6.

De episcopis qui in aliena provincia ordinationes facere præsumunt. In excerptis Martini, tit. 7, c. 64.

Si quis susceperit ecclesiam propriam deserentem, et ad aliquam provenerit dignitatem, sui jaceat sententiæ quam canones prælixerunt. Decretum Gelasii generale. 82, tit. 25.

TITULUS LIX.

De sacerdotibus et clericis legitime transferendis.

De episcopis et clericis in alienum legitime transferendis. Conc. Carthag. IV, tit. 27, c. 45.

Ut episcopus qui plures habet clericos ei qui eget postulatus ad ordinandum tribuat. Conc. Carthag. III, tit. 45, c. 14.

TITULUS LX.

Quod nulli liceat alienum clericum sive monachum laicum vel civem libertum aut servum in sua ecclesia ordinare vel retinere.

Ut clericum alienum sine consensu episcopi sui in alienam ecclesiam non liceat ordinare. Conc. Nic. tit. 17, c. 4.

Non licere episcopo alterius clericum in sua ecclesia ordinare. Conc. Sardic. tit. 18, c. 5.

Item de quo supra. Conc. eodem, tit. 19.

Non licere episcopis in aliena provincia clericos ordinare. Conc. Antioch. tit. 43, c. 6.

Item de quo supra. Conc. eod. tit. 22.

Item de quo supra. Conc. Constantinop. I, tit. 3, c. 8.

Ut clericum alienum nullus sibi usurpet. Conc. Carthag. III, tit. 44, c. 14.

Ut episcopus alienum clericum non retineat, vel ordinet. Conc. Carthag. III, tit. 21, c. 14.

Ut clericum alienum nullus ordinet, nec sit clericus qui non sponderit locum ubi sit ordinatus.

Conc. Vallet. tit. 6, c. 45.

De clerico qui ad alienam ecclesiam transit, et qui eum susceperit. Conc. Tolet. II, tit. 2, c. 47.

Ut nullus episcopus clericum alterius ordinare præsumat. Conc. Bracar. I, tit. 8, c. 63.

De clericis desertoribus. Conc. Hispal. II, tit. 3, c. 67.

Quod minime clericos in alienam civitatem liceat transmigrare, nisi eos qui proprias amiserint civitates. Conc. Chalced. tit. 20, c. 41.

Ut nullus episcopus alterius clericum ordinare usurpet. Epistola Innocentii ad Victorium. 7, tit. 7.

Ut alterius clericum non promoveat alter nec abjectum suscipiat. Conc. Taurin. tit. 6, c. 25.

Nullus alienum clericum sollicitare vel retinere præsumat, nec aliquid etiam pulchrum auferre de fratribus ecclesie. Epistola Leonis ad Anastasium, 67, tit. 8.

Ut qui clericum alienum defendere nititur a communione privetur. Conc. Arelat. III, tit. 4, c. 23.

De his qui præsumserint clericum alienum ordinare. Conc. Araus. tit. 8, c. 27.

Non ambiant sibi nec episcopos vindicare clericos potestatis alienæ. Decretum Gelasii generale 82, tit. 16.

De non recipiendis clericis vagis et de informanda ordinatione ejus qui sine consensu episcopi ab alio episcopo ordinatus est. In excerptis Martini, tit. 55, c. 64.

Ut clericus sive laicus in alterius ecclesia non ordinetur. Conc. Carthag. I, tit. 5, c. 12.

De clericis vel monachis ab alio episcopo ordinatis. Conc. Carthag. V, tit. 43, c. 16.

De his qui cives alienos ordinarunt. Conc. Araus. tit. 9, c. 27.

Si episcopus servum alterius clericum fecerit, et diaconum vel presbyterum ordinaverit. Conc. Aurelian. I, tit. 5, c. 31.

Ut nullus episcopus servum alterius ad officium clericatus promoveat. Epistola Leonis ad universos episcopos per Campaniam. 64, tit. 4.

Ut nullus servum alienum absque consensu domini sui in monasterio suscipiat. Conc. Chalced. tit. 4, c. 41.

Non debere servum occasione religionis contemnere dominum suum. Conc. Gangren. tit. 3, c. 4.

De non dandis servis alienis contemnere dominum suum. In excerptis Martini, tit. 42, c. 61.

Servi sub obtentu religionis non suscipiantur aut vindicentur in monasteriis aut in clero. Decretum Gelasii generale. 82, tit. 16.

Si episcopus servum alienum diaconum aut presbyterum fecerit, dupla satisfactione restituat servum. Conc. Aurelian. I, tit. 5, c. 31.

LIBER SECUNDUS.

DE INSTITUTIONIBUS MONASTERIORUM ET MONACHORUM, ATQUE ORDINIBUS PœNITENTIUM.

VERSIFICATIO UBI LOQUITUR CODICI RESPONDENTI LECTOR.

I. Postquam sanctifico missos de cespite flores
Magnopere sacros distinximus ordine campos,
Quo nunc ire jubes, aut quo me tramite mittis ?
R. Est bene quod præfixa tenent loca sacra ministri:
Ast nunc virgineam solers dispone cohortem,

D Astringe viduam, pœnitens det corde dolorem,
Nec lasciva suis rideat in motibus illa
Quæ adhuc deliciis pollens est mortua vivens.
I. Nisu toto, si dominus vult, ibimus illic
Quo nos magna jubet oris sententia vestri.

TITULUS I.

De monasteriis virorum et ordinibus eorum.

De monasteriis non convellendis. Conc. Hispal. II, tit. 10, c. 67.

Cellule vel congregationes novæ absque episcopi notitia non construuntur. Conc. Agath. tit. 58, c. 50.
Monasterium inconsulto episcopo nullus ædificet.
Monachi si evagantur reducantur, et si necesse sit

cum voluntate abbatis de monacho clericus fiat. A
Conc. Agath. tit. 27, c. 30.

Ut episcopo liceat unam de parochianis ecclesiis
monasterium facere, et conferre quod voluerit de
rebus ecclesie. Conc. Tolet. III, tit. 4, c. 48.

Si episcopus monasterium faciat vel parochianam
ecclesiam dicit, quantam partem de rebus ecclesie
conferat. Conc. Tolet. IX, tit. 4, c. 54.

Monachus sine permissione episcopi vel abbatis
cellulam sibi non construat. Conc. Aurel. I, tit. 18,
c. 31.

De potestate episcopi in monasteriis habenda : et
ulterius non fieri secularia habitacula quae fuerint
monasteria consecrata. Conc. Chalced. tit. 24, c. 11.

De discretione potestatis episcoporum quam in
monasteriis habere possunt. Conc. Tolet. IV, tit. 51,
c. 49.

Abbatibus in potestate episcopi sint : de monachis
etiam vagis, et non suscipiendo alieno monacho.
Conc. Aurel. I, tit. 15, c. 31.

De clericis, monachis, vel laicis qui sunt in pto-
chiis, monasteriis, atque martyriis, ut in potestate
sint uniuscujusque episcopi civitatis. Conc. Chalced.
tit. 8, c. 11.

Unus abbas duobus cenobiiis non praefertur. Conc.
Agath. tit. 57, c. 30.

De honore monachi competente et ut nullus eor-
um attentet ecclesiastica aut saecularia inquirere ne-
gotia, neque monasteria vel oratoria sibi constituere
libere. Conc. Chalcedon. tit. 4, c. 11.

De monachis vagis et a monasterio egressis. Conc.
Tolet. IV, tit. 52, c. 49.

Clerici et monachi sine episcopi non pro-
fecturi. De abbatis quoque et monachorum cellulis,
ac de monachis aegris et senibus. Conc. Agath. tit.
38, c. 30.

De clericis et monachis non manentibus in suo pro-
posito. Conc. Chalced. tit. 7, c. 11.

De monachis vel puellis Deo dicatis quod non li-
ceat eis nuptiis jungi. Conc. eod. tit. 16.

Monachi orarium vel zancas in usu non habeant.
Conc. Aurelian. I, tit. 16, c. 31.

Si monachus uxorem duxerit. Conc. eod. tit. 17.

De monachis ut clerici ordinentur cum voluntate
abbatis, et quae monasterio offeruntur non auferantur,
et de basilicis quas laici fecerint. Conc. Ilerd.
tit. 3, c. 44.

De monachorum promotione ad clerum. Epistola
Siricii ad Eumerium. 5, tit. 13.

Ut monachus missus alicubi ministerium clericatus
agere non praesumat, nec negotiator, nec executor
existat. Conc. Tarracon. tit. 11, c. 39.

De professione monachorum et professione paren-
tum eorum. Conc. Tolet. IV, tit. 49, c. 49.

TITULUS II.

De monasteriis feminarum.

Monasterium puellarum procul a monachis con-
stituendum. Conc. Agath. tit. 28, c. 30.

Ut monasteria virginum a monachis tueantur. Conc.
Hispal. II, tit. 11, c. 67.

TITULUS III.

De custodia sacrarum virginum.

Qualiter sacrae virgines episcopi vel presbyteri cu-
stodia tueantur. Conc. Carthag. III, tit. 33, c. 14.

Vir religiosus feminis praeposendus ab episcopo
probetur. Conc. Carthag. IV, tit. 97, c. 15.

Quod ad reatum sacerdotis pertineat si viduae vel
sanctimoniales clericorum, qui his praesunt, familia-
ritatibus socientur. Conc. eodem, tit. 102, c. 15.

TITULUS IV.

De ordinatione sacrarum virginum.

Qualiter virgo sanctimonialis ordinetur. Conc. Car-
thag. IV, tit. 11, c. 15.

Virgines ante viginti quinque annos non ordinan-
dis. Conc. Carthag. III, tit. 4, c. 14.

Virgines sanctimoniales ante aetatis annum qua-
dragesimum non velentur. Conc. Agath. tit. 19, c. 30.

Ante annos quadraginta aetatis sanctimoniales vir-
gines non velentur. Conc. Carthag. I, tit. 8, c. 41.

De diaconissis non ordinandis. Conc. Araus. tit.
26, c. 27.

De diaconissis lapsis, et ne ante annum quadrage-
simum ordinentur. Conc. Chalced. tit. 15, c. 11.

TITULUS V.

De tempore velandarum virginum.

De virginibus sacris quibus temporibus velentur ;
ob necessitatem tamen omni tempore : sicut et de
baptismate dictum est, ne sine hoc munere transeant
quod plorasse dicuntur. Decretum Gelasii. 82, tit. 14.

TITULUS VI.

B *De sacris virginibus velatis ac postea corrupta et de
corruptoribus earum.*

De virginibus sacris velatis si publice vel occulte
lapsae fuerint. Epistola Innocentii ad Victorium. 7,
tit. 12.

De puellis, quae jam consecratae sunt si postea
nupsrint, et propositi et consecrationis dupli-
crimen admittunt. Epistola Leonis ad Rusticum. 66,
tit. 14.

De virginibus sacris non velatis si lapsae fuerint,
Epistola Innocentii ad Victorium. 7, tit. 13.

Quod puellae, quae non coactae sed voluntate pro-
pria virginitatis propositum susceperint, delin-
quant cum nupsrint, etsi nondum fuerant conse-
cratae. Epistola Leonis ad Rusticum Narbonensem.
66, tit. 13.

Si devota maturaverit vel moechaverit, poenitentiae
deputetur. Conc. Valent. tit. 2, c. 24.

C *De virginibus Deo sacratis si adulteraverint. Conc.
Elibert. tit. 13, c. 38.*

Devota si adulteraverit decem annis poeniteat ; si
maritum duxerit non permittenda ad poenitentiam
nisi maritus decesserit. Conc. Tolet. I, tit. 16, c. 46.

Si devota peccaverit vel maritaverit. In excerptis
Martini, tit. 31, c. 64.

De virginibus sacris quae vim barbaricam pertule-
runt, quod non habeant corruptam mentem propter
corruptelam corporis violentam, quodque laudabilio-
res sunt si se incontaminatis non comparent. Epi-
stola Leonis ad episcopos Africanos. 69, tit. 4.

Ut raptores viduarum aut virginum, vel qui sacris
virginibus vi vel sponte nupsrint communionem pri-
ventur. Epistola Symmachi ad Caesarium. 85, tit. 3.

Quod hi qui sacris virginibus se sociant et foedera
incesta commiscunt, communicare non possint, nisi
publicam poenitentiam gesserint ; his autem de sae-
culo transeuntibus viaticum non negari. Decretum
Gelasii generale. 82, tit. 22.

TITULUS VII.

De discretione viduarum ac virginum.

De discretione sae ulajum et sanctimonialium vi-
duarum ac virginum. Conc. Tolet. IV, tit. 56, c. 49.

De professione et veste religiosarum viduarum.
Conc. Tolet. X, tit. 4, c. 55.

TITULUS VIII.

De comprobatione sanctimonialium viduarum ac virginum.

Viduae quae in proposito religioso diuturna obser-
vatione permanserint, et virgines quae plurimis an-
ni in monasteriis fuerint, omnino nubere prohibentur.
Epistola Symmachi ad Caesarium. 85, tit. 4.

De feminis quae viduitatem professae sunt coram
episcopo. Conc. Araus. tit. 27, c. 27.

De remotis excusationibus viduarum transgressio-
nem sequentium. Conc. Tolet. X, tit. 5, c. 55.

TITULUS IX.

De prohibitione ministerii feminarum.

De feminis ut sacris altaribus non ministrent, vel aliquid ex his, quæ virorum sunt officii deputata, præsumant. Decretum Gelasii generale. 82, tit. 28.

Ut nulla professa vel vidua absente sacerdote in Jomo sua sacerdotale officium vel lucernam impleat. Conc. Tolet. I, tit. 9, c. 46.

Non debere mulieres ad altare ingredi. Conc. Laod. tit. 45, c. 7.

Ut mulieres in sacrarium non intrent. In excerptis Martini. tit. 42, c. 63.

Qualiter viduæ vel sanctimoniales ad baptismi ministerium ordinentur. Conc. Carthag. IV, tit. 12, c. 45.

Ut mulieres publice docere non præsumant. Conc. Carthag. IV, tit. 69, c. 15.

Ut mulier baptizare non audeat. Conc. eod. tit. 100.

TITULUS X.

De non velandis viduis.

Viduæ non velentur, quia id nec auctoritas divina nec canonum instituit forma. Decretum Gelasii generale. 82, tit. 15.

Quod viduæ ut supra dictum est non velentur, et si professam continentiam proposito mutato calcaverint ipsæ pro se Deo rationem reddant. Decretum Gelasii generale. 82, tit. 23.

TITULUS XI.

De castimonia et regulis viduarum.

Cum viduis vel viduabus extraneæ personæ non commorentur. Conc. Carthag. I, tit. 4, c. 12.

De viduis adolescentulis et infirmis victu Ecclesiæ sustentandis. Conc. Carthag. IV, tit. 101, c. 15.

Ut viduæ, quæ stipendia Ecclesiæ sustentantur, Ecclesiam meritis et orationibus juvent. In quo supra, tit. 103.

De viduis senioribus quæ tanquam ordinatæ non suscipiantur. Conc. Laod. tit. 11, c. 7.

TITULUS XII.

De castimonia monachorum ac virginum.

De monachis vel puellis Deo dicatis, quod non liceat eis nuptiis jungi. Conc. Chalced. tit. 16, c. 11.

Clerici vel sanctimoniales feminæ cum extraneis viris vel feminis non habitent. Conc. Carthag. I, tit. 3, c. 12.

Clerici, vel continentes, ad virgines et viduas soli nusquam accedant. Conc. Carthag. III, tit. 25, c. 14.

Ut religiosa puella virorum familiaritatem non habeat. Conc. Tolet. I, tit. 6, c. 46.

De monachis et virginibus castitatis propositum non servantibus. Epistola Siricii ad Eumerium. 3, tit. 6.

Quod si qui propositum monachi deseruerint, publica sint poenitentia satisfactione purgandi. Epistola Leonis ad Rusticum. 66, tit. 12.

De viris ac feminis sacris propositum transgredientibus sacrum. Conc. Tolet. VI, tit. 6, c. 51.

TITULUS XIII.

De viduis mæchis.

De viduis mæchis si eundem postea maritum habeant. Conc. Eliber. tit. 72, c. 38.

TITULUS XIV.

De appellando poenitentia bono.

Quod non oporteat christianum de die in diem differre converti, ne angustias temporis incurrat extranei. Epistola Leonis ad Theodorum Forojuliensem. 70.

TITULUS XV.

Quid possit poenitentia.

Quod omni tempore necessitatis et periculi poeni-

tentia et reconciliatio sine mora sit conferenda. Epistola Leonis ad Theodorum Forojuliensem. 70. Quod Christiano non conveniat in spatio vitæ spem indulgentiarum habere. In quo supra.

TITULUS XVI.

De dilatione poenitentia et communionis.

De his qui poenitentiam agere differunt propter metum gravius delinquendi. Epistola Leonis ad Rusticum. 66, tit. 7.

De his qui quocumque obstaculo impediti accipere poenitentiam non occurrunt, quod eis hoc remedium poenitentia post mortem dari non poterit, quodque eorum merita Dei sunt iudicio requirenda. Epistola Leonis ad Theodorum Forojuliensem. 70. Epistola Innocentii ad Exuperium. 8, tit. 2.

De his qui usque ad finem vitæ in peccatis perdurant et in exitu communionem petunt. In excerptis Martini, tit. 82, c. 64.

B

TITULUS XVII.

De danda poenitentia et temporibus poenitendi.

In infirmitate conversi manus impositionem accipiant. Conc. Arelat. I, tit. 6, c. 21.

De his qui apud hæreticos poenitentiam acceperunt, qualiter ab Ecclesia recipiantur. Conc. Milevitan. III, c. 19.

Juxta peccati differentiam poenitentia tempora decernantur. Conc. Carthag. III, tit. 31, c. 14.

Ut sacerdos poenitenti absque personæ acceptione poenitentia leges injungat. Conc. Carthag. IV, tit. 74, c. 15.

De poscentibus poenitentiam si postea obmutescant vel in phrenesem vertantur. Conc. Carthag. IV, tit. 76, c. 15.

Poenitentiam desiderantibus clericis non negandam. Conc. Araus. tit. 4, c. 27.

De his qui subito obmutescunt ut et baptismum et poenitentiam accipiant. Conc. Araus. tit. 12, c. 27.

De his qui mente desipiunt, ut eis quæ pietatis sunt conferantur. Conc. eodem, tit. 15.

Quod qui poenitentiam petit, si obmuerit, aut indicis aut testimoniis certis comprobatus quod quæsit accipiat. Epistola Leonis ad Theodorum Forojuliensem. 70.

Qualiter majores poenitentiam accipiant, quæ minoribus non facile committenda est, et quod vitium in morte posito nulli sit denegandum. Conc. Agath. tit. 15, c. 30.

Ut poenitentia conjugatis ex consensu detur. Conc. Arelat. II, tit. 22, c. 22.

Qualiter poenitentia detur cum detorsione capitis et mutatione vestis. Conc. Tolet. III, tit. 12, c. 48.

De his qui diversorum peccatorum lapsus incurunt, ut si digne poenituerint communico tribuatur. Conc. Laod. tit. 2, c. 7.

Quod nulli sit ultima poenitentia deneganda. Epist. Coelestini ad episcopos Gallia. 34, tit. 2.

De poenitentia fidelium ut cum ad eam perveniunt confessio eorum non publicetur. Epistola Leonis ad episcopos per Campaniam, Samnium et Picenum. 73, tit. 2.

Quod ægritudine aggravatis vel obmutescentibus poenitentia per testimonium audientium detur. Epistola Leonis ad Theodorum Forojuliensem. 70.

Quod in generalibus causis nihil sine metropolitano oporteat inquiri, et ut his qui in exitu sunt, poenitentia et communico non negetur. Nam non nisi per supplicationes sacerdotum valet Dei indulgentia obtineri. Epistola Leonis ad Theodorum Forojuliensem. 70.

TITULUS XVIII.

De poenitentium legibus.

Ut negligentes poenitentes tardius recipiantur. Conc. Carthag. IV, tit. 73, c. 15.

Ut pœnitentes infirmi viaticum accipiant. Conc. A Carthag. iv, tit. 77, c. 15.

Ut pœnitentes viatico accepto si supervixerint, sine manus impositione non se credant absolutos. Conc. Carthag. iv, tit. 78, c. 15.

Ut pœnitentium defunctorum et oblatio et memoria commendetur. Conc. Carthag. iv, tit. 79, c. 15.

Omni tempore jejunii a sacerdote manus pœnitentibus imponenda. In quo supra, tit. 80.

Mortuos ecclesie pœnitentes efferant et sepeliant. In quo supra, tit. 82.

Quod pœnitentes secundum modum canonum antiquorum agere pœnitentiam debeant. Conc. Tolet. 3, tit. 11, c. 48.

Quod oporteat eum qui pro illicitis veniam petit etiam a multis licitis abstinere, et quod pœnitentes si causas suarum perfectionis amore non relinquunt ecclesiastico eas judici agant. Epistola Leonis ad Rusticum. 66, tit. 8.

Quod pœnitenti nulla lucra negotiationis exercere conveniat. In quo supra, tit. 9.

Quod ad militiam sæcularem post pœnitentiam omnino redire non liceat. In quo supra, tit. 10.

TITULUS XIX.

De temporibus remissionis pœnitentium.

De pœnitentium remissionis tempore. Epistola Innocentii ad Decentium. 6, tit. 7.

TITULUS XX.

De non recipiendis pœnitentibus.

De pœnitentibus ut ab aliis episcopis vel presbyteris non recipiantur, nec alibi communicent nisi in sua ecclesia: quod si qui eos susceperint, culpam tanquam. Epistola Felicis ad episcopos per Siciliam. 79, tit. 6.

Pœnitens ubi acceperit pœnitentiam ibi communicet. Conc. Arelat. 1, tit. 16, c. 21.

TITULUS XXI.

De his qui in pœnitentia positi moriuntur.

De his qui in pœnitentia positi vitam excesserint, ut et communicent et oblatio eorum recipiatur. Conc. Arelat. II, tit. 12, c. 22.

De pœnitentibus subito mortuis ut oblationes eorum recipiantur. Conc. Vasens. 1, tit. 2, c. 28.

De non reconciliatis pœnitentibus qui de corpore exennt ut viaticum accipiant et si supervixerint inter pœnitentes sint. Conc. Araus. tit. 3, c. 27.

TITULUS XXII.

De damnatione transgressorum pœnitentium et profitentium castitatem.

De apostatis qui tardius revertuntur nisi per dignam pœnitentiam non recipiantur. Conc. Arelat. 1, tit. 22, c. 21.

De his qui post sanctam religionis professionem apostatarunt et ad sæculum redeunt, et qui post pœnitentiam habitum sæculare præsumunt. Conc. Arelat. II, tit. 25, c. 22.

Si post acceptam pœnitentiam quis nupserit, vel qualibet familiaritate cum extraneo vixerit. Conc. eodem, tit. 21.

De his qui pœnitentiam violaverint. Conc. Aurelian. 1, tit. 7, c. 31.

De pœnitentibus mœchis si postquam pœnituerint rursum fornicati fuerint. Conc. Eliber. tit. 7, c. 38.

De viduis quæ professam continentiam prævaricaverint. Conc. Carthag. iv, tit. 104, c. 15.

De feminis quæ viduitatem professæ sunt coram episcopo, ut si prævaricaverint cum raptore damnentur. Conc. Araus. tit. 27, c. 27.

De his quæ professæ sunt castitatem si prævaricaverint. Conc. eodem, tit. 28.

De pœnitentibus viris ac feminis, sive viduis virginibusque sacris, qui divertentes laici fiunt aut vestem mutant, vel conjugii copulantur. Conc. Tolet. IV, tit. 55, c. 49.

De his qui viduæ aut pœnitenti vel religiosæ virgini stuprum intulerint. Conc. Ilerd. tit. 6, c. 44.

De his qui acceptam pœnitentiam minime servaverunt quid damnationis vel quid subventionis habebunt. Epistola Siricii ad Eumerium. 3, tit. 5.

Quod adolescens si urgente aut metu mortis aut captivitate periculo pœnitentiam gessit, et non se continet, uxoris potest remedio sustineri. Epistola Leonis ad Rusticum. 66, tit. 11.

De pœnitentibus transgressoribus. Conc. Tolet. VI, tit. 7, c. 51.

Quod quibusdam pœnitentibus pristina reddantur conjugia. Conc. Tolet. VI, tit. 8, c. 51.

De his qui pœnitentiam non sentientes accipiunt. Conc. Tolet. XII, tit. 2, c. 57.

LIBER TERTIUS.

DE INSTITUTIONIBUS JUDICIORUM ET GUBERNACULIS RERUM.

VERSIFICATIO.

J. Jussis postquam nostra tuis se lingua subegit
Ac dicto citius famulatum mente paravit,
In qua cursivagum mitremus parte vianem
Aut nunc quo motum librabimus orbe regressum
Enixo series usque nunc proruit orsu?
K. Ex hoc incipe juridicos disponere motus,
Os, guttur, linguam, labium accusantis obunca:
Falsum non tolles indemnum vivere testem;
Judicium judex addiscat promere justum
Nec minimum juris veritat in parte favoris:
Quisquis enim torquet leges torquetur ad ignes,

D Et parva magnus pensavit facta reatus.
Complevi præcepta sacris impressa loquellis
Adsportans quidquid præcipis ipse tibi.
Putas ne recto labuntur crura viatu
Aut non alterno fallimur inde pede?
Directe jugulus mentem collisit iniquam,
Justitiæ telo callida cuncta secans.
Pulchre est infausto punitus crimine mendax
Ne falsum staret quod veritate perit.
Veridico cuncta congressa est orbita gre-su.
Perge vigens; error nullus in antra latet.

TITULUS I.

De retinendo suscepto regimine, et sollicitè peragendo.
Quod non sint quacunquæ ex causa relinquenda

regiminis jura suscepta. Præfatio epistolæ Leonis ad Rusticum Narbonensem. 66.

Quod jura regiminis sollicitè sint agenda. Præfatio epistolæ Leonis ad episcopos per Siciliam. 65.

TITULUS II.

De formatis.

Quomodo fiat formata. Epistola Attici Constantino-
politani episcopi, quæ est in fine Græcorum concilio-
rum ex integro. c. 11.

Qualiter fiat formata, et ut sine formata nullus
clericus quocunque proficiatur. Conc. Milevit. tit.
20, c. 19.

TITULUS III.

De modo profectiois ministrorum.

Non oportet ministrum altaris vel etiam laicum
sine formatis litteris aliquo proficiisci. Conc. Laud.
tit. 41, c. 7.

Non oportet altaris ministrum vel quemlibet clericum
præter jussionem episcopi sui ad peregrina
proficiisci. Conc. eodem, tit. 42, c. 7.

Nullum peregrinum absque epistolio id est forma-
ta suscipi. Conc. Antioch. tit. 7, c. 6.

Quod oporteat egenis epistolia tribui; honestiores
autem commendatitiis litteris approbari. Conc.
Chalced. tit. 11, c. 11.

Ut qui confessorum litteras portant alias communi-
catorias recipiant. Conc. Arelat. 1, tit. 9, c. 21.

De epistolis communicatorii confessorum. Conc.
Eliber. tit. 25, c. 38.

De his qui communicatorias litteras portant ut de
sile interrogentur. Conc. eodem, tit. 58.

De clericis qui sine epistolis sui pontificis profi-
ciscuntur. Conc. Agath. tit. 38 et 52, c. 30.

Ut clerici vel laici in aliena ecclesia non commu-
ni ent sine litteris episcopi sui. Conc. Carthag. 1,
tit. 7, c. 12.

De præsidiis vel cæteris rempublicam agere vo-
lentibus ne sine litteris episcopi sui communicent,
et cum contra disciplinam egerint excommunicentur.
Conc. Arelat. 1, tit. 7, c. 21.

Quod non oporteat extraneos clericos sine com-
mendatitiis litteris ministrare. Conc. Chalced. tit.
13, c. 11.

TITULUS IV.

De modo profectiois sacerdotum.

Ut episcopus sine formata metropolitani longius
non proficiatur. Conc. Carthag. III, tit. 28, c. 14.

Quod episcopus absque vocatione principis et abs-
que justis causis ad comitatum vadens communionem
et dignitate privetur. Conc. Sardic. tit. 11, c. 5.

De commotione episcoporum ne passim ad comi-
tatum ire præsumant. Conc. Sardic. tit. 12, c. 5.

De episcopis vel omnibus omnino qui sunt sub
ecclesiastica regula constituti, ut nullus absque con-
silio et litteris metropolitani omniumque qui in eam
provincia sunt episcopi ad principem eant.
Conc. Antioch. tit. 11, c. 6.

Ut episcopi passim ad comitatum non pergant
nisi a principe evocati, et quomodo pro oppressis
aut viduabus vel pupillis atque damnatis apud pote-
states episcopi remedium impetrent. Conc. Sard.
tit. 8, c. 5.

Quomodo episcopi aut per se aut per ministros suos
causas sibi juste competentes agere possint cum ven-
t. Conc. eodem, tit. 9, c. 5.

Quod nisi pro justis causis aut pupillorum vel vi-
duarum sive laborantium remediis episcopus ad
comitatum non eat. Conc. eodem, tit. 10, c. 5.

De conviciis episcopis in urbe regia commemoran-
dis. Conc. Tolet. VII, tit. 6, c. 52.

TITULUS V.

De conspirationis crimine.

De conjurationibus et conspirationibus quod cri-
men Græci fratris dicunt. Conc. Chalced. 18, c. 11.

TITULUS VI.

De delatoribus.

De delatoribus. Conc. Eliberit. tit. 73, c. 38.

A

TITULUS VII.

De accusatorum querenda conversatione.

Querendam in judicio conversationem accusato-
ris et accusati. Conc. Carthag. IV, tit. 96, c. 15.

TITULUS VIII.

De accusatorum reprobatione.

Qui non bonæ conversationis sunt clericis non
accusent; et ut quis clericus si criminibus implicatus
est clericos non accuset. Conc. Carthag. II, tit. 6,
c. 12.

De personis quæ clericos accusare non possunt.
Conc. Carthag. VII, tit. 2, c. 18.

De excommunicatis ut dum in eadem sententia sunt
non accusent. Conc. eodem, tit. 1, c. 18.

Ut accusatores qui primum crimen objectum non
probaverint ad cætera accusanda non admittantur.
Conc. Carthag. VII, tit. 3, c. 18.

De his qui sacerdotes accusaverint nec probant.
Conc. Eliberit. tit. 75, c. 38.

Ut qui clericum accusaverit, et id non probaverit,
excommunicetur. Conc. Bracar. II, tit. 8, c. 64.

Clerici accusatores fratrum ad communionem non
recipiantur nec ad clerum. Conc. Carthag. IV, tit.
55, c. 15.

Ut falsi accusatores fratrum usque ad exitum ex-
communicentur. Conc. Arelat. I, tit. 14, c. 21.

De accusatoribus fratrum. Conc. Arelat. II, tit.
21, c. 22.

Ut accusatores de levibus causis non audiantur,
de criminalibus vero discutiantur in quo episcopus
accusatoris vice se discutendum sciat. Conc. Vasens.
tit. 7, c. 28.

Ut episcopus si cuicumque crimen impegit dedu-
catur ad probationem in synodo. Conc. Carthag. IV,
tit. 21, c. 15.

Non debere catholicos in ea, quæ martyris sua hæretici dicunt, intrare. Conc. Laod. tit. 9, c. 7.

Non debere Christianos judaizare vel sabbatizare. Conc. eod. tit. 29.

Non oportere ab hæreticis benedictiones accipere quia maledictiones sunt. Conc. eod. tit. 52.

Non debere cum hæreticis schismaticis orari. Conc. Laod. tit. 33, c. 7.

Non eundem ad falsos martyres. Conc. eod. tit. 34.

Non licere Christianis derelicta Ecclesia ad angelos idololatriæ congregationes colligere. Conc. eod. tit. 55.

Non licere ab hæreticis vel Judæis feriatica quæ mittuntur accipere, vel cum eis festos dies agere. Conc. eod. tit. 57.

Non licere a Judæis azyma accipere. Conc. eod. tit. 38.

Non licere cum Paganis festa celebrare. Conc. eod. tit. 39.

Ut hæreticorum coetus non ecclesiâ sed conciliabulum sit. Conc. Carthag. IV, tit. 71, c. 15.

Ut cum hæreticis nec orandum sit nec psallendum. Conc. eod. tit. 75.

Ut infideles pro audienda lectione in ecclesiâ usque ad missam stent. Conc. eod. tit. 84.

De fugibus fidelium ne a Judæis benedicantur. Conc. Eliber. tit. 49, c. 38.

C

TITULUS II.

De vitandis convivis hæreticorum.

Ut Christiani Judæorum vitent convivia. Conc. Agath. tit. 40, c. 30.

De Christianis qui cum Judæis vescuntur. Conc. Eliber. tit. 50, c. 38.

Cum rebaptizatis fideles religiosi nec in cibo participant. Conc. Ilerd. tit. 14, c. 44.

De eo quod non liceat clericis vel laicis catholicis ab hæreticis eulogias accipere aut cum ipsis vel cum schismaticis orare. In excerptis Martini, tit. 70, c. 44.

TITULUS III.

De conjugis fidelium et hæreticorum.

Non debere catholicos hæreticorum matrimonio sociari. Conc. Laod. tit. 10, c. 7.

De non miscendis conjugis cum hæreticis nec dandis Christianorum filiis, illorum autem accipiendis. Conc. eod. tit. 31.

De cavendis hæreticorum conjugis. Conc. eod. tit. 31.

Feminae fideles, quæ Gentilibus se junxerint, excommunicantur. Conc. Arelat. I, tit. 11, c. 21.

De catholicis ne hæreticorum connubiis copulentur. Conc. Agath. tit. 67, c. 30.

Quod puellæ Christianæ in matrimonium dari Gentilibus possunt propter adulterii causam. Conc. Eliber. tit. 15, c. 38.

De puellis fidelibus ne infidelibus jungantur. Conc. A
eod. tit. 16.

De his qui filias suas sacerdotibus Gentilium con-
jungunt. Conc. eod. tit. 17.

TITULUS IV.

*De Judæorum fide, illisque consentientibus contra
fidem.*

De discretionem Judæorum qui non vel qui credere
vi cogantur. Conc. Tolet. iv, tit. 57, c. 49.

De custodia fidei Judæorum. Conc. Tolet. vi, tit.
3, c. 51.

De Judæis dudum Christianis et postea in priorem
ritum reversis ac servis vel filiis eorum circumcisis.
Conc. Tolet. iv, tit. 58, c. 48.

De his qui contra fidem Christi Judæis munus vel
favorem præstant. Conc. eod. tit. 58.

TITULUS V.

*De uxoribus et filiis Judæorum ac ne subditos emptos
habeant Christianos neque publica officia agant.*

De Christianorum et Judæorum conjugis et filiis
eorum. Conc. Tolet. iv, tit. 63, c. 49.

Ut Judæis uxores vel concubinas Christianas habere,
sive comparare mancipia Christiana, et judaizare,
vel publica officia peragere non liceat. Conc. Tolet.
iii, tit. 4, c. 48.

De filiis Judæorum ut a parentibus separati Chri-
stianis debeant deputari. Conc. Tolet. iv, tit. 60,
c. 49.

De filiis Judæorum, ne prævaricatis parentibus et
damnatis a rebus parentum exsules fiant. Conc. eod.
tit. 61.

Ne Judæi vel si qui ex Judæis sunt officia publica
agant. Conc. eod. tit. 65.

Ne Judæi quocumque mancipium Christianum
quocumque titulo habeant. Conc. eod. tit. 66.

De Judæis baptizatis qui se sociant infidelibus Ju-
dæis, ut Christianis illi donentur, isti cædibus depu-
tentur. Conc. Tolet. iv, tit. 62, c. 49.

Ut baptizati Judæi cum episcopis celebrent dies
festos. Conc. Tolet. ix, tit. 17, c. 54.

TITULUS VI.

De hæreticis ab Ecclesia suscipiendis.

De Novatianis qualiter in Ecclesia catholica reci-
pantur et de sacerdotibus atque ministris ex his
venientibus quo honore vel loco suscipiantur. Conc.
Nic. tit. 8, c. 1.

De Paulianistis et Cataphrygis rebaptizandis et
qualiter suscipiantur in clero qui ex ipsis clerici fue-
runt. De diaconis quoque quæ apud eos inveniuntur
ut inter laicos habeantur. Conc. Nic. tit. 19, c. 1.

Non debere hæreticos in hærese permanentes in
ecclesiam ingredi. Conc. Laod. tit. 6, c. 7.

De Novatianis et Quartodecimanis qualiter recipi
debeant. Conc. eod. tit. 7.

De Cataphrygis ad Ecclesiam venientibus baptizan-
dis. Conc. eod. tit. 8.

De baptizatis a Donatistis qualiter suscipiantur. D
Conc. Carthag. iii, tit. 48, c. 14.

Ut Novatiani in communionem non suscipiantur,

nisi suscepta pœnitentiæ credulitate erroreque dam-
nato. Conc. Arelat. ii, tit. 9, c. 22.

Ut Photiniani et Paulianistæ baptizentur. Conc.
eod. tit. 10.

De eo qui se ab hæreticis separare voluerit ut ab
Ecclesia catholica suscipiatur. Conc. Taurit. tit. 5,
c. 25.

De hæreticis si in mortis discrimine convertantur.
Conc. Araus. tit. 1, c. 27.

De Judæis qui converti cupiunt, qualiter suscipian-
tur. Conc. Agath. tit. 34, c. 30.

De Gentilibus si in discrimine baptizari expetunt.
Conc. Eliber. tit. 39, c. 38.

De quodam Acephalorum episcopo. Conc. Hispal.
ii, tit. 12, c. 67.

TITULUS VII.

*De hæreticis ab Ecclesia non suscipiendis in suis
officiis.*

B Quod Arianorum clerici non sint suscipiendi in
suis officiis, quamvis eorum baptismum, quod ca-
tholicum constat, confirmet Ecclesia. Epist. Inno-
centii ad Alexandrum 23, tit. 3.

TITULUS VIII.

De gratulatione defensionis catholice fidei.

Ubi gratiæ Pulcheriæ Augustæ aguntur quod Nesto-
rianam et Eutychianam hæresim fidei defensione de-
struxerit. Epist. Leonis ad Pulcheriam Augustam, 48.

Ubi Martino Augusto pro conservatione catholice
fidei gratulatur. Epist. Leonis ad Martianum Augu-
stum 50.

Ubi inter cætera defensorem fidei catholice im-
peratorem gratulatur. Epist. Leonis ad Martianum
Augustum 51.

Ubi gratias imperatori agit quod per Chalcedo-
nense concilium pax sit Ecclesiæ catholice restituta.
Epist. Leonis ad Martianum Augustum 55.

TITULUS IX.

*De decretis defensionis sanctæ fidei et non retractanda
catholica fide.*

Synodus Ephesina prima adversus Nestorium ex
integro. Epist. Ephesini concilii ad Nestorium post
titulos c. 10.

Edictum Valentini et Martiani imperatorum in
confirmationem concilii Chalcedonensis ex integro
post titulos c. 11, pag. 106.

Sacra Valentini et Martiani ad Palladium præfe-
ctum contra Eutichetem. In eod. pag. 107.

Item sacra Martiani ad Palladium contra eos qui
sequuntur hæreticos, c. 11, pag. 110.

De directa vicis suæ legatione per quam postulat
imperatorem ut in concilio fidem sanctam quasi du-
biam retractare non patiatur. Epist. Leonis ad Mar-
tianum Augustum 53.

Confirmatio concilii Toletani iii, Reccardi regis in
Conc. Toletano iii, c. 48, pag. 355.

Homilia Toletani concilii ut a Leandro edita in lau-
dem Ecclesiæ ob conversionem Gothicæ gentis, c. 48,
pag. 355.

LIBER DECIMUS.

DE IDOLOLATRIA ET CULTORIBUS EJUS AC DE SCRIPTIS PACIS ET MUNERIBUS MISSIS.

TITULUS I.

De everione idololatriæ.

De idololatriis destruendis. Conc. Carthag. v, tit.
16, c. 16.

De sacerdotibus qui idololatriam non everterint,
vel illicite colita non prohibuerint ut sacrilegi teneantur.
Conc. Arelat. ii, tit. 23, c. 22.

De his qui destruentes idola occiduntur ne mar-
tyres vocentur. Conc. Eliber. tit. 60, c. 38.

Quod idololatriæ cultura a sacerdotibus vel judi-
cibus exquirenda est atque exterminanda. Conc.
Tolet. iii, tit. 16, c. 48.

Ut prohibeant domini idola colere servis. Conc.
Eliber. tit. 41, c. 38.

Ne id quod idolothytum est fideles gratum accipiant. Conc. eod. tit. 40.

TITULUS II.

De his qui idolis ante baptismum sacrificaverint.

De his qui ante baptismum sacrificaverunt idolis. Conc. Ancyr. tit. 13, c. 2.

TITULUS III.

De apostatis.

De catholicis in hæresem transeuntibus si revertantur, seu parvi, seu majores sint. Conc. Eliber. tit. 22, c. 38.

De fidelibus si apostataverint quandiu pœniteant. Conc. eod. tit. 46.

Ut apostatis et acenicis, histrionibus, vel hujusmodi personis reconciliatio non negetur. Conc. Carthag. III, tit. 35, c. 14.

De apostatis ab Ecclesia separandis et his conversis recipiendis. Epist. Syricii ad Eumerium 3, tit. 3.

TITULUS IV.

De clericis et laicis Christianis lapsis a fide vel infidelium operibus mistis.

De lapsis clericis ordinatis. Conc. Nic. tit. 10, c. 1.

De his qui sponte lapsi sunt qualiter debeant pœnitere, et de discretione temporum pœnitentiæ ipsorum. Conc. eod. tit. 11.

De catechumenis lapsis. Conc. eod. tit. 15.

De presbyteris lapsis in persecutione et iterum reversis. Conc. Ancyr. tit. 1, c. 2.

De diaconibus qui immolaverunt idolis et iterum reversis. Conc. eod. tit. 2.

De clericis sive laicis quorum manus alii cum injuria super idolum sacrificia posuerunt. Conc. Ancyr. tit. 3, c. 2.

De his qui in templis idolorum cœnaverunt. In quo supra, tit. 4.

De his qui timore ritus Gentilium peregerunt. Conc. eod. tit. 5.

De his qui frequenter idolis immolaverunt. Conc. eod. tit. 7.

De his qui vi coacti idolis immolaverunt. Conc. eod. tit. 8.

De his qui voluntarie in persecutione prævaricati sunt, qua pœnitentia correcti suscipiantur. Conc. Arelat. II, tit. 10, c. 27.

De his qui pœnis victi sacrificare compulsi sunt. Conc. eod. tit. 11.

Circa eorum personas qui se post unum et sanctum lavacrum vel profanis sacrificiis dæmonum, vel incesta lavatione polluerunt. Conc. Valent. tit. 3, c. 24.

De lapsis qui de catholica fide in hæresem transeunt. Conc. Agath. tit. 60, c. 30.

De his qui post baptismum idolis immolaverunt. Conc. Eliber. tit. 1, c. 38.

De sacerdotibus gentilium qui post baptismum immolaverunt. Conc. eod. tit. 2.

De eisdem si idolis tantum manus dederunt aut id ipsum post pœnitentiam iteraverunt. Conc. eod. tit. 3.

De eisdem si catechumeni adhuc immolant quando baptizentur. Conc. eod. tit. 4.

De sacerdotibus Gentilium qui jam non sacrificant, quando communicent. Conc. eod. tit. 5.

De fidelibus ne ad Capitolium causa sacrificandi accedant. Conc. eod. tit. 59.

De his qui post baptismum administraverint, aut tormenta exercuerunt vel capitalem sententiam pro-rulerunt. Epist. Innocentii ad Exuperium Tolosanum 8, tit. 2.

Quod qui preces vel criminales dictant habeantur immunes. Epist. Innocentii ad Exuperium 8, tit. 5.

De baptizatis qui postea convivii Gentilium et

caesis immolatiis usi sunt aut idola adoraverunt, vel homicidiis aut fornicationibus contaminati sunt. Epist. Leonis ad Rusticum 66, tit. 17.

Captivis aut terrore aut fame cum veneratione cibos immolatiis edere compulsis pœnitentia concedenda. Epist. Leonis ad Nicetam 68, tit. 5.

Quod Arianorum clerici non sint recipiendi in suis officiis quamvis eorum baptismum, quem catholicum constat, confirmet Ecclesia. Epist. Innocentii ad Alexandrum 23, tit. 3.

De his qui metu in hæresim lapsi sunt ut si conversi fuerint recipiantur. Epist. Leonis ad Anatolium 49, tit. 2.

De his qui hæreticorum erroribus metu vel voluntate implicantur ut per satisfactionem ab Ecclesia suscipiantur. Epist. Leonis ad eundem Anatolium 52.

De suscipiendis clericis quos Bonus antequam damnaretur ordinasse cognoscitur. Epist. Innocentii ad Laurentium 25, § 2.

Quod non admittantur ad clerum clerici qui sunt ab hæreticis ordinati. Epist. Innocentii ad Rufinum 25, tit. 3.

Quod hi qui a Bonoso hæretico ordinati sunt clerici propterea sunt recepti, ne scandalum seminetur Ecclesiæ. Epist. ead. tit. 5.

De Donato Novatianorum episcopo et de Maximo ex Donatistis episcopo, ut datis fidei suæ libellis in episcopatus honore permaneant. Epist. Leonis ad Africanos episcopos 69, tit. 2.

Quod omnis cujuscumque ordinis clericus qui catholicam deserens hæreticæ se communioni miscuerit in eo gradu in quo erat sine promotione permaneat. Epist. Leonis ad Januarium Aquileiensem 64.

De his qui hæreticorum erroribus metu vel voluntate implicantur ut per satisfactionem ab Ecclesia suscipiantur, et ut hæreticorum nomina ad altare non recitentur. Epist. Leonis ad Anatolium Constantinopolitanum 52.

De memoria episopi Joannis in laudem fidei, et mentione prævaricatoris Acacii. Sacra Justiniani ad Hormisdam papam 88.

TITULUS V.

De nominibus hæreticorum ad altare non recitandis.

Quod hæreticorum nomina ad altare non recitentur. Epist. Leonis ad Anatolium 49, tit. 3.

Ut specialiter in ecclesia nomen taceatur Acacii. Epist. Anastasii ad Anastasium Augustum 84, tit. 3.

TITULUS VI.

De scriptis gratiæ et pacis.

De scriptis gratiæ et pacis. Epist. Innocentii ad Aurelium et Augustum 15.

Mortatoria epistola Innocentii ad Julianam nobilem 19.

De pace ubi episcopus et presbyter comprehensuri dicuntur. Epist. Innocentii ad Alexandrum Antiochenum 20.

De pace et quibusdam fratribus receptis. Epist. Innocentii ad Alexandrum 22.

De sancto Joanne Constantinopolitano episcopo ex receptione fratrum. Epist. ad Acacium Beroeæ episcopum 24.

De commendatione Juliani episcopi vel eorum clericorum qui Flaviano episcopo in Fide adhæserunt. Epist. Leonis ad Anatolium 49, tit. 4.

De Antiochena ecclesia et memoria sancti Joannis et quibusdam fratribus receptis. Epist. Innocentii ad Bonifacium presbyterum 19.

De gratulatione fidei missis scriptis probata. Epist. Leonis ad Anatolium 49, tit. 1.

De pace ecclesiarum. Epist. Acacii Constantinopolitani ad Simplicium urbis Romæ episcopum 78.

De amplexione charitatis et commendatione Te

rentiani et matris ejus. Epist. Felicis ad Zenonem A
episcopum 81.

Ubi episcopus Joannis Constantinopolitani professionem dirigit propter orientales clericos qui eorum communionem poposcerint. Epist. Hormisdæ ad Hispaniæ episcopos 92.

Ubi de communione Constantinopolitanæ Ecclesiæ scribens ei gratulatur quod Justinus Augustus de fide sancti Joannis acceptum destinaverit. Epist. Hormisdæ ad Joannem episcopum Illicitanæ ecclesiæ 89.

Ubi Hierosolymitani dato libello fidei suæ in communione debeant recipi. Epist. Hormisdæ ad Epiphanium 93.

De gratulationis bono quo pax Ecclesiæ conservetur. Scriptum Hormisdæ ad episcopos Bæticæ 95.

De Antico Constantinopolitano episcopo et reducta communionem. Epist. Innocentii ad Maximianum 21.

TITULUS VII.

De muneribus missis.

De directis libris regulæ pastoralis. Epist. Gregorii ad Leandrum 98.

De pallio a beati Petri apostoli sede transmissio. Epist. Gregorii ad Leandrum 99.

De muneribus beato Petro apostolo a Reccaredo principe missis. Epistola Gregorii ad Reccaredum 100, tit. 2.

De clave corporis beati Petri, et de cruce Domini misse, et de pallio ad Leandrum episcopum directo. Epist. Gregorii ad Reccaredum regem 100, tit. 7.

PRÆFATIO.

Canones generalium conciliorum a temporibus Constantini coeperunt; in præcedentibus namque annis persecutione fervente, docendarum plebium minime dabatur facultas: deinde Christianitas in diversas hæreses scissa est, quia non erat licentia episcopis sanctis in unum convenire nisi tempore supradicti imperatoris; ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari. Sub hoc etiam sancti Patres in concilio Nicæno, de omni orbe terrarum convenientes, juxta fidem evangelicam et apostolicam secundum post apostolos symbolum tradiderunt. Quatuor autem principalia^b esse concilia, ex quibus plenissimam fidem doctrinam tenet Ecclesia tam de Patris et Filii et Spiritus sancti divinitate, quam de prædicitu Filii et Salvatoris nostri incarnatione.

Prior harum Nicæna synodus est trecentorum decem et octo episcoporum Constantino Augusto imperante peracta^c, in qua Ariana^d perfidia blasphemia condemnata; cum de inæqualitate sanctæ Trinitatis idem Arius assererat, consubstantialem Deo Patri Deum Filium eadem sancta synodus per symbolum definivit.

Secunda synodus est centum quinquaginta Patrum sub Theodosio seniore Constantinopolim congregata, quæ Macedonum sanctum Spiritum Deum esse negantem condemnans, consubstantialem Patri et Filio eundem Paracletum demonstravit, dans latius symboli formam quam tota Græcia et Latinitas in Ecclesiis prædicat.

Tertia synodus est Ephesina prima ducentorum episcoporum sub Juniore Theodosio Augusto edita, quæ Nestorium duas personas in Christo asserentem juxta anathemate condemnavit, ostendens manere in duabus natu in unam Domini Jesu Christi personam.

Quarta synodus est Chalcedonensis sexcentorum triginta sacerdotum sub Martino principe habita, in qua Eutychem Constantinopolitanum abbatem Verbi Dei et carnis unam naturam pronuntiantem et ejus defensorem Dioscorum quondam Alexandrinum episcopum et ipsum rursus Nestorium cum vel quis hæreticus, una Patrum sententia prædamnavit, prædicans eadem synodus Christum Deum sic natum de Virgine, ut in eo substantiam et divinæ et humanæ confiteamur naturæ.

Hæ sunt, ut prædiximus, quatuor principales et venerabiles synodi totam fidem complectentes^e. Sed et si quæ sunt synodi quas sancti Patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istarum quatuor auctoritatem omni manent stabilitæ vigore, quarum etiam gesta in hoc opere condita continentur.

In principio autem hujus voluminis Nicænam synodum constituimus propter auctoritatem ejusdem magni concilii, deinceps^f diversorum conciliorum Græcorum ac Latinorum, sive quæ antea seu quæ postmodum facta sunt, sub ordine numerorum ac temporum capitalis suis distincta, sub hujus voluminis aspectu locabimus; subjicientes etiam decreta præsulum Romanorum, in quibus pro culmine sedis apostolicæ non impar conciliorum exstat auctoritas, quatenus ecclesiastici ordinis disciplina in unum a nobis coacta atque digesta, et sancti præsules paternis instituuntur regulis, et obediens Ecclesiæ ministri vel populi specialibus imbuantur exemplis.

Canones autem qui dicuntur apostolorum, seu quia eisdem nec sedes apostolica recipit, nec sancti Patres illis consensum præbuerunt, pro eo quod ab hæreticis sub nomine apostolorum compositi dignoscuntur, quamvis in eis quedam inveniantur utilia, auctoritate tamen canonica atque apostolica eorum gesta constat esse remota, et inter apocrypha reputata.

Canon autem Græce, Latine regula nuncupatur: regula autem dicta quod recto ducit, nec aliquando aliorum trahit. Alii dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam recte vivendi præbeat, sive quod distortum pravumque quid corrigat, synodum autem ex Græco interpretari comitatum vel cœtum; concilii vero nomen tractum ex eorum intentione, eo quod in unum dirigant omnes mentis obtutum; cilia enim sunt oculorum, unde et qui sibi met dissentiant non agunt concilium, quia non sentiunt unum. Cœtus vero conventus est vel congregatio a eo eundo, id est conveniendo in unum, unde et conventus est nuncupatus quod ibi homines conveniant, sicut conventus, cœtus vel concilium a societate multorum in unum.

^a T. 1, 2, *ibide*.

^b Ad rectum syntaxim decet verbum *liquet*, constat, certum est, aut quid hujusmodi.

^c Ex *Æ.*, T. 1, 2. In A. cæterisque Codicibus: episcoporum a Constantino Augusto imperante peracta.

^d In Codicibus: *Arriana*, sicut et alibi Arrianus,

Arrius: quæ litteræ geminatio Hispani sermonis pronuntiationem redolet.

^e In *Æ.*, E. 5. *Adem catholicam complectentes*.

^f Ad orationis complementum deficit vox *gesta* vel *acta*.

GRÆCORUM CONCILIA.

I.

CONCILIIUM NICÆNUM

QUOD HABITUM EST TEMPORIBUS CONSTANTINI IMPERATORIS, AB EPISCOPIBUS TRECENTIS DECEM ET OCTO, IN CIVITATE NICÆA METROPOLI BITHYNIÆ, PAULINO ET JULIANO CONSULIBUS XIII KALENDAS JULIAS ÆRA CCCLXII.

1-2 Cum convenisset hoc sanctum et magnum A concilium^a apud Nicæam civitatem provincie Bithyniæ, statuta sunt ab eis hæc quæ infra scripta sunt, ex Græco in Latinum versa sermonem.

I. De eunuchis qui seipso abscidunt.

Si quis in ægritudine vel a medicis sectus est vel a barbaris castratus est, placuit ut iste talis permaneat^b in clero: si quis autem sanus seipsum abscidit, etiam si est in clero, cessare debet, et ex hoc nullum talem oportet ordinari: sicut autem de his qui vel affectaverunt vel ausi sunt seipso abscidere, hæc quæ diximus statuta sunt, ita si qui^c vel a barbaris vel a dominis suis facti sunt, et probabilis vitæ sunt^d, tales hos suscipit ecclesiastica regula ad clerum.

II. De his qui post baptismum^e statim ad clerum applicantur^f.

Quoniam multa sive per necessitatem^g sive ex quacunque causa contra regulam gesta sunt, ita ut homines ex vita gentili nuper adhuc catechizati^h vel instituti statim ad spiritalem baptismum venissent, et continuo cum baptizati sunt etiam ad episcopatum vel ad presbyterium proveci sunt, recte igitur visum est de cætero nihil tale fieri; nam et tempore opus est ut sit catechumenus, et post baptismum multa probatione indiget. Evidens namque est apostolicum præceptum dicens: *Non neophytum, ne forte elatus in iudicium incidat et laqueum diaboli*. Si vero præcedente tempore mortale aliquid admiseritⁱ, et convictus duobus vel tribus testibus fuerit, cessabit a clero qui huiusmodi est; si quis vero præter hæc facit, tanquam contraria statutis sancti concilii gerens, etiam ipse periclitabitur de statu sui cleri.

III. De subintroductis mulieribus.

Omnimodis interdicit sancta synodus neque episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ulli clericorum omnino licere permitti habere secum mulierem extraneam, nisi forte mater aut soror aut thia^j, id est vel amita vel matertera sit: in his

namque solis personis et horum similibus omnia quæ ex mulieribus est suspicio declinatur. Qui autem præter hæc agit, periclitabitur de clero suo.

IV. Qualiter episcopi debeant ordinari.

Episcopum oportet ab omnibus episcopis, si fieri potest, qui sunt in provincia ejus ordinari; ³ si vero hoc difficile fuerit vel urgente necessitate vel itinere longitudine, certe tres episcopi debeant^k in unum esse congregati; ita ut etiam cæterorum qui absentes sunt consensus litteris teneant, et ita faciant ordinationem. Potestas sane vel confirmatio pertinebit per singulas provincias ad metropolitanum episcopum.

V. De excommunicatis clericis sive laicis.

Servetur et ista sententia, ut hi qui ab aliis excommunicantur ab aliis ad communionem non recipiantur. Requiritur sane, ne forte qui ex aliqua indignatione animi aut contentione aut qualibet tali commotione stomachi episcopi sui excommunicatione abstenti sunt. Ut ergo digna hæc possint examinatione perquiri, recte visum est, per singulos annos in singulis quibusque provinciis bis in anno episcoporum concilium fieri, ut simul in unum convenientes ex omni provincia, huiusmodi examinent questiones; ut ita demum hi qui ob culpas suas episcoporum suorum offensas merito contraxerunt, digne etiam a cæteris excommunicati similiter habeantur, quousque in communionem vel ipso episcopo suo visum fuerit humaniorem circa eos ferre sententiam. Habeatur autem concilium semel ante dies Quadragesimæ, ut omnibus si quæ sunt similitudibus amputatis, mundum solempne Deo munus possit offerri; secundum vero concilium agatur circa tempus autumnii.

VI. De primatibus episcoporum metropolitanorum.

Mos antiquus perduret in Ægypto vel Libya et Pentapoli, et Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam quidem et Romano episcopo hoc idem moris est. Similiter autem et

^a In B. B. desunt folia integrum hoc concilium continentia.

^b Æ., E. 3, U., iste permaneat.

^c U., ita qui.

^d T. 1, 2, G., et probabiles vitæ suæ existant.

^e In Codicibus constanter legitur *baptisma, baptizatus, baptizare, rebaptizare*; quam scribendi formam ex litterarum unius organæ analogia repetendam cen-

senus.

^f Ex Æ., E. 3. In A. et reliquis: *applicabuntur*.

^g U., *pro necessitate*.

^h U., *nuper catechizati*. In Codicibus: *catanzati*.

ⁱ Æ., E. 3, T. 2, U., *aliquid peccatum admiserit*.

^j Ex reliquis desumptæ sunt voces *aut thia* cum desint in A.

^k Æ., E. 3, U., *debent*.

apud Antiochiam cæterasque provincias honor suus unicuique servetur Ecclesiæ. Per omnia autem manifestum quod si quis præter voluntatem et conscientiam metropolitani episcopi fuerit ordinatus, hoc concilium magnum et sanctum censuit non debere esse episcopum: sane si communi omnium consensu rationabiliter probato secundum ecclesiasticam regulam, duo vel tres animositate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum sententia sacerdotum.

VII. *De honore episcopi Hierosolymitani.*

Quoniam mos antiquus obtinuit et vetusta traditio ut Æliæ, id est Hierosolymorum episcopo deferatur^a habeat consequenter^b honorem, manente tamen civitatis metropolitana propria dignitate.

VIII. *De Novatianis.*

Si qui voluerint venire ad Ecclesiam catholicam ex Novatianis, placuit sancto concilio ut ordinentur, et sic manent in clero. Ante omnia autem hanc ab eis confessionem per scripturam exigi oportet, ut fateantur se communi consensu catholice Ecclesiæ statuta observaturos, id est communicaturos se et his qui forte secundas nuptias experti sunt, vel his qui persecutionis tempore lapsi sunt. Quibus tamen lapsis poenitentia^c modus et tempus ascriptum est, ut in omnibus sequantur ea quæ in Ecclesia catholica observantur, et sic ubique idem omnes^b ipsi fuerint inventi sive in vicis seu in urbibus, clerici ordinentur a catholicis qui inveniuntur, et sic etiam in clero persistent unusquisque in statu suo. Si vero episcopus vel presbyter catholice Ecclesiæ fuerit, ad quem aliqui ex his accedunt, certum est quod episcopus quidem catholicus suam habeat dignitatem, similiter autem et presbyter et diaconus habeant. Hi vero qui ab istis veniunt, si forte episcopus fuerit, habeat presbyteri dignitatem, nisi forte et placeat episcopo catholico concedere ei etiam episcopalis nominis honorem; si vero non placuerit, inveniatur ei locus, ut sit in parochia in clero episcopus aut presbyter, dum tamen ut in civitate non videantur deo episcopi esse, et ille omnimodo in clero permanere videatur.

IX. *De presbyteris sine examinatione constitutis.*

Si qui sine examinatione promoti presbyteri sunt, et postea examinati confessi sunt peccata sua, et cum confessi fuissent, contra regulam venientes homines manus eis temere imposuerunt, hos ecclesiasticus ordo non recipit: in omnibus enim quod irreprehensibile^c est defendit Ecclesia.

X. *De lapsis clericis ordinatis.*

Quicumque ex his qui lapsi sunt, et per ignorantiam ordinati sunt vel contemptu eorum qui eos ordinaverunt, hoc non præjudicat regulæ ecclesiasticæ; cum enim compertum fuerit, deponentur^d.

XI. *De his qui sponte lapsi sunt, qualiter debeant poenitere.*

Placuit sanctæ synodo, licet indigni sint^e miscri-

^a U., episcopo honor deferatur.

^b U., sic ubicumque omnes.

^c T. 2, reprehensibile.

A cordia, tamen aliquid circa eos humanitatis ostendi. Si qui ergo ex animo poenitent, tribus annis inter audientes habeantur: si tamen fideles sunt, et septem annis aliis inter poenitentes sint; duobus item annis extra communionem in oratione sola participant populo. Si qui vero per fidei gratiam^e vocati primo quidem ostenderunt fidem suam deposito militiæ cingulo, post hæc autem ad proprium vomitum reversi sunt, ut et pecunias darent et ambirent redire rursum ad militiam, isti decem annis sint inter poenitentes post primum triennium quo fuerint inter audientes: ab omnibus vero illud præcipue observetur, ut animus eorum et fructus poenitentia^e observetur. Quicumque enim cum omni timore et lacrymis perseverantibus et operibus bonis conversationem suam non verbis solis, sed opere et veritate demonstrant, cum tempus statutum etiam ab his fuerit impletum et orationibus jam cœperint communicare, licebit episcopo etiam humanius circa eos aliquid cogitare. Qui vero indifferentem habuerint lapsum suum, et sufficere sibi quod ecclesiam introierint arbitrantur, isti omnimodo tempora statuta complebunt.

XII. *De excommunicatis a sæculo exeuntibus.*

De his vero qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula observabitur etiam nunc: ita ut si forte recedit ex corpore, necessario vitæ suæ viatico non defraudetur. Quod si desperatus aliquis recepta communione supervixerit, sit inter eos qui sola oratione communicant: de his omnibus tamen qui ex corpore recedunt, in tradenda eis communione cura et probatio sit episcopo.

XIII. *De catechumenis lapsis.*

Placuit huic sancto et magno concilio de catechumenis qui lapsi sunt, ut tribus annis inter audientes verbum sint tantummodo; post hæc vero orant cum catechumenis.

XIV. *De diaconibus ne presbyteris corpus Christi tradant, vel ante presbyteros communicent.*

Pervenit ad sanctum concilium quod in locis quibusdam et civitatibus presbyteris sacramenta diaconi porrigit: hoc neque regula neque consuetudo tradidit, ut hi qui offerendi sacrificii non habent potestatem his qui offerunt corpus Christi porrigit. Sed et illud innotuit quod quidam diacones etiam ante episcopos sacramenta sumant. Hæc ergo omnia amputentur, et manent^f diacones intra suam propriam mensuram, scientes quia episcoporum quidem ministri sunt, a presbyteris vero inferiores sunt: accipiant ergo secundum ordinem post presbyteros ab episcopo vel presbytero; quod si non fuerint in præsentia vel episcopus seu presbyter, tunc ipse proferat et det. Sed ne sedere quidem loco in medio presbyterorum diacones; extra regulam est enim et extra ordinem ut hoc fiat: si quis autem non vult his sufficiens esse, post hanc definitionem cesset esse diaconus.

^d T. 1, 2, U., deponantur.

^e A. E., E. S., T., 1, 2, U., per Dei gratiam.

XV. *De clericis temere ab ecclesia recedentibus* ^a.

Propter multas perturbaciones et frequentes tumultus seditionum quæ fieri solent, placuit omnimodo ^b abscidi istam consuetudinem quæ contra regulam est, si ubi tamen sit, id est ne de civitate ad civitatem transeat vel episcopus vel presbyter vel diaconus. Si quis vero post hæc statuta sancti hujus concilii tale aliquid audere tentaverit, infringetur ^c omni genere hujuscemodi conatus, et restituatur propriæ Ecclesiæ in qua ordinatus est.

XVI. *De presbyteris et diaconibus vel clericis qui ad alias civitates transiunt.*

Si qui vero sine respectu Dei agentes et timorem Dei ante oculos non habentes, neque ecclesiastica statuta custodientes, recesserint ab Ecclesia sua, sive presbyteres, sive diacones, vel in quocunque ecclesiastico ordine positi fuerint, non debent suscipi in ecclesia alia, sed et cum omni necessitate cogantur ut redeant ad Ecclesias suas; aut si permanserint, excommunicari oportet.

XVII. *De clericis alienis sine conniventia proprii episcopi* ^d ab alio in suam ecclesiam non ordinandis.

Si quis ausus fuerit aliquem qui ad alterum pertinet ordinare in sua Ecclesia, cum non habeat consensum episcopi ipsius ^e a quo recessit clericus, irrita sit hujusmodi ordinatio.

XVIII. *De clericis usuram aut ampliacionem accipientibus.*

Quoniam multi clerici avaritiæ causa turpia lucra ^f sectantes, oblitii sunt divini præcepti quo dictum est: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*, fenerantes centesimas exigunt, statuit hoc sanctum concilium: si quis inventus fuerit post hanc definitionem ^g usuram accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad sexcuplum dare; omnis qui tale aliquid commentus fuerit ad quæstum, dejicietur ex clero, et alienus ab ecclesiastico habeatur gradu.

XIX. *De Paulianistis et Cataphrygis rebaptizandis.*

Si quis confugerit ad Ecclesiam catholicam de Paulianistis et Cataphrygis ^h, statutum sit rebaptizari ⁱ eos omnimodo debere. Si qui vero clerici erant apud eos, si quidem inculpati fuerint et irreprehensibiles, rebaptizati rursus etiam ordinentur ab episcopo Ecclesiæ catholice; si vero examinati minus apti fuerint reprehensi ^j, deponi eos oportet: similiter autem circa diacones, et de omnibus qui in eodem clero inveniuntur eadem forma servabitur. Commemorabimus autem diaconissas quæ in hoc ordine inventæ sunt, quæ nec manus impositionem

^a U., ab ecclesia vel a civitate sua recedentibus.

^b U., omnino.

^c U., annullabitur. G., infringatur.

^d E., sui episcopi.

^e E., episcopi sui.

^f U., turpe lucrum.

^g E. 3, T. 1, Cataphrygibus.

^h U., baptizari.

ⁱ U., deprehensi.

^j In Codicibus. Pentecosten, cum hoc nomen sæpius ut indeclinabile reddant.

^k T. 2, stantes in orationem.

A aliquam habent, ita ut omni genere inter laicas habeantur: similiter autem diaconissæ quæ in catholice canone non habentur, simili loco, id est, laicæ et tanquam non consecratæ deputentur.

XX. *De diebus dominicis et Pentecoste* ^l ut in eis stantes oramus.

Quoniam sunt in die dominica quidam ad orationem genua flectentes et in diebus Pentecostes, propterea est itaque constitutum a sancta synodo, quoniam consonans et conveniens per omnes Ecclesias custodienda consuetudo est, ut stantes ad orationem ^k Domino vota reddamus.

SYMBOLUM FIDEI.

Ejusdem Nicæni magni concilii a trecentis decem et octo Patribus editum.

B Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium conditorem: et in unum Dominum nostrum Jesum Christum, Filium Dei, natum de Patre unigenitum, hoc est de substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, consubstantivum ¹ Patri, id est unius substantiæ cum Patre, quod Græci homousion dicunt, ² per quem omnia facta sunt quæ in caelo ^m et quæ in terra; qui propter nos homines ⁿ et propter nostram salutem descendit, incarnatus est, atque homo factus, passus, mortuus est; resurrexit tertia die; ascendit in caelos, venturus judicare vivos et mortuos: et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: erat quando non erat, et antequam nasceretur non erat, et quod ex nullis exstantibus factus est, aut ex aliqua substantia vel natura, eum dicentes esse mutabilem et convertibilem, Filium Dei perhibendo; hos anathematizat et condemnat catholica et apostolica Ecclesia.

Hæc est fides quam exposuerunt Patres: primum quidem adversus Arium blasphemum dicentem creaturam esse Filium Dei: et adversus omnem hæresem Sabellii, Photini, Pauli Samosatæni, Manichæi, Valentini, Marcionis, et adversus omnem omnino hæresem, si qua insurrexerit contra catholicam et apostolicam Ecclesiam: quas omnes condemnarunt Nicæam congregati episcopi trecenti decem et octo quorum nomina et provinciæ conscriptæ sunt: sed plerique studiosi servi Dei magis curam gesserunt Orientalium episcoporum nomina describere, propter hoc quod Occidens non similiter inquisitionem de hæresibus habuerit ^o.

P Et subscripserunt trecenti decem et octo Patres qui in eodem concilio convenerant.

Osius episcopus civitatis Cordubensis provincie

¹ T. 2, consubstantialem.

² T. 1, 2, in caelis.

^m E., E. 3, T. 1, 2, propter homines.

ⁿ Scribuntur hoc loco in omnibus Codicibus præter Urgelitanum et Gerundensem verba hæc et subscriptiones, ac postmodum Fides sancti Gregorii Majoris, quam ad opportuniorem, ipsis autem subscriptionibus posteriorem locum transmisimus.

^o Subscriptiones episcoporum, qui huic magno adfuerunt concilio, in plerisque Codicibus desiderantur: plurimas vero in Urgelitano Codice legere fas est, quas depravatas licet atque a recta lectione re-

Hispaniæ dixit: Ita credo sicut superius scriptum A
est. Victor et Vincentius presbyteri urbis Romæ
subscripserunt.

Provincia Ægypti.

Alexander Alexandria magæ. — Alphocratio
Alphocranon. — Adamantius Cyon. — Albetius
Baresii [G., Barethu]. — Philippus Panephiseos. —
Potamon Heracleos. — Secundus Ptolomaidos. —
Dorotheus Pelusius. — Gajus Muetos [G., Muelbus].
Antiochus Metapleoa. — Tiberius Tauthites.

Provincia Thebaidos.

Atthas Scedras. — Tyrannus Anthinon. — 9
Olusianus Lycou.

Provincia Libya.

Dathes Beronices. — Zophirus Barches. — Sara-
phius Antipyrgon. — Secundus Tauthibies. — Titus
Paratoniu.

Provincia Palastina.

Macharius Hierosolymitanus. — Germanus Nea-
polititanus. — Marinus Sebastenus. — Gairnus Cæsa-
riensis. — Eusebius Gabarenus. — Sabinus Asca-
lonus. — Longinus Nicopolitanus. — Petrus Jamnias.
— Macrinus Eleuteropolitis. — Maximus Maximiano-
polititarum. — Paulinus Maximinopolitarum. — Ja-
nuarius Jerecunctos. — Eliodorus Zabulon. — Le-
tius Liddon. — Silvanus Azouil. — Atrophilus Zabu-
lon. — Asclepius Liddon. — Petrus Scitopolitanus.
— Antiochus Gaces. — Selus [G., Selis] Capitho-
liados.

Provincia Phœnicæ.

Zenon Cietiro [G., de Tyro]. — Æneas Ptolemai-
dos. — Magnus Damascenus. — Theodorus Sidonius.
— Elbanicus Tripoleos. — Philocalus Panædos. —
Gregorius Berytii. — Maranus Palmiron. — Tadoneus
Alasii. — Anatholius Emises.

Provincia Syriæ Coeles.

Eustathius Antiochenus. — Zenobius Seleutias.
Theodorus Laodicensis. — Alphius Apamiæ — Bas-
sianus Rephanon. — Philoxenus Hierapolitanus.
— Piperius Samosatenus. — Archelaos Doliches.
— Eufrañtion Balaneon. — Phaladus chorepiscopus.
— Zoilus Gabalon. — Passus Zeugmatos. — Leontius
Larissenus. — Eustathius Arethuseus. — Manitius
Epiphanius. — 10 Paulus Neocæsariensis. — Siri-
cius Syrrhis. — Seleucus chorepiscopus. — Petrus
Gindaron. — Pegasiu Ambachmianon. — Basonus
Gambalanus. — Gerontius Carison.

Provincia Arabia.

Nichomachus Bastron [G., Bestron]. — Cyrion
Philadelphias. — Gennadius Hisbundum. — Severus
Sodimon. — Sopater Heristis Botanias. — Severus
Dionysiados.

Provincia Mesopotamiæ.

Ethilaus Edesenus. — Jacobus Pestebias. — An-
tiochus Resenas. — Mareas Mucenopoleos.

motas agnoverimus, religiosius tamen, prout eas
exhibet, cum variantibus Gerundensis Codicis lectio-

Provincia Perædis.

Joannes Persidos.

Provincia Ciliciæ.

Theodorus Tarsensis. — Alphion Epiphanius. —
Narcisus Nerodiados. — Moyses Castabaton. — Ni-
chæsas Flaviados. — Eudæmon chorepiscopus. —
Paulinus Adanon. — Macedonius Manxiston. —
Tarcodimantos Ægeon. — Hesychius Alexandrias
Micres. — Narcisus Irenopoleos.

Provincia Cappadociæ.

Leontius Cæsariensis. — Eupsychius Thiaao. —
Euphrasius Colonias. — Timotheus Cirbistron. —
Elpidius Cumanus. — Gorgonius chorepiscopus. —
Stephanus chorepiscopus. — Euphronius chorepisco-
pus. — Rodon chorepiscopus. — Theophanes chor-
episcopus.

Provincia Armenia Minoris.

Eulogius Sebastiensis — Ebethius Satalon.

Provincia Armenia Majoris.

Arsarphius Sobmon. — Acrithes Diospontii. —
Eutychianus Amasias. — Elpidius Edesion. — Hera-
clius Zelou. — Elpidius Cumeaus.

II *Ponti Polemoniaci.*

Longinus Neocæsariensis. — Domnus Trapezunctus.
— Stratophilos Piciuntos.

Provincia Paphlagoniæ.

Philadelphus Pompeiopolis. — Petronius Janopo-
lis. — Eupsychius Amastrides.

Provincia Galatiæ.

Pancharius Ancyranus. — Diciasus Tasas. — Ere-
choreus Plamaton. — Gorgonius Cynon. — Phila-
delphus Juliapolis.

Provincia Asiæ.

Theonius Citicensis. — Menofantus Ephesinus. —
Orion Ilti [G., Istiu]. — Eutyclus Isthomis. — Mi-
thres Alpapthon. — Marinus Hellesponton. — Pau-
lus Deneas.

Provincia Lydiæ.

Artemidorus Sardeon. — Oron Thiatron. — Tho-
masius Philadelphias. — Olion Baresos. — Agogius
Tripolitanus. — Florentinus Anchirus. — Marcus
Standon.

Provincia Pisidiæ.

Elalius Ieonion. — Thelamachus Adrianopolitanus.
— Eutyclus Seleutius. — Sranias Sænon. — Tar-
sitiu Apamenus. — Patricius Amcladea. — Polycar-
pus metropolitanus. — Acumethus Panon. — He-
ractius Baresos.

Provincia Lysiæ.

Eudemus Pataron.

Provincia Pamphylia.

Callidicus Pergis. — Euresius Termessus. —
Theuxius Sibaron. — Domnus Aspendii. — Quin-
tianus Seleutias. — Patritius Maximianopolitanus.
— Aphrodisius Magidor.

12 *Provincia Neson.*

Euphrosinus Rhodii. — Melichon [G., Meliphron]

nibus inneetendas existimavimus.

* In Codicibus, Spaniæ.

Choes. — Strathegus Lemnii. — Apollodorus Coryras.

Provincia Caria.

Eusebius Antiochenus. — Emmonius Aphrodisios. — Latodius Cibraton. — Eusebius Mianton.

Provincia Isauria.

Stephanus Baraton. — Athenens Curpissii. — Edesius Claudianopolitanus. — Agapius Seleucia. — Silvanus metropolitanus. — Faustus Panemosticas. — Antoninus Antiochenus. — Nestor Siedron. — Esitius chorepiscopus. — Cyrillus Smaandron. — Theodorus chorepiscopus [G., Usagadon]. — Anatholius Lariensis [G., chorepiscopus]. — Tamas chorepiscopus [G., Larinensis]. — Quintus Scistron [G., chorepiscopus]. — Tiberius chorepiscopus [G., Scistron]. — Aquillos chorepiscopus. — Eusebius parochia Isauria.

Provincia Cypri.

Cyrillus Paphi. — Selanus Salamifnon.

Provincia Bithynia.

Eusebius Nicomedias. — Theogenius Nicheas. — Maris Chalcedonensis. — Cyrillus Chios. — Esichius Pruses. — Gorgonius Appoloniados. — Georgius Nisiados. — Ebetius Adrianopolitanus. — Theophanes chorepiscopus. — Ruphus Caesarionensis. — Eulalius chorepiscopus.

Europa.

Pedereus Eraclias. — Protogenes Sardicensis. — Marcus metropolitanus. — Pistus Thessalonicensis [G., metropolitanus]. — Scilianus Macedonia. — Alexander Atheniensis [G. Thessalonicensis]. — Dachus Bojas [G., Macedonia]. — Pistus Elestias. — Marsus Thessalias. — Stratedius Strubon [G. Elestias]. — Claudianus metropolitanus [G. Tettalias]. — Budion Duxias [G. Strubon]. — Domnus Gutthias [G., Metropolitanus]. — Nicheus Mastrianopolitanus [G., Duxias]. — Theophilus Bosphoron [G., Gutthias]. — Camdus, *...

^b Hæc sunt Orientalem episcoporum nomina qui convenerunt Nicææ ad sanctum et magnum concilium de diversis provinciis seu civitatibus, quorum nomina infra sunt subscripta absque Italia et Hispania, quorum nomina in exemplaribus ex quibus hæc descripta sunt non habebantur, nec Gallia nec Africa, nisi solus Osius Hispaniensis episcopus de civitate Corduba Bæticae provinciae, et presbyteri urbis Romæ, id est Bicon et Vincentius qui pro episcopo suo Sylvestro subscripserunt, et Orientales sive totius orbis episcopi temporibus Constantini xiv Kalendas Julias æra cccclxii.

Primus de Ægypto.

Alexander de Alexandria. — Floxemis de Napoli. — Papnuntius de Ægypto. — Macarius de Jerusalem. — Arbitio de Ferbito. — Germanus de

* G. Camdos... Bosphoron. Apparet ex textu et ex variantibus lectionibus subscriptionum inversio atque corruptio.

^b Praefationi conciliorum imperfectus atque corruptus præponitur in Codicibus Toletanis catalogus, quædam nomina Patrum qui Nicæonæ interfuerunt

Neapoli. — Alfoctates de Carpocra. — Marius de Serebastia. — Philippus de Paniceistion. — Gatanus de Sabaste. — Adamantius de Canopitamon. — Eusebius de Casarea. — de Heraclia. — Suabinus de Gadara. — Dorotheus de Petusio. — Longinus de Escalonia. — Galus de Tesedia. — Petrus de Nicopoli. — Tiberius de Taucica. — Macrinus de Jammaia. — Ceyia de Tebakda. — Maximus de Elesteropoli. — Acassicedia de Antiao. — Paulus de Maxiapoli. — Tiranus de Antiochia. — Januarius de Jerico. — Lucianus de Lico. — Etius de Lidda.

De provincia Libya superiori.

Batius de Berrennice. — Silvanus de Azoto. — Joppirus de Arcisteis. — Patroclius de Sitopoli. — Sarapion de Antiberge. — Asclepius de Gaza. — Tirus de Paratoni. — Petrus de Majoma.

De provincia Palestina.

Antiopus de Capitoliada. — Enbeas de Ptolemaiada. — Magnus de Damasco. — Theodorus de Sidona. — Cellaonicus de Tripoli. — Gregorius de Biritu. — Marinus de Psalmis. — Traddonius de Esnisia. — Anatholius de Filocalo.

De provincia Phœnicis.

Zeton de Tiro. — Filocalus de Pasida. — Anatholius de Edisse. — Jacobus de Nezihi. — Antiochus de Resacia. — Marius de Macodo. — Joannes de Persida.

De provincia Syria Coele,

Eustacius de Antiochia. — Narcisus de Neroniano. — Zanobius de Seleucia. — Theodorus de Audacia. — Alfius de Apamia.

De provincia Cilicen.

Theodorus de Anthon. — Eriphanus de — Moyses de Castabala. — Niceros de Flaviada. — Eademon, chorepiscopus. — Paulinus de Adana. — Sthamaneus de Germanicia. — Piperius de Samosato. — Archelaus de Dolica. — Eufraon de Bahnos. — Falatus [T. 2, Filactis], chorepiscopus. — Joelus de Gabala. — Bessus de Zenmato. — Bassinus de Rafaneo. — Gerontius de Larisa. — Manicus de Epiphania. — Eustacius de Arctusa. — Paulus de Neucesarie. — Striccius de Giro. — Solacius, chorepiscopus. — Petrus de Jerunda.

De provincia Arabia.

Sopater de Barasato [T. 2, Barasto]. — Pagasius de Arbaco. — Demasonus de Abboli. — Nicomatus de Boudra. — Cirion de Filadelfia. — Gennadius de Esbon. — Severus de Sodon.

De provincia Mesopotamias.

Pancarius de Ancyra. — Decasius de Tabla. — Ascontius de Cammada. — Filadelfus [T. 2, Filadelfus] de Juliopoli.

synodo comprehendens; cumque præpostero locum ordine invenissemus, accuratissime describere atque ad hunc aptiorem locum traducere satius duximus. Idem episcoporum ante præfationem catalogus aderat etiam in Codice Lucensi.

De provincia Asiæ.

Theonius de Cizico. — Mino'antus [T. 2, Miro-
fantus] de Epheso. — Orion de Ilico. — Enticius de
Virsa. — Mifrans de Epia. — Paulus de Annea.
— Macodonius de Massata. — Tarcodimantes de
Egis. — Ipsicius de Atlandria.

De provincia Cappadociæ.

Leontius de Cæsarea. — Ursicius de Tremate [T. 2,
Tremata]. — Euresius de Colonia. — Timotheus de
Tibersa. — Ambrosius de Cumano. — Stefanus,
chorepiscopus. — Rodon, chorepiscopus.

De provincia Armeniæ Minoris.

Eulalius de Sabasta. — 16 Eubetius de Satalia. —
Eutromius, chorepiscopus. — Tefanis, chorepiscopus.

De provincia Pontipoli [T. 2, Pentipoli].

Longinus de Neucesaria. — Domnus de Trapi-
tionta. — Domnus de Titensa.

De provincia Palesgonia.

Philadelphus de Pompejopoli. — Petronius de La-
nopoli. — Eusticius de Amostro. — Academicus de
Mustene. — Eraclitus de Varis. — Theodorus de
Viis.

^a T. 2, Lyciæ. Post hæc verba uterque Totetanus
Codex incipit : *Canones generalium conciliorum a*

A

*De provincia Lyciæ^a**Fides sancti Gregorii Majoris.*

Unus Deus principium et Pater Verbi viventis, sa-
pientiæ existentis et virtutis et imaginis propriæ,
perfectus perfecti geniti, Pater Filii unigeniti et
unus Dominus ex uno Domino, Deus^b de Deo, figu-
ra substantiæ Patris, imago Dei, Deus Verbum vivi-
dum et totius substantiæ opifex, sapientia continens
omnia quæ existunt, et virtus totius creabilis crea-
turæ, Filius verus de vero Patre, invisibilis de in-
visibili, incorruptibilis de incorruptibili, immortalis
de immortalis, et sempiternus de sempiterno : et
unus Spiritus sanctus, perfectus, perfecta vita vi-
ventium, sanctitas et fons sanctitatis, et sanctifica-
tionis ministrator; per quem Deus in omnes cre-
dentes et super omnes, et Filius qui per omnes,
Trinitas perfecta, gloria et regnum sempiternum,
individuum, et inalienabile : neque igitur creatum
aliquid et servum seu famulum in Trinitate, neque
adventitium vel subintroductum, tanquam quod ante
non existerit, et novissimum subintraverit; neque
enim defuit aliquando Filius Patri aut Filio Spiritus
sanctus, sed immutabilis et inconvertibilis hæc eadem
Trinitas semper.

temporibus Constantini cæperunt, et cætera.

^b *Æ., E. 3, T. 1, 2, U., ex uno, Deus.*

II.

CONCILIIUM ANCYRITANUM

A DUODECIM EPISCOPIS HABITUM.

17-18 Isti quidem canones seu regulæ priores C
sunt Nicænis, sed ideo Nicæni canones priores scri-
buntur propter auctoritatem magni et sancti concilii
apud Nicæam habit. Convenerunt autem in synodum
memorata Ancyriæ civitatis hi qui infra scripti sunt :
Marcellus Ancyritanus, Agricolaus Cæsariensis, Lu-
pus Tarvensis, Vitalius Antiochenus, Basilius Amas-
senus, Philadelphus Julopolitanus, Festulus Nico-
mediensis, Heraclius Zelonensis, Petrus Iconiensis,
Nunecius Laodocenus, Sergianus Antiochenus Pisidiæ,
Narcisus Neriensis.

I. De presbyteris lapsis in persecutione.

Presbyteros qui immolaverunt et postea iterum
certamen inierunt, si hoc ipsum ex fide et non ali-
quo argumento sibi met præparantes egerunt, ut iterum
teneri viderentur^a ut^b tormentis subijci tanquam
putentur invit; si ergo ex fide luctati sunt et non
ex compacto ad ostentationem ut offerrentur ipsi fe-
cerunt, hos placuit honorem quidem sedis propriæ
retinere, offerre autem illis, et sermonem ad populum
facere, aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi, non
liceat.

^a Ab his verbis viderentur ut tormentis incipit Co-
dex B. R.

^b U., et.

^c *Æ., B. R., E. 3, T. 1, 2, reluctati. U., reluctati
sunt, alios quidem ordinare oportet.*

II. De diaconibus qui immolaverunt.

Diacones similiter qui immolaverunt, postea autem
iterum luctati^c sunt, alias siquidem honorem habere
oporteat, cessare vero debere ab omni sacro mini-
sterio, ita ut nec panem nec calicem offerant^d, nisi
forte aliqui episcoporum conscii fuerint laboris eorum
et humilitatis et mansuetudinis, et voluerint eis ali-
quid amplius tribuere vel adhibere; penes ipsos ergo
de his erit potestas.

*III. De clericis sive laicis quorum manus aliis cum inju-
ria super idolorum sacrificia posuerunt.*

Qui fugientes tempore persecutionis comprehensi
sunt vel a familiaribus seu a domesticis traditi, et vel
bona propria amiserunt vel sustinuerunt tormenta
vel etiam carceribus inclusi sunt, et tamen se procla-
maverunt esse Christianos, quin etiam perseverante
violentia ad id usque perducti sunt, ut manus eorum
apprehensas et violenter attractas super sacrificia
imponerent, illis scilicet perseverantibus in fide
Christianos^e se esse vociferantibus; hoc ergo quod eis
iavit et aliis cogentibus contigit, si luctu et dolore
animi acerbè se ferre demonstrant, ipsosque^f humili

^d *Æ., B. R., E. 3, T. 1, 2, U., offerant, nec pro-
nuent nisi.*

^e *Æ., B. R., U., in fide, et Christianos.*

^f T. 1, 2, ipsi quoque.

per bonam conversationem habitu incedentes dolere A se quod inviti coacti sunt doceant, hos tanquam inculpato a communione non vetari^a. Si autem jam prohibiti sunt ab aliquibus a communione, majoris diligentiae et inquisitionis causa aut per aliquorum ignorantiam, statim recipi oportere. Hoc autem observari oportet et de clericis et de laicis omnibus: laicos sane qui in similes necessitatis causas inciderunt, tanquam qui nihil peccaverunt, maxime si eos probabilis vita commendet, ad ordinationem recipi placuit.

IV. *De his qui in templis idolorum cœnaverunt.*

De his, qui sacrificare coacti sunt, sed etiam de his qui in templis idolorum cœnaverunt, si qui eorum cum habitu cultiore ad templa perducti sunt, atque ibi pretiosiore adhuc veste mutata cœnæ^b, participos facti sunt idolorum, indifferenter sumentes omnia B quæ fuerunt apposita: placuit inter audientes uno anno constitui, tribus autem aliis annis agere pœnitentiam, sed ex ipso triennio per biennium tantummodo orationi communicare, tertio autem anno reconciliari sacramentis.

V. *De his qui timore ritus gentilium perregerunt.*

Quotquot autem ascenderunt templa cum veste lugubri et recubentes inter alios manducaverunt flentes, si compleverint 19 pœnitentiam triennii tempus, sine oblatione suscipiantur ad communionem, id est ut ipsi oblationem non offerant; si autem perducti ad templa non manducaverunt, biennio maneant in pœnitentia, tertio vero anno communicent, sed sine oblatione ut dictum est, ut quarto jam anno perfectionem suam recipiant. Episcopum hinc^c habere licentiam oportet, ut perspecta singulorum conversatione normam regulamque conversationis attribuat, id est aut humanius agens secundum vitæ modum tempus alicui breviare, aut etiam prolixius, quod correctionis necessarium viderit, addere. Discutiatur autem omnium horum et præcedens vita et posterior, et ita circa eos sacerdotalis humanitas moderetur.

VI. *De his qui in locis idolorum manducaverunt.*

De his qui minis tantum cesserunt, aut honorum oblatione aut transportationis pœna deterriti sacrificaverunt, et nunc usque non pœnituerunt neque conversi sunt, modo autem, id est tempore hujus synodi, se obtulerunt conversionis suæ consilium capientes, placuit eos usque ad magnum diem inter audientes suscipi, pœnitentiam autem agere triennio, et post alios duos annos sine oblatione communicari, et ita demum sex annis completis ad perfectum pervenire. Quod si aliqui ante hoc concilium suscepti sunt ad pœnitentiam, ex illo tempore imputabitur eis initium sexennii constituti: quod si alicui horum quodlibet mortis periculum aut ex ægritudine aut ex aliqua causa acciderit, his communionem propter viaticum suum non negari.

VII. *De his qui frequenter idolis immolaverunt.*

De his qui festis diebus paganorum in remotis eorum locis conviviis interfuerunt, et suas nihilomi-

nus epulas ibidem portaverunt atque comederunt, placuit ut post biconii pœnitentiam suscipiantur; ita tamen, utrum cum oblatione recipiendi sint an ad solam communionem admitti deceant, unusquisque episcoporum examinet, vitæ eorum præteritæ et præsentis habita consid. ratione.

VIII. *De his qui per vim coacti idolis immolaverunt.*

Illi autem qui secundo et tertio sacrificaverunt per vim coacti, quatuor annis ad pœnitentiam se submittant, duobus autem aliis sine oblatione communicent, septimo autem anno perfectionem recipiuri communionis.

20 IX. *De his qui et aliis sacrificandi causam attulerunt.*

Quotquot autem non solum a fide dominica deviarunt, sed etiam insurrexerunt in alios et fratribus persuaserunt et rei facti sunt persuasionis, hi per triennium quidem inter catechumenos habeantur, per aliud autem sexennium pœnitentiæ recipiant locum, alio vero anno, id est decimo, communionem sine oblatione recipiant, ut completo decennio perfectione fruantur: in eo autem ipso tempore etiam vita eorum et conversatio consideranda est.

X. *De diaconibus.*

Diaconi quicumque cum ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt dicentes velle se habere uxores nec posse se continere, hi postea, si ad nuptias convenerint, maneant in ministerio propterea quod his episcopus licentiam dederit: quicumque sane tacuerunt et susceperunt manus impositionem professi continentiam, et postea ad nuptias convenerunt, a ministerio cessare debebant.

XI. *De desponsatis puellis et ab aliis corruptis.*

Desponsatas puellas et postea ab aliis raptas placuit erui et his reddi quibus fuerant antea desponsatæ, etiam si eas a raptoribus florem pudoris amississe constiterit.

XII. *De his qui ante baptismum sacrificaverunt idolis.*

Eos qui ante baptismum sacrificaverunt et postea baptismum consecuti sunt, placuit ad ordinem promoveri, tanquam ab omni criminis lavacri salutaris sanctificatione purgatos.

XIII. *De chorepiscopis.*

Vicarios episcoporum, quos Græci chorepiscopus dicunt, non licere vel presbyteros vel diaconos ordinare, sed nec presbyteris civitatis sine episcopi præcepto amplius aliquid imperare, vel sine auctoritate litterarum ejus in unaquaque parochia aliquid agere.

XIV. *De presbyteris a carne se abstinentibus.*

De his qui in clero sunt presbyteri vel diaconi et abstinent a carnibus, hoc placuit statui, ut non eas tanquam immundas contemnant, contingant tamen, a quibus quidem 21 si abstinere volunt habeant protestatem; ita tamen ut si quando cum oleribus coquantur, eadem tanquam carnibus polluta non judicent, sed de his ad cibum assumant quamvis a car-

^a U., non placuit vetari.

^b U., veste immutata, etiam cœnæ.

^c E., B., R., E. 5, T. 1, U., Episcopum autem hinc. T. 2, Episcopum autem hanc.

nibus se absterneant. Quod si in tantum eas immundas et abominabiles iudicaverint, ut nec olera quæ cum carnibus coquantur æstimant comedenda, tanquam non consentientes huic regulæ, cessare^a hos oportet a ministerio et ordine suo. Si quis autem hanc regulam monitus non^b obedierit, sed carnes dictum est immundas et abominandas æstimare cessare debet ab ordine suo.

XV. Non debere presbyteros ecclesiastica vendere.

Si qua de rebus ecclesiæ, cum episcopus non est, presbyteri vendiderint, placuit rescisso contractu ad jus ecclesiasticum revocari: in iudicio autem erit episcopi constitutum si pretium debeat recipi neene, propter quod sæpe contingit distractarum rerum redditus ampliore summam pro accepto pretio reddidisse.

XVI. De his qui irrationabiliter vixerunt.

In hoc titulo Græca verba hæc sunt: *Ἐπι τῶν ἀλογισμῶν ἢ καὶ ἀλογισμῶν*, quæ nos Latine possumus dicere: De his qui irrationabiliter versati sunt sive versantur. Sensus autem in hac sententia duplex esse potest, qui ex objectis conjicitur, aut de his qui cum pecoribus coitu mixti sunt, aut more pecorum incesta cum propinquis sanguine commiserunt. Quotquot igitur ante vicesimum ætatis suæ annum tale crimen admiserint, quindecim annis in poenitentia exactis, orationi tantum incipiant communicare, et quinquennio altero in communione orationis solius perdurantes post vicesimum cum oblatione ad communionem suscipiantur. Discutiatur autem et vita eorum quæ fuerit in tempore poenitentia, et ita hanc humanitatem consequantur: quod si qui perseverantius abusi sunt hoc crimine, ^c prolixiore tempore id est viginti annorum poenitentiam solam suscipiant. Quotquot vero exacta viginti annorum ætate et uxores habentes in hoc crimine inciderunt, viginti quinque annis poenitentia acta ad communionem orationum admittantur; in qua communionem orationum altero quinquennio perdurantes plenam communionem cum oblatione^d percipiant. Quod si aliqui et uxores habentes et exidentes quinquagesimum ætatis suæ annum in hoc prolapsi **22** sunt, ad exitum vitæ tantum communionem mereantur.

XVII. De his qui sicut animalia muta vixerunt.

Hos eisdem sane non solum^e idem leprosos crimine huiusmodi factos, sed et alios isto suo morbo replentes, placuit inter eos orare qui tempestate jaclantur, qui a nobis energumeni intelliguntur.

XVIII. De episcopis qui ordinati non suscipiuntur.

Si qui episcopi suscepti non sunt a sua diocesi in qua fuerant^f denotati, ad eandem iudicis edicto redire compellantur; quod si voluerint alias ecclesias occupare et vim facere aliis episcopis, quos ibi

^a T. 1, 2, eos.

^b U., custodierit.

^c U., prolixiori tempore ipi per viginti annorum poenitentiam actam ad communionem orationis admittantur.

^d Æ. B. R. recipiant.

^e In omnibus Codicibus invenitur hæc vox idem quæ superflua videtur: fortassis itcm.

invenerint, seditiones excitando adversus eos, hos segregari oportet. Quod si volunt in presbyterio in ecclesia ubi prius fuerant tanquam presbyteri residere, non repellantur a propria dignitate: quod si etiam ibi seditiones concitare probantur episcopis ibidem constitutis, segregati eos necesse est et nihilominus presbyterii dignitate privari.

XIX. De his qui virginitatem profitentur.

Quotquot virginitatem polliciti prævaricati sunt professione contempta, inter digamos, id est qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debebunt: virgines autem puellas, quæ tanquam sorores cum nonnullis viris habitare volunt, ab eorum consortio prohibemus.

XX. De adulteris.

B Si quis adulterium commiserit, septem annis in poenitentia completis, perfectioni reddatur secundum pristinos gradus.

XXI. De mulieribus quæ fornicatæ partus suos necant.

De mulieribus quæ fornicantur et partus suos necant, sed et de his quæ agunt secum ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vitæ eas ab Ecclesia removit: humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus poenitentia tribuatur.

XXII. De his qui volentes homicidium fecerunt.

Qui voluntarie homicidium fecerunt ad poenitentiam quidem jugiter sese committant: **23** circa exitum autem vitæ communionem digni habeantur, et ^c decennium poeniteant.

XXIII. De his qui nolentes homicidium fecerunt.

Eos vero qui non voluntate sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula post septem a norum poenitentiam communioni sociavit secundum gradus constitutos: hæc vero humanior definitio quinquennio^d tempus^e tribuit.

XXIV. De his qui more gentium vivunt.

Qui auguria, auspicia, sive somnia, vel divinationes quaslibet secundum morem gentium **24** observant, aut in domos suas huiusmodi homines introducunt in exquirendis aliquibus [U. add. rebus] arte malefica, aut ut domos suas lustrent; confessi, quinquennio^f poenitentiam agant secundum antiquas regulas constitutas.

XXV. De eo qui sororem sponsæ suæ vitavit.

D Si quis sponsam habens sorori ejus forsitan intulerit vitium, eique inhæserit tanquam suæ, et sibi expectandam esse conjunctionem, hac autem^g decepta, postea uxorem duxerit desponsatam; illa vero quæ vitium passa est, si forte necem sibi intulerit: omnes hi qui huius facti sunt conscii decem annis in poenitentiam redigantur secundum canones constitutos.

^f Æ., E. 3, T. 1, 2, denominati.

^g In B. R., E. 3, T. 1, 2, U., G., desunt hæc verba: et decennium poeniteant.

^h Ex T. 2 et U. In A., B. R., E. 3., T. 1, G. temporis. In Æ., temporibus.

ⁱ U., lustrent; qui confessi fuerint, quinquennio.

^j U., expectandam in conjunctio e se promiserit, hac autem.

III.

CONCILIUM NEOCÆSARIENSE

A DECEM ET NOVEM EPISCOPIS HABITUM.

Et isti quidem canones secundi sunt eorum qui in Ancyra et Cæsarea expositi sunt, Nicænis vero priores inveniuntur. Convenerunt autem in synodum memoratam Neocæsariensis civitatis hi qui infra scripti sunt: Vitalis, Germanus^a, Sedus, Eristius, Lupus, Gerontius, Leontius, Sanctus, Basiliscus^b, Valentianus, Stephanus, Gregorius, Solumianus, Narcissus, Leontius, Longinus, Decasius, Horacius Alipius: a quibus hæc regulæ prolatae sunt quæ infra scriptæ sunt.

I. Presbyteris uxorem ducere non licere.

Presbyter si uxorem duxerit, ab ordine illum deponi debere: quod si fornicatus fuerit vel adulterium commiserit, extra Ecclesiam abjici et ad penitentiam inter laicos redigi oportet.

II. De muliere: duobus fratribus nubere non licere.

Mulier si duobus fratribus nupserit, abjici debere usque ad diem mortis; sed propter humanitatem in extremis suis sacramentis^c conciliari oportet, ita tamen ut si forte sanitatem recuperaverit, matrimonio soluto, ad penitentiam admittatur. Quod si defuncta fuerit mulier in hujusmodi consortio constituta, difficilis erit penitentia remanenti: quæ sententia tam viros quam mulieres tenere debet.

III. De his qui multis nuptiis communicaverunt.

De his qui frequenter uxores ducunt et his qui sæpius nubunt, tempus quidem quod his constitutum est manifestum est^d observare; **25** conversatio autem et fides eorum tempus abbreviabit.

IV. De concupiscentiâ non consummata.

Si quis concupita muliere, etiamsi concubitus ejus desiderium habeat, non autem subsequatur effectus, manifestum est hunc fuisse per divinam gratiam liberatum.

V. De catechumenis peccantibus.

Catechumenus, id est audiens, qui ingreditur ecclesiam et stat cum catechumenis, si peccare fuerit visus, agens genus audiat verbum, sed abstinere ab illo peccato quod fecit; quod si in eo perdurat, abjici omnino debere.

VI. De prægnantibus baptizandis

De prægnantibus: quoniam oportet baptizari quando volunt, nihil enim in hoc sacramento commune est, **D** parituræ et illi quod de ejus utero fuerit^e editum;

^a *Æ.*, Germanus, Iristrius.

^b *Æ.*, Gerontius, Sanctus. U., Gerontius, Leontius, Basiliscus.

^c *Æ.*, reconciliari.

^d *Æ.*, observari.

^e U., parturientis et illius qui de ejus utero fuerit editus, quia uniuscujusque in illa confessione libertas arbitrii declaratur, idcirco natus per se baptizabitur.

quia uniuscujusque in illa confessione libertas arbitrii declaratur.

VII. De presbyteris: ad secundas nuptias ire non licere.

Presbyterum convivio secundarum nuptiarum interesse non debere, maxime cum petatur secundis nuptiis penitentiam tribuere. Quis ergo est presbyter qui propter convivium illis consentiat nuptiis?

VIII. Uxoris adulteræ virum clericum fieri non licere.

^h Si cujus uxorem adulterium commisi se cum esset laicus fuerit comprobatum, hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quod si, in clericali jam constituto eoⁱ, adulteravit, dato repudio dimittere eam debet: si vero retinere ejus consortium velit, non potest suscepto ministerio perfrui.

B IX. De presbyteris corporali peccato præoccupatis.

Qui admisit corporale peccatum, et hic postea presbyter ordinatus est, si confessus fuerit quod ante ordinationem suam peccaverit, **26** non quidem offerat; maneat autem in aliis officiis propter ejus studii utilitatem: nam et cætera peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione privare^j. Quod si de his non fuerit confessus nec ab aliquo poterit manifeste convinci, huic ipsi de se potestas est permittenda.

X. De diaconibus corporali peccato præoccupatis.

Similiter et ^h diaconus si in eodem culpæ genere fuerit involutus, sese a ministerio cohibebit.

XI. Presbyterum minus triginta annorum minime ordinandum.

C Presbyter ante triginta annorum ætatem non ordinatur, quamvis sit probabilis vitæ, sed observet usque ad præfinitum tempus; Dominus enim tricesimo anno baptizatus est, et tunc prædicavit.

XII. De his qui in ægritudine sunt baptizati.

Si quis in ægritudine constitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet; non enim fides illius voluntaria sed ex necessitate est: nisi forte postea hujus ipsius studium et fides probabilis fuerit, aut hominum raritas cogat.

XIII. De presbyteris alterius regionis.

Presbyteri qui conregionales non sunt in ecclesia, presentibus episcopis vel presbyteris civitatis, offerre non poterunt nec panem dare, in oratione autem clericem dabunt. Quod si absentes sint civitatis sacerdotes et fuerit invitatus, in oratione solus poterit dare; vicarii autem episcoporum, quos Græci chore-

^f *Æ.*, genitum.

^g Ex T. 2. In A. et reliquis Codicibus: non orare.

^h U., Si cujus uxor adulterium cognoscitur commisisse, tum esset laicus, et fuerit comprobatum.

ⁱ U., adulteraverit.

^j *Æ.*, propter..... privari.

^k *Æ.*, diacones..... fuerint involuti..... cohibebunt.

piscopos vocant, constituti sunt quidem ad exemplum A septuaginta seniorum, sed tanquam consacerdotes propter sollicitudinem et studium in pauperes offerant et honorabiles habeantur.

^a B. R., *cujus*.

XIV. *De diaconibus septem.*

Diaconi septem esse debent secundum regulam, quamvis magna sit civitas, ^a cui regulæ auctoritas erit liber Actuum apostolorum.

IV.

CONCILIUM GANGRENSE.

POST NICÆNAM SYNODUM EDITUM AB EPISCOPIS QUINDECIM.

27-28 Dominis honorabilibus consacerdotibus in Armenia constitutis Eusebius, Eulalius, Olympius [Æ., Olympus], Philetus [T. 1, Piletus; T. 2, Philestus], Pappus, Basilius, Bithynicus [Æ., Binicus], Hieracius, Hipatius [Æ., Ipanus; U., Lipacius], Bassus, Eugenius, Gregorius, Ælianus, Presius [B. R., T. 1, Prosius], Eugenius, qui convenerunt in Gangrense concilium, in Domino salutem. Quoniam conveniens sancta synodus episcoporum in Gangrensem ecclesiam propter quasdam ecclesiasticas et necessarias causas inquirendas, et ea quæ secundum Eustachium gesta sunt dignoscenda, invenit multa fieri indecenter ab his ip-sis qui hunc eundem Eustachium secuti sunt; necessario statuit, palam factis omnibus [U., cunctis], amputare universa quæ ab eodem male commissa sunt. Declaratum est enim hos eosdem nuptias accusare, et docere quod nullus in conjugali positus gradu spem habeat apud Deum: unde factum est ut multæ mulieres seductæ, relictis propriis viris, et viri uxoribus destitutis vinculum conjugale dissolverent, continentiam prostiterent, quam cum retinere non possent, adulteria commiserunt. Inventi sunt etiam dissensiones ac separationes a dominicis constitutis Ecclesiarum Dei docere, id est et traditiones ecclesiasticas et ea quæ in ecclesiis aguntur debere contemni, privatis conventiculis institutis, atque ad imitationem eorum quæ in domo Dei aguntur omnia præsumere et celebrare: adhuc etiam vestibus communibus spreto novos et insolitos habitus assumpsisse: primitias quoque fructuum et oblationes eorum, quas veterum institutio ecclesiis tribuit, sibi vindicasse [Æ., vendicasse], id est propria ratiocinatione [T. 2, U., ratione] doctrinæ tanquam sanctis sibi eas offerri debere, apud se et inter se dispensandas: servos a dominis recedentes, et per hunc inusitatum regionis^a suæ habitum sub specie religionis dominos contempsisse: mulieres quoque præter consuetudinem et sui sexus ornatum, hinc se justificari credentes, virilem habitum suscepisse, pluresque earum occasione religionis tonsas genuini decoris comas penitus amputasse: jejunia quæ in ecclesia prædicantur contemnendo, ventri servisse. nonnullos etiam eorum cibos carni-um

quam illicitos refutasse [Æ., T. 2, reputasse]: in domibus conjugatis [Æ., U., conjugatorum] ne orationes quidem debere celebrari persuasisse, in tantum ut easdem fieri vetent, et oblationibus quæ in domibus factæ fuerint minime communicandum esse decernant: presbyteros vero qui matrimonia contraxerunt sperni debere dicunt, nec sacramenta quæ ab his efficiuntur attingi: loca sanctorum martyrum vel basilicas contemnere, et omnes qui illuc conveniunt et sacramenta efficiunt reprehendere: divites fideles qui non omnibus renuntiant quæ possident spem non habere^b: et multa alia, quæ enumerari nulli possibile est, singulos quosque [T. 2, U., quoque] eorum pro suo arbitrio constituere. Unusquisque enim eorum per talem institutionem ab ecclesiastico canone recedens tanquam proprias leges sibi contulit. Sed nec communis his omnibus et una sententia est: singuli enim prout videtur et libet ad accusationem ecclesiæ nitendo tanquam rector non sit, vel addit decreta vel minuit. Propter hæc ergo coactum [U., actum] est hoc concilium in Gangrensi ecclesia habitum canones istos exponere, quibus probantur [U., G., probantur] memorati extra [Æ., B. R., E. 3, U., intra] ecclesiam esse: quod si per poenitentiam condemnaverint omnia hæc quæ male senserunt, tanquam a se non bene prolata, acceptabiles fiant, atque eo singula quæ debeant condemnare synodus credit [Æ., B. R., E. 3, U., credit] exponenda. Quod si quis renuerit hæc quæ hodie constituta sunt, tanquam hæreticus anathematizatus et damnatus abiciatur et erit non solum incommunicatus, verum etiam ab ecclesia habeatur extorris, donec deprecetur episcopos et de universis quæ penes eos deprehensa atque detecta sunt prodiderit, quid^c horum susceperit observandum [T. 2, observandum].

29 I. *De his qui nuptias damnant.*

Si quis nuptias in accusationem deduxerit, et mulierem fidelem ac religiosam cum viro suo dormientem abominandam crediderit aut etiam accusandam, tanquam non posse conjugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit.

^a Ex Æ., B. R., T. 1, 2, U., G. In A. et E. 3, *religionis*.

^b Æ., B. R., E. 3, T. 1, 2, U., *spem apud Deum*

non habere.

^c Ex Æ., B. R., U. In A. et reliquis: *quæ*.

II. *De his qui carnes manducantes damnant.*

Si quis carnes manducantem ex fide cum religione, præter sanguinem et idolo immolatum et suffocatum, crediderit condemnandum, tanquam spem non habentem ^a quod eas manducet, anathema sit.

III. *Non debere servum occasionis religionis dominum suum contemnere.*

Si quis servum alienum occasione religionis doceat dominum suum debere contemnere et ejus ministerium destituere, ac non potius docuerit eum suo domino bona fide et cum omni honorificentia deservire, anathema sit.

IV. *De oblatione presbyteri conjugati.*

Si quis discernit presbyterum conjugatum tanquam occasione nuptiarum, quod offerre non debet, et ab ejus oblatione ideo se abtineat ^b, anathema sit.

V. *Orationes Ecclesie non debere contemni.*

Si quis docet domum Dei contemptibilem esse debere et congregationes quæ in ea sunt, anathema sit.

VI. *Non licere extra ecclesiam congregari.*

Si quis extra ecclesiam privatim populos congregans contemnat ^c ecclesiasticas sanctiones ipsamque ecclesiam, apud se autem sine consilio episcopi cum presbyteris ^d agat, anathema sit.

VII. *De fructibus in ecclesiam et non alibi dandis.*

Si quis oblationes fructuum vel primitias ecclesie debitas [U., deditas] voluerit extra ecclesiam **30** accipere vel dare, præter conscientiam episcopi vel ejus cui ejusmodi officia commissa sunt, et non magis cum consilio ejus de his agendum putaverit, anathema sit.

VIII. *De his qui in usus pauperum conferuntur.*

Si quis dederit vel acceperit fructuum oblationes extra episcopum vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam [T. 1, mercedem] pauperibus; et qui dat et qui accipit, anathema sit.

IX. *Virginitati studentem non debere nuptias execrari.*

Si quis vel virginitatem vel continentiam professus tanquam abominabiles nuptias judicat, et non propter solum hoc, quod continentia et virginitas bonum sanctumque propositum sit, anathema sit.

X. *De his qui pro virginitate superbiunt.*

Si quis propter Deum virginitatem professus in conjugio positos per arrogantiam vituperaverit, anathema sit.

XI. *Agapem fratrum non debere contemni.*

Si quis contemnendos duxerit agapem facientes et propter honorem Domini fratres pauperes convocantes, et noluerit communicare vocationibus eorum, tanquam in nihilum ^e quod sit deducens ^f, anathema sit.

^a U., spem apud Deum non habentem.

^b Æ., B. R., E. 3, U., abstinet.

^c Æ., populos congregat et contemnit.

^d Æ., B. R., E. 3, T. 1, 2, U., presbytero.

^e Æ., B. R., T. 1, 2, U., tanquam nihilum.

^f B. R., T. 1, 2, U., dijudicans.

^g U., Si qua mulier continentiam propositum judicans utile.

XII. *De continentibus et usu palliorum.*

Si quis virorum putaverit sancto proposito id est continentiam convenire ut pallio [Æ., B. R., U., pallio] utatur, tanquam ex eo justitiam habiturus, et reprehendat vel judicet alios qui cum reverentia birris utantur et alia veste communi quæ in usu est, anathema sit.

XIII. *Non debere mulierem continentiam causa virilem habitum usurpare.*

Si qua mulier hoc proposito utile ^g judicans virili veste utatur, ad hoc ut viri habitum imitetur, anathema sit.

31 XIV. *Non debere condemnantem nuptias a viro discedere.*

Si qua mulier derelicto viro discedere voluerit, soluto vinculo conjugali, nuptias condemnando, anathema sit.

XV. *Non debere quemquam continentiam causa filias suas negligere.*

Si ^h quis dereliquerit filios proprios et non eos sinit, et secundum quod pietatis est necessaria non præbuerit, sed occasione continentiam negligendos putaverit, anathema sit.

XVI. *Ne filii occasione religionis parentes suos despiciant.*

Si qui filii parentes maxime fideles deseruerint in occasione cultus ⁱ, hoc justum esse judicantes, et non potius debitum honorem parentibus reddiderint, ut hoc ipsum in eis venerentur quod fideles sunt, anathema sit.

XVII. *Caput tondere mulieri non licere.*

Quæcumque mulier i religioni judicans convenire comam sibi amputaverit, quam Deus ad velamen ejus et ad memoriam subjectionis illi dedit, tanquam resolvens jura subjectionis, anathema sit.

XVIII. *Non licere die Dominico jejunare.*

Si quis, tanquam hoc continentiam convenire judicans, die Dominico jejunaverit in eisdem diei contemptum, anathema sit.

XIX. *Non licere jejunia communia sordere.*

Si qui eorum qui in proposito sunt continentiam præter necessitatem corporalem superbiat et jejunia communia totius Ecclesie putaverit contemnenda, perfectam in **32** sua scientia [Æ., conscientia] vindicans [U., judicans] rationem, anathema sit.

XX. *Communicandum in basilicis martyrum.*

Si quis per superbiam tanquam ^k perfectum se estimans, conventus qui per loca et basilicas sanctorum martyrum sunt vel accusaverit, vel etiam oblationes quæ ibidem celebrantur spernendas esse crediderit, memoriasque sanctorum contemnendas, anathema sit.

Hæc autem scripsimus non absidentes eos qui in-

^h Ex U. in A. et cæteris Codicibus: Si quis dereliquerit proprios filios et non eos alit et quod ab eo (A., habet) secundum pietatis est, his necessaria non præbuerit.

ⁱ Æ., B. R., E. 3, T. 1, 2, U., occasione Dei cultus.

^j Æ., B. R., E. 3, Quæcumque mulierum.

^k U., si quis superbus tanquam.

Ecclesia Dei secundum Scripturas sanctum propositum continentiae eligunt, sed eos qui suspiciunt habitum ejus et in superbiam offeruntur adversus eos qui simpliciter vivunt [Æ., simplices sunt]. Sed eos ^a condemnamus qui se extollunt adversus Scripturas et ecclesiasticos canones et nova introducunt præcepta. Nos autem et virginitatem cum humilitate admiramur, et continentiam cum castitate et religione Deo acceptissimam dicimus, et renuntiationem secularium negotiorum atque actuum [U., aptum] cum humilitate discessum approbata laudamus, et nuptiarum vinculum quod secundum castitatem secum perdurat honoramus, et divites cum justitia et operibus bonis non abjicimus, et parcimoniam cum veste hu-

^a Æ., Sed et eos. B.R., U., Sed et hos.

A mili non reprobamus : sicut etiam ornatum propter corporis diligentiam infucatum laudamus, disolutos autem et fractos in vestibus incessus ^b non recipimus ; et domos Dei honoramus, et conventus qui in his sunt tanquam sanctos et utiles recipimus, pietatem in privatis domibus non concludentes, et omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus, et congregationem in ecclesia factam ad utilitatem communem recipimus ; et bona opera quæ supra vires in fratres pauperes exercentur secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, et omnia quæ conveniunt traditionibus apostolicis et sanctarum Scripturarum præceptis, in ecclesia fieri exoptamus.

^b U., in vestium incessu.

V.

CONCILIIUM SARDICENSE.

TRECENTORUM EPISCOPORUM

ET IN EO CANONES INSTITUTI.

33 - 34 Anno sexto Constantii ^a imperatoris, B II. Leontio et Sallustio consulibus æra ^b ccclxxi, Sardicensis synodus congregata est, ubi omnes [Æ., ibique omnes] per Orientem Ariani episcopi condemnati sunt, qui conventi ad concilium occurrere reatu conscientie ^c noluerunt : in quo concilio inter cetera hæ regulæ pro disciplina ecclesiastica institutæ sunt.

I. *Episcopus non debere ad aliam civitatem se transferre.*

Osius episcopus dixit : Non minus mala consuetudo quam perniciose corruptela funditus eradicanda est, ne cui liceat episcopo de civitate sua ad aliam civitatem transire. Manifesta est enim causa quæ hoc facere tentant, cum nullus in hæc re inventus sit episcopus qui de majore civitate ad minorem transiret ^d ; unde apparet avaritiæ eos ardore inflammari et ambitioni servire, et ut dominationem exerceant. Si ergo omnibus placet ut hujusmodi perniciosa austerius vindicetur, nec laicam communionem habeat qui talis est. Universi dixerunt : Placet etiam si talis aliquis exiit temerarius ut forsitan excusationem offerat, quod populi litteras acciperit, cum manifestum sit præmio et mercede paucos qui sinceram fidem non habent potuisse corrumpi, ut clamarent in ecclesia ut ipsum petere viderentur episcopum : omnino hæc fraudes damnandas esse arbitror, ita ut nec laicam communionem in sine talis accipiat; quod si vobis omnibus placet, statuite. Universi dixerunt : Placet.

^a Æ. B. R., T. 1, 2, U., Constantini. In Lucensi Codice idem imperator Constantinus assignabatur.

^b Æ., æra ccclxxii. U., G., æra ccclxxxi.

^c Æ., convenire ad concilium ob reatum conscientie.

^d B.R., T. 1, 2, U., transierit.

B II. *Episcopum de provincia ad provinciam non transire nisi fuerit invitatus.*

Osius episcopus dixit : Illud quoque statutum sit, ut episcopus de sua provincia ad aliam provinciam in qua sunt episcopi non transeat, nisi forte a fratribus suis invitatus ^e, ne videamur januam charitatis clausisse.

III. *De duobus episcopis unius provincie inter se contentionem habentibus.*

Osius episcopus dixit : Providendum est etiam ut si in aliqua provincia forte aliquis episcopus contra fratrem suum episcopum litem habuerit, unus e duobus ex alia provincia non advocet episcopos ad iudicium.

IV. *De episcopo adjudicato.*

Osius episcopus dixit : Quod si aliquis episcopus adjudicatus fuerit in aliqua causa, et putat se habere bonam causam, et [Æ. 3, U., ut] iterum iudicium renovetur, si vobis placet, sancti Petri apostoli memoriam honoremus, ut scribatur, vel ab his qui examinarunt, vel etiam ab aliis [Æ., illis] episcopis qui in provincia proxima morantur, Romano episcopo; et si ^f iudicaverit renovandum esse iudicium, renovetur, et det iudices ^g : si autem probaverit talem causam ut ea non replicentur ^h quæ acta sunt, quæ deo fuerit Romanus episcopus confirmata erunt : si ergo hoc omnibus placet, statuatur. Synodus respondit : Placet.

V. *De episcopis a synodo depositis.*

Gaudentius episcopus dixit : Addendum est, si ^D placet, huic sententiæ quam plenam sanctitate pro-

^e B. R., suis fuerit invitatus.

^f T. 2, episcopo, ut si.

^g Æ., det iudicii sententiam.

^h In reliquis Codicibus, præter A., replicentur.

tulistis, ut cum aliquis episcopus depositus fuerit a
eorum episcoporum iudicio qui in vicinis commo-
rantur locis, et proclamaverit agendum sibi esse ne-
gotium in urbe Roma; alter episcopus in eadem ca-
thedra **35** post appellationem ejus qui videtur esse
depositus omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in
iudicio Romani episcopi determinata.

VI. *De quibus supra.*

Osius episcopus dixit: Si contigerit in una provin-
cia in qua fuerint duo^a episcopi, unum forte re-
manere episcopum, ille vero per negligentiam no-
luerit ordinare episcopum, et populi convenerint,
episcopi^b vicinæ provinciæ debent illum prius con-
venire episcopum qui in eadem provincia moratur,
et ostendere quod populi petant sibi rectorem et hoc
justum esse ut et ipse veniat et cum ipso ordinent
episcopum. Quod si conventus litteris tacuerit et
dissimulaverit nihilque rescripserit, tunc satisfac-
iendum esse populis ut veniant^c ex vicina provincia
et ordinent episcopum; sed iterum licentia danda
passim non est. Si enim subito aut vicus aliquis aut
modica civitas, cui satis est unus presbyter, voluerit
sibi episcopum ordinari ad hoc ut vilescat nomen
episcopi et auctoritas, non debent illi ex alia provin-
cia invitati facere episcopum, nisi aut in his civita-
tibus quæ episcopos habuerunt, aut si qua tam popu-
losa est civitas vel locus qui mereatur habere epi-
scopum. Synodus respondit: Placet.

VII. *De episcopis accusatis.*

Osius episcopus dixit: Et hoc placuit ut si episco-
pus accusatus fuerit, et judicaverint congregati epi-
scopi regionis illius^d et de gradu suo dejecerint eum,
si appellaverit qui dejectus videtur et confugerit ad
beatissimum Ecclesiæ Romanæ episcopum, et volue-
rit audiri, si justum putaverit ut renovetur examen,
scribere episcopis dignetur Romanus episcopus his
qui in finitima et propinqua altera provincia sunt,
et^e ipsi diligenter omnia requirant et juxta fidem
veritatis desinant. Quod si is, qui rogat causam
suam iterum^f audiri, deprecatione sua moverit
episcopum Romanum ut e latere suo presbyteros
mittat, erit in potestate ipsius quid velit et quid
ætinet: et si decreverit mittendos esse qui præ-
sentes cum episcopis judicent ut etiam habeant au-
toritatem personæ illius a quo destinati sunt, erit
in ejus arbitrio; si vero crediderit sufficere episco-
pos provinciales ut negotio terminum imponant, fac-
cet quod sapientissimo consilio suo judicaverit.

36 VIII. *Ut episcopi passim ad comitatum non pergant.*

Osius episcopus dixit: Importunitatis nostræ ni-
mia frequentia et injusto iudicio^h petitiones fece-
runt nos non tantam habere gratiam aut fiduciam,
dum quidam non cessant ad comitatum ire epi-

^a In cæteris Codicibus, præter A., plurimi.

^b Ex U. In A. 'et reliquis: episcopus vicinæ provin-
ciæ debet ille prius conveniri episcopos qui in eadem
provincia morantur et ostendi.

^c U., satisfaciendum est populis; sicque veniant.

^d A., B. R., F. 3. U. ipsius.

^e A., B. R., T. 1, 2, U., ut

scopi, et maxime Afri, qui sicuti cognovimus san-
ctissimi fratris et coepiscopi nostri Grati salutaria
consilia spernant atque contemnant, et non solum
ad comitatum multas et diversas Ecclesiæ non pro-
futuras perferant causas, ut fieri solet, aut oportet,
ut aut pauperibus, aut viduis, aut pupillis subveniatur,
sed et dignitates sæculares et administrationes ali-
busdam postulent. Hæc itaque pravitas olim non so-
lum murmuraciones sed et scandala excitavit: ho-
nestum est autem ut episcopus intercessionem suam
his præstet, qui aliqua iniqua vi opprimuntur aut si-
vidua affligitur aut pupillus exspoliatur, tamen et ista
omnia, si justam habeant causam et petitionem. Si
vobis ergo, fratres charissimi, placet, decernite ne
episcopi ad comitatum accedant, nisi forte hi qui re-
ligiosissimi imperatoris litteris vel invitati fuerint vel
evocati. Sed quoniam sæpe contingit ut ad miseri-
cordiam Ecclesiæ confugiant qui injuriam patiuntur,
et qui peccantes in exilium vel in inulas damnan-
tur, aut certe quicumque sententiam excipiunt, ideo-
que subveniendum est et sine dubitatione eis petenda
per Ecclesiam indulgentia: si ergo hoc vobis placet,
statuatur. Universi dixerunt: Placet et constituatur.

IX. *De quibus supra.*

Osius episcopus dixit: Hæc quoque prudentia ve-
stra tractare debet, ut quia decrevistis ne episcopi
improbis notetur ad comitatum pergendo, quicum-
que ergo quales superius memoravimus preces ha-
buerint vel acceperint, per diaconum suum mittant;
quia persona ministri non erit invidiosa, quæ cele-
rius poterit quæ impetraverit referre: et hoc conse-
quens esse videtur, ut unusquisque qui preces ha-
buerit eas ad fratres et coepiscopos nostros, qui in
maxima civitate, id est qui metropoli, consistunt,
mittat et illi per suos diaconos destinat, tribuendo
commendatitias epistolas pari ratione ad fratres et
coepiscopos nostros, qui in illo tempore in his regio-
nibus et urbibus morantur, in quibus felix et beatus
Augustus rempublicam gubernat. Si vero habet quis
episcoporum **37** amicos in palatio qui cupit aliquid
quod tamen honestum est impetrare, non prohibea-
tur per diaconem suum rogare et significare eis,
quos scit benigneⁱ intercessionem sibi absenti præ-
stare posse. Qui vero Romam venerit, sicuti dis-
tatum est, sanctissimo fratri et coepiscopo nostro
Romanæ Ecclesiæ preces quas habet tradat, ut et
ipse prius examinet si honestæ et justæ sunt, et
præstet [U., procuret] diligentiam atque sollicitudi-
nem ut ad comitatum perferatur. Universi dixerunt
placere sibi et honestum esse consilium.

X. *De quibus supra.*

Alipius episcopus dixit: Si propter pupillos et vi-
duas vel laborantes, qui causas non iniquas habent,

^f U., iterum audiri voluerit, et admonuerit episco-
pum Romanum.

^g A., B. R., presbyterum.

^h A., E. 3, T. 1, 2, injustæ petitiones.

ⁱ A., B. R., U., benigna.

^j U., absenti posse procurare.

susceperint peregrinationis incommoda ^a, habebunt A aliquid justæ rationis; nunc vero cum ea postulent, quæ sine invidia omnium et reprehensione esse non possunt, non necesse est ire illos ad comitatum.

XI. *De quibus supra.*

Gaudentius episcopus dixit: Ea quæ salubriter providistis convenientia et æstimatione omnium, ac Deo placitura et hominibus, tenere hactenus fortitudinem possunt, si metus huic sententiæ conjungatur. Scimus enim etiam ipsi sæpissime propter paucorum impudentiam sacrum ac religiosum sacerdotale nomen fuisse reprehensum. Si igitur aliquis contra omnium sententiam nisus voluerit ambitioni magis placere quam Deo, debet scire, causis redditis, honorem atque dignitatem se amissuram. Hoc autem sciri et comperiri poterit, si unusquisque nostrum qui in canali constitutus est, eum progredientem [U., prodentem] episcopum viderit, inquirat transitum ejus, causas videat, quo tendit agnoscatur, et si quidem eam agnoverit ire ad comitatum, requirat illud quod superius comprehensum est, ne forte invitatus est [U., sit], ut ei facultas eundi permittatur: sin vero, ut superius meminit sanctitas vestra, propter desideria et ambitiones ire ad comitatum tentaverit, neque litteris ejus subscribatur neque ^b in communionem recipiendus est. Si vobis placet, debet omnium sententia confirmari. Universi dixerunt hoc honestum esse et placere sibi constitutionem ^c.

XII. *De quibus supra.*

Osius episcopus dixit: Sed et moderatio necessaria est, dilectissimi fratres, ne subito ³⁸ adhuc quidam, nescientes quid decretum sit in synodo, venerint subito ad civitates eas quæ in canali sunt, debet episcopus civitatis ipsius admonere et instruere illum, ut ex eo loco ille mittat diaconem; admonitus tamen ipse redeat ad parochiam suam.

XIII. *Ut ne ex laico quilibet episcopus ordinetur.*

Osius episcopus dixit: Necessarium arbitror ut diligentissime tractetur ^d, si forte aut dives aut scholasticus de foro aut ex administratore episcopus fuerit postulatus, non prius ordinetur, nisi ante et lectoris munere et officio diaconii et presbyterii fuerit perfunctus; et ita per singulos gradus, si dignus fuerit, ascendat ad culmen episcopatus. Potest enim per has promotiones, quæ habent utique prolixum tempus, probari qua fide sit quæve modestia et gravitate et verecundia, ut si dignus fuerit probatus, divino sacerdotio illustretur: nam nec conveniens est, nec ratio nec disciplina patitur, ut temere ac leviter ordinetur aut episcopus aut presbyter aut diaconus qui sit neophytus, maxime cum beatissimus Apostolus magister gentium ne hoc fieret denuntiasset et prohibuisse videatur, sed hi quorum per longum tempus examinata sit vita et merita comprobata. Universi dixerunt placere sibi hæc.

XIV. *Ut episcopus in aliena provincia non immoretur.*

Osius episcopus dixit: Hoc quoque statuere de-

^a *Æ.*, peregrinationes incommodas.

^b *U.*, neque litteræ ejus scribantur, non.

^c *Æ.* placere sibi hanc constitutionem.

betis ut episcopus ex alia civitate, cum venerit ad aliam civitatem vel ex provincia sua ad aliam provinciam, et ambitioni magis serviat quam devotioni, ita ut si voluerit in aliena civitate multo tempore residere, et contingat ut episcopus civitatis ipsius non tam instructus sit nec tam doctus, is vero qui advenit incipiat contemnere eum et frequenter facere sermonem, ut dehonestet et infirmet illius personam, qua occasione sit ut non dubitet relinquere assignatam sibi ecclesiam et transire ad aliam ^e: definite ergo tempus, quia et non recipere episcopum coepiscopum suum inhumanum est, et djutius residere perniciosum: ne fiat ergo providendum est ^f. Memini autem superiori concilio fratres nostros constituisse, ut si quis laicus in ea qua commoratur civitate tres B Dominicas, id est per tres septimanas non celebrasset conventum, communionem privaretur: si ergo hæc circa laicos constituta sunt, quanto magis nec licet nec decet ut ³⁹ episcopus, si nullam tam gravem habet necessitatem, nec tam difficilem rationem, tandiu absit ab Ecclesia sua et populum contristet? Universi dixerunt placere sibi.

XV. *De episcopis in aliena provincia possessiones habentibus.*

Osius episcopus dixit: Quia nihil prætermitti oportet, sunt quidam fratres et coepiscopi nostri qui non in ea civitate possident in qua episcopi videntur esse constituti, vel certe parvam rem illic habent ubi habitant, alibi autem idonea prædia habere noscuntur, vel affectiones proximorum quibus indulgeant: hactenus igitur eis permitti oportet ut accedant ad possessiones suas et disponant et ordinent fructum laboris sui, ut post tres Dominicas, id est post septimanas tres si morari necesse sit, in suis potius fundis morentur: et si est proxima civitas in qua presbyter est, ne sine ecclesia facere videatur Dominicum, accedant, ut nec res ejus domesticæ per absentiam ejus detrimentum sustineant, et non frequenter veniendo ad aliam civitatem in qua est episcopus, suspicionem jactantiæ et ambitionis incurrant. Universi dixerunt placere sibi.

XVI. *De clericorum excommunicatione.*

Osius episcopus dixit: Si hoc quoque omnibus placet, ut sive diaconus, sive presbyter, sive quis clericorum ab episcopo suo communionem fuerit privatus, et ad alterum perexerit episcopum, et scierit ille ad quem confugerit eum ab episcopo suo fuisse abjectum; non oportet ut ei communionem indulgeat: quod si fecerit, sciat se convocatis episcopis causas esse dicturum. Universi dixerunt: Hoc statutum et pacem servabit et custodiet concordiam.

XVII. *Licere clericis, si injuste fuerint excommunicati, vicinos adire episcopos.*

Osius episcopus dixit: Quid me adhuc moveat reticere non debeo: si episcopus quis forte iracundus, quod esse non debet, cito aut aspere commoveatur

^d *Æ.*, B. R., E. 3, U., tractetis.

^e *Æ.*, B. R., E. 3, T. 1, 2, U., alienam.

^f T. 1, 2, U., prohibendum est.

adversus presbyterum aut diaconum suum et exterminare eum de Ecclesia voluerit, providendum est ne innocens damnetur aut perdat communionem; et ideo habeat potestatem qui dejectus est, ut finitimos episcopos interpellat, et causa ejus audiat et diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti^a; et ille episcopus, qui aut juste aut injuste abiecit eum, patienter accipiat ut negotium **40** discutiatur et vel probetur sententia ejus a plurimis vel emendetur^b. Tamen priusquam omnia diligenter et fideliter fuerint examinata, eum qui fuerat communionem separatus, nullus alius debet pressumere ut recipiat et communioni societ. Qui autem convenierint ad audiendum, si clericorum esse fastidium viderint et superbiam, quia non decet ut episcopus aut injuriam aut contumeliam patiat, austerioribus eos verbis castigat ut obediant honesta precipienti episcopo; quia sicut ille sincerum amorem debet clericis exhibere et charitatem, ita quoque vicissim ministri infucata debent episcopo suo obsequia exhibere.

XVIII. *Non licere episcopo alterius clericum in sua Ecclesia ordinare.*

Januarius episcopus dixit: Illud quoque sanctitas vestra statuat, ut nulli episcopo liceat alterius civitatis ecclesiasticum sollicitare et in sua diocesi ordinare clericum, quia ex his contentionibus solet nasci discordia: et ideo prohibet [B. R., U., prohibeat] omnium sententia ne quis hoc facere audeat.

^a *Æ., B. R., T. 1, 2, G., rogandi.*

^b *U., abiecit eum, ut patienter accipiat quo negotium discutiatur, et sententia ejus si aspera est a plurimis*

XIX. *De quibus supra.*

Osius episcopus dixit: Et hoc universi constituimus, ut quicumque ex alia parochia voluerit alienum ministrum sine consensu episcopi ipsius et sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio ejus. Quicumque autem hoc usurpaverit, a fratribus et coepiscopis nostris et adinoneri debet et corrigi.

XX. *Ut extranei clerici apud Thessalonicam non tardent.*

Ælius episcopus dixit: Non ignoratis quanta et qualis sit Thessalonicensium civitas: sæpe ad eam veniunt ex aliis regionibus presbyteri et diaconi, et non sunt contenti ut brevi tempore remeant aut resideant ibi, aut certe vix post longa spatia ad eam suam redire cogantur. Universi dixerunt: ea tempora, quæ constituta sunt circa episcopos, et erga horum personas observari debent.

XXI. *Clerici vim passi aut persecutionem si ad aliam accesserint civitatem non valentur ibi morari quandiu potuerint redire.*

Osius episcopus dixit: Suggestante fratre et coepiscopo nostro Olympio [T. 2, Alipio], hoc etiam placuit, ut si aliquis vim peressus est et inique pulsus pro disciplina vel catholica defensione **41** vel confessione veritatis, fugiens pericula innocens et devolutus ad aliam venit civitatem, non prohibeatur immorari quandiu aut redire potuerit aut injuria ejus **42** remedium acceperit; durum est enim qui persecutionem patitur non recipi: etiam et larga benevolentia et humanitas est ei exhibenda.

C *emendetur.*

^a *Æ., B. R., E. 3, T. 1, 2, ad sua.*

VI.

CONCILIIUM ANTIOCHENUM.

TRIGINTA ET UNUS EPISCOPORUM.

Sancta et pacatissima synodus in unum congregata **D** adnites magis muniti, et in Spiritu sancto presentibus iisdem ipsis quæ definita sunt consentientes et ea quæ visa sunt recta roborantes, cum consensu sancti Spiritus consignabit. Sunt autem præfinita canones ecclesiastici hi qui infra scripti sunt. In qua synodo fuerunt episcopi: Eusebius, Niceta, Antiochus, Archelaus, Isicius^a, Jacobus, Æneas, Basilius^d, Moyses, Macedonius, Theodorus, alius Theodorus, Paulus, Eustachius, Manicius, Agapius, Alexander, Patritius, Petrus, Theodorus, Narcissus, Syricus^e, Manicius^f, Ætherius, Magnus, Alipius^g, Tarcodius^h, Mantus, Petrus, Anastolius, et Chirionⁱ, ex provinciis Syriæ Cœles, Phœnicæ, veteris Arabiæ, Mesopotamiæ, Ciliciæ, lauriæ: et hæc constituerunt quæ infra scripta sunt.

^a *Ex Æ., B. R., U. In A. et reliquis: atque.*

^b *Æ., in unum fuissetis virtute.*

^c *Æ., B. R., U., Hesychius.*

^d *U., Passus.*

^e *T. 1, 2, Siricius.*

^f *Æ., B. R., U., Mocimus.*

^g *Æ., B. R., U., Alipius.*

^h *Æ., U., Tharcordi. T. 2, Tarchodimantus.*

ⁱ *Æ., B. R., E. 3, Cyrius. U., Sirion.*

I. *Non licere pascha diverso tempore facere neque cum Judæis celebrare.*

Omnes qui audent dissolvere regulam sancti et magni concilii Nicæni, quod celebratum est in præsentia Dei et amantissimi ^a Constantini imperatoris, de sancta et salutari festivitate paschali Salvatoris nostri, excommunicatos et abjectos ab Ecclesia esse debere, maxime si perseverent studio contentionis ad subvertenda ea quæ optime constituta sunt: et hæc quidem dicta sunt de laicis. Si autem de præpositis Ecclesiæ aliquis, id est vel episcopus vel presbyter vel diaconus post hanc definitionem ausus fuerit ^b in subversionem populorum et perturbationem ecclesiarum ^c retinere ^d et cum Judæis pascha voluerit celebrare; hunc sancta synodus jamjamque alienum ab Ecclesia esse judicavit, tanquam eum qui non solum proprii peccati reus sit, sed et aliorum corruptæ mentis et conversationis supplantator exstiterit: et non solum hujusmodi deponi a sacerdotio et ministerio, sed et hos qui eis ausi fuerint communicare post damnationem; depositos autem etiam honore qui extrinsecus est privari oportet, quem sanctus canon et Dei sacerdotium meruit.

II. *Non licere communionem Ecclesiæ contemnere, aut excommunicatis communicare.*

Omnes qui ingrediuntur in ecclesiam Dei et sacras Scripturas audiunt, non autem cum populo in oratione communicant, adversantur ^e etiam sanctam assumptionem dominici sacramenti secundum aliquam propriam disciplinam: hos abjici ab Ecclesia oportet, donec contentes fructum penitentiae demonstrant, et deprecati fuerint ut data venia suscipi mereantur. Non autem liceat communicare excommunicatis, neque per domos ingredi, nec cum eis orare qui Ecclesiæ non participant in oratione, nec in alteram Ecclesiam recipi qui ab alia excommunicantur. Quod si visus fuerit quilibet episcoporum, vel presbyterorum, aut diaconorum, vel etiam qui in canone detinentur, excommunicatis communicare; et hunc oportet communionem privari, tanquam Ecclesiæ regulas confundentem.

III. *Non debere clericum ad Ecclesiam aliam migrantem ibi perseverare.*

Si quis presbyter, vel diaconus, vel quilibet clericus, deserta sua Ecclesia, ad aliam transeundum esse crediderit, et ibi paulatim tentet quo migravit perpetuo permanere, ulterius ministrare non debet, præsertim si ab episcopo suo ad revertendum fuerit exhortatus [T. 1, exoratus]. Quod si et post evocationem sui episcopi non obdierit, sed perseveraverit, omnimodis ab officio suo deponi debere, nec aliquando spem restitutionis habere. Si quis vero propter hanc culpam depositum alius episcopus susceperit, et ipse a communi synodo poenam merebitur

^a *Æ., in præsentia domini amantissimi.*

^b *U., definitionem et hanc terminum ausus fuerit.*

^c *Æ., E. 3, U., in subversione populorum et perturbatione Ecclesiarum.*

^d *U., resistere in his, et cum Judæis. G. nitatur*

increpationis, tanquam ecclesiastica jura dissolvens.

IV. *Non licere episcopo vel cuicumque clerico si exauctoratus fuerit ministrare.*

Si quis episcopus a synodo ^e fuerit depositus, vel presbyter vel diaconus a proprio episcopo condemnatus, et præsumpserit sacerdotii seu sacri ministerii quidpiam, non ei amplius liceat neque in alia synodo spem restitutionis habere, neque assertionis alicujus locum; sed et communicantes ei omnes abjici ab Ecclesia, et maxime si postquam cognoverunt sententiam adversus eum fuisse prolatam, ei contumaciter communicaverunt.

V. *Non licere clericis contempto episcopo semote colligere.*

Si quis presbyter aut diaconus, contempto suo episcopo, se ipsum ab Ecclesia segregaverit et privatim apud se collectis populis [U., presbyteris] altare erigere ausus fuerit, et nihilominus, episcopo suo exhortante et semel et iterum ^f revocante, inobediens exstiterit; hunc modis omnibus deponendum, nec aliquando consequi curationem aut proprium honorem recipere speret. Quod si etiam perseveraverit perturbans et concitans Ecclesiam, quæ foris est, tanquam seditiosum corripitur oportet.

VI. *De excommunicatis.*

Si quis a proprio episcopo excommunicatus est, non eum prius ab aliis debere suscipi, nisi a suo fuerit receptus episcopo, aut concilio facto occurrat, et respondeat, et synodo satisfecerit, et statuerit sub alia sententia, recipi oportet. Quod etiam circa laicos, et presbyteros, et diaconos et omnes qui in clero sunt convenit observari.

VII. *Nullum peregrinum absque epistolis suscipi.*

Nullum absque formata, quam Græci epistolium ^g dicunt, peregrinorum clericorum suscipi oportet.

VIII. *Ut epistolia soli chorepiscopi faciant.*

Neque presbyteros ad regiones longinquas formatas, id est canonicas epistolas dare, nisi ad episcopos finitimos simplices epistolas mittere; vicarios vero episcoporum ^h, qui a Græcis chorepiscopi appellantur, formatas facere liceat.

IX. *De metropolitanis episcopis.*

Per singulas provincias episcopos singulos sciri oportet episcopum metropolitanum, qui præest, curam et sollicitudinem totius provinciæ suscepisse: propter quod ad metropolitanam civitatem ab his qui causas habent sine dubio concurratur. Quapropter placuit eum et honore præire, et nihil ultra sine ipso reliquos episcopos agere secundum antiquum patrum nostrorum qui obtinuit canonem, nisi hæc tantum quæ uniuscujusque [U., unicuique] ecclesiæ per suam diocesim competunt. Unumquemque

retinere.

^e *T. 1, 2, a sua synodo.*

^f *Ex reliquis, præter A., in quo, epistolam.*

^g *B. R., T. 1, 2, U., vicarios vero episcopos.*

que enim oportet episcopum potestatem habere et A sua diocesis ad hanc gubernandam secundum competentem sibi reverentiam, ad providendum regioni quæ sub ipsius est civitate; ita ut etiam ordinare presbyteros et diaconos ei probabili iudicio liceat, et de singulis moderatione et pondere disceptare: ultra autem nihil agendum permitti [U., permittitur] citra metropolitani episcopi conscientiam, nec metropolitanus sine cæterorum aliquid gerat consilio sacerdotum.

45 X. De chorepiscops.

Qui in vicis et villis constituti sunt chorepiscopi, tametsi manus impositionem ab episcopis susceperunt, placuit sanctæ synodo scire eos oportere modum proprium retinere et gubernare adjacentes sibi Ecclesias commissas, et esse contentos B propria sollicitudine et gubernatione quam susceperunt. Constituere autem [U., etiam] his permittitur lectores et subdiaconos et exorcistas, quibus sufficiat istorum tantum graduum licentiam accepisse; non autem presbyterum, non diaconum audeant ordinare præter conscientiam episcopi, vel civitatis, vel Ecclesiæ, cui adjacens invenitur seu ipse seu regio in qua præesse dignoscitur. Quod si quis prævaricare ausus fuerit constituta, deponi eum et dignitate qua præditus est debere privari; chorepiscopus autem ab episcopo civitatis vel loci cui idem adjacet [U., loci qui adjacet] ordinandus est.

XI. De his episcopis vel clericis qui sine litteris episcoporum ad imperatorem vadunt.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel omnis omnino qui est sub ecclesiastica regula constitutus, præter consilium vel litteras eorum episcoporum qui sunt intra provinciam et maximæ metropolitani, ad imperatorem perrexerit, hunc abdicari et ejici non solum de communione debere, sed etiam propria dignitate privari, tanquam molestum et importunum imperialibus auribus contra ecclesiastica constituta: si autem necessitas cogit ad imperatorem excurrere propter aliquam actionem, cum deliberatione et consilio metropolitani provincie episcopi et cæterorum conscientia qui in eadem provincia sunt, litteris ire debet.

XII. De episcopis vel clericis depositis.

Si quis a proprio episcopo depositus vel presbyter, D vel diaconus, aut etiam si a synodo quilibet episcopus fuerit exactoratus, molestiam imperialibus auribus inferre non præsumat, sed ad majorem episcoporum synodum sese convertat, et quæ se putat habere justa in eorum concilio alleget [U., consilio alliget], atque ab his de se exspectet, quæ fuerit deprompta sententia. Quod si deficiens pusillanimitate noluerit facere, sed imperatori fuerit hujusmodi importunus, nullam veniam habeat, neque locum illius assertionis [T. 1, 2, adversationis] suæ, nec spem recipiendi gradus habeat in futurum.

^a H. R., E. 3, *expectat*. U., *expectet*.

^b Ex B. R. T. 1, 2. In A. et reliquis, *obrepente*. U., *repente*.

46 XIII. Non licere episcopis in aliena provincia clericos ordinare.

Nullum episcopum audere debere ex alia provincia ad aliam transitum facere, et ordinare aliquos in Ecclesiis, aut provchere ad sacrum ministerium: nec alios illuc secum attrahat [U., attrahere] episcopos, nisi forte per litteras rogatus abierit, non solum a metropolitano, sed ab his qui cum eo sunt provincie episcopis: quod si nullo invitante inordinate superveniat, et aliquos vel ordinare præsumperit vel quoslibet actus illi Ecclesiæ competentes, ad se qui [Æ., E. 3, U., quæ] minime pertinent, usurpare tentaverit, vacua quidem et inania erunt omnia quæ gesserit: ipso vero hujus indisciplinati ausus et irrationabilis cœpti dignas causas expendat ^a, tanquam depositus a sancta synodo et propter hujusmodi præsumptionem jam prædamnatus.

XIV. De episcopis accusatis.

Si quis episcopus de aliquibus causis criminalibus in iudicio episcoporum fuerit accusatus, contingat autem de ipsis episcopis provincie qui convenerunt diversas habere sententias, et alios quidem innocentem eum pronuntiare, alios reum; propter hujusmodi itaque controversiam amputandam, placuit sanctæ synodo metropolitanum episcopum alterius provincie vicinæ advocari et aliquantos cum eo episcopos alios, qui pariter residentes quæcunque fuerit dirimant quæstionem, propter hoc ut firmum sit iudicium quod ab unius provincie episcopis fuerit promulgatum.

XV. De quibus supra.

Si quis episcopus criminaliter accusatus ab omnibus qui sunt intra provinciam episcopis exceperit unam consonamque sententiam, ab aliis ulterius iudicari non poterit; sed manere circa eam oportet tanquam convenientem, quæ ab omnibus prolata est, firmam ratamque sententiam.

XVI. De episcopis vacantibus [T. 1, vagantibus].

Si quis episcopus vacans [T. 1, vagans] in Ecclesiam vacantem supervenerit, et hanc obrepenter ^b præter plenariam synodum occupandam esse crediderit, hunc abjici oportet, tametsi eum plebs quam diripuit velit sibi episcopum retinere. Illa autem dicetur synodus 47 plenaria in qua etiam episcopus metropolitanus adfuerit.

XVII. De episcopis qui suscepta manus impositione non acquiescunt suscipere ministerium.

Si quis episcopus suscepta manus impositione ^c et deputatus populis præesse non suscipiat ministerium sacerdotii, nec consentiat abire in Ecclesiam in qua fuerat ordinatus; hunc incommunicabilem esse debere, donec coactus consentiat plebem suscipere sibi deputatam, aut provincie plenaria synodus episcoporum de eo aliquid statuatur.

XVIII. De his quibus supra.

Si quis episcopus ordinatus non abierit in paro-

^c U., *impositione recusat deputatis sibi populis præesse, ut non suscipiat*.

etiam cui ordinatus est, si non suo vitio ^a sed plebis forsitan contradictione, hic honorem susceptum retinere debet et sacerdotio fungi; ita ut nihil molestiae afferat ecclesiae illi in qua fuerat constitutus: expectare autem eum oportet provinciae plenariam synodum, donec de eo quod competit statuatur.

XIX. Non licere sine consilio metropolitani episcopi episcopum ordinare.

Episcopum non ordinandum praeter consilium et praesentiam metropolitani episcopi, cui melius erit si ex omni provincia congregentur episcopi: quod si fieri non potest, hi qui adesse non possunt propriis litteris consensum suum de ipso designent, et tunc demum post plurimorum sive praesentiam sive per litteras sententiam consonam ordinetur: quod si aliter quam statuta sunt [U., statutum est] fiat, nihil valere huiusmodi ordinationem. Si vero etiam secundum definitas regulas ordinatione celebretur, contradicant autem aliqui propter proprias et domesticas simultates; his contemptis, sententia de eo obtineat plurimorum.

XX. Ut bis in anno synodus celebretur.

Propter ecclesiasticas causas et quae existunt controversias dissolvendas, sufficere visum est bis in anno per singulas provincias episcoporum concilium fieri: semel quidem post tertiam hebdomadam paschalis festivitatis, ita ut in quarta hebdomada qua consequitur, id est media Pentecoste, concilium compleatur; admoveant autem comprovinciales ^b episcopus hi qui in amplioribus, id est ^c qui in metropolitani civitatibus degunt: secundum verum concilium Idibus Octobribus habeatur, qui dies apud Graecos Hyperboretar mensis decimus invenitur. In ipsis autem conciliis et presbyteros et diaconos praesentes esse oportet, et omnes quotquot se laeos aestimant, et synodicam expectare sententiam: nec liceat aliquibus apud semetipsos concilia sine metropolitani episcoporum conscientia facere, quibus de omnibus causis constat permissum esse iudicium.

XXI. Episcopum de diocesi ad diocesem non debere transire.

Episcopum de diocesi ad diocesem alteram non debere transire, neque si se ipsum ingesserit, neque si a populis fuerit violenter attractus, neque si etiam hoc ei ab episcopis suadeatur: manere autem eum debere in Ecclesia Dei quam ab initio sortitus est, et non ab ea alibi demigrare secundum regulam a Patribus constitutam ^e.

XXII. Episcopum non debere in alienam irruere civitatem.

Episcopum non debere in alienam irruere civitatem quae illi probatur non esse subjectam, neque in regionem quae ad ejus curam minime dignoscitur pertinere ^d, ad aliquid ordinandum, neque presby-

^a U., G., est non suo vitio.
^b A., B. R., E. 3, provinciales.
^c U., secundum regulam super hoc olim a Patribus constitutam.
^d Ex reliquis Codicibus. In A., pervenire.
^e A., B. R., T. 1, U., audere.

teros aut diaconos constituere ad alios episcopos pertinentes, nisi forte cum consilio propriae regionis episcopi: quod si quispiam horum tale aliquid adire ^f voluerit, irrita [E., abjicienda] quidem erit huiusmodi ordinatione, et is qui male usurpaverit a synodo arguatur.

XXIII. Episcopo non licere successorem sibi constituere.

Episcopum non licere tanquam successorem sibi futurum constituere alterum, quamvis circa vicinia mortis habeatur: quod si tale aliquid factum fuerit, irrita sit huiusmodi ordinatione. Custodire ^g autem debet ecclesiastica constituta, quae ita se continent: non posse aliter episcopum fieri, nisi in concilio et cum consensu episcoporum, eorum duntaxat, qui post obitum illius qui ^h praecessit habuerint potestatem eum qui dignus fuerit provehendi.

XXIV. De rebus ecclesiasticis et episcopalibus.

Quaecunque res Ecclesiae sunt convenit cum omni diligentia et bona fide servari, ⁱ illa scilicet fide quae Deo debetur omnia praevidenti atque iudicanti; quaeque gubernari oportet et dispensari cum iudicio et potestate episcopi, cui totius plebis animae videntur esse commissae. Manifesta autem esse oportet quae Ecclesiae competunt eorum presbyterorum et diaconorum ^h, id est qui circa ipsum sunt, ut ipsi non ignorent nec eos aliquid lateat eorum quae sunt propriae Ecclesiae, ut si contigerit episcopum de hac vita migrare, cum manifestae sunt et notae res ecclesiasticae, non interdicant atque depereant. Sed nec res propriae episcopi tanquam obnoxiae, rerum ecclesiasticarum ⁱ occasione, illius ^j pulsentur iniuriae; quia iustum et decibile est apud Dominum [A., Deum] ei homines, quae propria sunt episcopi quibus ipse iudicaverit derelinqui, et quae ecclesiae sunt ipsi servari: ita enim sit ut nec Ecclesia damno aliquo affligatur, nec episcopus occasione rerum ecclesiasticarum praescribatur, neque pertinentes ad eum in causas incurrant, quo post mortem memoria ejus maledictis aliquibus oneretur [U., delonestetur].

XXV. Episcopum habere potestatem in rebus ecclesiasticis disponendis.

Episcopum habere ecclesiasticarum rerum potestatem ad dispensandum omnibus indigentibus cum omni timore et reverentia Dei; ipsum quoque ex eis percipere atque uti debere quibus indiget, si tamen indiget vel ad suas necessarias vel fratrum expensas, qui ^k apud eum hospitalitatis gratia commorantur, ut nulla ex parte per inopiam defraudentur, secundum Apostolum dicentem: *Habentes victum quotidianum et legumentum corporis, his contenti sumus* [U., simus]. Quod si his minime contentus atque sufficiens transferat in necessitates domesticas ecclesiasticas res vel commoda quaelibet Ecclesiae, aut

^f A., U., custodiri autem debent.
^g T. 2., illius alius qui.
^h U., competunt presbyteris et diaconibus.
ⁱ U., rebus ecclesiasticis.
^j A., B. R., T. 2, ultius.

agrorum ecclesiasticorum fructus citra conscientiam presbyterorum vel diaconorum apud se redigat [U., degentium], et domesticis suis, vel etiam affinibus, aut fratribus, aut filiis earum rerum tribuat potestatem, ut per eorum secretam diligentiam ceteri ecclesiastici hædi videantur; reatum hunc qui hujusmodi est apud metropolitani provincie præstare debet. Quod si taliter reprehendatur [T. 2, deprehendatur] episcopus vel hî qui cum ipso sunt presbyteri, quo dicatur hæc quæ ad Ecclesiam pertinent, sive de agris, sive de aliis quibuscunque ecclesiasticis causis eo sibi met usurpare, pauperes vero necessitate et penuria opprimi, atque ex hoc ipso non solum

^a Ex omnibus Codicibus. In A., continentur scripta.

ecclesiasticæ rationi verum etiam dispensatoribus ejus maledictio [Æ., B. R., T. 1, 2, maledicta] et reprehensio augeatur: hos igitur correptionem oportet mereri quæ condecet, sancta synodo cognoscente.

Eusebius omnibus quæ constituta [B. R., E. 3, constituerunt] sunt præsens subscripsit. Theodorus, Niceta, Macedonius, Anatolius, Tharcodius [T. 1, 2, Tarchedimantus), Mantus, Ætherius, Narcissus, Alipius, Archelaus, Bassus, Syricus, Eustachius, Mauricius, Hesychius, Manicius, Paulus, et ceteri, quorum nomina in Græco jam superius continentur ^a, consensimus.

VII.

CONCILIIUM LAODICENUM.

A LAODICEÆ A SACERDOTIBUS EDITUM.

Sancta synodus secundum Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ, convocata ex diversis provinciis Asiæ, regulas exposuit ecclesiasticas, sicut infra scriptum est.

SI I. De digamis.

De eo quod oportet secundum ecclesiasticum canonem, eos qui libere et legitime secundis nuptiis conjuncti sunt, nec occultam permixtionem operati sunt, paucis tempore exempto, vacare orationibus et jejniis, et secundum veniam reddi eis communionem.

II. De his qui diversorum peccatorum lapsus incurrunt.

His, qui diversorum peccatorum lapsus incurrunt et instant orationi, confessioni ac pœnitentiæ, malorum suorum perfectam conversionem demonstrantes, pro qualitate peccati pœnitentiæ tempus attribuendum est propter misericordiam et bonitatem Dei: qui ergo hujusmodi sunt, revocandi et ad communionem sunt applicandi.

III. De neophytis non promovendis ad sacerdotium ^b.

Non oportet neophytum promoveri ad ordinem sacerdotalem.

IV. Non licere coram catechumenis clericos fieri.

Non oportet manus impositionem super ordinatos presentibus catechumenis celebrari.

V. Non licere clericis usuram vel sexcupla accipere.

Non licet fenerari ministris altaris, vel in sacerdotali ordine constitutis usuras vel luca quæ sexcupla dicuntur accipere.

VI. Non licere hæreticos ingredi ecclesiam.

Non concedendum hæreticis ingressum domus Dei in hæresi permanentibus.

VII. De Novatianis et Quartodecimanis.

Novatianos, vel etiam Quartodecimanos, quos Græci Τισσαραδικαίτας [U., Τίσσαρις καὶ δεκάτητες] appellant, id est qui quartadecima luna primi men-

sis cum Judæis pascha celebrant, sed et catechumenos eorum vel fideles non recipi, priusquam condemnent omnem hæresim, plenissime autem ante omnia, in qua detinebantur: et tunc qui apud eos fideles dicuntur symbolum fidei doceantur, atque ita unctos sancto etiam chrismate, divino sacramento communicare conveniet.

SI VIII. De Cataphrygiis ad Ecclesiam venientibus.

Eos qui convertuntur ab hæresi quæ dicitur Secundumphrygiis, seque in cæro constitutos æstimant, quamvis magni dicantur, hujusmodi cum omni diligentia catechizari oportet et baptizari ab Ecclesiæ catholicæ episcopis et presbyteris.

IX. Non debere catholicos in ea quæ martyria sua hæretici dicunt intrare.

Non concedendum in cœmeteria, vel quæ martyria dicuntur, hæreticorum catholicos orationis gratia et potendæ curationis intrare: sed et qui ierint, si sunt fideles, incommunicabiles factos ad pœnitentiam usque ad aliquod temporis redigi: pœnitentes autem eos et errasse confessos suscipi oportet.

X. Non debere catholicam hæreticorum matrimonio sociari.

Eos qui ad Ecclesiam pertinent indifferenter filios proprios hæreticorum nuptiis minime sociare debere.

XI. De canonicis ecclesiæ.

Mulieres, quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos autem viduæ seniores, univiræ et matriculariæ appellantur, in ecclesia tanquam ordinatas constitui non licebit.

XII. De ordinandis episcopis cum consilio metropolitano et finitimorum episcoporum.

Episcopos non oportet præter iudicium metropolitano et finitimorum episcoporum constitui ad Ecclesiæ principatum: nec eligantur nisi hi quos multo ante probabilis vita commendat, et nihilomi-

^a In Codicibus: *Laodicia*.

^b Desunt plurimi horum canonum tituli in A. Desumpti sunt ex B. R.

nas si in sermone fidei et recta ratione per suam A conversationem fuerint comprobati.

XIII. *Non licere populis ministros altaris eligere.*

De eo quod non sit populis concedendum electionem acere eorum qui altaris ministerio sunt applicandi.

XIV. *Sanctas oblationes pro eulogiis in festivitate paschali ad alias provincias non debere mitti [U., G., transmitti].*

Sanctas oblationes ad vicem eulogiarum per festivitatem paschalem ad alias parochias mitti minime oportet.

53 XV. *De psalmistis.*

Non liceat præter canonicos psalmistas^b qui pulpitu ascendunt et de Codice legunt, alium quemlibet in ecclesia psallere.

XVI. *Ut sanctum Evangelium etiam sabbatis legatur.*
Sabbatis Evangelia cum aliis Scripturis legenda esse.

XVII. *Psalmos sparsim non licere confundi.*

In processionibus non connectere, id est ex diversis versibus et sensibus libri in unum canticum minime conjungere [T. 1, conjugere], sed singulorum psalmorum ordinaliter de medio debere fieri lectionem.

XVIII. *De orationibus quotidianis.*

De eo quod semper supplicationes orationum ad horam nonam et vesperam oportet celebrari.

XIX. *De ordine orationum catechumenorum atque fidelium, et de communione.*

Quoniam catechumenorum orationem separatim et prius post tractatum episcoporum oporteat celebrare : quibus egressis orent etiam hi qui in poenitentia sunt constituti, et post manus impositionem, his quoque abscedentibus, tunc fideles orare debent, quorum tres orationes fiant : una quidem, id est prima, per silentium, secunda vero et tertia per vocis pronuntiationem, ac tunc demum osculo pacem [T. 2, U., G., osculum pacis] debere dari, et posteaquam presbyteri episcopo pacem dederint, tunc etiam laicos dare, et sic oblatio offeratur : solis autem ministris altaris liceat ingredi ad altare et communicare.

XX. *De disciplina atque modestia clericorum.*

Quoniam non oportet diaconem sedere præsertim presbytero, sed ex jussione presbyteri sedeat : similiter autem honorificetur et diaconus a ministris inferioribus et clericis omnibus.

XXI. *De ministerio subdiaconorum.*

Quoniam non oportet ministros licentiam habere in secretarium sive sacrarium, quod Græci di. conicon [U., diaconion] appellant ingredi, et contingere vasa dominica.

54 XXII. *De ministro, ut orario non utatur.*

Ministram non oportet orario uti, nec ostia derelinquere.

^a Ex omnibus Codicibus. In A., applicati.

^b In Codicibus : psalmos. U., psalmos qui publice cantantur et de codice leguntur, alium.

^c T. 1, Non licet. T. 2, Non oportet.

XXIII. *Non oportere lectores aut psalmistas orario uti.*

Quoniam non oportet lectores aut psalmistas orario uti et sic legere aut psallere.

XXIV. *De lectoribus et psalmistis, ut tabernas non intrent.*

Quoniam non oportet altario servientes [Æ., B. R., U., deservientes] a presbyteris usque ad diaconos et deinceps ordinis ecclesiastici omnes usque ad ministros, aut lectores, aut psalmistas, aut exorcistas, aut ostiarios, aut etiam eos qui in proposito continentie sunt, tabernas intrare.

XXV. *Non licere ministris panes dare aut calicem benedicere.*

Non oportet ministros panes dare nec calicem benedicere.

XXVI. *De exorcistis.*

Non oportet exorcizare eos qui necdum ab episcopis sunt protracti, neque in ecclesiis, neque intra domos.

XXVII. *Non debere clericos sive laicos ad agapem vocatos partes tollere.*

Non oportet ministros altaris, vel quolibet clericos, aut etiam laicos ad agapem vocatos partes tollere, propter injuriam quæ ex hac occasione ecclesiastico ordini poterit deputari.

XXVIII. *Non licere in ecclesiis accubitus sternere vel agapem facere.*

Non decet in dominicis ecclesiis^d agapem facere et intus manducare, vel accubitus sternere.

XXIX. *Non debere Christianos sabbatizare.*

Non oportet Christianos judaizare et in sabbato vacare, sed operari eos in eodem die ; Dominica vero proponendo eandem diem, si hoc eis placet, vacent tanquam Christiani. Quod si inventi fuerint judaizare, anathema sint.

55 XXX. *Nulli Christiano licere cum mulieribus lavacra exercere.*

Quoniam non oportet ministros altaris, vel etiam clericos quoslibet aut continentes, sed et omnem omnino Christianum cum mulieribus lavacris^e uti communibus : hæc est enim apud gentiles prima reprehensio.

XXXI. *De cavendis hæreticorum connubiis.*

Quoniam non oportet cum omnibus hæreticis miscere connubia, et vel filios vel filias dare, sed potius accipere, si tamen profiteantur Christianos se futuros esse catholicos.

XXXII. *Non licere ab hæreticis eulogias accipere.*

Non oportet hæreticorum benedictiones accipere, quoniam istæ maledictiones sunt magis quam benedictiones.

XXXIII. *Non debere cum hæreticis aut schismaticis orari.*

Non oportet cum hæreticis vel schismaticis orare.

XXXIV. *Non eundem ad falsos martyres.*

Non oportet omnem Christianum derelictis marty-

^d Æ., in domibus ecclesiarum.

^e Ex Æ., U. In A. et reliquis : lavacra uti debere communia.

ribus Christi abire ad falsos martyres factos, hi enim a
aïoni a Deo sunt : quicumque autem abire voluerit,
anathema sit.

XXXV. *Non licere Christianis derelicta Ecclesia ad
angelos [U., G., angulos] congregationes colligere.*

Quoniam non oportet Christianos, derelicta Eccle-
sia Dei, abire ad angelos [U., G., angulos], idola-
triæ congregationes facere, quæ omnia interdicta
sunt : quicumque autem inventus fuerit occulte huic
idolatriæ vacans, sit anathema : quoniam derelin-
quens Dominum nostrum Jesum Christum Filium
Dei, accessit ad idola.

XXXVI. *Non licere clericis magos vel incantatores
esse, aut phylacteria facere.*

Quoniam non oportet ministros altaris aut clericos
magos aut incantatores esse, aut facere quæ dicuntur
phylacteria, quæ sunt magna obligamenta anima-
rum : hos autem qui talibus rebus utuntur projici
ab Ecclesia jussimus.

56 XXXVII. *Non licere ab hæreticis vel Judæis fe-
riatica quæ mittuntur accipere.*

Non oportet a Judæis et hæreticis feriatica quæ
mittuntur accipere, neque cum eis dies agere feria-
tos *.

XXXVIII. *Non licere a Judæis azymas [T. 1 azyma]
accipere.*

Non oportet a Judæis azymas accipere aut com-
municare impietatibus eorum.

XXXIX. *Non licere cum paganis festa celebrare.*

Non oportet cum paganis festa celebrare, aut im-
pietatis eorum habere societatem.

XL. *Episcopos ad synodum vocatos non debere con-
temnere.*

Non oportet vocatos episcopos ad synodum con-
temnere, sed abire et aut dicere aut doceri quæ
sunt ad Ecclesiam cæterorumque correctionem. Quod
si contempserit, se ipsum videbitur accusasse nisi
forte per infirmitatem ire non possit.

XLI. *Non debere clericum vel laicum sine epistolis pe-
regrinari.*

Non oportet ministrum altaris vel etiam laicum
sine canonicis litteris, id est formata, aliquo ^b pro-
ficisci.

XLII. *Nullum clericum debere sine jussione episcopi
peregrinari.*

Non oportet ministrum altaris vel quemlibet cleri-
cum præter jussionem episcopi ad peregrina [T. 2,
peregrinationem] proficisci.

XLIII. *Ministros non debere ab ostiis recedere.*

Non oportet ministros, id est ostiarios, vel brevi
tempore ab ostiis decesse et orationi vacare.

XLIV. *Non oportere post duas septimanas Quadrage-
simæ aliquem ad baptismum suscipi.*

Non oportet post duas Quadragesimæ hebdomadas
quemquam ad baptismum suscipi.

XLV. *Non debere mulieres ingredi ad altare.*

Non oportet mulieres ingredi ad altare.

* T. 2, festos. G., feriaticos.

^b T. 1, 2, G., alieubi.

^c Hæc hic canon in U.

^d Ex Æ., T. 1, 2, U., G. In A. et reliquis : di-

57 XLVI. *Baptizandos debere fidei symbolum et discere
et reddere.*

Baptizandos oportet fidei symbolum discere ^d, et
quinta feria ultimæ septimanæ vel episcopo vel pre-
sbytero reddere.

XLVII. *De his qui in ægritudine baptizantur.*

Qui in ægritudine constituti baptismum percepe-
runt, sani facti symbolum fidei doceantur, ut nove-
rint [U., noscant] qua donatione digni sint habiti.

XLVIII. *Post baptismum chrismata dandum.*

Oportet baptizatos post baptismum chrismatis quo-
que cælestis et regni Christi participes fieri.

XLIX. *In Quadragesima sabbato tantum et dominica
offerendum.*

Non oportet in Quadragesima panem offerri nisi
sabbato et dominica tantum.

L. *Non licere quinta feria septimanæ ultimæ Quadrage-
simam solvi.*

Non oportet Quadragesimam quinta feria ultimæ
hebdomadæ dissolvi, et totam Quadragesimam inho-
norari, sed per totos dies jejuna et escis abstinen-
tiæ convenientibus, id est ardiioribus uti.

Ll. *Non debere in Quadragesima nisi sabbato et domi-
nico natalitia martyrum celebrari.*

Non oportet in Quadragesima martyrum natalitia
celebrari, sed eorum in sabbato et dominica tantum
memoriam fieri.

LII. *Non licere in Quadragesima nuptias fieri.*

Non oportet in Quadragesima aut nuptias aut quæ-
libet natalitia celebrare.

LIII. *Non licere Christianos ad nuptias euntes cantare
vel ballare.*

Non oportet Christianos ad nuptias euntes vel
ballare vel saltare ^e, sed caste cœnare vel prandere,
sicut competit Christianis.

LIV. *Non licere ministros altaris spectaculis inter-
esse.*

Non oportet ministros altaris, vel quoslibet cleri-
cos, spectaculis aliquibus quæ aut in 58 nuptiis, aut
cœnis exhibentur interesse; sed antequam thymeli-
ci ^f ingrediantur surgere eos de convivio et abire
debere.

LV. *Non debere clericum vel laicum Christianum ex
symbolis convivia celebrare.*

Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos,
aut etiam laicos Christianos ex symbolis, quæ vul-
gus commissalia appellat, convivia celebrare.

LVI. *Non oportere presbyteros ante ingressum episcopi
ingredi.*

Non oportet presbyteros ante ingressum episcopi
ingredi et sedere in tribunalibus, sed cum episcopo
ingredi, nisi forte vel ægrotat [U., ægrotet] episco-
pus, aut in peregrinis esse eum consulerit.

LVII. *Non debere in vicis et in villis episcopos ordi-
nari.*

Non oportet in vicis et villis episcopos ordinari,
sed visitatores, id est qui circumeant constitui; hos

cere.

^e B. R., T. 1, 2, U., G., cantare.

^f T. 1, 2, G., thymelicæ.

autem qui antehac ordinati sunt nihil agere sine A conscientia episcopi civitatis : similiter etiam presbyteri nihil sine praecepto et consilio episcopi agant.

LVIII. *Non oportere in domibus ab episcopis vel presbyteris oblationes fieri.*

Non oportet in domibus oblationes ab episcopis et presbyteris fieri.

LIX. *Non licere psalmos ab idiotis compositos in ecclesia dici : et qui sint libri canonici.*

Non oportet ab idiotis psalmos compositos et vulgares in ecclesiis dici, neque libros qui sunt extra canonem legere, nisi solos canonicos Novi et Veteris Testamenti. Quae autem oporteat legi et in auctoritatem recipi haec sunt :

Genesis mundi. Exodus Aegypti. Leviticum. Numeri. Deuteronomium. Jesu Nave. Judicum. Ruth.

^a A., B. R., E. 3, T. 1, 2, Regnorum.

Regum ^a libri IV. Paralipomenon libri II. Esdras [U., Ezra]. Liber Psalmorum numero CL. Proverbia Salomonis. Ecclesiastes. Cantica canticorum. Job. Esther. Sedecim prophetarum libri, id est : Osae, Amos, Joel, Abdias, Jonas, Michaeas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggaeus, Zacharias, Malachias, Esaias, Jeremias, Ezechiel, Daniel.

Item. Novi Testamenti, id est Evangeliorum libri IV : secundum Matthaeum, secundum **59** Marcum, secundum Lucam, secundum Joannem. Actus apostolorum. Canonicae Epistolae VII : Jacobi I, Petri II, prima et secunda, Joannis III, prima, et secunda, et tertia, Judae I. Epistolae Pauli apostoli numero XIV : **60** Ad Romanos I, ad Corinthios II, ad Ephesios I, ad Thessalonicenses II, ad Galatas I, ad Philippenses I, ad Colossenses I, ad Timotheum II, ad Titum I, ad Philemonem I, ad Hebraeos I.

VIII.

CONCILIIUM CONSTANTINOPOLITANUM PRIMUM.

ADVERSUS HAERESIM MACEDONIAM ^a FACTUM AB EPISCOPIS NUMERO CENTUM QUINQUAGINTA SUB THEODOSIO MAJORE, SIAGRIO ET EUCHERIO CONSULIBUS, AERA CCCXCVIII ^b.

Regulae sive definitiones expositae ab episcopis centum quinquaginta qui in unum Constantinopoli convenerunt, quando beatus Nectarius episcopus est ordinatus, damnato Maximo Cynico ^c, quorum nomina et provinciae in Graeco continentur.

I. *Custodiendam esse fidem Patrum trecentorum decem ^c et octo.*

Non spernendam esse fidem Patrum trecentorum decem et octo, qui in Nicraam Bithyniae convenerunt, sed manere eam ratam oportet, et anathematizare omnem haereseam, specialiter autem Eunomianorum imo Anomianorum, qui Latine sine lege dicuntur, et Arianorum sive Eudoxianorum, et Semiarianorum, necnon Pneumatichorum ^d id est qui contra sanctum Spiritum pugnant, et Sabellianorum et Marcellianorum, et Photinianorum et Apollinaristarum.

II. *Ut episcopi suas dioceses gubernent nec ad alienas accedant.*

Episcopi qui extra diocesim sunt ad Ecclesias quae extra terminos eorum sunt non accedant, neque ^d confundant et permisceant Ecclesias ; sed secundum regulas, Alexandriae quidem episcopi ea quae sunt in Aegypto tantum gubernent ; Orientis autem episcopi solius Orientis curam gerant, servatis honoribus primatus Ecclesiae Antiochensae qui in regulis Nicraenae synodi continentur ; sed et Asianae [A., Asiae] diocesis episcopi ea quae sunt in Asia et quae ad Asiam tantummodo diocesim pertinent gubernent ; Ponti autem episcopi Ponticae tantum diocesis ha-

beant curam ; Thraciae vero ipsius tantummodo Thraciae.

III. *Non invitati episcopi ultra dioceses suas non accedant.*

Non invitati episcopi ultra diocesim ^e non accedere debent super [U., pro] ordinandis aliquibus vel quibuscunque disponendis ecclesiasticis **61** causis, servata regula quae supra scripta est de unaquaque diocesi ; manifestum namque est quod per singulas quasque provincias provincialis synodus administrare et gubernare omnia debeat secundum ea quae sunt in Nicra definita.

IV. *De ecclesiis in barbarico positis.*

Ecclesias autem Dei, quae sunt in barbaricis gentibus constitutae, regi et administrari oportet secundum consuetudinem quae a Patribus obtinuisse dignoscitur.

V. *De honore Constantinopolitani episcopi.*

Constantinopolitanae civitatis episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum episcopum, propter quod sit Roma nova.

VI. *De maximo Cynico philosopho.*

De maximo Cynico philosopho et totius indisciplinacionis ejus, quae Constantinopoli orta est, statutum est, ut neque Maximus fuisse aut esse jam poterit, neque hi qui ab eo sunt ordinati, qualemcunque gradum clericatus obtineant, omnibus scilicet quae circa eum vel ab eo gesta sunt in irritum revocata.

^a U., Macedonianam.

^b T. 2, aera CCCXCVIII.

^c A., iniquo, et sic postea in sexto canone.

^d T. 1, 2, G., Pneumatematicorum.

^e B. R., diocesim suam non accedere.

VII. *Symbolum eorumdem sanctorum centum quinquaginta Patrum apud Constantinopolim institutum.*

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem : et in unum Dominum ^a nostrum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum **62** ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homousion Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, qui propter ^b nos et propter nostram salutem descendit et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine homo factus, passus est sub Pontio Pilato, sepultus tertia die resurrexit, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris ^c, inde venturus cum gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis : et in Spiritum sanctum Dominum vivificantem ^d ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas : in unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam : confitemur unum baptismum in remissionem peccatorum : expectamus resurrectionem mortuorum, vitam futuri sæculi. Amen.

^a *Æ.*, B. R., E. 3, T. 1, 2, U., *Dominum Jesum Christum.*

^b *Æ.*, U., *facta sunt quæ in cælo et quæ in terra, qui propter.*

^c *Æ.*, B. R., T. 1, 2, U., *ad dexteram Patris.*

^d *Æ.*, B. R., *Dominum et vivificantem. U., et vivificantem.*

Nomina episcoporum cl.

Nectarius Constantinopolitanus.
 Timotheus Alexandriæ.
 Dorotheus ab Oxorinco.
 Cyrillus Hierosolymitanus.
 Galasius Cæsariensis.
 Macher Hiericuntius.
 Dionysius Diospolitianus.
 Priscianus Nicopolitanus.
 Saturninus Sebastianus.
 Asentius Ascalonita.
 Helianus Tamniensis ^e.
 Zenon Tyrius.
 Paulus Sidoniensis [*G.*, Sidonensis].
 Nestabus a Ptolemaide.
 B Philippus Damascenus.
 Beracus ^f Paleadensis [*T. 2*, Piliadensis].
 Timotheus Berytius.
 Basilides ab Ibbo.
 Mocimus Aradensis.
 Et cæteri cxxx ^g.

^e *Æ.*, B. R., T. 1, 2, *Jamniensis.*

^f *Æ.*, *Baracus. B. R., Baracius.*

^g Cum episcopi cl huic interfuerint concilio, unus deest nomen in subscriptionum catalogo, siquid in xix tantum in eo nomina recensentur; viginti autem conscribi debuerant Patres, ut allis cxxx sociati numerum ci complerent.

IX

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM.

CENTUM SEXAGINTA TRIUM EPISCOPORUM, EXTRA VICARIOS UNDECIM, QUI AD VICEM SUORUM PRÆSULUM SUBSCRIPSERUNT, TEMPORIBUS CONSTANTINI IMPERATORIS, ERA DCCXX.

63-64 Sancta, magna atque universalis synodus, quæ secundum Dei gratiam et piissimam sanctionem clementissimi et fidelissimi magni imperatoris Constantini congregata est in hac a Deo conservanda regia Constantinopoli nova Roma, in secretario divini palatii, quod cognominatur Trullus, decrevit quæ inferius continentur. Unigenitus Dei Patrisque Filius et Verbum, qui per omnia similis nobis absque solo peccato factus est homo, Christus verus Deus noster per evangelicas voces præclare [*U.*, proclamans] prædicavit : *Ego sum lux mundi; qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ*; et iterum : *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*. In hac divinitus edita pacis doctrina gradus mansuetissimus noster imperator, qui et propagator [*T. 1*, propugnator] existit rectæ fidei, expugnator vero prævæ doctrinæ, sanctum hoc ex nobis universale congregans concilium totius Ecclesiæ adunavit compaginem. Unde hæc nostra sancta et universalis synodus impietatis errorem, qui a quibusdam per

^a Deest hoc concilium in A., *Æ.*, E. 3. Desumptum est ex Codice BIL. cum variantibus cæterorum lectionibus. Aderat etiam in Codice Lucensi prout in

PATROL. LXXXIV.

tempora et nunc usque est ^b, procul abiciens, sanctorum autem et probabilium Patrum inoffense iter assequens, sanctis et universalibus quinque synodiis pie in omnibus consonavit, trecentorum decem et octo sanctorum Patrum qui in Nicæa convenerunt adversum insaniam Arii, et postea in Constantinopoli centum quinquaginta Deo inspiratorum virorum adversum Macedonium impugnatores Spiritus et Apollinarem impium, similiter et quæ in Epheso prius adversum Nestoriam Judaicæ intelligentiæ congregata est ducentorum venerabilium virorum, et quæ in Chalcedone sexcentorum triginta Deo inspiratorum Patrum adversus Eutychem et Dioscorum Deo odibilem; super has et ultimæ harum quinque sanctæ synodi quæ hic congregata est adversus Theodorum Mopsuestenum ^c, Origenem, Dydymum et Evagrium, et scripta Theodoretii adversum duodecim capitula laudabilis Cyrilli, et epistolam quæ dicitur illæ ad Marin Persam scriptam, pietatis quidem restaurans sanctiones in omnibus illibatas, profana vero impie-

B. R. reperitur.

^b Ex U. In B. R. et reliquis deficit verbum *est*.

^c Ex reliquis præter B. R., in quo : *Mopsuestenum*.

tatis projiciens dogmata, et id quod a trecentis decem et octo Patribus expositum est, itemque quod a centum quinquaginta Deo inspiratis viris confirmatum est, quod et ceteræ sanctæ synodi ad peremptionem totius pestiferæ hæresis prompto susceperunt ratumque habuerunt, symbolum et hæc nostra sancta et universalis a Deo inspirata consignavit synodus.

Symbolum Nicæni concilii trecentorum decem et octo Patrum.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium conditorem [T. 1, 2, fac orem] : et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei, qui natus est ex Patre, unigenitum, hoc est de essentia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, consubstantiali Patri, per quem omnia facta sunt quæ in cælo, et quæ in terra, **65** propter nos homines et propter nostram salutem descendente, incarnatumque et humanatum, passum et resurgentem tertia die, et ascendente in cælos, et venturum judicare vivos et mortuos : et in Spiritum sanctum. Eos vero qui dicunt quia erat aliquando quando non erat ^a, et quia ex nihilo factus est vel ex altera substantia vel essentia, dicentes esse aut mutabilem aut vertibilem Filium Dei, hos anathematizat catholica et apostolica Ecclesia.

Symbolum centum quinquaginta sanctorum Patrum Constantinopoli congregatorum.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem : et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, qui ex Patre natus est ante omnia sæcula, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, consubstantiali Patri, per quem omnia facta sunt, propter nos homines et propter nostram salutem descendente de cælis, et incarnatum de Spiritu sancto et Mariæ virgine, et humanatum, crucifixumque pro nobis sub Pontio Pilato, et passum, et sepultum, et resurgentem tertia die secundum Scripturas, et ascendente in cælos, et sedente ad dexteram Patris, et iterum venturum cum gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis : et in Spiritum sanctum Dominum et vivificantem, qui ex Patre procedit, qui cum Patre et Filio coadoratur et conglorificatur, qui locutus est per prophetas : et in unam sanctam catholicam et apostolicam Ecclesiam : confitemur unum baptismum in remissionem peccatorum, speramus resurrectionem mortuorum et vitam futuri sæculi. Amen ^b.

Sufficiebat quidem ad perfectam orthodoxæ fidei scientiam et confirmationem pium atque orthodoxum hoc divinæ gratiæ symbolum ; sed quoniam non destitit adinventor antiquæ malitiæ cooperatorem sibi serpentem reperiens ^c per eum venenosam humanæ naturæ inferens mortem, ita et nunc organa

^a In reliquis præter B. R., erat, et antequam nasceretur non erat, et quia.

^b Vox Amen desumpta est ex cæteris Codicibus,

ad suam propriam voluntatem apta inveniens, Theodorum dicimus Pharanitanum [E., Pharanitanorum] episcopum, Sergium, Paulum, Pyrrhum, Petrum, qui fuerunt hujus regis urbis præules, insuper et Honorium qui fuit papa antiquæ Romæ, et Cyrum qui Alexandria tenuit episcopatum, Macarium quoque qui fuit nuper Antiochiæ præsul, et Stephanum ejus discipulum, non quievit per eos plenitudini Ecclesiæ erroris scandala excitare unius voluntatis et unius operationis in duobus naturis unius de sancta Trinitate **66** Christi veri Dei nostri orthodoxæ plebi consonanter disseminando hæresim consentaneam insanæ ac malitosæ sectæ impiorum Apollinarii, Severi atque Themistii, quæ consta est extinguere perfectiorem humanitatis unius ejusdemque Domini Jesu Christi Dei nostri per quamdam callidam adventionem, ex hoc quod absque voluntate et absque operatione intellectualiter animatam ejus carnem blasphemando intromisit. Excitavit igitur Christus Deus noster fidelissimum imperatorem novum David, virum secundum cor suum inveniens, qui non dedit, juxta quod scriptum est, somnum oculis suis et palpebris suis dormitationem, donec per hunc nostrum a Deo congregatum sacrumque conventum ipsam sectæ fidei reperit perfectam prædicationem ; secundum enim a Deo editam vocem, *ubi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*. Quæ præsens sancta et universalis synodus fideliter suscipiens et expansis manibus amplectens tam quæ a sanctissimo ac beatissimo Agathone papa antiquæ Romæ facta est suggestio ad piissimum atque fidelissimum nostrum imperatorem Constantium, quæ nominatim refutat eos qui docuerunt vel prædicaverunt, sicut superius dictum est, unam voluntatem et unam operationem in incarnationis dispensatione Christi veri Dei nostri, adhuc quoque amplexa est et quæ missa est a sacro concilio, quod sub eodem sanctissimo papa est centum viginti quinque Deo amabilium episcoporum, alteram synodalem suggestionem ad ejus a Deo instructam tranquillitatem, utpote consonantes sancto Chalcedonensi et tomo sacratissimi et beatissimi papæ ejusdem antiquæ Romæ Leonis, qui directus est ad sanctum Flavianum, quem et titulum rectæ fidei hujusmodi synodus appellavit ; ad hæc et synodicas epistolas quæ scriptæ sunt a beato Cyrillo adversus impium Nestorium et ad Orientales episcopos.

Secuta vero sancta quinque universalis concilia et sanctos atque probabiles Patres, consonanterque confiteri definiens Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum nostrum unum de sancta et consubstantiali et vitæ originem præbente Trinitate, perfectum in deitate, et perfectum eundem in humanitate, Deum vere, et hominem vere, eundem ex anima rationali et corpore, consubstantiali Patri secundum deitatem et consubstantiali nobis eundem secundum

cum desit in B. R.

^c U., G., cooperatores sibi per serpentem reperietis.

humanitatem, per omnia similem nobis absque peccato, ante sæcula quidem ex Patre genitum secundum deitatem, in ultimis autem diebus eundem propter nos et propter **67** nostram salutem de Spiritu sancto et Maria virgine proprie et veraciter Dei genitrice secundum humanitatem, unum eundemque Christum Filium Dei unigenitum in duabus naturis inconfuse, inconvertibiliter, inseparabiliter, indivise cognoscendum, nusquam extincta harum naturarum differentia propter unionem, salvata magis duntaxat proprietate utriusque naturæ et in unam personam et in unam substantiam concurrente, non in duas personas partitum vel divisum, sed unum eundemque Filium unigenitum Deum Verbum Dominum Jesum Christum, juxta quod olim prophete de eo et ipse nos Dominus Jesus Christus edocuit, et sanctorum Patrum nobis tradidit symbolum. Et duas naturales voluntates in eo et duas naturales operationes indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse secundum sanctorum Patrum doctrinam æqualiter prædicamus, et duas naturales voluntates non contrarias, absit, juxta quod impii asseverant hæretici; sed sequens humana ejus voluntas et non resistens vel reluctans, sed potius et subjecta divinæ ejus atque omnipotentis voluntati. Oportebat enim carnis voluntatem moveri, subjici vero voluntati divinæ juxta sapientissimum Athanasium; sicut enim ejus caro, caro Dei Verbi dicitur et est, ita et naturalis carnis ejus voluntas propria Dei Verbi dicitur et est, sicut ipse ait: *Quia descendi de caelo non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me*^a, propriam dicas voluntatem quæ erat carnis ejus, nam et caro propria ejus facta est. Quemadmodum enim sanctissima atque immaculata animata ejus caro deificata non est perempta, sed in suo proprio statu et ratione permansit; ita et humanitatis ejus voluntas deificata non est perempta, salvata est magis secundum deiloquium Gregorium dicentem: Nam illius velle, quod in Salvatore intelligitur, non erat contrarium Deo, deificatum totum. Duas vero naturales operationes indivise, inconvertibiliter, inconfuse, inseparabiliter in eodem Domino Jesu Christo vero Deo nostro glorificamus, hoc est divinam operationem et humanam operationem secundum divinorum prædicatorem Leonem manifestissime inquiringem^b; ait enim: Utraque forma cum alterius communionem quod proprium est, Verbo scilicet operante quod Verbi est, et carne exsequente quod carnis est. Nec enim in quoquam unam debimus naturalem operationem Dei et creaturæ, ut neque quod creatum est in divinam elevemus essentialiam, neque quod exiniam est divinæ naturæ ad competentem creaturis locum dejiciamus. Unius enim ejusdem tam miracula quamque passiones cognoscimus secundum aliud et aliud earum, ex quibus et constat, naturarum **68** et in quibus habet esse, sicut admirabilis inquit Cyrillus. Undique igitur inconfusum atque indivisum conservantes celeri voce cuncta proferimus, unum

^a In reliquis, præter BR., *me Patris.*

A sanctæ Trinitatis et post incarnationem Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum nostrum esse credentes: dicimus duas ejus esse naturas in una ejus radiantes subsistentia, in qua tam miracula quamque passiones per omnem suæ dispensationis conversationem non secundum phantasiam sed veraciter demonstravit, dum naturalis differentia in eadem una substantia cognoscatur in hoc quod cum alterius communionem utraque natura indivise, inconfuse propria vult atque operatur: juxta quam rationem et duas naturales voluntates et operationes confitemur ad salutem humani generis convenienter concurrentes. His igitur cum omni undique diligentia et cura a nobis definitis, decernimus aliam fidem nulli licere proferre aut describere vel componere, aut sapere vel etiam docere aliter. Eos autem qui præsumperint vel componere fidem aliam vel proferre vel docere vel tradere aliud symbolum volentibus ex gentilitate converti ad agnitionem veritatis vel ex judaismo sive ex qualibet hærese, seu novitatem vocis sive sermonis ad inventionem ad subversionem introducendam eorum quæ nunc a nobis determinata sunt; hos, siquidem episcopi existunt aut clerici, alienos esse, episcopos quidem ab episcopatu, clericos vero a clero: si autem monachi existunt vel laici, anathematizari eos.

Et subscriptiones.

Theodorus humilis presbyter sanctæ Romæ Ecclesiæ, locum repræsentans Agathonis beatissimi universalis papæ urbis Romæ subscripsi.

C Georgius humilis presbyter sanctæ Romæ Ecclesiæ ut supra.

Joannes humilis diaconus sanctæ Romæ Ecclesiæ ut supra.

Item Georgius misericordia Dei episcopus Constantinopoleos novæ Romæ desiniens subscripsi.

Et cæteri similiter legimus et consensimus.

Sancta synodus exclamavit: Multos annos imperatori; Christo dilecto imperatori multos annos. Orthodoxe omnes credimus. Illuminatorem pacis, Domine, conserva. Marciano novo Constantino æterna memoria; item novo Justiniano Constantino æterna memoria, qui deposuit hæreticos: Domine, conserva. Nestorio, Eutychemi atque Severo anathema sit; similia eis sapientibus anathema: Theodoro Pharanitano anathema; Sergio et Honorio anathema; Pyrrho et Paulo anathema; Cyro et Paulo [U., G., Petro] anathema; Macario et Stephano anathema, Polycronio novo Simoni anathema: omnibus hæreticis **69** anathema: his qui prædicaverunt vel prædicant et sperant docere unam voluntatem et unam operationem in incarnatione dispensationis Christi veri Dei nostri, anathema.

Dilectissimis fratribus universis Ecclesiarum Christi præsulibus per Hispaniam constitutis Leo.

Cum diversa sint hominum studia quibus humana dispensari creditur vita, unum est tamen pietatis officium, quod potest ad æternæ vitæ perducere quæ-

^b In reliquis, præter BR., *inquiringem.*

stum et meritum, in quo omnem consortem fidei Christianæ æquum est studere, cui nempe Spiritus sancti dignatio suæ gratiæ inspirat affectum et inoffensum demonstrat operum honorum effectum, quia Spiritus, ut Dominus docet, ubi vult spirat et vocem ejus audis, et quia est ejus incomprehensibilis gratia connectit et perhibet, et nescis unde veniat aut quo vadat. Scientes igitur ac satisfacti quia et in vobis Christianæ religionis flagrat studium ulnisque spiritualibus amplectimini semina cœlestis doctrinæ, et evangelicæ atque apostolicæ traditionis in vobis fructificat fervor et puritas, pro qua hæc sancta Ecclesiarum mater apostolica sedes usque ad viciniam descendit semper et desudat, et prius, si hoc divina majestas censuerit, animam a corpore temporaliter diligit [T. 1, 2, diligit] sequestrari quam prodicione sacrilega se a confessione veridica pro temporali delectatione vel afflictione seungi, quia citra hanc sicut æternæ beatitudinis præmium, quam sanctis suis Dominus præparavit, adipisci non suppetit, ita, quod lugubriter ejulandum est, a Deo vivo et vero per errorem falsidici dogmatis factum extorrem æternis cruciatibus evenit mancipari. Sed quia nunc per gratiam Dei Christianissimo ac piissimo filio nostro Constantino imperatore regnante, quem ad hoc pietatis officium elegit atque prælegit superna clementia, rectæ confessionis atque apostolicæ traditionis fulgor, hæreticæ pravitatis expulsa caligine, per totum orbem terrarum veluti clarum jubar effulsit, et pax atque concordia veritatis inter cunctos Ecclesiarum Christi præsules regnat de pacifica in Christum confessione descendens, qui pax vera et salutaris est, per quem reconciliamur ad Deum; sciat [U. add. autem] vestra sinceritas et Christianis omnibus innotescant Dei omnipotentis mira magnalia, quia in Constantinopolitana urbe clementissimus noster, imo beati Petri apostoli filius imperator armatus zelo Dei ac desiderio pietatis accensus, episcopis ex totius mundi partibus aggregatis, quod ex multo tempore fideliter 70 cupiebat, dum censuit majestas superna, per nuper elapsedam novam indictionem explevit^a. Universale itaque sanctum sextum concilium celebratum est, ad quod celebrandum ex præcessoris nostri apostolicæ memoriæ domini Agathonis papæ persona presbyteri diaconique directi sunt. De diversis autem conciliis huic sanctæ apostolicæ sedi cujus ministerio fungimur subjacentibus archiepiscopi a nobis sunt destinati, qui cum pio principe simul et omnibus qui ejus mandato convenerunt Ecclesiarum præsulibus præsidentes ac considerantes, primum quidem sancta quinque universalis concilia et venerabiles ecclesiæ Patres, quorum libri ac testimonia hinc fuerunt destinata cum tomo dogmatico apostolicæ memoriæ nostri decessoris domini Agathonis papæ atque pontificis, et responsis totius nostræ synodi pro confirmatione duarum naturarum duarumque naturalium voluntatum et operationum

A in uno Domino nostro Jesu Christo, et condemnatione eorum qui aliter docuerunt vel crediderunt, et hæc singula relegerunt ac retractarunt. Et quia quæ Dei sunt cum ejus timore atque amore scrutati sunt, ejus nutu veræ per eos confessionis sinceritas demonstrata atque confirmata est: erga quod synodalis definitio dictis apostolicorum virorum consona protestatur, ex quibus vestram satisfieri dilectionem confidimus. Quique vero adversum apostolicam traditionis puritatem perduelliones extiterunt abeuntes quidem æterna condemnatione mulctati sunt, id est Theodorus Pharanitanus, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus Constantinopolitani, cum Honorio qui flammam hæretici dogmatis non, ut debuit, apostolica auctoritate incipientem extinxit, sed negligendo fovit. Qui vero superstites noluerunt ad veritatis confessionem per medelam penitentiae converti vel repedare de præsulari ac sacerdotali gradu deleti sunt, id est Macarius ex Antiocheno præsule cum Stephano ex abba presbytero ejus discipulo imo erroris hæretici incentore [T. 1, 2, U., G., incentore], et quodam sene Polycronio ex abba presbytero novo Simone, qui merito de Ecclesiis Christi ut mercenarii infideles expulsi, quarum noxii subsessores [T. 1, 2, U., G., successores] et perversores extiterunt, et huc exsules deportati sunt, ut reatus sui et blasphemiarum in Deum opprobria recognoscant, sub contemptu ac denotatione fidelium omnium constituti. Et quia quæque in Constantinopolitana urbe universali concilio occurrente celebrato gesta sunt, propter linguæ diversitatem, in Græco quippe aut scripta sunt, necdum in nostrum^b eloquium examine translata, definitionem 71 interim ejusdem sancti sexti concilii et acclamationem, quæ propheticus dicitur, totius concilii factam ad piissimum principem, pariterque edictum clementissimi imperatoris ad omnium cognitionem ubique directum, in Latinum de Græco translatum, per latorem præsentium Petrum notarium regionarium sanctæ nostræ Ecclesiæ vestræ dilectioni direximus, etiam acta totius venerandi concilii directuri, dum fuerint elimata transfusa, si hoc et vestra bonis studiis fervens charitas delectatur. Hortamur proinde vestram divinis ministeriis mancipatam in fidei veritate concordiam, ut summam sedulitatem atque operam præbeat paribusque laboribus accingamini pro amore atque timore Dei, Christianæque profectu religionis et apostolicæ prædicationis puritate, ut per universos vestræ provinciæ præsules, sacerdotes et plebes per religiosum nostrum studium innotescat ac salubriter divulgetur, et ab omnibus reverendis episcopis una vobiscum subscriptiones in eandem definitionem venerandi concilii subneantur, ac si profecto in libro vitæ properans unusquisque Christi Ecclesiarum antistes suum nomen ascriberet et in unius evangelicæ atque apostolicæ fidei consonantia nobiscum et cum universali sancta

^a G., novam indictionem implevit.

^b T. 1, 2, quippe conscripta sunt, et necdum in nostrum.

syuodo per suæ subscriptionis confessionem tanquam A præsens spiritu conveniat, quatenus Domino nostro Jesu Christo, cum in glorioso ac terribili potentatu ad judicandum advenerit [G., venerit], cum titulo orthodoxæ confessionis occurrens consortem se traditionis apostolicæ per manus suæ demonstrat signaculum, ut cum apostolorum Christi, quorum confessionem zelo veræ pietatis amplectitur, beato consortio perfruatur, revolvens semper in cordis arcibus sententiam Domini prædicantis : *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo qui in cælis est* [G., qui est in cælis]. Quia et nos qui licet impares, vice tamen apostolorum principis fungimur, dum vestrarum subscriptionum paginas cum Dei præsidio per latorem præsentium suscepimus, has apud beati Petri apostolorum principis confessionem deponimus, ut eo mediante atque intercedente, a quo Christianæ fidei descendit vera traditio, offeratur Domino Jesu Christo ad testimonium et gloriam ejus mysterium fideliter confidentium ac subscribentium, qui veræ de se confessionis præconium, quod per tot temporum lapsus hæreticis opprimebatur insidiis, ex inspirato per sedulum pii principis studium clare veritatis radiis ubique concessit fulgescere. Oblata itaque salutis opportunitate ut vere divinum munus efficaci sedulitate **72** fructuosum vos hortamur ostendere, ut gloria volis ante Deum accrescat de conscientie puritate. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi fratres.

Dilectissimo fratri Quirico Leo.

Ad agnitionem vestræ dilectionis deducimus, quod C latorem præsentium Petrum notarium regionarium sanctæ nostræ Ecclesiæ illic properavimus destinare cum tractatoria ad omnes una vobiscum Christi Ecclesiarum antistites, simul etiam ad præcellentissimum atque Christianissimum regem filium nostrum, ad gloriosumque comitem, contradi quoque facientes eidem responsa linteo^a, definitionem venerabilis synodi, quæ per novam [T. 1, U., G., novam] nuper elapsam indictionem in Constantinopolitana urbe cum Dei præsidio pro stabilitate orthodoxæ nostræ fidei celebrata est, acclamationem quoque reverentissimorum episcoporum in ea convenientium, et edictum piissimi filii nostri atque clementissimi imperatoris, cui pro Dei ministerio [T. 2, U., mysterio], quod suscepimus, et rectitudine apostolicæ fidei per quam salvare tam nos quamque commissas nobis animas præstolamur, providentiam atque concursum omnem exhibeat vestra in Christo dilectio, ut pro flagrantibus studiis evangelicæ atque apostolicæ fidei æternæ beatitudinis cum beatis Christi apostolorum principibus habere consortium mereamini. Deus te incolumem custodiat, dilectissime frater.

Benedictionis itaque gratia erucem clavem habentem de sacris vinculis auctoris nostri beati Petri apostoli tuæ dilectioni direximus, ut præsulare meritum Dei et proximi charitas vinciat, et per vexil-

^a In B. R., *responsa linteo*. In cæteris Codicibus : *responsa linteo*. Vocem *linteum* in nostro glossario

lump salutiferæ crucis Christo, qui in ea suspensus est, totius corporis membra clavis divinorum mandatorum obstringat, ut tali signaculo communitum reseratis januis regni cælestis apostolorum princeps ad secum perfruendam beatitudinem æternam suscipiat.

Domino glorioso filio Simplicio comiti Leo episcopus servus servorum Dei.

Cum singulare sit nostræ salutis remedium vera in Deum confessio ex apostolica traditione descendens, cum qua beati martyres temporaliter decertantes et æternæ vitæ præmia meruerunt, pro qua probatissimi^b sanctæ Ecclesiæ Patres atque doctores diversa certamina et immensas afflictiones perpassi animam tradere quam fidem veram prodero delegerunt [U., maluerunt], ex quorum regulari doctrina, quam nunc usque hæc sancta Christi Ecclesia ab ejus apostolorum principibus conservata atque præstructa prædicare cognoscitur, **73** et per apostolicos successores salutaris institutio per Dei gratiam ad nos usque pertinuit, sed et præcessorum nostrorum pro ejus stabilitate nimium desudavit instantia; verum post tot certamina et afflictiones innumeras diversis temporibus a veræ fidei infestis effectas, tandem superna clementia cor imperiale cælesti gratia peræstuans [U., G., præstruens] et fervore suæ gratiæ ad indagandam veræ pietatis integritatem accendens de diversis mundi partibus nuper concilium universale congregari disposuit, in quo etiam legati hujus sanctæ apostolicæ Ecclesiæ, quam divina dignatione dispensandam suscepimus, et conciliorum eidem subjacentium responsales, una cum serenissimo filio nostro imperatore pietatis insignibus et infulis r. dimittit in eodem sacro concilio convenientes, ex scriptis pontificalibus sanctorum Patrum testimoniis roboratis apostolicæ traditionis regulam hanc sanctam Ecclesiam divino subnixam auxilio integre prædicare atque servare totis nixibus probaverunt. Tomus enim domini Agathonis apostolicæ memoriæ magni pontificis nostrique decessoris, quem ad tranquillissimum imperatorem direxerat, ita erat ex sanctorum conciliorum definitionibus beatorumque Patrum testimoniis et assertionibus veritatis instructus, ut et integritatem apostolicæ fidei lucidissime patefaceret, et erroris hæretici latebras revelaret, et ex ejus inexpugnabilibus dictis, per gratiam Dei de hominum cordibus hæretici dogmatis sublata caligine, lumen veræ confessionis effulsit. In quo mansuetissimi principis labor pro rectæ fidei pietate præclaruit in sæculis omnibus collaudandus, ut eo favente cum Dei præsidio veritas apostolicæ fidei bravium victoriæ sumeret, divinitusque concessum imperium pietatis insignibus decoraret. Ideoque et vos gloriosissimi Christi Ecclesiæ filii, in quibus pietatis desiderium pollet, evangelicæ atque apostolicæ prædicationi manum suffragando porrigite, ut etiam vestras Christianissimas regiones sinceræ fidei, quam diligitis, consulat lector.

^b T. 1, 2, *beatissimi*. U., G., *promptissimi*.

fulgor irradiet, ut apostolicæ prædicationi faventes atque collaborantes consortium fidelium apud Deum habere mereamini, ad quem redigitur [U., dirigitur] de eo veræ confessionis integritas. Quod enim ad nostrum officium quibus animarum dispensatio commissa est competebat, definitionem sancti concilii sexti per novam indictionem in Constantinopolitana urbe celebrati, et acclamationem universorum reverentissimorum episcoporum, quæ et prosphonetica [T. 1, 2, G., prosphonetica] dicitur, sed et edictum fidei a piissimo Augusto nostro serenissimo filio huc destinatum vestris 74 quoque provinciis innotescere, per latorem præsentium Petrum notarium regionarium sanctæ nostræ Ecclesiæ illuc dirigere affectu paterno maturavimus, ut de [T. 1, 2, unde] profectu evangelicæ atque apostolicæ prædicationis, ut merito fidei veræ consortes, nobiscum [T. 1, 2, vobiscum] unanimiter lætemini. Hortati autem sumus reverendos Ecclesiarum omnium præsules, ut subscriptiones [U., scriptiones] suas eidem apostolicæ atque synodali definitioni subnectant, et utpote pro filiis atque cum filiis patres sua nomina in hujusmodi libro vitæ describant, ad laudem fideliter concurrentium et Christi Evangelio collaborantium et commendationem ad Deum, quem tunc mereamur habere propitium dum ejus fidei veritatem immutitam [T. 1, 2, immutatam] sine tenus a conservamus. Incoluem gloriam vestram gratia superna custodiat.

Ad perpetuam proinde vestræ gloriæ Christianitatis protectionem venerabilem crucem clavem habentem de salutaribus vinculis auctoris nostri Petri Christi apostolorum principis per præsentem gerulum direximus, ut ejus sinceram dilectionem geritis et luminariis fideliter providetis traditionisque rectitudinem veraciter amplectimini, ejus jugiter apostolica tuitione salvemini. Amen ^b.

Benedictus presbyter et in Dei nomine electus sanctæ sedis apostolicæ Petro notario regionario.

Juxta quod tuam strenuitatem apostolicæ memoriæ dominus Leo papa Hispaniam provinciam ire disposuit ad præcellentiissimum et Christianissimum regem et sanctissimos archiepiscopos et Ecclesiarum omnium præsules ibidem constitutos, simul et gloriosum comitem, pro innotescenda venerabilis sextæ synodi definitione, acclamatione quoque quæ et prosphonetica dicitur reverentissimorum episcoporum qui in eodem a Deo congregato concilio convenerunt ad clementissimum principem, et edicto ejusdem piissimi principis ubique generaliter destinato, pro apostolicæ nostræ fidei firmitate cum summo pietatis studio commissum ministerium perage. Subscriptiones quoque reverentissimorum episcoporum post eandem synodicam definitionem cum summa sedulitate atque vigilantia procura subjunguntur, ut et eisdem reverentissimi episcopi omnisque per eos religiosa provincia consortes nobiscum catholicæ atque apostolicæ traditionis et fidei com-

probentur, et apud Deum, ad cujus gloriam laus et stabilitas fidei Christianæ redigitur, commendatio eis atque susceptio 75 ad salutem animarum proveniat. Officium proinde pietatis assumptum vigilantia atque solertia [U., vigilantia solertia] condecorans festina perficere, quia et tibi metipsi thesaurizas boni operis fructum, et suscipientibus provides cælestis regni beatitudinem perfectamque apostolicæ fidei confessionem adipisci. Benedictus gratia Dei presbyter et electus sanctæ sedis apostolicæ subscripsi.

Domino et excellentissimo filio Ervigio regi Leo.

Cum unus [U. add. et æternus] exstet rex omnium Deus, qui cuncta creavit et ex nihilo quæ creavit regit et continet, qui vero Rex regum est et Dominus dominantium, idem incomprehensibilis providentiæ suæ libramine tam temporaliter quamque localiter diversos in terris regnare disponit, quorum etsi divisa [U., diversa] sunt regna, æqualem tamen de singulis rationem dispensationis expetit, unamque de eis veræ suæ confessionis hostiam laudis expectat, et hoc solum munere circa hominum genus complacatur ejus majestatis immensitas, dum a cunctis vera de eo [T. 1, 2, de Deo] confessio prædicatur, ut etsi dispositionum temporalium videtur esse diversitas, circa ejus fidei rectitudinem unitatis consonantia teneatur. Hoc etiam et in sanctis suis discipulis Salvator mundi Dei Filius esse constituit, qui beatum Petrum sui vice discipulorum suorum instituit principem, cujus salutari prædicatione atque traditione ab hac sancta apostolica Christi Ecclesia, velut a fonte prædicationis progrediente, cunctæ regiones quibus etiam vestrum fastigium præsidet ad cognitionem veritatis et viam vitæ productæ sunt, regnique vestri culmen illustrat, et dum per gratiam Dei pietate regnatis, de temporali regno æternæ beatitudinis regnum acquiritis: ad quod perfectius obtinendum, sicut instanter oramus, dum Dei dignatione patrum ordine fungimur, et beati Petri apostolorum principis licet impares pro commissio divina ope ministerio locum implemus, ita prædicando atque commonendo ad beatæ vitæ meritum conamur provehere. Initium quippe æternæ beatitudinis obtinendæ recta apostolicæ prædicationis est regula, quam etsi labefactare olim quidam moliti sunt, hæreticos in Ecclesiam Christi intromittere enitentes errores: sed evangelica veritas vincit. Pro ejus stabilitate immutata servanda diversas afflictionum insidias hæc apostolica Christi Ecclesia sustinuit semper et sustinet, et superæa gratia suffragante illæsa persistit. Nunc autem, quod cum gratiarum actione in Deum exultantes effamur, per novam [T. 1, U., G., novam] nuper elapsam indictionem 76 piissimus atque Christianissimus noster imo Ecclesiæ Dei filius imperator ad apostolicæ memoriæ nostrum decessorem Agathonem papam atque pontificem scripta imperialia dirigens affatim hortatus est, ut ab hac [T. 1, 2, add. nostra] sancta

^a Ex G. In B. R., *sine tenemus*. T. 1, *sine tenemus*. T. 2, *finem tenemus*. U., *fide tenus*.

^b Ex U. et G., cum hæc vox desit in B. R., T. 1, 2.

apostolicæ sedis Ecclesia de omnibus adiacentibus A ei reverendis conciliis legatos, tam de Ecclesiarum præsulibus quamque de aliis ordinibus ecclesiasticis cum dogmaticis litteris venerabiliumque Patrum libris ac testimoniis instructos in regiam Constantinopolitanam urbem dirigeret, quod Dei iutu effectum atque perfectum est. Quibus illuc ob hoc adventantibus concilium ex diversis mundi partibus ejus pietas congregavit, et commissæ reipublicæ curis parum per se positis, in venerando episcoporum Patrum [T. 1, 2, fratrum] concilio residens veritatem apostolicæ traditionis et rectitudinem fidei per sanctas synodos venerabiliumque Patrum testimonia, et assertiones præcessorum nostrorum apostolorum pontificum subtiliter atque attente examinare fecit, et veræ fidei sinceritatem a legatis B hujus sanctæ apostolicæ sedis monstrari, quod per Dei gratiam imperii adnitente præsidio cooptum atque peractum est; et perfructissimo claruit veræ fidei nostræ veracitas juxta veneranda concilia et probatissimi Patrum doctrinas, et in uno Domino nostro Jesu Christo filio Dei, eodemque vero Deo atque perfecto, et eodem homine vero atque perfecto, sicut duas inseparabiliter et inconfuse constemur naturas, id est divinam et humanam, ita et duas naturales voluntates et duas naturales operationes cum omnes habere prædicemus secundum qualitates ac proprietates in eo concurrentium naturarum; quia sic eum unum Christum unamque personam sanctæ Trinitatis esse credimus, ut et divinam et humanam naturam et harum naturarum proprietates inconfuse, indivise et indiminate eum habere prædicemus. Verum piissimus imperator gratia sancti Spiritus animatus, et laborem pro Christianæ fidei puritate sponte peressus, Ecclesiam Dei catholicam ab erroris hæretici macula summis nixibus purificare motus est, et quidquid offensionem Christianis populis poterat generare de medio Dei Ecclesiæ fecit auferri, omnesque hæreticæ assertionis auctores venerando censente [U., consentiente] concilio condemnati de catholicæ Ecclesiæ annuntiatione projecti sunt, id est Theodorus Pharanitanus episcopus, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Paulus, Pyrrhus et Petrus quondam Constantinopolitani præsules, et una cum eis Honorius Romanus, qui immaculatam apostolicæ traditionis regulam, quam a præcessoribus suis accepit, maculari 77 concessit [U., concessit]. Sed et Macarius Antiochenus cum Stephano ejus discipulo imo hæreticæ pravitatis magistro, et Polycronio quodam insano sene novo Simone, qui per hæreticæ prædicationis fiduciam pollicebatur implere neque rursus ad viam veræ confessionis saltem confusus converti, æterna condemnatione multatus est. Et omnes hi cum Ario, Apollinario, Nestorio, Eutychete, Severo, Theodosio, Themistio

in deitate atque humanitate Domini nostri Jesu Christi unam voluntatem unamque operationem prædicantes, doctrinam hæreticam impudenter defendere conabantur; neque enim, ut sacerdotes Dei oportuerat, sanctarum Scripturarum et Patrum testimoniis hoc demonstrabant, sed mundanis sophismatibus Evangelium Christi callide machinabantur pervertere. Quos omnes cum suis erroribus divina censura de sancta sua projecit Ecclesia, et nunc supremo favente præsidio in unam veræ fidei consonantiam omnes Dei Ecclesiæ præsules ubique concordant, et factum est unum os et labium unum, unusque grex et unus pastor Christus Filius Dei, qui unanimiter a cunctis ejus sacerdotibus atque [U., æque, sinceriter prædicatur. Idcirco et vestri Christiani regni fastigium studium pietatis assumat, quatenus hæc omnibus Dei Ecclesiis, præsulibus, sacerdotibus, clericis et populis ad laudem Dei pro vestri quoque regni stabilitate atque salute omnium prædicetur, ut Deus omnipotens ab omnibus populis unanimiter glorificetur ac collaudetur. Definitionem proinde sancti concilii, et acclamationem reverentissimorum episcoporum, quæ prophœtice dicitur, ad piissimum imperatorem, et edictum clementissimi imperatoris pro veræ fidei confessione conscriptum et ubique mandatum per latorem 78 præsentium Petrum notarium regionarium sanctæ nostræ Ecclesiæ illuc prævidimus destinare, ut in eadem sacræ synodi definitione, tanquam pro spiritalibus filiis patres, omnes vestri religiosissimi regni Ecclesiarum antistites juxta tenorem a nobis illuc destinatum subscriptiones suas sicut in libro vitæ per suæ confessionis signaculum ascribendas unusquisque subjungat: ut pax et concordia in Ecclesiis Dei vestri sublimis regni temporibus, Deo concedente vestraque Christianitate favente, crebrescat [U., crescat] et maneat; ut qui vestrum culmen regnare disposuit, suæ fidei stabilitate subnixum concedat per plurima tempora prospere ac sibi placite commissum populum dispensare. In columnem excellentiam vestram gratia superna custodiat. Amen *.

De ^b his qui contra præsules ecclesiarum Dei procaci conantur latrare [G., oblatrare] alloquio.

Placuit huic sanctæ synodo secundum priorum sanctionem canonum, ut qui contemptores Ecclesiæ Christi vel sacris ejus antistitibus persistunt, a cœtu fidelium triennio excommunicarentur, donec forsitan resipiscendo sub satisfactione pœnitentis admitti demum ad communionem possint. Certe si eorum adhuc nefanda procacitas perseverando ausa fuerit crepta indesinenter obtrectare ^c, placuit nec in finem eis saltem viaticum dare ut vel suppliciis ^d sentiant quod hic sensu torpentes neglexerunt, dicente sancto Spiritu per prophetam: *Tantummodo*

* Vox Amen desumpta est ex U. et G., cum desit in B. R. et reliquis.

^b Istius hoc loco canonis lectionem exhibent solum Codices U. et G., et quorum primo textum cum

variantibus alterius lectionibus deprompsimus.

^c G., fuerit demum talia obtrectare.

^d G., dare si quomodo nunc vel suppliciis.

sola vexatio intellectum dabit auditui; et egregio quodam attestante doctore, qui hujus prophetiæ consona voce alloquitur dicens: Nescit omnis iniquus malum

X

CONCILIIUM EPHESINUM.

DUCENTORUM EPISCOPORUM HABITUM, ADVERSUS NESTORIUM CONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPUM, QUI PURUM ^a HOMOINEM EX SANCTA VIRGINE MARIA NATUM ASSERTUIT, UT ALIAM PERSONAM CARNIS, ALIAM FACERET DEITATIS, NEC UNUM CHRISTUM IN VERBO DEI ET CARNE SENTIRET, SED SEPARATIM ATQUE SEJUNCTIM ALTERUM FILIUM DEI, ALTERUM HOMINIS PRÆDICARET.

79-80 Convenit autem hæc synodus Theodosio Junio tertio decimo [U., decimo quarto] et Valentiniano tertio consulibus æra CCCCLXIX ^b cui synodo præsedit beatissimus quondam Cyrillus Alexandriæ episcopus, qui enim omni concilio ad eundem Nestorium hæc synodalia decreta transmisit.

Religioso et Deo amabili consacerdoti Nestorio Cyrillus, vel quæ convenit apud [U., ad] Ephesum synodus.

Cum Salvator noster aperte pronuntiet: *Qui diligit patrem aut matrem super me non est me dignus, et qui diligit filium aut filiam super me non est me dignus; quid nos patiemur qui deposcimus a tua religione ut te super Christum salvatorem omnium diligamus? Quid enim nobis in die iudicii proderit, aut quam satisfactionem reperire poterimus propter tam diuturnum silentium de prolatis a te contra eum blasphemis? Et siquidem te tantummodo læderes docens ista vel sentiens, sollicitudo nobis minor existeret: cum vero totam scandalizaveris Ecclesiam, et fermentum insolitæ pravitatis et novæ hæresis miscueris in populis nec tantum ibidem positus, sed ubique consistentibus, nam tuarum expositionum libri per cuncta vulgati sunt; quæ pro nostro silentio ratio ultra vel excusationis sermo sufficiat aut quomodo non necesse sit meminisse Christi Domini sic dicentis: *Non putetis quod venerim pacem mittere in terram, sed gladium, veni enim separare hominem adversus patrem suum, et filiam adversus matrem suam?* Nam cum læditur fides, parentum reverentia velut inutilis et periculosa despicitur, et amor erga filios fratresque vitatur. Ad postremum etiam super ipsam vitam mors potius a pia viris eligitur, ut meliorem resurrectionem, sicut scriptum est, consequantur. Ecce itaque te simul cum sancta synodo quæ apud amplam urbem Romam congregata est, præsidente sanctissimo et venerantissimo fratre et consacerdote nostro Cœlestino episcopo, his scriptis synodicis te jam tertio convenimus, consilium dantes ut a tam pravis abstinere distortisque dogmatibus, quæ et sentire cognosceris et docere; recipias vero fidem rectam Ecclesiis per beatissimos apostolos et evangelistas ab initio traditam, qui et oculis inspexerunt et ministri verbi fuisse monstrantur. Quod si hoc religio tua facere distulerit juxta dilationem litteris præ-*

nitam sanctissimi et venerantissimi consacerdotis **S**I nostri Romanæ præsulis Ecclesiæ Cœlestini, scias te nullam sortem [T. 1, partem] habere nobiscum, nec locum aut colloquium cum Dei sacerdotibus et episcopis obtinere. Non enim fas est contemnere nos Ecclesias ita turbatas et scandalizatas populos fidemque rectissimam violatam, dissipatam quin etiam gregem quem custodire debueras, siquidem juxta nos amator recti dogmatis existisses sanctorum Patrum vestigia pia consecrans. Omnes itaque quos propter fidem tuam religio a communione removet aut ab ordine suo deposuit, laicos aut clericos, in nostram communionem recipimus [T., 1, 2, G., recipimus]: non enim justum est eos tuis decretis opprimi qui noverunt recta sentire, qui etiam bene facientes tibi prudentissime restiterunt; hoc idem namque in epistola quam misisti ad præsulem amplæ Romæ sanctum et coepiscopum nostrum Cœlestinum significare curasti. Non autem sufficit tuæ religioni solummodo fidei symbolum confiteri quod expositum est per idem tempus sancti Spiritus largitate a venerando et magno concilio apud Nicæam congregato; hoc enim nec intellexisti nec recte interpretatus es, quinimo perverse, licet sono vocis eadem verba protuleris: sed consequens est et iurejurando fateri te, quod anathematizes quidem tua polluta et profana dogmata, sentias autem et doceas quæ nos universi per Orientem seu per Occidentem episcopi et magistri præsulesque populorum credimus et docemus. Epistolis autem ab Alexandrina tuæ religioni directis Ecclesia consensus præbuit tam ea quæ apud urbem Romam convenit sancta synodus, quam etiam nos omnes velut recte irreprehensibiliterque conscriptis. Subdidimus autem his nostris litteris, quæ te sentire oporteat et docere, et a quibus abstinere conveniat; hæc est enim fides catholicæ Ecclesiæ cui cuncti consentiunt orthodoxi per Orientem Occidentemque pontifices.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium conditorem: et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei natum de Patre unigenitum, hoc est ex [B. R., E. 5, U., de] substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, hominon Patri hoc est unius cum Patre substantiæ,

^a Ex omnibus Codicibus. In A., primum.

^b Ex Æ., T. 2, U. In A. et reliquis: æra CCCCLXIX.

per quem omnia facta sunt in caelo et in terra ^a, qui A propter nos homines et propter nostram salutem descendit et incarnatus est, et homo factus passus est, et resurgens [B. R., T., 2, resurrexit] tertia die ascendit in caelos; inde venturus **§2** est iudicare vivos et mortuos: et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: erat tempus quando non erat, et antequam nasceretur non erat, et quia ex nullis existantibus factus est aut ex alia substantia vel essentia dicant esse, aut convertibilem aut [E. 3, T. 1, 2, et] commutabilem Dei Filium ^b: anathematizat catholica et apostolica Ecclesia.

Sequentes ^c itaque per omnia sanctorum Patrum confessiones, quas loquente in eis sancto Spiritu protulerunt, et intentioni quæ est in eorum intellectibus æquis vestigiis in hærentes, atque iter ambulantes regum profitemur quod ipsum unigenitum Dei Verbum Dei natum ex ipsa Putris essentia, de Deo vero Deus verus, lumen de lumine, per quem omnia facta sunt sive in caelis sive in terra [T. 1, in terris], salutis nostræ causa descendens ad exinanitionem sese dignatus est inclinare. Incarnatus autem et homo factus, id est carnem de Virgine sancta suscipiens, eamque propriam faciens, nativitatem nostram ex vulva sustinuit, homo de muliere procedens [Æ., prodiens], nec quod erat abiciens. Nam licet factus sit in assumptione carnis et sanguinis, tamen etiam sic quod erat Deus natura scilicet et veritate persistens. Nec carnem itaque dicimus in natura deitatis esse conversam, nec substantiam carnis in ineffabilem Dei Verbi essentiam commutatam, inconvertibilis enim est et incommutabilis, idemque ipse juxta Scripturas jugiter permanens. Visus est autem et parvulus positus adhuc in cunabulis et in sinibus [U., in sinu] genitricis Virginis constitutus, universam creaturam replebat ut Deus, genitori suo indivisus existens; quod divinum est enim sine quantitate et sine mole cognoscitur, nec ullis terminis continetur. Unitum ergo carni Verbum Dei secundum subsistentiam ^d confitentes, unum adoramus Filium et Dominum Jesum Christum, non seorsum ponentes et determinantes hominem et D um velut invicem sibi dignitatis et auctoritatis unitate conjunctos, hoc enim novitas vocis est et aliud nihil, nec item Christum specialiter nominantes Deum D Verbum quod ex Deo est, nec alterum similiter Christum specialiter qui de muliere natus est; sed unum solummodo Christum Dei Patris Verbum cum propria carnis cognoscimus. Tunc ^e enim juxta nos unctus est, quamvis spiritum dignis ipse contulerit et non ad mensuram, sicut beatus evangelista Joannes asseruit. Sed nec illud dicimus quod Dei Verbum velut homine communi, qui de sancta Virgine natus est, habitaret [U., G., habitavit], **§3** ne Deum homo Christus habitatorem possidere credatur. Quamvis

^a Æ., sunt, quæ in caelo et quæ in terra.

^b Ex omnibus Codicibus desumpta verba Dei Filium, quæ desunt in A.

^c T. 2, substantiam. U., justitiam.

^d Æ., BR., E. 3, T. 1, 2, U., tunc enim etiam

animum Verbum habuisset in nobis, et dictum sit in Christo habitare omnem plenitudinem deitatis corporaliter et tamen intelligimus eum, quod caro factus, non sicut in sanctis habitare dicitur, nec talem in ipso habitationem factam delinire tentavimus; sed unitus juxta naturam nec in carnem penitus commutatus talem sibi fecit habitationem qualem et anima nominis habere creditur ad proprium corpus. Unus igitur est Christus, Filius et Dominus, non velut conjunctionem quamlibet in unitate dignitatis et auctoritatis hominis habentis ad Deum, non enim potest unire naturas sola dignitatis æqualitas. Denique Petrus et Joannes æquales sunt alterutrum dignitatis, propter quod et apostoli et sancti discipuli esse monstrantur, verumtamen uterque non unus est, nec B juxta collationem vel connexionem modum conjunctionis advertimus: hoc enim ad unitatem non sufficit naturalem, nec secundum participationis effectum [E., B. R., affectum], sicut nos etiam ad hærentes Domino unus cum eo spiritus sumus, imo potius conjunctionis nomen evitamus tanquam non existens ^e idoneum quod significet unitatis arcantum. Sed neque Deum aut Dominum Christi [U., Christum] Verbum Dei Patris asserimus, ne iterum manifestius in duo dividamus unum Christum, Filium et Dominum, et in crimen sacrilegii recidamus, Deum illi se ipsum facientes et Dominum: unitus quippe sicut superius diximus, Deus Verbum carni secundum subsistentiam [Æ., B. R., substantiam] Deus quidem est omnium et dominatur universitati. C Verumtamen nec servus est sibi ipse nec dominus, quia ineptum est vel potius impium hoc sentire vel dicere: quamvis enim Deum suum Patrem dixerit, cum Deus sit etiam ipse natura et de illius essentia; tamen nullatenus ignoramus quod manens Deus homo quoque factus sit, qui sub Deo juxta debitam legem natura humanitatis existeret: ipse vero sibi quomodo vel Deus poterit esse, vel dominus? Ergo sicut homo, quantum decenter exinanitionis mensuræ congruit, sub Deo se nobiscum esse disseruit, hoc etiam modo sub lege factus est, quamvis ipse promulgaverit legem et legislator ut Deus existerit. Cavemus [U., Caveamus] autem de Christo dicere: propter assumptum veneror assumptum, et propter invisibilem adoro visibilem. Horrendam vero super hoc etiam illud docere ^f: is qui susceptus est cum eo qui suscepit non nuncupatur Deus; qui enim hæc dicit, dividit iterum in duos Christos eum qui unus est, hominem **§4** seorsum in parte, et Deum similiter in parte constituens; evidenter enim [U., autem] denegat unitatem secundum quam non alter cum altero coadoratur aut conuncupatur Deus; sed unus intelligitur Christus Jesus Filius Dei unigenitus, una servitute cum propria carne venerandus. Confitemur etiam, quod idem ipse qui ex Deo Patre

^e Ex cæteris Codicibus. In A., existendo. Quædam autem hujus Codicis folia isto transposita loco reperuntur.

^f Æ., BR., T. 1, 2, U., dicere.

natus est Filius unigenitus Deus, licet juxta naturam suam expertus passionis extiterit, pro nobis tamen secundum Scripturas carne perpassus sit, et erat in crucifixo corpore propriae carnis impassibiliter ad se referens passionem ^a; gratia vero Dei pro omnibus gustavit mortem, tradens et proprium corpus, quamvis naturaliter ipse vita sit et resurrectio mortuorum. Nam ut mortem ineffabili potentia proculcaret, ac prius in sua carne primogenitus ex mortuis fieret et primitiæ dormientium, viamque faceret humanæ naturæ ad incorruptionis cursum ^b, gratia Dei, sicut supra dictum est, pro omnibus gustavit mortem, et tertio die resurgens spoliavit infernum. Idcirco quamvis dicatur quod per hominem facta sit resurrectio mortuorum, tamen intelligimus hominem factum Verbum quod ex Deo est, et per ipsum mortis imperium fuisse destructum. Veniet ^c autem temporibus præfinitis sicut est unus Filius et Dominus in gloria Patris, ut iudicet orbem terrarum in æquitate sicut Scriptura testatur. Necessarie igitur et hoc adjicimus: annuntiantes enim secundum carnem mortem unigeniti Filii Dei, id est, Jesu Christi, et resurrectionem ejus et in cælos ascensionem pariter consistentes, incrementam celebramus in ecclesiis sacrificii servitutum. Sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, et sanctificamur participes sancti corporis et pretiosi sanguinis Christi omnium nostrorum redemptoris effecti, non ut communem carnem percipientes, quod absit, nec ut viri sanctificati et Verbo conjuncti secundum dignitatis unitatem aut sicut divinam possidentis habitationem, sed ut vere vivificatricem et ipsius Verbi propriam factam: vita enim naturaliter, ut Deus, existens, quia propriae carni unitus est, vivificatricem eam esse professus est. Et ideo quamvis dicat ad nos: *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis ejus sanguinem: non tamen eam ut hominis unius ex nobis existimare debemus; quomodo enim juxta naturam suam vivificatrix esse caro hominis poterit? sed ut vere propriam ejus factam, qui propter nos filius hominis et factus est et vocatus. Eas autem voces quas Salvator noster in Evangeliiis ⁸⁵ protulit non in duabus subsistentiis aut personis omnino partitur, non enim duplex est unus Christus et solus ^d, quamvis ex duabus diversisque rebus ad unitatem cognoscatur individuam convenisse: sicut homo quoque ex anima constans et corpore non duplex potius, sed unus est ex utroque. Humanas ergo et divinas insuper voces ab uno Christo dictas animadvertentes, recte sentimus. Cum enim de Deo, dignissime loquitur de se ipso: *Qui me videt, videt et Patrem, et ego et Pater unum sumus*, divinam ejus intelligimus ineffabilemque naturam, secundum quam unum est cum Patre suo propter unam eandemque substantiam, imago et character splendorque gloriæ ejus existens. Cum vero humanæ naturæ mensuram*

^a *Æ., B. R., E. 3, T. 1, 2, U., G., passiones.*

^b *Æ., B. R., E. 3, T. 1, 2, U., G., recursum.*

^c *Ex Æ., B. R., U. in A. et reliquis: venit.*

nullatenus ignorans Judæos alloquitur: *Nunc me queritis occidere hominem qui veritatem vobis locutus sum*, item non minus eum, qui in similitudine et æqualitate Patris est, Deum verum [*Æ., verbum*] etiam et in mensuris humanitatis ejus agnoscimus. Si autem necessario creditur, quod natura Deus existens factus sit caro, imo potius homo animatus anima rationali [*T. 1, 2, rationabili*], quæ causa est ut in ejus quilibet vocibus erubescat, si eas homine dignis effatus est? Quod si sermones homini congruentes abjicit, juxta nos hominem fieri quis coegit? Cum vero se propter nos ad exinanitionem spontaneam misericorditer inclinaret, quam ob causam dignos exinanitione sermones effugerit? Uni igitur personæ cunctas ejus in Evangelio voces ascribimus, uni subsistentiæ Verbi scilicet incarnati, quia unus est Dominus Jesus Christus ut scriptum est: appellatum vero apostolum et pontificem confessionis nostræ tanquam sacrificantem Deo et Patri fidei nostræ confessionem, quæ a nobis ipsis et per ipsum Deo et Patri incessanter offertur. Iterum eum dicimus qui ex Deo secundum naturam Filius unigenitus, nec hominæ præter eum alteri sacerdotii nomen et officium deputamus; factus est enim mediator Dei et hominum et reconciliator ad pacem, semetipsum Deo et Patri pro nobis offerens in odorem suavitatis, ideoque dicebat: *Sacrificium et oblationem noluisti, holocausta pro peccato non tibi placuerunt, corpus autem perfectum est mihi. Tunc dixi: Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam Deum voluntatem tuam: obtulit enim proprium corpus non pro se, sed pro nobis in odorem suavitatis. Nam qua pro se oblatione vel sacrificio indigeret ab omni peccato liber ut Deus existens? Quod si omnes peccaverunt et egent gloria Dei, secundum hoc quod sumus ad instabilitatis excessum prouires effecti et peccatis agrotavit humana ⁸⁶ natura; ipso vero non ita, ideoque nos gloria ejus evincimur; cur erit ultra jam dubium quod agnus verus pro nobis sit immolatus? Qui dicit autem quia semetipsum tam pro se quam pro nobis obtulit [*T. 1, 2, obtulerit*] nullatenus impietatis crimen effugiet, cum nihil prorsus iste deliquerit nec ulum fecerit omnino peccatum: qua igitur egeret oblatione, nullo suo exstante facinore, pro quo si esset satis admodum convenienter offerret? De Spiritu quoque cum dicit: *Ille me glorificabit*, hoc rectissime sentientes, unum Christum et Filium, non velut alterius egentem gloria, confitemur ab Spiritu sancto gloriam consecutum, quia Spiritus ejus nec melior nec superior ipso est; sed quia mira opera faciens ad demonstrationem suæ deitatis virtute proprii Spiritus utebatur, ab ipso glorificari dicitur, quemadmodum si quis de hominibus asseveret quod virtus sua vel disciplina quælibet unumquemque clarificet. Quamvis enim in sua sit subsistentia Spiritus, et ejus intelligatur in persona proprietas juxta id quod Spiritus*

^a *Ex reliquis præter A., E. 3, in quibus solus qui quamvis.*

est et non Filius; tamen [Æ., B. R., E. 5, atamen] A post unitatem, sola eas conexione conjungens ea non est alienus ab illo, nam Spiritus appellatus est veritatis et veritas Christus est: unde et ab isto similiter sicut ex Deo Patre procedit. Denique hic ipse Spiritus etiam per sanctorum manus apostolorum miracula gloriosa perficiens, Dominum glorificavit Jesum Christum postquam ascendit in cœlum; nam creditus est Christus, natura Deus existens per suam Spiritum virtutes efficiens, ideoque dicebat: *De meo accipiet et annuntiabit vobis.* Nequaquam vero participatione alterius idem Spiritus sapiens aut potens dicitur, quia per omnia perfectus est, et nullo prorsus indigens bono; nam paternæ virtutis et sapientiæ id est Filii Spiritus creditur, et ideo ipsa re et subsistentia virtus et sapientia comprobatur. Igitur quia Deum carne unitum juxta subsistentiam sancta Virgo corporaliter peperit, idcirco eam Dei genitricem esse profiteremur: non quod Verbi natura existendi principium de carne sortita sit, erat enim in principio Verbum et Deus erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et ipse est conditor sæculorum, Patri cœternus, et universitatis creator; sed quod superius diximus, juxta subsistentiam sibi met uniens humanam naturam nativitate sustinuerit ex ipsa vulva corporea; non quod egerit necessario aut propter suam naturam nativitate ista, quæ est in extremis sæculi facta temporibus, sed ut ipsas benediceret substantiæ nostræ primitias, et dum eum carni unitum mulier edidisset, illa quæ adversus omne genus humanum maledictio fuerat prolata desineret, nec jam morti nostra corpora B7 destinaret, illud quoque quod dictum est: *In tristitia paries filios* ipse dissolvens, verum esse monstraret quod prophætæ voce prædixerat: *Absorpta est mors in victoria*, et iterum: *Abstulit Dominus omnem lacrymam ab omni facie.* Propter hanc etenim causam dicimus eum dispensatorie et ipsis benedixisse tunc nuptiis, cum in Cana Galilææ cum sanctis vocatus apostolis adesse dignatus est. Ille sapere sumus edocti a sanctis apostolis et evangelistis et ab omni Scriptura divinitus inspirata, nec non et a beatis Patrum confessionibus veritate subnixis. His omnibus etiam tam religionem concordare, et præter aliquem dolorem consentire jam convenit: quæ vero religionem tuam anathematizare necesse est huic epistolæ nostræ subiecta [T. 1, 2, subjuncta] sunt.

I. Si quis non confitetur Deum veraciter esse Emmanuel et propterea Dei genitricem sanctam^a Virginem^b, peperit enim secundum carnem, carnem factum Dei Verbum secundum quod scriptum est: *Verbum caro factum est*; anathema sit.

II. Si quis non confitetur carni secundum subsistentiam unitum Dei Patris Verbum, unumque esse Christum cum propria carne, eundem scilicet Deum simul et hominem; anathema sit.

III. * Si quis in uno Christo dividit substantias

^a U., sanctam Mariam virginem.

^b Ex Æ., B. R., T. 1, 2, G. In A. et E. 3., Virginem, peperisse eum. U., Virginem quæ peperit secundum.

A post unitatem, sola eas conexione conjungens ea quæ secundum dignitatem est vel etiam auctoritatem aut potestatem, ac non potius conventu, qui per unitatem factus est naturalis; anathema sit.

IV. Si quis personis duabus vel subsistentiis eas voces quæ in apostolicis scriptis continentur et evangelicis, dividit, vel quæ de Christo a sanctis dicuntur vel ab ipso etiam de se ipso, et aliquas quidem ex his velut homini qui præter Dei Verbum specialiter intelligatur, aptaverit, illas autem tanquam Deo dignas soli Dei Patris Verbo deputaverit; anathema sit.

V. Si quis audet dicere Christum hominem theophoron, id est Deum ferentem, ac non potius Deum esse veraciter dixerit, tanquam Filium per naturam secundum quod Verbum caro factum est, et communicaverit B8 similiter ut nos carni et sanguini; anathema sit.

VI. Si quis dicit Deum esse vel Dominum Christi Dei Patris Verbum, et non magis eundem ipsum confitetur Deum simul et hominem, propterea quod Verbum caro factum est secundum Scripturas; anathema sit.

VII. Si quis velut hominem Jesum operatione Dei Verbi dicit adjutum, et unigeniti gloriam tanquam alteri præter ipsum existenti tribuit; anathema sit.

VIII. Si quis audet dicere assumptum hominem cadorandum Deo Verbo, et conglorificandum^d, et conuncupandum Deum tanquam alterum cum altero, nam cum syllaba semper adjecta hoc cogit intelligi, et non potius una supplicatione veneratur Emmanuel, unamque ei glorificationem dependit juxta quod Verbum caro factum est; anathema sit.

IX. Si quis unum Dominum Jesum Christum glorificatum dicit ab Spiritu sancto, tanquam qui aliena virtute per eum usus fuerit, et ab eo acceperit efficaciam contra immanes spiritus, posse et hominibus divina signa perficere, ac non potius proprium fatetur ejus Spiritum per quem divina signa complevit; anathema sit.

X. Pontificem et apostolum confessionis nostræ factum esse Christum divina Scriptura commemorat; obtulit autem semetipsum pro nobis in odorem suavitatis Deo et Patri. Si quis ergo pontificem et apostolum nostrum dicit factum non ipsum Dei Verbum, quando caro factum est, et juxta nos hominem, sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere; aut quis dicit et pro se obtulisse semetipsum oblationem et non potius pro nobis solis, non enim eguit oblatione qui peccatum omnino nescivit; anathema sit.

XI. Si quis non confitetur carnem Domini vivificatricem esse et propriam ipsius Verbi Dei Patris, sed velut alterius præter ipsum conjuncti eidem per dignitatem, aut quasi divinam habentis habitationem, et non potius ut diximus vivificatricem esse,

^c Deest hic canon in U. et G.

^d Ex Æ., U., G. In A. et reliquis: glorificandum.

quia facta est propria Verbi cuncta vivificare valentis; anathema sit.

89 XII. Si quis non constetur Dei Verbum passum carne, crucifixum carne, et mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod vita est et vivificator ut Deus; anathema sit.

Alia ad eundem Nestorium decretalis epistola.

Ait igitur sancta et magna synodus: Ipsum qui est ex Deo Patre naturaliter natus, Filium unigenitum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem et cum quo omnia fecerit Pater, hunc descendisse, incarnatum esse, et hominem factum, passum esse, resurrexisse tertia die, ascendisse rursus in cœlos. Hæc nos sequi verba debemus, his nos convenit obtemperare dogmatibus, considerantes quid sit incarnatum esse et hominem factum Dei Verbum. Non enim dicimus quod Dei natura conversa vel immutata facta sit caro, nec quod in totum hominem qui est ex anima et corpore transformata sit, sed illud magis quod carnem animatam anima rationabili sibi copulaverit Verbum; substantialiter, ineffabiliter et irreprehensibiliter factus sit homo, et nuncupatus sit etiam filius hominis, non nota tantummodo voluntate, sed nec assumptione sola personæ, sed quod diversæ quidem naturæ in unum convenerint; unus tamen ex ambabus ^a Christus et Filius, non evacuata aut sublata diversitate naturarum per conjunctiones, sed quia simul nobis effecerunt unum Deum et Christum et Filium, id est divinitas et humanitas per arcanam illam ineffabilemque copulationem ad unitatem. Itaque is qui ante sæcula omnia est natus ex Patre etiam ex muliere carnaliter dicitur procreatus, non quia divina ipsius natura de sacra Virgine sumpsit exordium, nec quod propter se ipsam opus habuit secundo nasci post illam nativitatem quam habebat ex Patre: est enim ineptum et stultum hoc dicere, quod is qui ante omnia sæcula est consempiternus Patri secundæ generationis egerit ut esse inciperet; sed quia propter nostram salutem naturam sibi copulavit humanam et processit ex muliere, idcirco dicitur natus esse carnaliter. Neque enim primum natus est homo communis de sancta Virgine, et tum demum inhabitavit in eo Verbum, sed in ipsa vulva uteroque virginali se cum carne conjunxit ^b et sustinuit generationem carnalem, carnis suæ nativitatem suam faciens. Sic illum dicimus et passum esse et resurrexisse, non quia Deus Verbum **90** in sua natura passus sit aut plagas aut clavorum transfusiones aut alia vulnera, Deus namque incorporealis extra passionem est, sed quia corpus illud quod

A ipsius proprium est factum passum est, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus; inerat enim in eo corpore quod patiebatur Deus qui pati non poterat. Simili modo et mortem ipsius intelligimus, immortale enim et incorruptibile est naturaliter et vita et vivificans Dei Verbum; sed quia corpus ipsius proprium gratia Dei juxta Pauli vocem pro omnibus mortem gustavit, idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro nobis, non quod ipse mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet, insaniam enim est hoc vel sentire vel dicere, sed quod, ut supra diximus, vera caro ipsius mortem gustavit: ita et resurgente carne, ipsius rursus resurrectionem dicimus, non quia in corruptionem ceciderat, absit sed quia ejus surrexit corpus. Ita et Christum unum et Dominum confitemur, non tanquam hominem cum Verbo coadorantes, ne divisionis quædam species inducatur, sed unum jam et eundem adorantes; quia non est alienum a Verbo corpus suum, cum quo ipsi etiam assidet Patri. Nec hoc ita dicimus quasi duobus filiis assidentibus, sed uno cum carne per unitatem, quia ^c si talem copulationem factam per substantiam, aut quasi impassibilem aut quasi parum decoram noluerimus accipere, in id incidimus ut duos filios esse dicamus. Necesse est enim discernere et dicere, hominem separatim fuisse sola filii appellatione honoratum, et rursus Verbum quod est ex Deo et nomine et veritate Filius Dei, sed discernere in duos filios non debemus unum Dominum nostrum Jesum Christum, neque enim id adjuvat ^d rectam fidei rationem, licet nonnulli copulationem nescio quam perhibeant personarum. Non dixit enim Scriptura Verbum Dei personam sibi hominis assumpsisse, sed carnem factum esse: id autem est ostendere Verbum Dei similiter ac nos participatum habuisse carnis et sanguinis, et corpus nostrum proprie suum fecisse, et hominem ex muliere processisse, non abjecta nec deposita deitate aut generatione illa quam habebat ex Patre; sed mansisse etiam in assumptione carnis Deum quod erat. Hoc ubique recta fidei ratio protestatur; in tali sensu sanctos Patres fuisse comperimus; ideo illi non dubitarunt sanctam Virginem dicere Theotocon, non quia Verbi natura deitasque in sancta Virgine sumpsit exordium, sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus animatum anima rationabili, cui substantialiter adunatum Dei Verbum carnaliter esse natum dicitur. Hæc igitur pro **91** charitate ^e in Christo scribo ^f, quærens tanquam fratrem, et contestans coram Deo et electis angelis, ut hæc nobiscum et ecclesiam **92** simul et doceas, ut ecclesiarum pax salva servetur, et concordie charitatisque vinculum indissolubile maneat sacerdotibus.

^a *Æ., B. R., U., ambobus.*

^b *B. R., secum carnem conjunxit.*

^c *Ex Græco exemplari, mendose enim in omnibus Codicibus, quasi.*

^d *T. 1, 2, U. et G., juvat.*

^e *T. 1, 2, præ charitate. U., per charitatem.*

^f *Ex Græco exemplari, cum in omnibus Codicibus mendose legatur: scripto.*

XI

CONCILIIUM CHALCEDONENSE.

SEXCENTORUM TRIGINTA EPISCOPORUM, HABITUM CONTRA OMNES HÆRESES, ET MAXIME ADVERSUS EUTYCHEM ET DIOSCORUM, VALENTINIANO SEPTIES ET ABIENO CONSULIBUS, ÆRA ^a CCCCLXXXVIII.

Consulto ^b piissimi et amatoris Christi imperatoris Flavii Marciani perpetui Augusti die Idus Octobris synodus facta in Chalcedonensi civitate metropoli provinciae Bithyniae ex decreto piissimorum et fidelissimorum imperatorum Valentiniiani et Marciani, conventibus in ecclesia sanctae ac triumphatricis martyris Euphemiae gloriosissimis principibus, id est, magnificentissimo et glorificentissimo magistro militum expraefecto et exconsule patricio Anatholio, et magnificentissimo et gloriosissimo praefecto sacri praetorii praefecturae Palladio, et magnificentissimo et gloriosissimo praefecto urbis Tatiano, et magnificentissimo et gloriosissimo magistro divini officii Vincomalone, et magnificentissimo et gloriosissimo comite largitore [U., G., largitionum] Martiano, et gloriosissimo et magnificentissimo comite domesticorum Sparatio ^c, et magnificentissimo comite rerum privatarum Genethlio ^d; appositis etiam e glorioso senatu, id est, magnificentissimo et gloriosissimo expraefecto et exconsule et patricio Florentio, et magnificentissimo et gloriosissimo exconsule et patricio senatore, et magnificentissimo et gloriosissimo exmagistro et exconsule patricio Nomo, et magnificentissimo et gloriosissimo expraefecto et exconsule patricio Protogenio, et magnificentissimo et gloriosissimo expraefecto Zolio, et magnificentissimo atque gloriosissimo expraefecto urbis Theodoro, et magnificentissimo et gloriosissimo expraefecto urbis Apollonio, et magnificentissimo et gloriosissimo expraeposito Artaxerxe; conveniente etiam sancto concilio totius orbis secundum divinum praecipuum in Chalcedonia civitate congregato, id est Paschasio et Lucensio episcopis et Bonifacio presbytero continentibus locum venerabilis et sancti-archiepiscopi antiquae Romae Leonis, et Anatholio sancto archiepiscopo magnificentissimae Constantinopolitanae novae Romae, et reliquis sanctissimis et reverentissimis sexcentis triginta episcopis; et sedentibus omnibus ante cancellos sancti altaris cum magnificentissimis principibus et gloriosissimis ^e et eximiiis senatus; adveniente etiam piissimo imperatore Marciano in supradicta **93-94** sanctissima basilica, praesente etiam zelo divino et calore fidei accensa piissima et fidelissima regina Augusta Pulcheria, sanctam synodum allocutus [Æ., U., allocuta] est haec: Cum primum per electionem in regnum decreto Dei profecti sumus, inter tantas publicas utilitates nullum sic magis nos constrinxit negotium, quam rectam et veram fidem Christiano-

rum quae sancta et vera consistit indubitam omnibus declarare. Manifestum est enim quod ex avaritia vel vano studio hi, qui praecedentibus temporibus diversa sapuerunt et docuerunt populum pro eo quod eis expedit, non prout convenit neque quod veritas aut doctrina Patrum exquirat, multi ad errorem seducti [Æ., B. R., adducti] sunt: unde sanctam synodum scilicet ad istam fieri perfectionem probavimus ^f et laborem vobis arbitrati sumus imponere, ut omni erroris caligine detersa, secundum quod ipsa divinitas hominibus se fieri manifestam voluit et Patrum demonstravit doctrina, sic fides nostra quae pura et sancta consistit in omnium ingrediens animas propriae veritatis effulgeat luce. De caetero audeat nemo de nativitate Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi aliter disputare praeter quod apostolorum praeconium et trecentorum decem et octo sanctorum Patrum consonans huic doctrinae tradidisse noscuntur, sicut et sanctissimi papae Leonis qui apostolicum gubernat thronum ad sanctae memoriae Flavianum regiae urbis Constantinopolitanae quondam episcopum testantur litterae. Remotis igitur et amputatis talibus patrociniis et cessantibus avaritiis omnis veritas manifestetur: nos etenim ad confirmandam fidem, non ad ostendendam virtutem et exemplo imperatoris Constantini adesse synodo excogitavimus, sed ne in posterum multitudo populi institutionibus inveniat dissentiens; facile enim simplicitas quorundam commentis loquacium usque nunc delusa est: manifestum quoniam diversorum ^g pravis doctrinis discordiae et haereses ortae sunt. Nobis autem omne studium adhibendum est populum propter veram et sanctam doctrinam id ipsum sentientem uni rectae applicare Ecclesiae, et ideo veram fidem catholicam etiam exponere secundum Patrum doctrinam concordantibus animis vestris vestra properet reverentia, ut qualiter a Nicæna synodo usque in hoc tempus abscisso errore vera fides est omnibus cognita, sic et nunc, per hanc sanctam synodum deposita nebula, quae in his paucis annis, ut superius diximus, ex pravitate et avaritia quorundam visa est exoriri, si semper serventur quae statuta sunt, erit quidem divinae providentiae, quod pie fieri volumus, in saecula [T. 1, 2, in Ecclesia] hoc conservare firmissime. Et post regiae haec verba omnes episcopi clamaverunt: Marciano novo Constantino multos annos, multi anni regis, multi anni reginae orthodoxorum, multis annis Mar-

^a Æ., E. 3, Æra CCCCLXXXVIII. T. 1, 2, æra CCCCLXXXVIII.

^b Ex B. R., T. 1, 2. In A. et reliquis: *consulatu*.

^c Æ., B. R., U., *Sparatio*.

^d T. 1, 2, G., *Genethlio*.

^e B. R., *Gloriosissimis eximii senatus*.

^f Æ., E. 3, T. 1, 2, U., G., *properavimus*.

ciani amatoris Christi regnum, in sæcula permaneat: digni orthodoxæ fidei, amatores Christi, sit vobis procul invidia. Et post has voces Ætius archidiaconus Constantinopolitanæ novæ Romæ et primicerius notariorum dixit: Quoniam nutu supernæ gratiæ et zelo divino serenitatis vestræ, piissimi quibus a Deo omnes [U. add. homines] regere concessum est imperatores, circa sanctionem vestram congregata sancta hæc et magna totius mundi synodus, cum plurima multarum dierum vacatione et divina diligentia omnem quidem, in præterito quomodo exorta est contra rectam et inviolabilem catholicam nostram fidem, verbo veritatis discordiam effugavit, omnem abigendo innovationem: sicut et in scriptis per singula quæ subsequuntur acta demonstrant; terminum vero simplicem statuit divinarum Scripturarum virtute munitum, et sanctorum ac beatissimorum Patrum in ipsum conservans sententiam ad veram agnitionem qui sincere requirunt. Longæva autem corona vestri imperii: et habeo ipsum præ manibus, et si videtur nutui vestræ serenitatis, perlegam. Piissimus et fidelissimus imperator dixit: Perlege; et idem archidiaconus perlegit.

Sancta et magna universalis synodus, quæ secundum gratiam Dei et decreto piissimorum imperatorum Valentiniani et Marciani augustorum congregata est in Chalcedonensem civitatem, metropolim provinciæ Bithyniæ, in basilica sanctæ ac triumphatricis martyris Euphemæ, statuit quæ subter comprehensa sunt. Dominus et Salvator noster Jesus Christus, fidei agnitione proprios confirmans discipulos, ait: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*; ut nec^a ulla fidei dissensio inter proximos oriatum, sed ex æquo veritatis prædicatio ostendatur. Sed quia non desinit malignus in ipsis pietatis seminibus zizania sua inserere, et novi quidam adversus veritatem semper excogitare, idcirco Dominus noster humano generi solite cupiens providere, piissimum hunc et fidelissimum imperatorem erexit ad cælum qui undique sacerdotum pontifices ad se convocavit, ut gratia Domini nostri Jesu Christi cooperante, omnem mendacii pestilentiam ab ovis Christi removeat, easque veritatis germinibus reficiat. Quod et communi decreto peregrinus, erroris quidem sectas abjicientes et Patrum rectam fidem renovantes, trecentorum decem et octo symbolum omnibus prædicantes, et velut horum 95 domesticos alios centum quinquaginta Patres huic piissimo titulo consentientes notavimus, qui post hæc in banc amplissimam urbem Constantinopolitanam convenientes, etiam ipsi eandem fidem consignaverunt. Statuimus igitur ordinem et omnes fidei formulas custodientes et nostram etiam sanctam synodum dudum Ephesi factam, cujus fuerunt auctores venerabilis memoriæ Cælestinus Romanæ urbis et Cyrillus Alexandrinæ ecclesiæ sacerdotes, ut præfulgeat quidem rectæ et inculpabilis fidei expositio trecento-

^a U, vobis: ideo tamen instruimur ut nec.

^b U., pullulantium, continet vero et confirmationem

rum decem et octo sanctorum ac beatissimorum qui in Nicæa sub Constantino piæ memoriæ imperatore convenerunt: Continetur autem et centum quinquaginta sanctorum Patrum in urbe Constantinopolitana decretum ad peremptionem quidem sectarum tunc pullulantium, confirmationem vero ipsius^b catholicæ atque apostolicæ nostræ fidei.

Symbolum trecentorum decem et octo sanctorum Patrum qui in Nicæam convenerunt.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium conditorem, et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei de Patre natum, unigenitum hoc est de substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo verum, natum, non factum, homousion Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cælo et quæ in terra, qui propter nos et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est, homo factus passus est, et resurrexit tertia die, et ascendit in cælos; inde venturus est judicare vivos et mortuos: et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: erat quando non erat, et antequam nasceretur non erat, et quia ex nullis exstantibus factus est, aut ex alia subsistentia vel substantia dicunt esse aut convertibilem vel mutabilem Filium Dei, anathematizat catholica et apostolica Ecclesia.

Et id ipsum centum quinquaginta sanctorum Patrum.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem: et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, homousion Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cælo et quæ in terris, qui propter nos et propter nostram salutem descendit, 96 et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, homo factus passus est sub Pontio Pilato, sepultus tertia die resurrexit, ascendit in cælos, sedet ad dexteram Patris, iterum venturus in gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis: et in Spiritum sanctum dominum et vivificantem [U., vivificantem], ex Patre procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas: in unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam: constitemur unum baptismum in remissionem peccatorum: expectamus resurrectionem mortuorum vitamque [Æ., et vitam] futuri sæculi. Amen.

Suffecerat quidem ad plenissimam pietatis agnitionem et confirmationem cautissimum hoc et salutare divinæ gratiæ symbolum; de Patre enim Filioque^c et Spiritu sancto doctrinam perfectam edocet, et incarnationem dominicam fideliter suscipientibus manifestat. Sed quoniam hi qui prædicationem veritatis destruere nituntur quasdam propriæ hæreses novitates parturiunt; quidam enim mysterium pro

ipsius.

^c Æ., B. R., F. 3, T, 1, 2, U., et Filio.

nobis actum divinæ dispensationis audent corrumpere, et vocem illam divini partus factam ad Virgineum uolunt, alii temperamentum confusionemque inucentes et unam esse naturam carnis et deitatis insensate componentes passibilem unigeniti divinam naturam tali confusione prodigiose divulgant; idcirco [T. 1, 2, ideoque] omnem adversus veritatem opponendam ab ipsis machinationem volens excludere sancta et magna universalis synodus, antiquam prædicationem immobilem docens, statuit præcipue trecentorum decem et octo sanctorum Patrum fidem incontaminatam manere: et propter eos qui Spiritui sancto adversantur, centum quinquaginta Patrum paulo posteriore tempore in urbe Constantinopolitana convenientium de substantia Spiritus sancti traditam doctrinam corroborat, quam etiam illi omnibus insinuaverunt; non quod in præcedentibus aliquid deesset adjicientes, sed de Spiritu sancto eorundem [U., eundem] intellectum adversus eos qui deitatis ejus dominationem nituntur adimere Scripturarum testimoniis plenius manifestantes: propter eos sane qui dispensationis mysterium tentant corrumpere, et purum hominem esse qui ex sancta virgine Maria natus est impudenter divulgant, beatissimi quondam Cyrilli Alexandrinæ ecclesiæ sacerdotis synodicas epistolas tam ad Nestorium quam ad cæteros per orientem congruas et sibi consentientes suscepit [U., suscipit], ad confutationem quidem Nestorianæ amentitiæ, interpretationem vero eorum qui religioso zelo salutaris symboli cupiunt intellectum: quibus 97 et epistolam sancti ac beatissimi primæ sedis archiepiscopi Leonis, scriptam ad Flavianum sanctæ recordationis archiepiscopum ad perimendam Eutychetis malignitatem quæque magni Petri confessioni concordat, et communem quamdam paginam existentem contra eos qui non recte glorificant ad confirmationem catholicæ religionis evidenter subjuxit. Nam et eos qui in duos filios dispensationis dominicæ mysterium scinde moliantur execratur, et eos qui passibilem divinitatem unigeniti Filii audent asserere de concilio sacerdotum repellit, et eos qui in duas naturas Christi temperamentum vel confusionem argumentantur adversatur, et qui coelestem aut alterius cujusque substantiam existere formam servi quam ex nobis assumpsit insaniendo asserunt procul abjicit, et eos qui duas quidem ante adunationem naturas Domini delirant, unam vero post adunationem coniungunt, anathema facit.

Consentientes igitur sanctis Patribus unum eundemque Filium confiteri Dominum nostrum Jesum Christum consona voce pariter edocemur: perfectum eundem in divinitate, perfectam eundem in humanitate, Deum verum et hominem verum, eundem ex anima rationali et corpore, secundum divinitatem unius cum Patre naturæ, secundum humanitatem eundem unius naturæ nobiscum, per omnia similem

^a U., G., *Filium Dei unigenitum.*

^b Ex *Æ.*, *BR.*, U. In A. et reliquis: *subiaceat.*

A nobis absque peccato, ante sæcula quidem ex patre natum secundum divinitatem, in novissimis vero diebus eundem propter nos et propter nostram salutem ex Maria virgine Dei genitrice secundum humanitatem unum eundemque Christum Filium et Dominum unigenitum in duas naturas inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter cognoscendum; in nullo naturarum differentias propter unitatem perimendas, magis autem salva utriusque naturæ proprietate, et in una coeunte persona unoque statu concurrente; non in duabus personis partiendum vel dividendum, sed unum eundemque Filium unigenitum Deum Verbum Dominum nostrum Jesum Christum, sicut ab exordio prophetæ de eo et ipse noster erudit et Patrum nobis tradidit symbolum. His itaque cum omni undique subtilitate et diligentia a nobis ordinatis, statuit sancta et universalis synodus aliam fidem nulli licere proferre, aut scribere, aut edere, aut sapere, aut docere aliter; qui autem audent aut exponere aliam fidem, aut proferre, aut docere, aut tradere aliud symbolum volentibus converti ad scientiam veritatis ex Gentilibus, ex Judæis vel hæreticis quibuscuque, si quidem episcopi aut 98 clerici fuerint, alienos esse episcopos ab episcopatu et clericos a clero: si vero monachi vel laici fuerint, anathema fieri.

Regulæ ecclesiasticæ ordinatæ a supra scripto concilio.

I. *De canonibus uniuscujusque concilii conservandis.*

A sanctis Patribus in unaquaque synodo usque nunc prolatis regulas tenere statuimus.

II. *Quod non oporteat episcopos aut quoslibet ex clero [clericos] per pecunias ordinari.*

Si quis episcoporum accepta pecunia ordinationem fecerit et in nundinationem deduxerit inappretiablem gratiam, atque ordinaverit episcopum sive chorepiscopum, seu presbyterum, seu diaconum aut quancunque et alium qui connumeratur inter clericos aut accepta pecunia ordinaverit œconomum, defensorem sive paromonarium; quicumque ergo hæc tentaverit, sive convictus fuerit, ipse quidem subeat gradus sui periculum; et qui sic ordinatur nullum habeat fructum ex hujusmodi mercimonio et creatione probrosa, sed sit alienus et dignitatis et sollicitudinis ejus quam per pecunias impetravit: sed et ille qui in his tam turpibus et illicitis lucris intercessor apparuit, siquidem clericus fuerit, de proprio decidat gradu; si vero laicus sive monachus, anathema sit.

III. *Quod non oporteat episcopos, clericos et monachos prædia sæcularia vel causas suscipere.*

Pervenit in sanctam synodum, quia de his qui in clero connumerantur quidam propter turpis lucri gratiam aliorum possessionum conductiones et causas sæculares suscipiant, et se ipsos quidem a ministeriis sanctis per desidiam separant, ad domos autem sæcularium concurrant et substantiarum eorum gubernationes avaritiæ causa suscipiant. Decre-

^c U., *mercimonio, sed execratione probrosa sit alienus.*

vit igitur sancta et magna synodus neminem deinceps horum, hoc est, episcopum, sive clericum, aut monachum ^a conducere possessiones aut miscere se sæcularibus procurationibus posse, nisi forte qui legibus ad minorum ætatum tutelas sive curationes inexcusabiles attrahuntur, aut cui ipsius civitatis episcopus ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula, vel orphanorum aut viduarum quæ indefensæ sunt ^b aut earum personarum quæ maxime ecclesiastico indigent **99** adminiculo ^c, propter timorem Dei. Si quis vero transgressus fuerit statuta hæc, ecclesiasticæ correptioni subiaceat.

IV. *De honore monachis competente et ut nullus eorum tentet ecclesiastica aut sæcularia inquietare negotia, nec alienum servum præter conscientiam domini ejus suscipere.*

Qui vere et pure solitariam eligunt vitam digni sunt convenienti honore: quia tamen quidam habitu monachi utentes, ecclesiasticos actus civilesque conturbant, circumeuntes indifferenter civitates nec non et monasteria, se ipsos præsumptioni propriæ commendantes; placuit neminem sibi aut edificare aut constituere [*Æ.*, construere] monasteria aut oratorii domum sine conscientia ipsius civitatis episcopi: eos vero qui per singulas civitates seu possessiones in monasteriis sunt subjectos esse episcopos, et quietos ^d operam dare atque observare jejunia et orationes in locis in quibus semel Deo sese devoverint permanentes, et neque communicare, ecclesiasticas neque sæculares aliquas atrectare actiones, relinquentes propria monasteria; nisi forte jubeantur propter urgentes necessitates ab ipsius civitatis episcopo: et neminem servorum suscipi in monasterium ut sit cum eis monachus, nisi cum domini proprii conscientia. Prætereuntem vero hæc decrevimus extra communionem esse, ne nomen Domini blasphemetur: convenit vero civitatis episcopo curam et sollicitudinem necessariam monasteriis exhibere.

V. *Quod non liceat episcopum vel quemlibet ex clero de alia ad aliam transmigrare civitatem.*

Propter eos episcopos sive clericos qui de civitate ad civitatem transeunt placuit definitiones datas a sanctis Patribus habere propriam firmitatem.

VI. *Quod non oporteat absolute quoslibet ordinare nisi in propria.*

Neminem absolute ordinare presbyterum vel diaconum nec quemlibet alium in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifeste in ecclesia civitatis sive possessionis aut in martyrio aut in monasterio, et qui ordinatur mereatur ordinationis publicæ vocabulum: eos vero qui absolute ordinantur decrevit sancta synodus vacuam habere manus impositionem, et nullum ejus tale factum **100** valere ad injuriam ipsius qui eum ordinavit.

VII. *De clericis et monachis non manentibus in suo proposito.*

Eos qui semel in clero taxati fuerint, sive in mo-

^a *Æ.*, episcoporum sive clericorum aut monachorum.

^b *U.*, *G.*, quæ jam defessæ sunt.

^c *Ex U.* In *A.* et reliquis: ecclesiasticum indigent adminiculum.

monasteriis, decrevimus neque ad militiam neque ad honores sæculares venire, aut eos qui hoc ausi fuerint facere et non ejus rei poenitere maluerint, aut ad hoc idem revertantur quod ante non obtentu Dei proposuerant sibi, anathema esse.

VIII. *De clericis qui sunt in ptochiis ^a, monasteriis atque martyriis quæ sub potestate episcoporum uniuscujusque civitatis existunt.*

Clerici in ptochiis et in monasteriis aut martyriis constituti sub potestate sint ejus, qui in ea est civitate episcopus, secundum traditionem sanctorum Patrum, nec per præsumptionem recedant a suo episcopo, ii vero qui ausi fuerint rescindere hujusmodi ordinationem quocunque modo, vel si noluerint subjacere proprio episcopo, si quidem fuerint clerici, paternarum ordinationum subiaceant condemnationibus; si autem monachi seu laici sunt, excommunicantur.

IX. *Quod non oporteat clericos prætermissio episcopo ad sæcularia judicia commeari.*

Si clericus adversus clericum habeat negotium, non relinquat suum episcopum et ad sæcularia judicia concurrat; sed primum negotium ipsum agitur apud episcopum proprium, et ita, si fuerit iudicium ipsius episcopi [*U.*, episcopi contrarium], apud arbitros ex utraque parte electos audiatur negotium: si quis vero contra hæc fecerit, canonum subiaceat correptionibus. Et si clericus adversus suum, seu alium episcopum habeat causam, apud audientiam synodi provinciæ ejus conqueratur [*Æ.*, inquiretur]: si vero contra ipsius provinciæ ac metropolitanum episcopum episcopus sive clericus habeat controversiam, pergat aut ad ipsius diocesis episcopos, aut certe ad Constantinopolitanæ regis civitatis sedem, et ibi proprium negotium exsequatur [*B. R.*, exquiratur].

X. *Quod non liceat clerico in duabus ecclesiis ministrare.*

Non licere clericum in ecclesiis duarum civitatum ordinari [*T. 2*, ministrare], sed in ea in qua ab initio ordinatus est et cujus expetierat ante perflugium: et si propter vanæ gloriæ desiderium **101** utpote ad ecclesiam majorem confugerit, jubemus eum ecclesiæ propriæ restitui, id est ubi ab exordio ordinatus est, et ibi tantummodo ministrare. Si vero quis jam translatus est ab ecclesia in aliam ecclesiam, nihil habeat commune cum priore ecclesia, sive sub ecclesia constitutis martyriis sive ptochiis vel xenodochiis aut eorum negotiis. Eos vero qui ausi fuerint post ordinationem hujus magnæ et universalis synodi agere quæ prohibita sunt, statuit sancta synodus cadere de proprio gradu.

XI. *Quod oporteat egenis epistolia tribui, honestiores autem commendatitiis litteris approbari.*

Omnes pauperes et indigentes ecclesiasticis auxiliis cum probatione epistolii sive pacificis, quæ dicuntur irenica ecclesiastica, tantummodo proficiant

^d *Ex U.* In *A.* et reliquis: quieti.

^e In Codicibus depravate scribitur hæc vox. In *A.*, *BR.*, *E.*, *3*, *T. 1*, *U.*, *G.*, *lociis*. In *Æ.*, *thociis*. In *T. 2*, *toicis*.

statuimus, et non commendatitiis epistolis; quia commendatitias quas dicimus epistolas eos tantum accipere convenit, qui in opinione sunt clariores, ut eis tantummodo præbeantur.

XII. Quod nequaquam in duos metropolitanos provincia dividatur.

Pervenit ad nos quod quidam præter ecclesiasticas ordinationes affectantes potentiam per pragmaticum sacrum unam provinciam in duas dividant, et ex hoc inveniuntur duo metropolitani episcopi in eadem et una esse provincia: statuit igitur sancta synodus deinceps nihil tale attentari a quolibet episcopo, eos vero qui aliquid tale tentaverint cadere de proprio gradu. Si quæ vero antea civitates per pragmaticum imperiale metropolitani nominis honore decoratæ sunt, nomine solo fruantur, et qui Ecclesiam ejus regit, episcopus scilicet, privilegio metropolitano episcopo jure proprio reservato.

XIII. Quod non oporteat extraneos clericos sine commendatitiis litteris ministrare.

Extraneum clericum et lectores extra suam civitatem sine commendatitiis litteris proprii episcopi nunquam^a penitus liceat ministrare.

XIV. Quod non liceat clerico uxorem sectæ alterius accipere, nisi forte sponderit se ad veram fidem venire.

Quia in quibusdam provinciis conceditur psalmistis^b et lectoribus uxores accipere, **102** statuit sancta synodus prorsus non licere his alterius sectæ accipere uxorem: si quis vero^c prævenit et habet jam de tali connubio filios, si forte prævenierint eos jam apud hæreticos baptizare, debent eos offerre catholice ecclesie ut ibi communicent; qui vero adhuc baptizati non sunt omnimodo non posse eos in hæretica ecclesia baptizari, nec matrimonio jungi hæretico, Judæo vel pagano, nisi forte sponderit se venire ad orthodoxam fidem, dum conjungitur personæ orthodoxæ: si quis vero hanc definitionem sanctæ synodi præterierit, regularum condemnationibus subjaceat.

XV. De diaconissis mulieribus, ut nisi quadragenarias non liceat ordinari.

Diaconissam non debere ante quadraginta annos ordinari, et hanc cum diligenti probatione: si vero susceperit ordinationem et quantocumque tempore observaverit ad ministerium, et postea se nuptiis tradiderit, injuriam faciens Dei gratiæ, hæc anathema sit cum eo qui in illius nuptias convenerit.

XVI. De monachis puellisque Deo dicatis quod non liceat eis nuptiis jungi.

Si qua virgo se dedicaverit Deo, similiter et monachus, non licere eis nuptiis jungi: si vero inventi fuerint hoc facientes, maneat excommunicati; statuimus vero posse in eis facere humanitatem, si ita probaverit loci episcopus.

XVII. De ecclesiis in parochiis per triginta annos ab episcopo habitis, vel de renovatis urbibus.

Per singulas ecclesias rusticanas parochias sive in

^a *Æ., B. R., F. 3, T. 1, U., G., nusquam.*

^b *Ex Æ., B. R., U., G. In A. et reliquis: psalmistis, id est, lectoribus, et cantoribus.*

A possessionibus permanere immobiles apud eos qui eas tenent episcopos, et maxime qui eas sine violentia jam per triginta annos tenentes gubernaverint; si vero intra [*Æ., B. R., infra*] triginta annos etiam facta fuerit aut fiat de eis dubitatio, licere eis qui se dixerint læsos propter eas movere apud synodum provinciæ certamen. Si quis vero putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud principem ipsius dioceseos aut apud Constantinopolitanæ civitatis sedem agat judicium, sicut jam dictum est: si vero quælibet civitas per auctoritatem imperialem renovata est, aut si renovetur in posterum civilibus et publicis ordinationibus, etiam ecclesiarum parochiarum sequatur ordinatio.

103 XVIII. De conspiratione clericorum, quod Græci fratris dicant.

Conjuratum et conspirationum crimen, quod apud Græcos dicitur *fratria*, et publicis etiam legibus certum est penitus inhiberi, hoc multo magis in sancta Dei Ecclesia ne fiat convenit abdicari. Si qui vero clerici seu monachi inventi fuerint conjurantes aut fratris vel factiones aliquas componentes suis episcopis aut aliis clericis, omnimodo cadant de proprio gradu.

XIX. Quod oportet per provincias bis in anno concilium fieri.

Pervenit in nostras aures quod in provinciis statuta episcoporum concilia minime celebrentur, et quod inde multæ quæ correctione opus habeant ecclesiasticæ res negligantur: statuit igitur hæc sancta synodus secundum Patrum regulas bis in anno in unum convenire per singulas provincias episcopos, ubi metropolitanus probaverit, et sic corrigere singula quæ emeruerint. Qui vero noluerint convenire episcopi constituti in suis civitatibus, et hoc maxime cum in sui corporis sanitate consistant, etiam omnibus aliis urgentibus et inexcusabilibus negotiis liberi sint, licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripri.

XX. Quod minime clericos in aliam civitatem transmigrare liceat, nisi eos qui proprias amiserint civitates.

Clericos in singulis ecclesiis constitutos, sicut jam decrevimus, non licere in alterius civitatis ecclesiis ordinari, sed quiescere^d in ea in qua ab initio fecit principium ministrandi, exceptis illis qui proprias civitates perdiderunt et ex necessitate ad alias ecclesias migraverunt. Si vero quicumque episcopus post definitionem istam ad alium episcopum pertinentem clericum susceperit, placuit sanctæ synodo hunc qui suscepit et eum qui susceptus est tandiu excommunicatos manere, quandiu ipse clericus ad propriam revertatur ecclesiam.

XXI. De episcoporum aut clericorum accusatoribus quales debeant suscipi in accusatione.

Clericus sive laicus, qui accusaverit episcopos aut clericos, temere atque indifferenter non debent sus-

^c *Ex reliquis præter A. et E. 3, in quibus, enim.*

^d *T. 1, 2, U., G., adquiescere.*

acipi in accusationem, nisi prius eorum opinio fuerit A
præscrutata.

104 XXII. *Quod non liceat clericis post mortem sui
episcopi res ad eum pertinentes diripere.*

Non licere clericis post mortem sui episcopi ra-
pere pertinentes ad eum res, sicuti jam ex præce-
dentibus regulis statutum habetur: si vero hæc fe-
cerint, periclitari se noverint in proprio gradu.

XXIII. *De clericis et monachis vel excommunicatis
qui præter voluntatem sui episcopi ad urbem regiam
veniunt.*

Pervenit in aures sanctæ synodi quia clerici qui-
dam et monachi nihil sibi habentes injunctum a pro-
prio episcopo, interdum vero etiam illi qui ab eo
fuerint excommunicati, veniant ad hanc regiam civi-
tatem Constantinopolitanam, et multis temporibus in
ea consistentes perturbationes tranquillitati ecclesia-
sticæ inferant et diversorum domos corrumpant:
statuit igitur sancta synodus hos quidem primum
commonere per defensorem Constantinopolitanæ Ec-
clesiæ, ut exeant de regia civitate; si autem in eo-
dem proposito improbe perduraverint, etiam invito
eos ejici per eundem defensorem, ut ad sua loca
perveniant.

XXIV. *Quod non liceat monasteria diversoria sæcularia
feri.*

Quæ semel consecrata fuerint monasteria ^a cum
judicio sui episcopi manere in perpetuo, et pertinen-
tes ad eas res conservari ipsi monasterio, et non ul-
terius posse ea fieri sæcularia habitacula; qui vero
permiserint hæc fieri, subjaceant his condemnatio-
nibus quæ per canones constitutæ sunt.

XXV. *Quod non oporteat post obitum episcopi ordi-
nationem alterius episcopi diu differri.*

Quoniam quidam metropolitanorum, sicut ad nos
perlatum est, negligunt creditos sibi greges et diffe-
runt ordinationes facere episcoporum: placuit sanctæ
synodo intra tres menses fieri ordinationes epi-
scoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas coege-
rit ordinationis tempus amplius propagari [*Æ.*, pro-
rogari]: si autem quis episcoporum hæc non obser-
vaverit, ipsum debere ecclesiasticæ condemnationi
subjacere: reditus vero ejusdem viduatæ Ecclesiæ
integròs reservari apud œconomum ejusdem ec-
clesiæ.

105 XXVI. *De œconomis, id est, dispensatoribus
singularum ecclesiarum habentis.*

Quia in quibusdam ecclesiis, sicut ad nos pervenit,
sine œconomis episcopi res ecclesiasticas tractant;
placuit omnes Ecclesias episcopos habentes habere
et œconomos de proprio clero, qui gubernent Ec-
clesiæ res cum arbitrio sui episcopi, ut non sine testimo-
nio sit gubernatio ^b ipsarum rerum ecclesiasticarum,
et ex hoc eveniat dispergi ejusdem Ecclesiæ res et
sacerdotali dignitati obrectatio generetur: si vero
quis hæc non observaverit, divinis subjaceat regulis.

XXVII. *De his qui sibi rapiunt uxores.*

Eos qui sibi rapiunt uxores vel eos ^c qui eis auxi-

^a U., monasteria, quæ consecrata sunt, diversoria.
^b U., sint gubernatores.

lium præstiterint, statuit sancta synodus, si quidem
clerici fuerint, cadere de proprio gradu; si vero laici,
anathema esse.

Paschasius episcopus civitatis Lillibitanæ, vicem
agens beatissimi episcopi Leonis, definiens subscripsi.

Lucensius episcopus civitatis Asculitanæ, item vi-
cem agens sanctissimi episcopi Leonis, definiens sub-
scripsi.

Bonifacius presbyter urbis Romæ, vicem agens
apostolicæ sedis, definiens subscripsi.

Anatholius episcopus Constantinopolitanæ civitatis
Romæ novæ, definiens subscripsi.

Maximus episcopus Antiochenus definiens sub-
scripsi.

Juvenalis episcopus Hierosolymitanus definiens
B subscripsi.

Thalassius episcopus Cappadociæ Cæsariensis de-
finiens subscripsi.

Quintilius episcopus Heracliæ Macedonensis, vicem
agens sanctissimi viri episcopi Anastasii civitatis
Thessalonicensis, definiens subscripsi.

Stephanus episcopus Ephesitanus definiens subscri-
psi.

Lucianus episcopus Byzensis, vicem agens sanctis-
simi episcopi Cyriaci Heracliæ Thraciensis, definiens
subscripsi.

Eusebius episcopus Galatiæ Ancyrensis definiens
subscripsi.

Diogenes episcopus Cyzicensis definiens subscripsi.

Petrus episcopus Corinthensis definiens subscripsi.

C Florus episcopus Sardiensis [*T. 2, Sardicensis*]
definiens subscripsi.

Eunomius episcopus Nicomediensis definiens sub-
scripsi.

106 Anastasius episcopus Niciensis definiens
subscripsi.

Eleutherius episcopus Chalcedonensis definiens
subscripsi.

Item omnes episcopi sexcenti et triginta definiens
subscripserunt.

Et posteaquam recitatum est, piissimus imperator
ad sanctum concilium dixit: Dicat sanctum concilium
si ex consensu omnium episcoporum definitio quæ
nunc lecta est prolata sit? Omnes reverentissimi epi-
scopi responderunt: Omnes sic credimus: una fide,
una sententia, omnes hoc idem sentimus, omnes con-
sentientes subscripsimus, omnes orthodoxi sumus:
hæc est fides apostolorum, hæc est fides recte cre-
dentium, hæc est fides quæ orbem terrarum salvavit.
[*Æ.*, *B. R.*, salvavit]. Marciano novo Constantino, no-
vo Paulo, novo David, imperatori, piissimæ dominæ
augustæ, vita eis. Et post has voces piissimus et fide-
lissimus imperator ad sanctam synodum dixit: Vene-
randa catholica fides a sancta universali synodo secun-
dum Patrum expositionem manifestata est: et si labo-
rem vestræ reverentiæ et convicium fecimus, maximaas

^c U., uxores sub nomine simul habitandi, cooperantes
aut conniventes, vel eos.

gratias agimus omnipotenti Deo ^a, quia multorum A errantium circa fidem amputata discordia, in unam eandemque fidem omnes nunc convenimus, sperantes celerem vestris precibus et meliorem super omnes nos pacem a Deo donari. Sancta synodus iterum exclamavit: hæc digna vestri imperii, hæc propria vestri imperii, hæc correctio vestri imperii, digne fidei, digne Christo, digne imperii, et imperii et fidei; propterea ^b pacificatur orbis terræ. Et post has voces piissimus et fidelissimus imperator ad sanctam synodum dixit: Venerandam catholicam fidem a sancta et universali synodo secundum Patrum expositionem manifestatam juxta legem, et convenientem esse nostra tranquillitas probavit, omnem in posterum contentionis occasionem circa suam fidem amputari. Si quis igitur idiota vel militarius seu clericus publice de fide turbam congregans sub obtentu disputationis tumultum fecerit, si quidem idiota præscriptus, expellatur a regia urbe; militarius vero seu clericus gradus sui periculum sustinebunt et aliis pœnis subiacebunt.

Edictum imperatorum in confirmationem concilii Chalcedonenais.

Imperatores Valentinianus et Marcianus augusti universis popalis. Tandem aliquando quod summis votis atque studiis optabamus evenit: remota est de orthodoxa Christianorum lege contentio: tandem remedia ¹⁰⁷ culpabilis erroris inventa sunt, et discors populorum sententia in unum consensum concordiamque venit. E diversis enim provinciis religiosissimi sacerdotes Chalcedona venerunt juxta nostra præcepta, et quid observari in religione debeat perspicua definitione docuerunt. Discessit igitur jam profana contentio, nam vere impius atque sacrilegus est qui post tot sacerdotum sententiam opinioni suæ vel aliquid tractandum relinquit: extremæ quippe dementiæ est in medio et perspicuo die commentitium lumen inquirere: quisquis enim post veritatem repletam aliquid ulterius discutit, mendacium querit. Nemo itaque vel clericus vel militans, et alterius cujuslibet conditionis, de fide Christiana publice terminata coadunatis et audientibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus et perfidia occasionem requirens, nam injuriam facit iudicio religiosissimæ synodi, si quis semel iudicata et recte disposita revolvere et publice disputare contendit, cum ea quæ nunc de Christiana fide statuta sunt juxta apostolicas expositiones et in-vitata sanctorum Patrum trecentorum decem et octo, et centum quinquaginta definita esse noscuntur. Nam in contemptores hujus legis pœna non deerit, quia non solum contra fidem bene compositam veniunt, sed etiam Judæis et paganis ex hujusmodi certamine profanant veneranda mysperia. Igitur si clericus erit qui publice tractare de religione ausus fuerit, a consortio clericorum removebitur; si vero militia præditus sit, cingulo exspoliabitur; ceteri etiam hujus criminis rei de hac sanctissima urbe pel-

lentur, pro vigore judiciario etiam competentibus supplicis subjugandi. Constat enim hinc hæreticæ insanix exordia fomitemque præberi, dum publice quidam disputant atque contondunt: universi ergo quæ a sancta synodo Chalcedonea [U., Chalcedonensi] statuta sunt custodire debebunt, nihil postea dubitaturi. Hoc itaque nostræ commoniti sinceritatis edicto, abstinete profanis vocibus et ulterius desinite de divinis disputare, quod nefas est; quia non solum divino iudicio peccatum hoc prout credimus punietur, verum etiam legum et iudicum ^c auctoritate coerceritur. VII Kalendas Februarias Constantinopoli Sporacio consule.

Sacra Valentiniani et Marciani augustorum post concilium Chalcedonense edicta in affirmationem ejusdem concilii et damnationem hæreticorum.

Imperatores Valentinianus et Marcianus augusti Palladio præfecto prætorii.

Divinæ semper potentiæ referendæ atque agendæ sunt gratiæ quia auctores hæresisque ¹⁰⁸ occulta nec latere concedit, nec durare impunita permittit: quorum unum malorum lædendi habet plurimam facultatem, alterum præcavendi ceteris præstat exemplum. Curæ igitur esse divinitati hominum actus et maxime reverentiam religionis, proxime in confirmanda catholica fide evidenter apparuit, cum Eutychem sceleratorum dogmatum sectatorem nec latere, ut diu latuerat, sinist, nec patefacto scelere passa est pœnam sceleris evitare. Sententiis itaque divinis humanisque damnatus synodicum decretum, ut morebatur, excipit, reus divinitati cui faciebat injuriam, reus hominibus quos decipere conabatur. Proxime etenim innumerabiles ex toto pene orbe beatissimi episcopi Chalcedone congregati improba prædicti Eutychemis una cum synodo ejus causa habita expulerunt commenta, secuti sanctorum definita majorum, quæ vel apud Nicæam a trecentis decem et octo constituta sunt, vel in hac postea alma urbe a centum quinquaginta sunt episcopis declarata, vel apud Ephesum, cum Nestorii est error exclusus, præsentibus Cœlestino Romanæ urbis et Cyrillo Alexandrinæ civitatis episcopis. Ea igitur quæ sunt juxta pristinam disciplinam a venerabili synodo Chalcedone definita illa fide qua Deum colimus per omnia servanda censuimus atque censemus; quia valde consequens est sexcentorum triginta sacerdotum pura mente Deum colentium definita, quæ pro orthodoxorum fide sacrosancta secundum Patrum regulas processerunt, summa cum veneratione conservare. Quoniam principalis providentiæ est omne malum inter initia opprimere et serpentem morbum legum medicina rescare, hæc lege decernimus eos qui Eutychemis errore decipiuntur ad exemplum Apollinariorum, quos Eutyches secutus est, quosque venerabiles Patrum regulæ, id est, ecclesiastici canones, et divorum principum sacratissimæ sanctiones, condemnant, nullum episcopum, nullum

^a Æ., B. R., E. 3, T. 1, 2, U., omnipotenti salvatori Deo.

^b Ex cæteris Codicibus. In A., imperii digniter et

fidei; propterea.

^c Ex reliquis Codicibus præter A., in quo: iudicii.

habere presbyterum, nullos creare vel appellare clericos, ipsumque Eutychem nomine presbyteri, quo et indignus est et spoliatus est, in totum carere. Si qui tamen contra definita nostra episcopos, presbyteros ceterosque clericos ausi fuerint creare, tam factos quam facientes vel præsumentes sibi clericorum gradus, bonorum amissione percussos exsilio perpetuo præcipimus contineri: coeundi vel colligendi vel congregandi monachos aut ædificandi monasteria, nullam jubemus eos habere licentiam: loca in quæ forte ausi convenire aliquando tentaverint confiscari, si tamen domino loci sciente convenerint; quod si ignaro auctore conductoreve loci, fustibus cæsos deportationem subire censemus: ipsos **109** præterea nihil ex testamento cujusquam capere, nihil eis qui ejusdem erroris sint relinquere testamento, ad nullam eos patimur aspirare militiam, nisi forte ad cohortalinam vel limitaneam. Si quis etiam extra prædictam militiam inventus fuerit militare, vel quia ignorabatur ejus in religione perversitas, vel quia post adeptum cingulum ad hunc devenit errorem, solutus militia, infidelitatis suæ fructum hunc habeat, ut optimorum et palatii communione privetur, nec alibi quam in qua natus est vico vel civitate versetur: quod si qui eorum in hac alma urbe quod credi nefas est geniti sunt et damnati, tam de hac civitate venerabili, quam sacratissimo comitatu et omni excludantur metropolitana civitate. Et hæc quidem generaliter circa omnes constituimus, qui hac labe polluti sunt vel polluentur. Eos autem, qui antehac clerici orthodoxorum fidei et monachi quidem, qui Eutychem habitare diversorium, neque enim monasterium dicendum est quod religionis habuit inimicos, qui adhuc usque insaniam processerunt relicto venerabilis religionis cultu et synodico decreto, quod totius pene orbis Chalcedone coadunati definire sacerdotes, infaustam Eutychem sequuntur assertionem, quia, vera luce deserta, tenebras eligendas esse crediderunt, omnibus pœnis vel hac vel præcedentibus legibus adversus hæreticos definitæ sunt jubemus teneri, imo extra Romanum expelli solum, sicut præcedentes religiosissimæ constitutiones de Manichæis constituere, ne eorum venenatis fraudibus acceleratisque commentis innocentum vel infirmorum animi decipiantur. Comperimus præterea quædam eos in contumeliam religionis et in invidiam venerabilis synodice definitionis fuisse mentitos, conscriptisque libris et chartarum tomis plura finxisse, quæ eorum insaniam adversus veram ^a fidem aperte signarent; atque ideo præcipimus ubicunque hujusmodi scripta reperta fuerint, ignibus concremari: eos vero qui vel scripserint, vel aliis legenda tradiderint docendi studio vel discandi, censemus deportatione puniri; delenda est enim hæc infausta hæresis sicut pridem edictis serenitatis nostræ continetur: omnibus adimimus facultatem, quia ultimo supplicio coerceri-

^a Ex T. 1, 2. In aliis Codicibus: *meram*; sicque postea.

^b *Æ.*, *mulcta*; sicque postmodum.

atur qui illicita docere tentaverit. Eos vero qui sequendi studio audierint scelerata disserentem denarum librarum auri mulctatione ^b compescimus, ita enim materia subtrahetur erroris, si peccatorum et doctor defuerit et auditor, Palladi, parens charissime atque amantissime. Illustris itaque et magna auctoritas tua, edictis propositis, **110** omnibus faciat nota quæ jussimus, cognoscentibus moderatoribus provinciarum eorumque officiis, defensoribus etiam civitatum: quod si ea quæ vera fide et sancto proposito custodienda censuimus aut neglexerint aut permiserint temerari, denarum librarum auri mulctatione percussus, ut religionis legumque proditores, etiam de æstimatione laborabunt. Datum ^c xv Kalendas Augustas Constantinopoli Sporacio consule et qui fuerit ^B nuntiatus.

Alia Marciani augusti adversus supra memoratos hæreticos.

Imperator Marcianus augustus Palladio præfecto prætorii.

Licet jam jamque sacratissima constitutione mansuetudinis meæ cautum ac definitam sit quæ in eos severitas exercenda sit qui Eutychem vel Apollinaris hæreticam perversitatem [*U.*, pravitatem] secuti a religione et fide catholica deviarunt; Alexandrinæ tamen urbis cives atque habitatores tantis sunt Apollinaris infecti venenis, ut necessarium fuerit ea quæ ante jam sanximus repetita etiam nunc lege decernere. Oportet enim ut sit numerosa severitas sanctionum, ubi est licentia crebra culparum, custodienda: præterea orthodoxæ fidei cura tanto a serenitate mea adhiberi impensior debet, quanto res humanas divina præcedunt. Quicunque ergo vel in hac sacra urbe, vel in Alexandria civitate, vel in omni Ægyptiaca diocesi diversisque aliis provinciis Eutychem profanam perversitatem sequuntur, et ita non credunt ut trecenti decem et octo sancti Patres tradiderunt catholicam fidem in Nicæa civitate fundantes, centum quoque et quinquaginta alii venerabiles episcopi qui in hac alma urbe Constantinopolitana postea convenerunt, sicut Athanasius et Theophilus et Cyrillus sanctæ recordationis episcopi Alexandrinæ civitatis credebant, quos [*T.* 1, 2, quod] etiam Ephesitana synodus cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit, in qua Nestorii error expulsus est, in universis secuta est, quos et nuper venerabilis Chalcedone synodus est secuta, prioribus conciliis sacerdotum ex omni prorsus parte consentientibus, nihilque adimens a sacrosancto symbolo neque adiciens, sed Eutychem dogmata funesta condemnans; sciant se esse hæreticos Apollinaristas, Apollinaris enim facinorosissimam sectam Eutychem et Dioscorus mente sacrilega secuti sunt ^d. Ideoque hi omnes qui Apollinaris vel Eutychem perversitatem sequuntur, illis pœnis, quæ a divorum retro principum constitutionibus **111** contra Apollinaristas,

^c T. 1, 2, U., G., *Data*.

^d Ex U. In A. et reliquis desunt verba: *secuti sunt*.

vel serenitatis nostræ postmodum sanctione contra A Eutychnianistas, vel hac ipsa augustissima lege contra eosdem decreta sunt, noverint se esse plectendos. Idcirco Apollinaristæ, hoc est, Eutychnianistæ, quibus etsi est in appellatione diversitas, est tamen in hæresis pravitate conjunctio, et dispar quidem nomen, sed idem sacrilegium, sive in hac alma urbe diversisque provinciis vel in Alexandrina civitate, sive intra Ægyptiacam diœcesim sunt, neque ita credunt quod prædicti venerabiles Patres credebant, neque viro reverentissimo Alexandrinæ urbis antistiti Proterio fidem orthodoxam tenenti communicant, secundum sacratissimas divorum retro principum constitutiones, quæ de Apollinaristis promulgatæ sunt, non habeant potestatem faciendi testamentum nec condendæ ultimæ voluntatis, neque id adquirant B quod ipsis ex testamento cujusquam fuerit derelictum, nihil etiam ex donatione aliqua consequantur; sed si quid in ipsos vel liberalitate viventis vel mortientis fuerit voluntate collatum, id protinus fisco nostro addicatur, ipsi vero in nullos aliquid ex facultatibus suis donationis titulo et jure transfundant. Episcopos vero ^a vel presbyteros aliosque clericos illis creare et habere non liceat, scientibus tam his Eutychnianistis vel Apollinaristis qui auri fuerint cuiquam episcopi vel presbyteri vel clerici nomen imponere, quam his qui conati fuerint impositum sibi nomen sacerdotale retinere, pœnam se exsilii cum facultatum suarum amissione subituros. Eos vero qui antebac catholicæ Romæ ecclesiarum clerici vel orthodoxæ fidei monachi fuerint, et relicto vero C et orthodoxo omnipotentis Dei cultu, Apollinaris vel Eutychnianis hæresim et dogmata abominanda sectati sunt vel post hæc sectabuntur, omnibus pœnis, quæ vel prioribus legibus adversus hæreticos constitutæ sunt, jubemus teneri et extra ipsum quoque Romani imperii solum pelli, sicut de Manichæis præcedentium legum instituta [*Æ.*, statuta] sanxerunt. Universi præterea Apollinaristæ vel Eutychnianistæ non ecclesias, non monasteria sibi constituent, parasynaxes et conventicula tam diurna quam nocturna non contrahant, neque ad domum neque ad possessionem cujusquam, neque ad monasterium, vel ad quemcunque locum, ^b operatores sectæ funestissimæ congregentur. Quod si fecerint et hoc factum fuisse D domino volente constiterit, post rem in examinatione judicis approbatam domus vel possessio in quam convenerint fisco sine dilatione societur, monasterium vero ejus civitatis orthodoxæ ecclesiæ in cujus territorio **112** est jubemus addici; si vero, ignorante domino, sciente vero qui pensiones domus exigit, vel conductore vel procuratore vel actore prædii parasynaxes et conventicula interdicta convenerint, conductor vel procurator, sive actor vel quicumque in domum vel possessionem vel monasterium receperint, ac passi fuerint illicitas parasyn-

^a *Æ.*, B. R., T. 1, 2, U., G., quoque.

^b *Æ.*, B. R., E. 3, T. 1, 2, U., ad quemcunque alterius locum.

naxes conventusque celebrari; si vilis et abjectæ conditionis sunt, fustibus publice ^c et in pœnam suam et in aliorum exercentur exemplum; si honestæ vero personæ sunt, decem libras auri mulctati nominis fisco nostro cogantur inferre [T. 2, exsolvere]. Nullum præterea Apollinaristam vel Eutychnianistam ad aliquam jubemus aspirare militiam, nisi ad cohortalinam vel limitaneam; si qui vero extra cohortalinam vel limitaneam inventi fuerint militare soluto [*Æ.*, T. 1, 2, soluti] cingulo, honestorum hominum et palatii communione priventur, nec in aliqua nisi in ea in qua nati sunt civitate vel vico et regione versentur: si qui vero in hac alma urbe nati sunt, tam sacratissimo comitatu quam omni per provinciam metropolitana civitate pellantur. Nulli insuper Eutychnianistæ vel Apollinaristæ publice vel privatim cœtus et circulos contrahendi et de errore hæretico disputandi aut perversitatem facinorosi dogmatis asserendi tribuatur facultas: nulli etiam contra venerabilem Chalcedonensem synodum liceat aliquid vel dictare vel scribere, vel legere atque emittere aut aliorum super eadem re scripta proferre: nemo hujusmodi habere libros, et sacriloga scriptorum audeat monumenta servare. Quod si qui in his criminibus fuerint deprehensi, perpetua deportatione damnentur; eos vero qui discendi studio audierint de infæusta hæresi disputantes, decem librarum auri quæ fisco nostro inferendæ sunt jubemus subire dispendium; omnes vero hujusmodi chartæ ac libri, qui funestum Eutychnianis, hoc est, Apollinaris fuerint dogma complexi, incendio concrementur, ut facinorosæ perversitatis vestigia ipsa flammis ambulata depereant, æquum namque est ut immanissima sacrilegia par pœnæ magnitudo percellat, Palladi parens charissime atque amantissime, illustris igitur et magna auctoritas tua quæ hac sacratissima constitutione decrevimus, in hac alma urbe diversisque provinciis ac præcipue in Alexandrina civitate, et per universam Ægyptiacam diœcesim edictis ex more propositis, ad omnium notitiam faciat pervenire, ut cuncta quæ statuitur in eos qui rei fuerint deprehensi severitas protinus exerceatur, scientibus moderatoribus provinciarum eorumque apparitoribus, defensoribus etiam civitatum. **113** Quod si ea quæ legis hujus religiosissima sanctione custodienda decrevimus aut neglexerint aut aliqua permiserint temeritate violari, denarum ^d librarum auri mulctati fisco cogantur inferre, insuper etiam existimationis suæ periculum sustinebunt. Ea quoque quæ de Paganis per omne Romanum imperium æqualiter vallitura perennitatis nostræ lege decrevimus instantissime in eos exercentur, quos constituerit profanos ritus et simulacrorum impios cultus et interdicta sibi sacrilegia celebrare. Datum sub die Kalendarum Augusti Constantinopoli, divo Valentiniano VIII et Anthemio viris clarissimis consulibus.

^c *Æ.*, fustibus publice centum.

^d Deest forte pondus vel pretium. B. R., denarium.

Epistola formata Attici episcopi Constantinopolitani. A

Græca elementa litterarum, numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter Græci sermonis notitiam habet ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos Latinus formatas appellat, aliqua fraus falsitatis temere præsumeretur, hoc a Patribus **114** trecentis decem et octo Nicæa congregatis saluberrime inventum est et constitutum, ut formatæ epistolæ hanc calculationis seu supputationis habeant rationem, id est, ut assumantur in supputatione prima Græca elementa Patris, et Filii, et Spiritus sancti, hoc est Π , Υ , Λ , quæ elementa octogenarium et quadrigentesimum et primum signi-

ficant numerum, Petri quoque apostoli prima littera id est Π , qui numerum octogenarium significat, ejus quoque qui scribit episcopi prima littera, cujus scribitur secunda, accipientis tertia, littera civitatis quoque de qua scribitur quarta, et indictionis, quæcunque est temporis, idem qui fuerit numerus assumatur: atque ita his omnibus Græcis litteris quæ, ut diximus, numeros exprimunt in unum ductis, unam quæcunque collecta fuerit summam epistola teneat: hanc qui suscipit, omni cum cautela requirat expressum, addat præterea separatim in epistola etiam nonagenarium et nonum numerum qui secundum Græca elementa significant Θ .

AFRICÆ CONCILIA.

XII

CONCILIUM CARTHAGINENSE PRIMUM

QUINQUAGINTA ^a EPISCOPORUM.

Cum Gratus episcopus Carthaginis in concilio una cum collegis suis consedisset ^b et qui ex diversis provinciis Africanis ad Carthaginem conveniunt, Felix ^c Bajanensis, Fortunatianus Capsitanus, Crescentis Bagensis, Vindicius Lacubacensis, Abundantius Adrumetinus, Privatus Bejeselitanus, Gaudentius Turretamalliensis, Epartius Sicensis, Quietus Uticensis, Romulus Tebestinus, et cæteri quorum manus continentur, idem Gratus episcopus dixit: Gratias Deo omnipotenti et Christo Jesu, qui dedit malis schismatibus ^d finem et respexit Ecclesiam suam; ut in ejus gremium erigeret universa membra dispersa; qui imperavit religiosissimo Constantio ^e imperatori ut votum gereret unitatis, et mitteret ministros operis sancti famulos Dei Paulum et Macarium, Ex Dei ergo nutu congregati ad unitatem ut per diversas provincias concilia celebraremus et universæ provinciæ Africæ hodierno die concilii gratia ad Carthaginem veniretur: unde considerantibus vobis cum mediocritate mea, tractentur tituli necessarii, de quibus necesse est nos memores præceptorum divinatorum et magisterii Scripturarum sanctarum, contemplantes unitatis tempus, id de singulis definire, quod nec Carthago vigorem legis infringat, nec tamen tempore unitatis aliquid durissimum statuamus.

115 I. *Ut baptismus in Trinitate susceptus non iteretur.*

Ergo, si vobis placet, consideremus primum titulum

^a Deerat episcoporum numerus in Codice Lucensi, D qui in reliquis cum A. conveniebat.

^b Ex *Æ.*, B. R., T. 1, 2, U., G. In A. et E. 3, *resedisset.*

^c In *Æ.*, B. R., E. 3, T. 1, 2, nomina episcoporum in casu ablativo locata sunt: *Felice, Fortunatiano, etc.*

^d T. 1, 2, *malis schismatis.*

rebatizationis ^f; et sanctitatem vestram postulo ut mentis vestræ placita producat, an descendente in aquam et interrogatum in Trinitate secundum Evangelii fidem et apostolorum doctrinam et confessum bonam conscientiam in Deum de resurrectione Jesu Christi, liceat iterum interrogari in eadem fide et in aqua iterum tingi? Universi episcopi dixerunt ^g: Absit; illicitam enim esse sancimus rebaptizationem, et satis esse alienam a sincera fide et a catholica disciplina.

II. *De martyrum sepulcris et honorificentia.*

Gratus episcopus dixit: Magna beatitudo a Deo Patre per Christum Dominum concessa est temporibus nostris, ut liceat religiosis mentibus insinuare ecclesiasticam disciplinam, ut auditores percipientes regulam rectam et Deo placeant et præmia meritorum bonorum percipiant, ut in ipsis Deus in omnibus et pro omnibus honoretur. Discussus est titulus necessarius rebaptizationis, in quo [T. 2, in qua] plus schismaticis rabies delitescerat, et adhibita moderatione, legis vigor et auctoritas custodita est: illud sane sapientissimis vestris sensibus insinuare contendo, licet vestra prudentia sit instructa et a Deo docta, et mereatur in pace et unitate consequi desuper munera larga, tamen et ego unus ex vobis et qui parem vobiscum sollicitudinem geram propter ecclesiasticum ordinem illud insinuare curabo: martyrum dignitatem nemo profanus infamet, neque passiva corpora quæ sepulturæ tantum propter mi-

^e T. 1, 2, *Constantino.*

^f In Codicibus: *rebaptidiationis*. Aliis vero locis quidam Codices *rebaptizatio*, quidam *rebaptidiatio* scribere solent: atque in uno eodemque Codice diversam hujus vocis scripturam reperire fas erit.

^g *Æ.*, B. R., T. 1, 2, U., G., *dixerunt: Absit, absit.*

sericordiam ecclesiasticam commendari mandatum est redigant, aut insania præcipitatos aut alia ratione peccati discretos, non ratione vel tempore competenti quo martyria celebrantur, martyrum nomen appellent: aut si quis in injuriam martyrum claritati eorum adjungat insanos, placet eos si laici sunt, ad poenitentiam redigi: si autem sunt clerici post commonitionem ^a et post cognitionem honore privari. Universi dixerunt: **116** Recte statuit sanctitas vestra; hoc et singulis conciliis statutum est.

III. *Ut clerici vel sanctimoniales feminæ cum extraneis viris vel feminis non habitent.*

Gratus episcopus dixit: Et illud præcipue, si videtur vestræ dilectioni, cavendum est ut pastoris curam quantum debet et potest regalis providentia tota præmuniat, ut nullis liceat extraneis ab affectu carnali abstinentibus diverse pariter commorari; occasiones enim amputandæ sunt peccatorum, et tollendæ omnes suspiciones, quibus subtilitas diaboli sub prætextu charitatis et dilectionis incautas animas vel ignaras irretire consuevit. Nullus igitur et nulla sanctimonix et virginitati deserviens propter blasphemiam Ecclesiæ, si vobis placet, in una domo penitus commorari non debet. Universi dixerunt: Qui nolunt nubere et pudicitix meliorem eligunt partem vitare debent non solum habitare simul, sed nec habere ad se aliquem accessum: hoc ergo et lex jubet et sanctitas vestra commendat, hoc et in singulis conciliis a nobis statutum est ^b. Gratus episcopus dixit: Ergo persuasio interdum prudentes solet arcere a peccatis, cum imprudentes debet metus hujusmodi constringere, si sanum consilium respiciunt et salutare mandatum; si ergo laici sunt, post commonitionem si contempserint, a communione separentur; si clerici sunt, honore priventur. Universi dixerunt: Placet, placet.

IV. *Ut cum viduis vel viduabus extraneæ personæ non commorentur.*

Gratus episcopus dixit: Etsi infinita sunt quæ lege præscripta sunt proficietia disciplinæ, et unusquisque nostrum tractatu assiduo et commonitione frequentî singulas quasque species proficientes ad disciplinam poterit populis intimare; tamen aliqua ex his propter blasphemiam suggerenda sunt a nobis et in concilio statuenda: si videtur vobis, pari sententia teneantur etiam hi, qui cum viduis commorantur et nulla cum se germanitate conjuncti sunt. Universi dixerunt: Et juxta viduos et viduas eadem lex maneat et sententia.

117 V. *Ut clerici et laici in alterius ecclesia non ordinentur.*

Privatus episcopus Bejeiselitanus dixit: Suggero sanctitati vestræ, ut statuatis non debere clericum alienum ab aliquo suscipi sine litteris episcopi sui,

^a Ex *Æ.*, T. 2, U., G. In A. et reliquis: *communione*.

^b U. G., a nobis sic confirmatum aut statutum est.

^c *Æ.*, B. R., T. 1, U., G., concessum habeat.

^d In Codicibus..... non accedant.

^e U., et nemo..... accedat.

A neque apud se detinere, sed neque laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum ordinet sine conscientia ejus episcopi de cujus plebe est. Gratus episcopus dixit: Hæc observata res pacem custodit, nam et meminî sanctissimi concilii Sardicensis similiter statutum, ut nemo alterius plebis hominem sibi usurpet, sed si forte erit necessarium ordinationi, ut de vicino homo sit necessarius, petat a collega suo et consensum habeat ^e.

VI. *Ut clerici actus sæcularium vel procuraciones non suscipiant.*

Nicasius episcopus Colusitanus dixit: Credo placere suggestionem meam sanctitati vestræ, et displicere vobis ut qui serviunt Deo et annixi sunt clero accedant ^d ad actus et administrationem vel procuracionem domorum. Gratus episcopus dixit: Et apostolorum statuta sunt quæ dicunt: *Nemo militans Deo ingerit se negotiis sæcularibus*: proinde aut clerici sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio clericorum. Universi dixerunt: Hoc observemus.

VII. *Ut clerici vel laici in aliena ecclesia non communent sine litteris episcopi sui.*

Cassianus Usulensis episcopus dixit: Statuat gravitas vestra, ut unusquisque clericus vel laicus non communent in alia plebe sine litteris episcopi sui. Gratus episcopus dixit: Nisi hoc observatum fuerit communio fiet passiva; nam si cum litteris receptus fuerit, et concordia inter episcopos servatur ^e ut nemo subtilis alterius fugiens communionem ad alium latenter accedat. Universi dixerunt: Omnibus provides et clero et laicis consulens ^f.

VIII. *Ut implicati negotiis alienis, nisi antea reddita ratione clerici non ordinentur.*

Magnus episcopus Astuagensis dixit: Quid dilectioni vestræ videtur, procuratores et actores, tutores etiam seu curatores pupillorum si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit: Si post deposita universa et reddita **118** ratiocinia ^g actus vitæ ipsorum fuerint comprobati in omnibus, debeant et cum laude cleri si postulatus fuerit honore munerari; si enim ante libertatem negotiorum vel officiorum ab aliquo sine consideratione fuerit ordinatus, Ecclesia infamatur. Universi dixerunt: Recte omnia statuit sanctitas tua; ideo quæ tua est, nostra est quoque sententia.

IX. *Ut laici clericos actores vel ratiocinatores sibi non constituent.*

Mettun Cannensis ^h episcopus dixit: Recte statutum est ut obnoxii negotiis alienis non ordinentur; tamen si dimissi, et gratias referre debent et a clericorum injuria temperare: et ipsis non liceat vel dominis clericos nostros eligere apothecarios vel ratiocinatores. Gratus episcopus dixit: Nulli dubium est quod omnes vel domini vel procuratores vel quicum-

^f Ex reliquis Codicibus desumpta hæc lectio. In A., ut clericis et laico consulentes.

^g Ex U. In A. et reliquis, *ratiocinia si actus*: additur itaque si quod redundare visum est.

^h *Æ.*, Mettucanensis. T. 2., Metun canonensis. U., Met Tuncanensis.

que præsunt, cum audierint saluberrima instituta concilii et sibi esse consultum nec impeditum, propriam inbibebunt injuriam in clericis nostris; quod si in injuriam constitutionis imperatoris clericos inquietandos putaverint, et defensio ecclesiastica non deerit et pudor publicus vindicabitur. Universi dixerunt: Saluberrimæ provisiones debuerunt tanto concilio.

X. *Ne episcopus alterius episcopi plebes aut fines usurpet.*

Felix episcopus Bajensis dixit: Nullus debet collegæ facere injuriam, multi enim et transcendunt suas et usurpant alienas plebes, ipsis invitis. Gratus episcopus dixit: Avaritiæ cupiditatem^a radicem omnium malorum esse nemo est qui dubitet^b: proinde inhibendum est ne quis alienos fines usurpet aut transcendat episcopum collegam suum et usurpet alterius plebes sine ejus petitu, quia inde cætera mala omnia generantur. Universi dixerunt: Placet, placet.

XI. *De clericis contumacibus, et de numero judicantium episcopum, presbyterum et diaconum.*

Elpidephorus [Æ., Elipidephorus] Cuiculitanus episcopus dixit: Statuat sanctitas vestra, ut clerici qui superbi vel contumaces sunt coerçantur: qui minores sunt et majoribus irrogaverint injurias metum habeant disciplinæ. Gratus episcopus dixit: Manifestum est illum non esse Dei qui humilitatem condemnat, sed 119 diaboli qui superbiæ inventor et princeps est; unde si quis tumidus vel contumeliosus exstiterit in majorem natu vel aliquam causam habuerit, a tribus vicinis episcopis, si diaconus est qui arguitur; si presbyter est, a sex; si episcopus, a duodecim consacerdotibus audiatur. Universi episcopi dixerunt: Contundi debet contumacia, et superbia in omnibus frangi: causæ vero pro personis ab statuto numero audiantur.

XII. *Ut pacta inter episcopos inita custodiantur.*

Antigonus [T. 2, U., Antigonius] episcopus Marginensis^c dixit: Gravem injuriam patior, et credo dolere sanctitatem vestram contumeliam meam, et computare communem injuriam^d. Optantius cum se repræsenteret pactum mecum habuit et divisimus plebes; manus nostræ tenentur et pittacia: contra hoc pactum circuit plebes mihi attributas, et susurrat populis ut illum Patrem, me vitricum nominent.

^a U., *Avaritiam et cupiditatem.*

^b Ex Æ. In A. et reliquis: *quis nemo dubitet.*

^c Æ. B. R., T. 1, *Margirensis. U., Margiensis.*

Gratus episcopus dixit: Factum hoc dolendum est, ut in se illiciant populorum imperitorum animos contra disciplinam, contra evangelicam traditionem, contra placita pacis; nam si sibi posse contingere arbitrentur, nunquam profecto in fratrem aliquis deliquisset: unde aut inita pacta sui obtineant firmitatem, aut conventus, si se non colibuerit, ecclesiasticam sentiet disciplinam. Universi dixerunt: Pax servetur, pacta custodiantur.

XIII. *Ut non liceat clericis fenerari.*

Abundantius episcopus Adrumetinus dixit: In nostro concilio statutum est ut non liceat clericis fenerari: quid etiam sanctitati 120 tuæ et huic concilio videtur, præsentis placito designetur. Gratus episcopus dixit: Novella suggestio: quæ vel obscura sunt vel sub genere latent, inspecta a nobis formam accipient: cæterum de quibus apertissime divina Scriptura sanxit non ferenda sententia est, sed potius exsequenda. Proinde quod in laicis deprehenditur, id multo magis debet in clericis prædamnari. Universi dixerunt: Nemo contra prophetas, nemo contra Evangelia facit sine periculo.

XIV. *Ut laici contemptores canonum excommunicentur, clerici honore priventur.*

Gratus episcopus dixit: Juxta statuta concilii et meæ mediocritatis sententiam placet facere rerum omnium conclusionem: universi tituli designati et digesti teneant sententias suas; sane credo vos tenere, multis conciliis a patribus nostris et traditione esse damnatam et rebaptizationis impietatem esse puniendam; quas res etiam nostro concilio credo jam terminum accepisse. Reliqua vero quæ vel facta vel dicta superius comprehensa sunt, vel aliis conciliis conscripta secundum legem inveniuntur, custodire nos oportet. Si quis vero statuta supergressus corruperit vel pro nihilo habenda putaverit, si laicus est, communionem; si clericus est, honore privetur. Universi dixerunt: Placet, placet. Gratus episcopus dixit: Superest jam ut placita omnium nostrorum, quæ ad consensum vestrum sunt scripta, vestra quoque subscriptione firmetis. Universi dixerunt: Et consensisse nos concilii hujus scripta testantur: et subscriptione nostra consensus declarabitur noster. Et subscripserunt.

D^d Ex reliquis præter A., in quo desunt verba: *et computare communem injuriam.*

XIII

CONCILIIUM CARTHAGINENSE SECUNDUM

SEXAGINTA UNUS EPISCOPORUM ÆRA CCCCXXVIII XVI KALENDAS JULIAS.

Gloriosissimo imperatore Valentiniano Augusto quarto et Neoterio viris clarissimis consulibus, Carthagine in basilica perpetua restituta, cura Geneclius episcopus una cum Victore Abdiritano, et alio Victore

Puppianensi, et cæteris coepiscopis suis provinciarum diversarum^a consedisent.

121 I. *Ut Trinitas et credatur et prædicetur.*

Geneclius episcopus dixit: Omnipoenti Deo

^a In A. deest vox *diversarum*, quæ ex cæteris Codicibus desumpta est.

gratias refero, qui permisit ut secundum commune consilium^a habitum in præterito, et juxta tenorem petitionis litterarum mearum ad Carthaginem pro fide atque utilitate ecclesiastica veniretis, etsi non omnes, tamen quoniam totum charitas persuadet^b, ut qui corpore sunt absentes, nobiscum spiritu videantur esse conjuncti; idcirco, Deo propitio quia præsentibus estis, pari professione fides ecclesiastica quæ per nos traditur in hoc costu glorioso primitus constituta est: tunc demum ordo ecclesiasticus singulorum et consensu omnium astruendus ad corroborandas fratrum et coepiscoporum nostrorum nuper promotorum mentes de his quæ proponenda sunt, quæ a patribus certa dispositione accepimus: ut Trinitatem quam nostris in sensibus consecratam retinemus, Patris et Filii et Spiritus sancti unitatem quæ nullam noscitur habere differentiam, sicut didicimus [U., diacimus], ita Dei populos instruamus. Ab universis episcopis dictum est: Plane sic accepimus, sic tenemus, sic docemus fidem apostolicam sequentes.

II. *Ut castitas a levitis et sacerdotibus custodiatur.*

Epigonius episcopus Bullensium [T. 2, Hullensium] regionum dixit: Cum præterito concilio de continentia et castitate tractaretur, gradus isti tres qui constrictione quadam castitatis per consecrationes annexi sunt, episcopus inquam, presbyter et diaconus, tractatu pleniori, ut pudicitiam custodiant, doceantur. Geneclius episcopus dixit: Ut superius dictum est, decet sacrosanctos antistites ac Dei sacerdotes, necnon et levitas vel qui sacramentis divinis inserviunt, continentes esse in omnibus, quo possint simpliciter quod a Domino postulant impetrare, et^c quod apostoli docuerunt et ipsa servavit antiquitas nos quoque custodiamus. Ab universis episcopis dictum est: Omnibus placet ut episcopus, presbyter et diaconus, pudicitiam custodes, etiam ab uxoribus se abstineant, ut in omnibus et ab omnibus pudicitiam custodiatur, qui altario inserviunt.

III. *Ut chrisma et benedictio puellarum et reconciliatio pœnitentium a presbyteris non fiat.*

Numidius episcopus Maxulitanus dixit: Si jubet sanctitas vestra, suggero, nam memini 122 præteritis conciliis fuisse statutum, ut chrisma vel reconciliatio pœnitentium, necnon et puellarum consecratio, a presbyteris non fiat; si quis autem emergerit hoc facere, quid de eo statuendum sit? Geneclius episcopus^d dixit: Audivit dignatio vestra suggestionem fratris et coepiscopi nostri Numidii; quid ad hæc dicitis? Ab universis episcopis dictum est: Chrismatis confectio et puellarum consecratio a presbyteris non fiat, vel reconciliare quemquam publica missa presbytero non licere hoc omnibus placet.

IV. *Ut presbyter pœnitentem jussus ab episcopo suo reconciliet.*

Geneclius episcopus dixit: Si quisquam in periculo fuerit constitutus et se reconciliari divinis altaribus

^a T. 1, 2, U., G., concilium.

^b U., totum charitatis vinculum persuadet.

A petierit, si episcopus absens fuerit, debet utique presbyter consulere episcopum, et sic perichitantem ejus præcepto reconciliare: quam rem debemus salubri consilio roborare. Ab universis episcopis dictum est: Placet omnibus quod sanctitas vestra necessario nos instruere dignata est.

V. *Ut diæcesis quæ episcopum nunquam habuit non habeat.*

Felix episcopus Selemselitanus dixit: Etiam, si hoc placet sanctitati vestræ, insinuo, ut diæceses quæ nunquam episcopos habuerunt, non habeant, vel illa diæcesis quæ aliquando habuit habeat proprium: et si accedente tempore, crescente fide, Dei populus multiplicatus desideraverit proprium habere rectorem, cum ejus videlicet voluntate in cuius potestate diæcesis constituta est habeat episcopum: secundum autem hanc prosecutionem [T. 2, propositionem] sanctitatis vestræ est æstinare quid fieri debeat. Geneclius episcopus dixit: Si placet insinuatio fratris et coepiscopi nostri Felicis, ab omnibus confirmetur. Ab universis episcopis dictum est: Placet, placet.

VI. *Ut qui criminibus implicati sunt clericos non accusent.*

Numidius episcopus Maxulitanus dixit: Præterea sunt quampluri non bonæ conversationis, qui existimant majores natu vel episcopos passim vage in accusatione pulsandos: debent tam facile admitti contra apostolicam regulam, necne? Geneclius episcopus dixit: Placet igitur charitati vestræ, ut is qui aliquibus sceleribus irretitus est vocem 123 adversus majorem natu non habeat accusandi? Ab universis episcopis dictum est: Si criminis est, ut non admittatur omnibus placet.

VII. *Ut qui excommunicatum alterius susceperit excommunicetur.*

Felix episcopus Selemselitanus dixit: Illud autem suggero vestræ sanctitati, ut hi qui pro facinoribus suis de Ecclesia pelluntur, et ausi fuerint aut ad comitatum pergere aut ad judicia publica prostrare, aut forsitan Ecclesiæ catholicæ limina attentare episcopus vel clericus cujuslibet plebis, de his quid censeatis? Epigonius episcopus Bullensium regionum dixit: Si quis episcopus communionem tenens catholicam hujusmodi hominem vanis blandimentis incederit, D sciat cum iisdem rejectis se esse depravatum, transiens in sortem eorum. Geneclius episcopus dixit: Ergo recte suggerunt fratres et coepiscopi nostri, ut qui facinorum merito suorum ab Ecclesia pulsati sunt, si ab aliquo episcopo vel clerico fuerint communionem suscepti, etiam ipse pari cum eisdem crimine teneatur obnoxius. Ab universis episcopis dictum est: Omnibus placet.

VIII. *Ut excommunicatus presbyter si sacrificare præsumperit anathematizetur.*

Felix episcopus Selemselitanus dixit: Nec illud præmittendum est, ut si quis forsitan presbyter ab episcopo suo correptus aut excommunicatus,

^c Æ., B. R., T. 1, 2, U., ut.

^d U., episcopus omnibus dixit.

timore vel superbia inflatus putaverit separationem A Deo sacrificia offerenda, vel aliud [Æ., aliquod] erigendum altare, contra ecclesiasticam fidem disciplinamque crediderit agendum, non exeat impunitus. Geneclius episcopus dixit: Necessaria disciplinae ecclesiasticae et fidei congrua sunt quae frater noster Felix prosecutus est: proinde quid exinde videtur vestrae dilectioni edicite. Ab universis episcopis dictum est: Si quis presbyter a praeposito suo excommunicatus vel correptus fuerit, debet utique apud vicinos [Æ., binos] episcopos conqueri, ut ab ipsis ejus causa possit audiri ac per ipsos suo episcopo reconciliari; quod nisi fecerit, sed superbia, quod absit, inflatus discernendum se ab episcopi sui communionem duxerit ac separatim cum aliquibus schisma faciens sacrificium Deo obtulerit, loco amisso anathema habeatur: nihilominus et de civitate in qua fuerit longius depellatur, ne vel ignorantes vel simpliciter **124** viventes serpentina fraude decipiat. Secundum Apostolum: *Ecclesia una est, una fides, unum baptismum*: et si querimoniam justam adversus episcopum habuerit, inquirendum erit.

IX. *Ut si presbyter inconsulto episcopo agendam celebraverit a honore privetur.*

Numidius episcopus Maxulitanus dixit: In quibusdam locis sunt presbyteri qui aut ignorantes simpliciter, aut dissimulantes audaciter, praesente et inconsulto episcopo, quamplurimis in domiciliis agant agendam, quod disciplinae et incongruum esse cognoscit sanctitas vestra ^b. Geneclius episcopus dixit: **C** Fratres et coepiscopi nostri dignae suggestioni tuae respondere non morentur. Ab universis episcopis dictum est: Quisquis presbyter inconsulto episcopo agendam in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius existit.

X. *Quanti debeant sacerdotem judicare atque levitam.*

Felix episcopus Selemselitanus dixit: Etiam et hoc adjicio secundum statuta veterum conciliorum, ut si quis episcopus, quod non optamus ^c, reatum aliquem incurrerit, et fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregari: ne ^d in crimine remaneat, a duodecim episcopis audiatur et a sex presbyter et a tribus diaconis cum proprio suo episcopo. Geneclius episcopus dixit: Quid ad haec dicit sanctitas vestra? Ab universis episcopis dictum est: **D** Dignum est a nobis veterum statuta debere servari.

^a U., *agendam id est missam celebraverit.*

^b U., *cognoscitur, sanctitas vestra quid sibi in hoc profert?*

^c T. 1, 2, *optamus fieri.*

^d B. R. T., 1, 2, *plurimos congregare episcopos, ne.*

^e T. 1, *alienam exercere praesumat.*

XI. *Ut nullus parochiam alienam praesumat ^e.*

Victor episcopus Abdiritanus ^f dixit: Roboranda est ecclesiastica disciplina, ne quisquam episcoporum alterius plebis vel diocesis sua importunitate pulsare, terminosque sibi statutos conetur excedere: qui hoc facere tentaverit quemadmodum coercendus est? Geneclius episcopus dixit: Et lex sancta prohibet et ipsa veritas non sinit quemquam alienum concupiscere; proinde quid etiam vobis omnibus placet propria voce signate. Ab universis episcopis dictum est: Placet ut secundum divinae legis auctoritatem nemo nostrum alienos limites transgrediatur.

125 XII. *Ut sine consulto ^g metropolitano nullus ordinetur episcopus.*

Numidius episcopus Maxulitanus dixit: Aliqui episcopi usurpatione quadam existimant, contempto primato cujuslibet provinciae suae, ad desiderium populi episcopum ordinare, neque litteris ad se primae cathedrae manentibus ^h neque potestate accepta: de hoc quid statuit sanctitas vestra? Geneclius episcopus dixit: Quoniam communis est honorificentia quae debet unicuique servari, de hoc ipso, fratres, vestrum est pronuntiare. Ab universis episcopis dictum est: Placet omnibus ut inconsulto primato cujuslibet provinciae tam facile nemo praesumat, licet cum multis in quocunque loco sine ejus ut dictum est, praeepto, episcopum non debere ordinare: si autem necessitas fuerit, tres episcopi, in quocunque loco sint, cum primatis praeepto ordinare debeant ⁱ.

126 XIII. *Ut episcopus qui contra professionem suam in concilio habitam venerit, deponatur.*

Geneclius episcopus dixit: Omnia ergo quae a caetu gloriosissimo statuta sunt, placet ab omnibus custodiri? Ab universis episcopis dictum est: Placet, placet, custodiantur ab omnibus. Geneclius episcopus dixit: Si, quod non opinamur, ab aliquo fuerint violata, quid statuitis? Ab universis episcopis dictum est: Qui contra suam professionem vel subscriptionem venerit, ipse se ab hoc caetu separavit. Geneclius episcopus dixit: Gratulor, Deo nostro praestante, quod pro statu Ecclesiae catholicae cuncta nos salubri consilio servanda decrevimus; et ideo quae ab omnibus sunt dicta, propria debemus subscriptione roborare. Ab universis episcopis dictum est: Fiat, fiat. Et subscriperunt.

^f In omnibus codicibus *Abdiritanus*, cum antea *Abdiritanus* scripsissent.

^g U., G., *consultu metropolitani.*

^h B. R., T. 1, 2, *manentibus.*

ⁱ Æ., B. R., T. 1, 2, U., *ordinare debent episcopum.*

XIV

CONCILIUM CARTHAGINENSE TERTIUM

HABITUM AB EPISCOPIB; NUMERO QUADRAGINTA SEPTEM ^a, ÆRA CCCCXXXVI ^b, CÆSARIO ET ATTICO VIRIS CLARISSIMIS CONSULIBUS, V KALENDAS SEPTEMBRIS.

Carthagine in secretario basilicæ restitit cum Aurelius episcopus una cum coepiscopis suis consedisset, astantibus etiam diaconibus, constituta sunt hæc quæ in præsentî concilio definita sunt.

I. *Ut provinciales episcopi de pascha suam primatem inquirent.*

Placuit igitur in principio, propter errorem qui sæpe solet oboriri, ut omnes Africanæ provinciæ episcopi observationem diei paschalis ab Ecclesia Carthaginensi curent accipere.

II. *Ut per singulos annos concilium fiat.*

Similiter placuit ut propter causas ecclesiasticas, quæ ad perniciem plebium sæpe veterascunt, singulis quibusque annis concilium convocetur, ad quod omnes provinciæ quæ primas sedes habent, de conciliis suis binos **127** aut quantos elegerint episcopos legatos mittant; ut et minus invidiosi minusque hospitibus sumptuosi existant, et in congregato conventu plena possit esse auctoritas: de Tripoli autem propter inopiam episcoporum unus episcopus veniat ^d.

III. *Ut episcopus priusquam ordinetur canones agnoscat.*

Item placuit, ut ordinandis episcopis vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum aurius eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta concilii fecisse peniteant.

IV. *Ut levitæ et virgines ante viginti quinque annos non consecrentur.*

Item placuit, ut ante viginti quinque annos ætatis nec diacones ordinentur, nec virgines consecrentur, et ut lectores populorum non salutent.

V. *Ut sacramentum catechumenis non præbeat.*

Item placuit, ut etiam per solemnissimos paschales dies sacramentum catechumenis non detur, nisi solitum salis; quia si fideles per illos dies sacramenta non mutant, nec catechumenos oportet mutare.

VI. *Ut mortuis baptismus vel eucharistia non detur.*

Item placuit, ut corporibus defunctorum eucharistia non detur; dictum est enim a Domino: *Accipite et edite*: cadavera autem nec accipere possunt nec edere. Deinde cavendum est ne mortuos etiam baptizari posse fratrum infirmitas credat, quibus nec eucharistiam dari animadverterit.

VII. *Ut si episcopus accusatur, ubi vel infra quod tempus examinetur.*

Aurelius episcopus dixit: Quisquis episcoporum accusatur, ad primates provinciæ ipsius causam deferat accusatur, nec a communione suspendatur cui crimen intenditur [B. R., impenditur], nisi ad cau-

asam suam dicendam primæ sedis litteris evocatus die statuta minime occurrerit, hoc est intra spatium mensis ex ea die qua eum litteras accepisse constiterit: quod si aliquas veras necessitatis causas probaverit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, causæ suæ dicendæ intra alterum mensem integram habeat facultatem; verumtamen dies post mensem secundum non communicet donec purgetur. Si autem **128** nec ad concilium universale anniversarium occurrere voluerit ut vel ibi causa ejus terminetur, ipse in se damnationis sententiam dixisse iudicetur; tempore sane quo non communicat, nec in sua ecclesia vel parochia communicet: accusator autem ejus si nunquam diebus causæ dicendæ defuerit a communione non removeatur; si vero aliquando defuerit subtrahens se, restituto in communionem episcopo, ipse removeatur a communione accusator, ita tamen ut nec ipsi adimatur facultas causæ peragendæ, si se ad diem occurrere non noluisse, sed non potuisse probaverit. Illud vero placuit, ut cum agere cœperit in episcoporum iudicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad arguendum non admittatur, nisi proprias causas non tamen si ecclesiasticas asserere voluerit.

VIII. *De presbyteris et diaconibus, quanti episcopi eos audiant.*

Si autem presbyteri vel diaconi fuerint accusati, adjuncto sibi ex vicinis locis proprius episcopus legitimo numero collegarum, una secum in presbyteri nomine episcopi sex, in diaconi tres, ipsorum causam discutiant, eadem dierum et dilatione et a communione remotionum et discussione personarum inter accusatores et eos qui accusantur forma servata. Reliquorum autem clericorum causas etiam solus episcopus loci agnoscat et finiat.

IX. *Ut clerici publica iudicia non appellent.*

Item placuit, ut quisquis episcoporum, presbyterorum et diaconorum seu clericorum, cum in Ecclesia ei fuerit crimen institutum vel civilis causa fuerit commota, si relicto iudicio ecclesiastico publicis iudiciis purgari voluerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat; et hoc in criminali actione: in civili vero perdat quod eiecit, si locum suum obtinere maluerit. Cui enim ad eligendos iudices undique Ecclesiæ patet auctoritas, ipse se indignum Ecclesiæ consortio iudicat, qui de universa Ecclesia male sentiendo de iudicio sæculari poscit auxilium, cum privatorum Christianorum causas Apostolus etiam ad Ecclesiam deferri atque ibi determinari præcipiat.

^a Æ., numero quadragin' a octo.

^b Æ., B. R., T. 1, 2, ær. ccccxxxv.

^c Æ., B. R., T. 1, 2, U., comprovinciales.

^d G., veniat vel clericus.

^e T. 1, 2, episcopus vel clericus priusquam.

^f T. 1, 2, G., verum tandiu.

X. Si quisque ab aliis iudicibus ecclesiasticis ad alios A fuerit, non obesse prioribus si diversa sententia proferatur.

Hoc etiam placuit, ut a quibuscunque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos ubi est major auctoritas fuerit provocatum, 129 non eis obsit quorum fuerit soluta sententia, si convinci non potuerint vel inimico animo iudicasse vel aliqua cupiditate aut gratia depravati: sane si ex consensu partium iudices electi fuerint, etiam a pauciori numero quam constitutum est non liceat provocari.

XI. Ut filii clericorum ad spectacula non ucedant.

Ut filii sacerdotum vel clericorum spectacula sæcularia non exhibeant, sed nec spectent, quandoquidem ab spectando etiam omnes laici prohibeantur; semper enim Christianis omnibus hoc interdictum B est, ut ubi blasphemix sunt non accedant.

XII. Ut filii clericorum matrimonii infidelium non socientur.

Item placuit, ut filii vel filix episcoporum vel quorumlibet clericorum Gentilibus vel hæreticis aut schismaticis matrimonio non coniungantur.

XIII. Ut clerici de rebus suis nihil infidelibus conferant.

Ut episcopi vel clerici in eos qui catholici Christiani non sunt, etiam si consanguinei fuerint, per donationes rerum suarum nihil conferant.

XIV. Ut clerici filios suos a sua potestate exire non sinant, nisi ætate et moribus comprobatis.

Ut episcopi vel clerici filios suos a sua potestate per mancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint et de ætate securi, ut possint C ad eos jam propria pertinere peccata.

XV. Ut clerici non sint conductores vel negotiatores.

Item placuit, ut episcopi, presbyteri et diaconi vel clerici non sint conductores aut procuratores privatorum, neque ullo turpi vel inhonesto negotio victum querant, quia respicere debent scriptam esse: Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.

XVI. Ut nullus clericus sit usurarius.

Ut nullus clericorum amplius recipiat, quam cuiquam quod accommodaverit: si pecuniam, pecuniam accipiat: si speciem, speciem: quantum dederit accipiat: et quidquid aliud, tantum quantum dederit.

130 XVII. Ut cum clericis extraneæ femine non cohabitent. D

Ut cum omnibus omnino clericis extraneæ femine non cohabitent, sed solæ matres, avix et matertæ, amix, sorores et filix fratrum aut sororum, et quæcunque ex familia domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, jam cum eis habitabant, vel si filii eorum jam ordinatis parentibus uxores acceperunt, aut servis non habentibus in domo quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit.

XVIII. Ut clerici non ordinentur nisi omnes qui cum eis sunt fideles existant.

Ut episcopi et presbyteri et diaconi non ordinentur priusquam omnes qui sunt in domo eorum Christianos catholicos fecerint.

Æ., B. R., T. 1, 2, U., in diœcesi cõlegam suum.

XIX. Ut clerici cum ad pubertatem venerint aut conjugium aut castitatem profiteantur.

Placuit ut lectores, cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere aut continentiar profiteri.

XX. Ut plebes alienas alius episcopus non usurpet.

Placuit ut a nullo episcopo usurpentur plebes alienæ, nec aliquis episcoporum supergrediatur in diœcesim collegæ sui.

XXI. Ut nullus episcopus alienum clericum audeat retinere vel ordinare.

Ut clericum alienum, nisi concedente ejus episcopo, nemo audeat retinere vel promovere in ecclesia sibi credita: clericorum autem nomen etiam lectores et psalmistæ et ostiarii retinent.

XXII. Ut nullus clericus ordinetur, nisi fuerit vitæ probabilis.

Ut nullus ordinetur clericus, nisi probatus vel episcoporum examine vel populi testimonio.

XXIII. De precibus et orationibus.

Ut nemo in precibus vel Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominet; et cum altari assistitur semper ad Patrem dirigatur oratio; et quicumque sibi preces aliunde describit, non eis utatur, nisi prius eas cum instructionibus fratribus contulerit.

131 XXIV. Ut in sacrificio [U., sacramento] panis et calix offeratur.

Ut in sacramentis corporis et sanguinis Domini nihil amplius offeratur quam ipse Dominus tradidit, hoc est panis et vinum aquæ mistum [B. R., permistum], nec amplius in primitiis offeratur, quam de uvix et framenti.

XXV. Ne clerici vel continentes ad virgines vel viduas soli habeant accessum.

Ut clerici vel continentes ad viduas vel virgines nisi ex jussu vel permissu episcoporum aut presbyterorum non accedant, et hoc non soli faciant, sed cum conclericis vel cum his cum quibus episcopus aut presbyter jusserit; nec ipsi episcopi aut presbyteri soli habeant accessum ad hujusmodi feminas, sed ubi aut clerici præsentibus sunt aut graves aliqui Christiani.

XXVI. Ut primæ sedis episcopus princeps sacerdotum non appeletur.

Ut primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum aut summus sacerdos aut aliquid hujusmodi, sed tantum [U., G., tantummodo] primæ sedis episcopus.

XXVII. Ut clerici tabernæ non ingrediantur.

Ut clerici edendi vel bibendi causa tabernæ non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate.

XXVIII. Ut episcopus sine formata metropolitani longius non proficiatur.

Ut episcopi trans mare non proficiantur, nisi consulto primæ sedis episcopo suæ cujusque provincie, ut ab eo præcipue possit sumere formatam vel commendationem.

XXIX. Ut missa a jejuniis celebretur.

Ut sacramenta altaris non nisi a jejuniis hominibus celebrentur; nam si aliquorum pomeridiano

[In Codd., promeridiano] tempore defunctorum, sive A
episcoporum sive cæterorum, commendatio facienda
est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt jam
pransi inveniuntur.

XXX. *Ut nullus in ecclesia convivetur.*

Ut nulli episcopi vel clerici in ecclesia conviven-
tur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate
illie reficiant: populi etiam ab hujusmodi **132** con-
viviis quantum fieri potest prohibeantur.

XXXI. *Ut pœnitentibus juxta peccatum modus pœni-
tentia detur.*

Ut pœnitentibus secundum differentiam peccatorum
episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur.

XXXII. *Ut presbyter præter jussum vel absentiam
episcopi non reconciliet pœnitentem.*

Ut presbyter inconsulto episcopo non reconciliet
pœnitentem, nisi absentia episcopi necessitate cogente:
cujuscunque autem pœnitentis publicum et
vulgatissimum crimen est, quod universam Eccle-
siam commoverit; ante absidam ^a manus ei impo-
natur.

XXXIII. *De custodia sacrarum virginum.*

Ut virgines sacræ, si a parentibus a quibus custo-
diebantur privatæ fuerint, episcopi providentia vel
presbyteri ubi episcopus absens est, monasterio
^b virginum vel gravioribus feminis commendentur,
ut simul habitantes invicem se custodiant, ne pas-
sim vagando Ecclesiæ lædant opinionem.

XXXIV. *De baptizandis ægrotis qui jam loqui
non possunt.*

Ut ægrotantes si pro se respondere non possunt, C
cum voluntatis eorum testimonium sui dixerint,
baptizentur ^a.

XXXV. *Ut apostaticis et scenicis conversis reconciliatio
non negetur.*

Ut scenicis atque histrionibus cæterisque hujus-
modi personis, vel apostaticis conversis vel reversis
ad Deum gratia vel reconciliatio non negetur.

XXXVI. *Ut presbyter chrisma non conficiat.*

Ut presbyter non consulto episcopo virgines non
consecret; chrisma vero nunquam conficiat.

XXXVII. *Ut clerici sine necessitate in aliena civitate
non immorentur.*

Ut clerici in aliena civitate non immorentur, nisi
causas eorum justas episcopus loci vel presbyteres
locorum pervideriat.

133 XXXVIII. *Ut non liceat fieri translationes epi-
scoporum.*

Illud autem suggerimus mandatum nobis, quod
etiam in Capuensi plenaria synodo videtur statutum,
ut non liceat fieri rebaptizationes, reordinationes vel
translationes episcoporum: nam Crisconius Villare-
giensis episcopus, plebe sua derelicta, Tabuniensem
[T., 2, Tuguniensem] invasit ecclesiam, et usque in
hodie commonitus secundum quod statutum fuerat,
relinquere eandem quam invaserat plebem contem-
psit. Adversus istum quæ pronuntiata fuerant confir-
mata quidem audivimus; sed petimus, secundum

^a In A., E. 3, invenitur nota marginalis: *id est altare.*

^b Ex U. In A. et reliquis: *pro monasterio.*

quod nobis mandatum est, ut dignemini dare fidu-
ciam: quoniam [U., quomodo] necessitate ipsa cogente,
liberum nobis sit rectorem provinciæ secundum
statuta gloriosissimorum principum adversus
illum adire, ut qui miti admonitioni sanctitatis ve-
stræ acquiescere noluit et emendare illicitum, auctori-
tate judiciaria protinus excludatur. Aurelius episco-
pus dixit: Servata forma disciplinæ non æstimabitur
appetitus si a vestra charitate modeste conventus
recedere detrectaverit, cum fuerit suo contemptu et
contumacia, faciente etiam auctoritate judiciaria,
conventus. Honoratus et Urbanus episcopi dixerunt:
Hoc ergo omnibus placet? Ab universis episcopis
dictum est: Justum est, placet.

XXXIX. *Ut non præsumant duo episcopi ordinare
pontificem.*

Honoratus et Urbanus episcopi dixerunt: Et illud
nobis mandatum est, ut quia proxime [T. 2, proximi]
fratres nostri Numidiæ duo episcopi ordinare præ-
sumpserunt pontificem, non nisi a duodecim cen-
satis episcoporum celebrari ordinationes. Aurelius
episcopus dixit: Forma antiqua servabitur, ut non
minus quam tres sufficiant, qui fuerint a metropoli-
tano ordinati, ad episcopum ordinandum; propterea
quia in Tripoli forte et in Arzuge [T. 2, Arzure] in-
terjacere videantur barbaræ gentes; nam et in Tri-
poli, ut asseritur [Æ., fertur], episcopi sunt quinque
tantum et possunt de ipso numero forte vel duo ne-
cessitate aliqua occupari, difficile est enim ut de
quolibet numero omnes possint occurrere: nunquid
debet hoc ipsum impedimento esse ecclesiasticæ utili-
tati? Nam et in hac Ecclesia, ad quam dignata est
sanctitas vestra convenire, crebro ac pene per diem
dominicum ordinandos habemus: nunquidnam fre-
quenter potero duodecim vel decem vel non multo
minus advocare episcopos? sed facile est mihi duos
adjungere meæ parvitati vicinos: **134** quapropter
cernit mecum charitas vestra hoc ipsum observari
non posse.

XL. *Ut dum episcopus eligitur si contradictores habeat,
quinque sacerdotes conveniant.*

Et illud est statuendum, ut quando ad eligendum
episcopum convenierimus, si qua contradictio fuerit
oborta, quia talia facta sunt apud nos, non præsumant
ad purgandum eum qui ordinandus est tres
jam, sed postulentur ad numerum supradictorum
duo vel tres, et in eadem plebe cui ordinandus est
discutiantur primo personæ contradicentium, postremo
illa etiam quæ obijciuntur pertractentur; et cum
purgatus fuerit sub conspectu publico, ita demum
ordinetur. Si hoc cum vestræ sanctitatis animo con-
cordat, roboretur vestræ dignationis responsione.
Ab universis episcopis dictum est: Satis placet.

XLI. *Ut per singulos annos convenientes episcopi ad
concilium etiam de paschali solemnitate a primato
suo informentur.*

Honoratus et Urbanus episcopi dixerunt: Quoniam
de concilio quædam tractata noscuntur, addimus

^c U., cum voluntates eorum testimonium sui periculo
proprio dixerint, baptizentur.

etiam de die paschæ nobis esse mandatum, ut de Ecclesia semper Carthaginensi, sicut prædictum est, instruamur et non sub angusto temporis spatio. Aurelius episcopus dixit : Si sanctitati vestræ videtur, quoniam nos spondidisse jam superius meminimus ut singulis quibusque annis ad tractandum conveniamus, et cum convenerimus in unam, tunc divulgabitur sanctus paschæ dies per legatos qui adfuerint concilio. Honoratus et Urbanus episcopi dixerunt : Nunc de præsentis cœtu petimus ut litteris provinciæ nostram de hac die informare dignemini. Aurelius episcopus dixit : Ita fiat necesse est.

XLIII. *Ut non accipiat alium episcopum plebs quæ in diœcesim semper subjacuit.*

Epigonius episcopus dixit : Multis conciliis hoc statutum est a cœtu sacerdotali, ut plebes quæ in diœcesibus ab episcopis retinentur, quæ episcopus nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate ejus episcopi a quo tenentur proprios accipiant rectores, id est episcopos : at vero quia nonnulli, dominatu quodam adepti, communionem fratrum abhorrent, vel certe cum depravati fuerint, quasi in quadam arce tyrannica sibi dominatum vindicant, quod plerique tumidi atque stolidi adversus episcopos suos cervices erigunt 135 presbyteri, vel conviviis sibi conciliantes plebem vel certe persuasu maligno, ut illicito favore eosdem velint sibi collocare rectores, quod quidem insigne mentis tux tenemus votum, frater religiose Aureli, quia hæc sæpe oppressisti non curando tales pettores, sed propter eorum malos cogitatus et prave concinnata concilia hoc dico : Num debere rectorem accipere eam plebem quæ in diœcesim semper subjacuit, nec unquam proprium episcopum habuit ; quapropter si universo sanctissimo cœtui placet, hoc quod prosecutus sum confirmetur. Aurelius episcopus dixit : Fratres et consecratos nostros, prosecutioni non obsisto, sed hoc me et fecisse et facturum esse profiteor.

XLIII. *Ut qui, plebe sua contempta, ad concilium venire detrectant et plebem et honorem amittant.*

Circa eos sane qui fuerint concordēs non solum circa Ecclesiam Carthaginensem, sed circa omne sacerdotale consortium, sunt enim plerique conspirantes cum plebibus propriis quas decipiunt, ut dictum est, earum scalpentes aures, blandi ad seducendum, vitiosæ vitæ homines, vel certe inflati et ab hoc consortio separati, qui putant propriæ plebi incubandum et nonnunquam conventi ad concilium venire detrectant, sua forte ne prodantur flagitia metuentes ; dico si placet circa hoc [U., hos] non tantum diœceses non esse servandas, verum etiam et de propria Ecclesia, quæ illis male favorit [B. R., T. 1, fuerit], omnimodo admittendum ut etiam auctoritate publica rejiciantur, atque ab ipsis principalibus cathedris removeantur : oportet enim ut qui universis fratribus ac toto concilio inhæserit, non solum suam jure integro, sed et diœceses possideat ; at

A vero qui sibi met putant plebes suas sufficere, fraternam dilectione contempta, non tantum diœceses amittant, sed, ut dixi, etiam propriis publica careant auctoritate ut rebelles. Honoratus et Urbanus episcopi dixerunt : Summa provisio [Æ., prævisio] sanctitatis tux coheret mentibus singulorum, et puto omnium responsione ea quæ prosequi dignatus es roboranda. Universi episcopi dixerunt : Placet, placet.

XLIV. *Ut clericum alienum nullus sibi præsumat episcopus.*

Epigonius episcopus dixit : In multis^a conciliis hoc statutum est, etiam nunc hoc confirmandum a vestra prudentia, fratres beatissimi, ut clericum alienum nullus sibi præripiat episcopus præter ejus arbitrium cujus 136 fuerit clericus. Dico autem Julianum, qui ingratus est Dei beneficiis per meam parvitatem in se collatis, ita temerarium et audacem existisse, ut eum qui a me baptizatus est, cum esset puer mihi ab eodem commendatus, cumque multis annis a me aleretur atque iucresceret, hunc ut dixi baptizatum in Ecclesia mea per manum paupertatis meæ, idem in diœcesi Appaliensi lector esse cœperat, imo annis ferme duobus legerat, nescio quo contemptu humilitatis meæ idem Julianus arripuit, quem dicat quasi proprium civem sui loci Bantzaritanum^b me inconsulto usurpare ; nam et diaconum illum ordinavit : hoc scilicet pateat, hæc licentia nobis, beatissimi fratres, si minus tam imprudens cohibeatur, ne se misceat communioni cujusquam. Numidius episcopus dixit : Si non postulata neque consulta tua dignatione id videtur fecisse Julianus, judicamus omnes inique factum vel^c indigne : quapropter nisi idem Julianus correxerit errorem suum, et cum satisfactione eundem clericum quem fuerat ausus ordinare revocaverit tux plebi, contra statuta concilii faciens, contumaciæ suæ separatus a nobis excipiet iudicium. Epigonius episcopus dixit : Ætate pater, ipsa promotione antiquissimus, vir laudabilis, frater et collega noster Victor, vult hanc petitionem generalem omnibus effici.

XLV. *Ut episcopus qui plures habet clericos ei qui eget ad ordinandum postulatus largiatur.*

Aurelius episcopus dixit : Sermonem meum, admittite, fratres : contingit nonnunquam ut postulentur ab ecclesiis quæ præpositis egent vel presbyteris vel episcopis, et tamen memor statutorum id sequor, ut conveniam episcopum ejus atque ei inculcem, quod ejus clericus a qualibet ecclesia postuletur : sed forte in hodierno non reluctati sunt, et ne quando contingat ut reluctantur, cum fuerint a me in hac causa postulati, quem scitis multarum ecclesiarum et ordinandorum curam sustinere, justum est ergo, ut quemlibet consecratorum conveniam cum duobus e consortio nostro vel tribus testibus : si vero indevotus existerit, quid censet charitas vestra faciendum ? ego enim cunctarum ecclesiarum dignatione Dei, ut scitis fratres, sollicitudinem sustineo. Numidius episcopus dixit : Fuit hæc semper licentia huic sedi, ut

^a Ex omnibus Codicibus. In A., ultimis.

^b B. R., T. 1, 2, G., Vaszaritani.

^c Æ., B. R., T. 1, 2, atque.

unde vellet et de cujus nomine fuisset conventus, pro desiderio cujusquam Ecclesiæ, ordinaret episcopum. Epigonius episcopus dixit: Bonitas sequestrat possibilitatem, minus enim præsumis, frater, cum te bonum et clementem ^a reddis; habes enim **137** hoc in arbitrio: satis est ut satisfaciat ^b personæ uniuscujusque episcopi in prima tantummodo conventione; si autem, quod licet huic sedi, vindicandum sibi fuerit arbitratus, necesse habes tu omnes ecclesias suffulcire: unde tibi non potestatem [U., facultatem] damus, sed tuæ assignamus, ut liceat voluntati tuæ et semper tenere quem voles, ut præpositos plebibus vel ecclesiis constitutus qui fuerint postulati, et unde voles. Postumianus episcopus dixit: Deinde qui unum habuerit, nunquid debet illi unus ipse presbyter auferri? Aurelius episcopus dixit: Sed episcopus unus esse potest, per quem dignatione divina presbyteri multi constitui possint; unus autem episcopus difficile invenitur constituendus: quapropter si necessarium episcopus quis habuerit presbyterum, et unum, ut dixisti, frater, habuerit, etiam ipsum ad promotionem dare debet. Postumianus episcopus dixit: Ergo si habet alius abundantes [Æ., abundanter] clericos, debet mihi alia plebs subvenire? Aurelius episcopus dixit: Sane, quomodo tu Ecclesiæ alteri subveneris, persuadebitur illi qui plures habet clericos, ut unum tibi ordinandum largiatur.

XLVI. Ut episcopus in diœcesi factus solam eam teneat plebem in qua exstitit ordinatus.

Honoratus et Urbanus episcopi dixerunt: Audivimus constitutum ut diœceses non mereantur episcopos accipere, nisi consensu ejus sub quo fuerant constitutæ; sed in provincia nostra, cum aliqui forte in diœcesi concedente eo episcopo in cujus potestate fuerant constitutæ ordinati sunt episcopi, etiam diœceses sibi vindicare: hoc et corrigi charitatis vestræ iudicio et inhiberi debet de cætero. Epigonius episcopus dixit: Singulis episcopis servatum est quod decebat, ut ex massa diœcesium nulla carperetur ut proprium episcopum habuisset, nisi ipse consensum adhibuisset concedendi. Sufficiat enim si consenserit, ut eadem diœcesis permissa proprium tantum episcopum habeat, cæteras sibi non vindicet diœceses, quæ excepta de fasce multarum sola meruit honorem episcopatus suscipere. Aurelius episcopus dixit: Non dubito charitati vestræ omnium placere eum in diœcesi, concedente episcopo, qui matricem tenuit, solam eandem retinere plebem in qua fuerit ordinatus.

XLVII. Ut præter Scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur sub nomine divinarum Scripturarum.

Sunt autem canonicæ Scripturæ, id est: **138** 1. Genesis. 2. Exodus. 3. Leviticus. 4. Numeri. 5. Deuteronomium. 6. Jesu Nave. 7. Judicum. 8. Ruth. 9. Regnorum libri IV. 10. Paralipomenon libri II. 11. Job. 12. Psalterium Davidicum. 13. Salomonis libri V. 14. Libri XII prophetarum. 15. Esaias. 16.

^a Æ., B. R., E, 3, T, 1, 2, U., *cl mentem omnibus reddis.*

^b G., *arbitrio, id est, ut satisfacias.*

A Jeremias. 17. Ezechiel. 18. Daniel. 19. Tobias. 20. Judith. 21. Esther. 22. Esdræ libri II. 23. Machabæorum libri II. Novi autem Testamenti. 24. Evangeliorum libri IV. 25. Actuum apostolorum liber I. 26. Pauli apostoli Epistolæ XIII; ejusdem ad Hebræos I. 27. Petri II; Joannis III; Judæ I; Jacobi I; Apocalypsis Joannis liber I. Fiunt igitur libri viginti et septem, ita ut de confirmando isto canone transmarinis Ecclesiæ consulantur. Liceat etiam legi passiones martyrum, cum anniversarii dies eorum celebrantur.

XLVIII. De baptizatis a Donatistis.

De Bonatistis placuit, ut consulamus fratres et consacerdotes nostros Siricium et Simplicianum de solis infantibus qui baptizantur penes eosdem, ne quod suo non fecerunt ^c iudicio, cum ad Ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conversi, parentum illis error impediatur ne promoveantur sacri altaris ministri [U., ministerio]. Quibus insertis, Honoratus et Urbanus episcopi legati provinciæ Mauritanicæ Siphensis dixerunt: Jam dudum cum apud sanctitatem vestram allegarem scripta, dilati sumus ea contemplatione quod fratres nostri advenire possent de Numidia legati; sed quia non parvi dies sunt quibus expectati minime venerunt; ultra prætermittere, quæ nobis mandata sunt a nostris coepiscopis non oportet; atque ideo, fratres, suggestionem nostram libenter admittite. De fide enim Nicæni tractatus audivimus, verum et de sacrificiis inhibendis post prandium, ut a jejuniis sicut dictum est offerantur, et tunc et nunc firmatum est.

XLIX. ^d De his qui nihil habentibus in ecclesiis ordinantur.

Placuit ut episcopi, presbyteri, diaconi vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, et tempore episcopatus vel clericatus sui agros vel quicumque prædia nomini suo comparant, tanquam rerum dominicarum invasionis crimine teneantur, nisi admoniti in Ecclesiam eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis proprie aliquid liberalitate alienius vel successione cognationis venerit, faciant inde quod eorum proposito congruit; quod si a suo proposito retrorsum exorbitaverint **139** honore ecclesiastico indigni, tanquam reprobi judicentur.

L. Ut gesta concilii episcoporum subscriptionibus confirmantur.

Aurelius episcopus dixit: Quoniam igitur universa arbitror fuisse tractata, si omnia cum animo vestro convenerint, sermone vestro cuncta roborate. Universi episcopi dixerunt: **140** Omnibus nobis hæc placuerunt, et hæc nostra subscriptione firmabimus, Et subscripserunt.

Aurelius episcopus Ecclesiæ Carthaginis huic decreto consensi, et relecto subscripsi.

Epigonius episcopus: plebis Bullensis regionis subscripsi.

^c Ex U. in A. et reliquis: *fecerunt in iudicio.*

^d In Codice B. R., T. 1, 2, et U., deest canon hic.

Augustinus episcopus plebis Hipponensium regio-
num subscripsi.

A Similiter et omnes episcopi quadraginta quatuor
subscriperunt.

XV

CONCILIUM CARTHAGINENSE QUARTUM

HABITUM AB EPISCOPIS NUMERO DUCENTIS QUATUORDECIM, ERA CCCCLXXVI, HONORIO AUGUSTO
QUARTO ET EUTYCHIANO CONSULIBUS, VI IDUS NOVEMBRIS.

Cum Aurelius episcopus in concilio generali Carthagine in secretario cum omnibus consacerdotibus suis consedisset, placuit cum eo cunctis qui fuerunt in eadem sancta synodo constituere hæc quæ ad ordines ecclesiasticos canonicis sunt necessaria disciplina: ubi in principio constitutum est.

I. *Quales debeant ordinari episcopi.*

Qui episcopus ordinandus est antea examinatur; igitur si natura prudens ^a est, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper suis negotiis, si hominibus affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in Scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, et ante omnia si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, unum Deum esse confirmans, totamque in Trinitate deitatem cœsentialem et consubstantialem et cœternalem et coomnipotentem prædicans, si singulam quamque in Trinitate personam plenum Deum et totas tres personas unum Deum, si incarnationem divinam non in Patre neque in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantum credat, ut qui erat in divinitate Dei Patris Filius ipse fieret in homine hominis matris ^b filius, Deus verus ex Patre et homo verus ex matre, carnem ^c ex matris visceribus habens et animam humanam rationalem simul in eo, ut utriusque naturæ id est homo et Deus, una persona, unus Filius, unus Christus, unus Dominus, creatorum omnium quæ sunt et auctor et dominus, et creator cum Patre et Spiritu sancto omnium creaturarum, qui passus sit vera carnis passione ^e, mortuus vera corporis sui morte, resurrexit vera carnis suæ resurrectione et vera animæ resumptione, in qua venit iudicare vivos et mortuos. Quærendum etiam ab eo, si Novi ^d ¹⁴¹ et Veteris Testamenti, id est, legis et prophetarum et apostolorum unum eundemque credat auctorem et Deum, si diabolus non per conditionem sed per arbitrium factus sit malus. Quærendum etiam ab eo, si credat hujus quam gestamus et non alterius carnis resurrectionem, si credat iudicium futurum et recepturos singulos pro his quæ in hac carne gesserunt vel pœnas vel præmia, si nuptias non improbet, si secunda matrimonia non damnet, si carnium perceptionem non culpæ, si pœnitentibus reconciliatis communicet, si in baptismo omnia peccata, id est tam illud originale contractum quam illa quæ voluntarie admissa sunt, dimittantur, si extra Ecclesiam

catholicam nullus salvetur. Cum in his omnibus examinatus inventus fuerit plene instructus, tunc consensu clericorum et laicorum ex ^d conventu totius provinciæ episcoporum, maximeque metropolitani vel auctoritate vel præsentia ordinetur episcopus, suscepto in nomine Christi episcopatu, non suæ dilectioni ^e nec suis moribus ^f, sed his Patrum definitionibus acquiescens; in cujus ordinatione etiam ætas requiratur quam sancti Patres exemplo Salvatoris in prælegendis episcopis constituerunt.

Dehinc disponitur qualiter ecclesiastica officia ordinentur.

II. *Qualiter consecrentur episcopi.*

Episcopus cum ordinatur, duo episcopi ponant et teneant Evangeliorum Codicem super caput et cervicem ejus, et uno super eum fundente benedictionem, reliqui episcopi omnes qui adsunt manibus suis caput ejus tangant.

III. *Qualiter presbyteri ordinentur.*

Presbyter cum ordinatur, episcopo eum benedicente et manum super ejus caput tenente, etiam omnes presbyteri qui præsentés sunt manus suas juxta manum episcopi super caput illius teneant.

IV. *Quemadmodum diaconi constituentur.*

Diaconus cum ordinatur, solus episcopus qui eum benedicit manum super caput illius ponat, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

V. *Quemadmodum subdiaconi constituentur.*

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de manu ¹⁴² episcopi accipiat vacuam et calicem vacuum, de manu vero archidiaconi accipiat orciolum [U., urceolum] cum aqua et aquamanile et manutergium.

VI. *Quemadmodum acolythi fiant.*

Acolythus cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur qualiter se in officio suo agere debeat, sed ab archidiacono accipiat cereofarium cum cereis, ut sciat se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari; accipiat et orciolum vacuum ad suggerendum vinum in eucharistiam sanguinis Christi.

VII. *Qualiter exorcistæ fiant.*

Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: Accipe et commenda, et habeto potestatem ^g imponendi manus super energumenos, sive baptizatum, sive catechumenum.

^a U., ante examinatur, si natura prudens.

^b E., in hominis natura matris.

^c U., vera carnis morte.

^d E., B. R., U., et.

^e E. B. R., T. 1, 2, U., G., delectationi.

^f E., E. 3, U., motibus.

^g E., et commendatam habeto potestatem.

VIII. *Qualiter lectores fiant.*

Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum episcopus ad plebom indicans ejus fidem ac vitam atque ingenium; post hæc spectante ^a plebe tradat ei Codicem de quo lecturus est dicens ad eum: Accipe et esto verbi Dei relator, habiturus, si fideliter et utiliter impleveris officium, partem cum eis qui verbum Dei ministraverunt.

IX. *Qualiter ostiarii.*

Ostiarius cum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggestionem archidiaconi tradet ei episcopus claves ecclesie de altario dicens: Sic age quasi redditurus Deo rationem pro his rebus quæ istis clavibus recluduntur.

X. *Qualiter psalmistæ.*

Psalmista, id est cantor, potest absque scientia episcopi sola jussione presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide quod ore cantas corde credas, ut quod corde credis operibus probes.

XI. *Qualiter virgo sanctimonialis.*

Sanctimonialis virgo cum ad consecrationem suo episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper usura est, professioni et sanctimonie aptis.

143 XII. *Quales viduæ vel sanctimoniales ad baptismi ministerium ordinentur.*

Viduæ vel sanctimoniales quæ ad ministerium baptizandarum mulierum eliguntur, instructæ sint ad officium, ut possint aperto et sano sermone docere imperitas et rusticas mulieres tempore quo baptizandæ sunt, qualiter baptizatori ad interrogata respondeant, et qualiter accepto baptismate vivant.

XIII. *Qualiter sponsi benedicantur.*

Sponsus et sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis vel a paranympis offerantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

XIV. *De cellula sacerdotis.*

Ut episcopus non longe ab ecclesia hospitium habeat.

XV. *De victu et habitu sacerdotis.*

Ut episcopus vilem suppellectilem et mensam ac victum pauperem habeat, et dignitatis suæ auctoritatem fide et vitæ meritis quærat.

XVI. *Ut episcopus libros Gentilium non legat.*

Ut episcopi libros Gentilium non legant, hæreticorum autem pro necessitate et tempore.

XVII. *Ut episcopus indigentium curam per se non habeat.*

Ut episcopus gubernationem viduarum et pupillarum aut peregrinorum non per se ipsum, sed per archipresbyterum vel archidiaconum agat.

XVIII. *Ut episcopus per testamentum tuitionem non impendat.*

Ut episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat.

^a T. 2, U., *expectante.*

^b *Æ.*, *conviventia et testimonium requiratur.*

^c U. G., *clericorum plebiumque..... nisi clericorum*

A XIX. *Ut episcopus pro rebus sæcularibus non litiget.*

Ut episcopus nec provocatus pro rebus transitoriis litiget.

XX. *Ut episcopus tantum spiritualibus debeat esse intentus.*

Ut episcopus nullam rei familiaris curam ad se revocet, sed ut lectioni et orationi et **144** verbi Dei prædicationi tantummodo vacet.

XXI. *Ut episcopus ægrotans pro se legatum ad synodum mittat.*

Ut episcopus ad synodum ire satis gravi necessitate inbibetur, sic tamen ut in persona sua legatum mittat, suscepturus salva fidei veritate quidquid synodus statuerit.

XXII. *Ut episcopus sine testimonio clericorum et plebis clericos non instituat.*

B

Ut episcopus absque consilio presbyterorum suorum clericos non ordinet, ita ut civium conventiam et testimonium quærat ^b.

XXIII. *Ut episcopus causas clericis præsentibus audiat.*

Ut episcopus nullius causam audiat absque præsentia clericorum suorum, alioquin irrita erit sententia episcopi nisi clericorum suorum præsentia confirmetur ^c.

XXIV. *Ut episcopus quando verbum facit, nullus discedat.*

Sacerdote verbum in ecclesia faciente, qui egressus de auditorio fuerit excommunicetur.

XXV. *De discordantibus episcopis.*

Dissententes episcopos si non timor Dei, synodus ^C reconciliet.

XXVI. *Ut episcopus dissidentes concordare compellat.*

Studendum episcopo, ut dissidentes fratres sive clericos sive laicos ad pacem magis quam ad iudicium cohortetur.

XXVII. *De episcopo vel clerico in alium locum transferendo.*

Ut episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis clericus; sane si id utilitas Ecclesie faciendum poposcerit, decreto pro eo clericorum et laicorum episcopis porrecto, per sententiam synodi transferatur, nihilominus alio in loco ejus episcopo subrogato; inferioris vero gradus sacerdotes vel alii clerici concessione suorum episcoporum possunt ad alias ecclesias transmigrare.

D

145 XXVIII. *De damnatione episcoporum a synodo retractanda.*

Irritam esse injustam episcoporum damnationem; idcirco a synodo retractandam.

XXIX. *De episcopo qui alicui crimen objecerit.*

Episcopus si clerico vel laico crimen infigerit ^d, deducatur ad probationem in synodo.

XXX. *Quod irrita sit episcoporum sententia in absentem.*

Caveant iudices Ecclesie ne absente eo cuius ^d et plebium præsentia confirmetur.

^d *Æ.*, B. R., U., *impegerit.*

causa ventilatur sententiam proferant, quia irrita A erit, imo et causam in synodo pro facto dabunt.

XXXI. *Qualiter ab episcopo res Ecclesie habeantur.*

Ut episcopus rebus Ecclesie tanquam commendatis non tanquam propriis utatur.

XXXII. *De irritis distractionibus episcoporum.*

Irrita erit episcoporum donatio vel venditio vel commutatio rei ecclesiasticæ absque conniventia et subdescriptione clericorum.

XXXIII. *De episcopis atque presbyteris, ut in ordine suo recipiantur.*

Episcopi vel presbyteri, si causa visitandæ ecclesiæ alterius episcopi ad ecclesiam veniant, in gradu suo suscipiantur, et tam ad verbum faciendum quam ad oblationem consecrandam invitentur.

XXXIV. *De privato consensu presbyteri cum episcopo. B*

Ut episcopus quolibet loco sedens stare presbyterum non patiatur.

XXXV. *De consensu presbyteri cum episcopo in ecclesia.*

Ut episcopus in ecclesiæ consensu presbyterorum sublimior sedeat; intra domum vero collegam se presbyterorum [U., G., presbyteri] esse cognoscat.

XXXVI. *Ut presbyteri parochitani aut per se aut per sacristas suos accipiant chrisma.*

Presbyteri qui per dioceses ecclesias regunt, non a quibuslibet episcopis, sed a suis, nec per juniorem clericum, sed aut per se 146 ipsos aut per illum qui sacrarium tenet, ante paschæ solemnitatem chrisma petant.

XXXVII. *De obedientia diaconorum erga presbyteros. C*

Diaconus ita se presbyteri ut episcopi ministrum esse cognoscat.

XXXVIII. *Ut diaconus eucharistiam presbyteri jussu ministret.*

Ut diaconus præsentem presbytero eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogit, jussus eroget.

XXXIX. *Ut diaconus jubente presbytero sedeat.*

Ut diaconus quolibet loco jubente presbytero sedeat.

XL. *Ut diaconus coram presbytero interrogatus respondeat.*

Ut diaconus in conventu presbyterorum interrogatus loquatur.

XLI. *Ut diaconus tempore tantum officii albam induat.*

Ut diaconus tempore tantum oblationis et lectionis alba utatur.

XLII. *De clericis qui pro fide tentati sunt.*

Clericum inter tentationes officio suo incubantem a gradibus sublimandum.

XLIII. *De his qui pro fide persecutiones ab infidelibus passi sunt.*

Christianum catholicum qui pro catholica fide tribulationes patitur omni honore a sacerdotibus honorandum: etiam et quotidianus victus ei ministretur.

^a Ex U. In A. et reliquis: clericum inter tentationes ab officio suo incubantem.

^b Ex B. R., E. 3, T. 1, 2, U., G. In A.: barbam namque radicibus radat. In Æ., barbam neque radici-

XLIV. *De tonsura clericorum.*

Clericus nec comam nutriat, nec ^b barbam radat.

XLV. *De habitu clericorum.*

Clericus professionem suam etiam habitu et incessu probet, et ideo nec vestibus nec calceamentis decorem quærat.

XLVI. *De continentia clericorum.*

Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

147 XLVII. *De incessu clericorum.*

Clericus per plateas et andronas nisi certa et maxima officii sui necessitate non ambulet.

XLVIII. *De clericis qui extra necessitatem ad mundanas vadunt.*

Clericus, qui non pro emendo aliquid in nudinis vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur.

XLIX. *De vigiliis clericorum.*

Clericus, qui absque corpusculi sui inæqualitate vigiliis deest, stipendio privatus excommunicetur.

L. *De clericis ab officio declinantibus.*

Clericum inter tentationes ab officio declinantem vel negligentius agentem ab ipso officio removendum.

LI. *De clerici artificio.*

Clericus, quamlibet ^c verbo Dei eruditus, artificio victum quærat.

LII. *De clerici vestimento et victu.*

Clericus victum et vestimentum sibi ab artificio vel agricultura absque officii sui duntaxat detrimento præparet.

LIII. *De clericis invalidis.*

Omnes clerici qui ad operandum invalidi sunt et artificioli et litteras discant.

LIV. *De clericis invidis.*

Clericus invidens fratrum profectibus donec in vitio est non promoveatur.

LV. *De clericis accusatoribus.*

Ut episcopi accusatores fratrum excommunicent; et si emendaverint vitium, recipiant eos ad communionem, non ad clerum.

LVI. *De clericis adulatoribus et proditoribus.*

Clericus qui adulationibus et proditiõibus vacare deprehenditur degradetur ab officio.

LVII. *De clericis maledicis.*

Clericus maledicus maximeque in sacerdotibus, D cogatur ad postulandam veniam; si 148 noluerit, degradetur nec unquam ad officium absque satisfactione revocetur.

LVIII. *De clericis frequenter litigantibus.*

Ejus qui frequenter litigat et ad accusandum facilius est testimonium nemo absque gravi examine recipiat.

LIX. *De discordantibus clericis.*

Discordantes clericos episcopus vel ratione vel potestate ad concordiam trahat: inobedientes synodus per audientiam damnet

tus abradat.

^c Ex Æ., B. R., T. 1, 2, U., G. In A., E. 3, quolibet.

LX. *De clericis turpiloquis vel vagis.*

Clericum scurrilem et verbis turpibus jocularum ab officio retrahendum.

LXI. *De clericis per creaturas jurantibus.*

Clericum per creaturas jurantem acerrime objurgandum; si perstiterit in vitio excommunicandum.

LXII. *De clericis sanis jejunia polluentibus.*

Clericum qui tempore iudicii jejunii absque inevitabili necessitate jejunium rumpit minorem habendum: districte coerceatur.

LXIII. *De clericis inter epulas cantantibus.*

Clericum inter epulas cantantem acerrime objurgandum; si perstiterit in vitio excommunicandum.

LXIV. *De his qui studioso dominico die jejunt.*

Qui dominico die studioso jejunt non credatur catholicos.

LXV. *De pascha uno tempore celebranda.*

Paschæ solemnitas uno die et tempore celebranda.

LXVI. *Ut clericus recurrat ad synodum.*

Clericus, qui episcopi circa se districtiorem injuriam putat, recurrat ad synodum.

LXVII. *De seditiariis clericis.*

Seditiarios nunquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios vel injuriarum suarum ultores.

149 LXVIII. *De pœnitentibus ordinatis b.*

Ex pœnitentibus quamvis bonus clericus non ordinetur: si per ignorantiam episcopi factus fuerit, deponatur a clero, quia ordinationis tempore non prodidit se fuisse pœnitentem: si autem sciens episcopus ordinaverit, etiam ipse ab episcopatus sui ordinandi duntaxat potestate privetur.

LXIX. *De episcopis damnatis c.*

Simili sententiæ subiacebit episcopus si sciens ordina-verit clericum eum qui viduam aut repudiatam uxorem habuit vel secundam.

LXX. *De clericorum convivis d.*

Clericus hæreticorum vel schismaticorum tam convivia quam sodalitates æqualiter vitet.

LXXI. *De conventiculis hæreticorum.*

Conventicula hæreticorum non ecclesias, sed conciliabula appellanda.

LXXII. *Neque cum hæreticis psallendum.*

Cum hæreticis neque orandum neque psallendum.

LXXIII. *De his qui communicaverint cum excommunicato.*

Qui communicaverit vel oraverit cum excommunicato, sive clericus sive laicus, excommunicatur.

LXXIV. *De pœnitentium lege.*

Ut sacerdos pœnitentiam imploranti absque persona acceptione pœnitentiæ leges injungat.

LXXV. *De negligentioribus pœnitentibus.*

Ut negligentiores pœnitentes tardius recipiantur.

^a *Æ., B. R., E. 3, T. 1, 2, U., G., clericum inter epulas cantantem supradictæ sententiæ severitate coerendum.*

^b *In reliquis, præter A., Ut ea pœnitentibus ordinatus clericus deponatur.*

^c *In reliquis, præter A., Ut episcopus viduus vel*

A LXXVI. *De poscentibus pœnitentiam si postea obmutescant.*

Is qui pœnitentiam in infirmitate positus petit, si casu dum ad eum sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit vel in phrenesim verus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt et accipiat pœnitentiam; **150** et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem et infundatur ori ejus eucharistia: si supervixerit, admoneatur a supradictis testibus petitioni suæ satisfactum, et subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quandiu sacerdos qui pœnitentiam dedit probaverit.

LXXVII. *De pœnitentibus.*

Pœnitentes qui in infirmitate sunt viaticum accipiant.

LXXVIII. *Item de pœnitentibus.*

Pœnitentes qui in infirmitate viaticum eucharistiæ acceperint non se credant absolutos sine manus impositione, si supervixerint.

LXXIX. *De pœnitentibus si casu aliquo moriantur.*

Pœnitentes, qui attente leges pœnitentiæ exequuntur, si casu in itinere vel in mari mortui fuerint ubi eis subveniri non potuit, memoria eorum et orationibus et oblationibus commendatur.

LXXX. *De manus impositione super pœnitentes.*

Omni tempore jejunii manus pœnitentibus a sacerdotibus imponatur.

LXXXI. *Ut pœnitentes mortuos efferant et sepeliant.*

Mortuos ecclesiæ pœnitentes efferant et sepeliant.

C LXXXII. *Ut pœnitentes semper genua flectant.*

Pœnitentes etiam diebus remissionis genua flectant.

LXXXIII. *De senibus ecclesiæ honorandis.*

Pauperes et senes ecclesiæ plus cæteris honorandos.

LXXXIV. *De infidelibus pro audienda lectione in ecclesia.*

Ut episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam et audire verbum Dei, sive Gentilem, sive hæreticum, sive Judæum, usque ad mbrsam catechumenorum.

LXXXV. *Ut qui baptizandi sunt nomen dent.*

Baptizandi nomen suum dent, et dum sub abstinentia vini et carni ac mans impositione **151** crebro examinantur, baptismum percipiant.

LXXXVI. *Ut nuper baptizati caste vivant.*

Neophyti aliquandiu et lautioribus epulis et spectaculis vel conjugaliibus abstinere.

LXXXVII. *De catholicis qui causas apud infideles proponunt.*

Catholicus qui causam ^f sive justam sive injustam ad judicium alterius fidei judicis provocat, excommunicatur.

repudiatæ maritum ad clerum promovens deponatur.

^d *In reliquis, præter A., Ut clericus hæreticorum convivia vel consortia fugiat.*

^e *Æ., spectaculis conjugaliibus.*

^f *Æ., B. R., T. 1, 2, U., G., causam suam.*

LXXXVIII. *De his qui ecclesia prætermissa ad spectacula vadit, excommunicatur.* A CIV. *De viduis quæ professam continentiam prævaricaverunt.*

Qui die solemnî prætermisso ecclesiæ conventu ad spectacula vadit, excommunicatur.

LXXXIX. *De auguriis et incantationibus.*

Auguriis vel incantationibus servientem a conventu ecclesiæ separandum, similiter et Judaicis superstitionibus vel feriis inhærentem.

XC. *De energumenis.*

Omni die exorcistæ energumenis manus imponant.

XCI. *Item de energumenis.*

Pavimenta domorum Dei energumeni verrant.

XCH. *De victu energumenorum.*

Energumenis in domo Dei assidentibus victus quotidianus per exorcistas opportuno tempore ministratur. B

XCIII. *De discordantium oblationibus.*

Oblationes dissidentium fratrum neque in sacrario neque in gazophylacio recipiantur.

XCIV. *De pauperum oppressoribus.*

Eorum qui pauperes opprimunt dona a sacerdotibus refutanda.

XCV. *De his qui oblationes defunctorum ecclesiis fraudant.*

Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium neatores excommunicantur.

152 XCVI. *De accusatore vel accusato.*

Quærendum in iudicio cuius sit conversationis et fidei is qui accusat et is qui accusatur. C

XCVII. *De religiosis feminis.*

Vir qui religiosis feminis præponendus est ab episcopo loci probetur.

XCVIII. *De laicis doctoribus.*

Laicus præsentibus clericis, nisi ipsis probantibus, docere non audeat.

XCIX. *De mulieribus doctis.*

Mulier quamvis docta et sancta viros in conventu docere non audeat.

C. *Ut mulieres baptizare non præsumant.*

Mulier baptizare non præsumat.

CI. *De viduis adolescentulis.*

Viduae adolescentæ, quæ corpore debiles sunt, sumptu Ecclesiæ cuius viduæ sunt sustententur. D

CII. *De clericis et viduis.*

Ad reatum episcopi pertinet vel presbyteri qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ præsentis causa adolescentiores viduæ vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subjiciantur.

CIII. *De viduis.*

Viduæ quæ stipendio Ecclesiæ sustentantur tam assiduæ in Dei opere esse debent, ut et meritis et orationibus suis Ecclesiam adjuvent.

^a *Æ., B. R., E. 3, U., custodiendum.*

^b *Ex U. et G. desumptus est hic canon, qui deest in reliquis Codicibus.*

Sicut bonum est castitatis præmium, ita et majore observantia et præceptione constituendum est, ut si quæ viduæ, quamlibet adhuc in minoribus annis positæ et immatura ætate a viro relictæ, se devoverint Deo et veste laicali abjecta sub testimonio episcopi et Ecclesiæ religioso habitu apparuerint, postea vero ad nuptias sæculares transierint, secundum apostolum Paulum damnationem habeant, quoniam fidem castitatis 153 quam Deo voverunt irritam facere ausæ sunt. Tales ergo personæ sint a Christianorum communione alienæ, quæ etiam nec in convivio cum Christianis communicent: nam si adulteræ conjuges reatu sunt suis viris obnoxie, quanto magis viduæ quæ Deo religiositatem voverant crimine adulterii notabuntur, si devotionem quam spontaneæ Deo obtulerunt libidinosa voluptate corruperint atque ad secundas nuptias transitum fecerint? quæ etsi violentia irruente ab aliquo præceptæ fuerint, ac postea delectatione libidinis permanere in conjugum raptori vel violento viro consenserint, damnationi superius comprehensæ teneantur obnoxie: de talibus enim sic ait Apostolus: *Cum enim luxuriatæ fuerint nubere volunt, habentes damnationem quia primam fidem irritam fecerunt.*

CV. ^b *De contemptoribus Ecclesiæ.*

Revera invenitur ex Christianis fieri schismaticos plerumque irrationabiles, quibus ex his dum ut catholici ædificant illi ut hæretici destruere insistant, et alii ecclesias Domini fideli devotione ac compunctione promptissima 154 subornare, alii de his seditionum institutione decresci. De his recte loquitur per Spiritum sanctum propheta: *Benedicti qui ædificant te in æternum, et maledicti sunt qui destruant muros tuos vel certe qui subvertunt habitationes tuas vel nunc conati sunt minui sancta tua: tu autem domus Dei lætare cum filiis justorum.* Et ab hac institutione Domini placuit omnibus Patribus per provinciam Carthaginis consistentibus, ut si quis clericus vel laicus se elevaverit contra Ecclesiam Dei seditionum seminans schismata et non ad culmen charitatis ejus conaverit attendi, sed fundamenta ejus volens subruat, quæ est stabilitas omnium Christianorum, si clericus fuerit, cadat de proprio gradu; si laicus, segregatus ab Ecclesia Dei quam spernit et a conventu totius Christianæ religionis, a sancta communione maneat exclusus.

Aurelius episcopus Ecclesiæ Carthaginensis subscripsi.

Donatianus Teleptensis primæ sedis episcopus subscripsi.

Augustinus Hipponæ regionis episcopus subscripsi.

Similiter omnes episcopi subscriperunt ^d.

^c *T. 2., Hipponæ regiensis. U. Hipponæ regiæ.*

^d *U., subscriperunt simul cum his ccccxiv.*

XVI

CONCILIIUM CARTHAGINENSE QUINTUM

MADITUM AB EPISCOPIS NUMERO SEPTUAGINTA TRIBUS, ERA CCCCLXXXVIII. POST CONSELEATUM FLAVII STILICONIS VIRI CLARISSIMI, DIE XVII KALENDAS JULIAS.

Carthagine in secretario basilicæ restitutæ cum Aurelius episcopus una cum coepiscopis suis condisset, astantibus etiam diaconibus, constituta sunt hæc quæ in subsequenti concilio definita sunt ^a.

155 I. De clericis ad testimonium non pulsandis.

In principio statuendum, ut si quis forte in ecclesia quamlibet causam jure apostolico ecclesiis imposito agere voluerit, et fortasse decisio clericorum uni parti displicerit, non liceat clericum in iudicium ad testimonium devocari eum, qui cognitor vel præsens fuit [U., fuerit], ut nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cujuslibet persona pulsetur.

II. De clericis pro crimine suo damnatis.

Et illud statuendum, ut si quis cujuslibet honoris clericus iudicio episcoporum quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat eum sive ab ecclesiis quibus præfuit, sive a quolibet homine defensari, interposita poena damni, pecuniæ atque honoris, a quo nec ætatem nec sexum excusandum esse præcipiant.

III. De sacerdotibus et levitis ut ab uxoribus se contineant.

Præterea cum de quorundam clericorum quamvis erga uxores proprias incontinentia referretur, placuit episcopos, presbyteros et diaconos secundum priorum statuta etiam ab uxoribus continere; quod nisi fecerint, ab ecclesiastico removeantur officio: cæteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum uniuscujusque consuetudinem observari debere.

IV. De rebus Ecclesiæ inconsulto metropolitano episcopo non alienandis.

Placuit etiam ut rem Ecclesiæ nemo vendat: quod si aliqua necessitas cogit, hanc insinuandam esse primati provinciæ, ut cum statuto numero episcoporum utrum faciendum sit arbitretur; quod si tanta urget necessitas Ecclesiæ ut non possit ante consulere, saltem post factum curet hoc statim agere vel vicinis episcopis hoc antea indicare et ad concilium referre easdem Ecclesiæ necessitates; quod si non fecerit, reus concilii venditor teneatur honore amisso ^b.

V. Ut nullus episcopus relicta cathedra in diocesi resideat.

Rursum placuit ut nemini sit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam ecclesiam in diocesi constitutam se conferre, vel in re proprii diutius quam oportet constitutum **156** curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

^a U., in subsequentibus definita sunt.

^b In *Æ.*, B. R., T. 1, 2, U., desunt verba: honore amisso.

^c Ex cæteris Codicibus desumpta sunt verba: te-

A VI. De his qui nullo testimonio se baptizatos noverunt ut baptizentur.

Item placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certissimi testes qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt ^c per ætatem idonei de traditis sibi sacramentis respondere, absque ullo scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione privari: hinc enim legati Maurorum fratres nostri consuluerunt, quia multos tales a barbaris redimunt.

VII. De tempore paschali seu concilii.

Item placuit ut dies venerabilis paschæ formata subscriptione omnibus intimetur, dies vero concilii x kalendas Novembris servetur, et scribendum ad singularum quarumque provinciarum primates, ut quando apud se concilium congregat, istum diem non impediant.

VIII. De intercessoribus ne cathedram morientis episcopi diu retineant.

Item constitutum est ut nulli intercessori licitum sit cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis vel seditionibus retinere, sed dare operam ut intra annum eisdem episcopum provideat; quod si neglexerit, anno exempto interventor alius tribuatur.

IX. De defensore ecclesiarum a principe postulando.

Ab imperatore autem universis visum est postulandum propter afflictionem pauperum quorum molestiis sine intermissione agitur Ecclesia, ut defensores eis adversus potentias divitum cum episcoporum provisione deligantur.

X. Ut episcopi ad diem concilii recurrant.

Item placuit ut quotiescunque concilium congregandum est, episcopi qui neque ægritudine neque alia graviore necessitate impediuntur competenter occurrant ^d, primatibusque suarum provinciarum intimetur, ut de universis episcopis vel duæ vel tres turmæ fiant, ac de singulis turmis vicissim quotquot electi fuerint ad diem concilii instantissime occurrant; quod si non potuerint **157** occurrere, excusationes suas in tractatoria ^e conscribant, vel si post adventum tractatoriæ aliquæ necessitates repente forsitan ortæ fuerint, nisi rationem impedimenti sui apud suum primatem reddiderint, ecclesiæ suæ communionem debere esse contentos.

XI. Ut lapsis sacerdotibus manus eis sicut laicis non ponantur.

Ita confirmatum est. ut si quando presbyteri vel diaconi in aliqua graviore culpa convicti fuerint, qua

stentur, neque ipsi sunt, quæ desunt in A.

^d Ex cæteris Codicibus desumpta sunt verba: competenter occurrant, quæ desunt in A.

^e *Æ.*, B. R., T. 1, 2, U., tractoria..... tractoria.

eos a ministerio necesse sit removere, non eis manus vel tanquam poenitentibus vel tanquam fidelibus laicis imponatur; neque unquam permittendum, ut rebaptizati ad clericatus gradum promoveantur.

XII. De clericis excommunicatis quandiu eis asserere liceat.

Rursum constitutum est, ut quoties clericis convictis et confessis in aliquo crimine vel propter eorum verecundiam parcitur vel propter Ecclesie opprobrium aut insolentem insultationem haereticorum atque gentilium, si forte causae suae adesse voluerint et innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant: si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur.

XIII. De clericis vel monachis ab alio episcopo ordinatis.

Item placuit, ut si quis de alterius monasterio repertum vel ad clericatum promovere voluerit vel in suo monasterio majorem monasterii constituere, episcopus qui hoc fecerit, a caeterorum communione sejunctus, suae tantum plebis communione contentus sit, et ille neque clericus neque praepositus perseveret.

158 XIV. De episcopis qui infidelibus res suas relinquunt.

Item constitutum est ut si quis episcopus haereditate extraneos a consanguinitate sua vel haereticos etiam consanguineos aut paganos Ecclesiae praetulerit, saltem post mortem anathema ei dicatur, atque no-

men ejus inter Dei sacerdotes nullomodo recitetur, nec excusari possit si intestatus defecerit, quia utique debuit factus episcopus rei suae ordinationem congruam suae professioni nequaquam differre.

XV. De basilicis quae sine martyrum reliquiis dedicatae sunt.

Item placuit, ut de altaribus quae passim per agros aut vias tanquam memoriae martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiae martyrum conditae probantur, ab episcopis qui iisdem locis praesunt si fieri potest evellantur: si autem hoc per tumultus populares non sinitur, plebes tamen admonentur ne illa loca frequentent, ut qui recte sapiunt nulla ibi superstitione devincti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi ubi corpus aut aliquae reliquiae sunt, aut origo alicujus habitationis vel passionis fidelissima origine traditur; nam quae per somnia et inanes quasi revelationes quorumlibet hominum ubicumque constituuntur altaria omnimodo improbantur.

XVI. De idolatriis destruendis.

Item placuit ab imperatoribus gloriosissimis peti, ut reliquiae idolatriae non solum in simulacris sed in quibuscumque locis vel lucis vel arboribus omnimodo deleantur.

Aurelius episcopus ecclesiae Carthaginiensis his supra comprehensis in nostro concilio statutis subscripsi.

Similiter septuaginta tres episcopi subscripserunt.

XVII

CONCILIIUM CARTHAGINENSE SEXTUM

HABITUM AB EPISCOPIS DUCENTIS DECEM ET SEPTEM, ERA CCCCLVII, UBI ACTUM EST UT NUNCENUM CONCILIUM AB EPISCOPIS ORIENTALIBUS PETERETUR: CUI SYNODO INTERFUIT LEGATIO ECCLESIAE ROMANAE, FAUSTINUS SCILICET EPISCOPUS, PHILIPPUS ET ASELLUS PRESBYTERES, POST CONSULATUM GLORIOSISSIMORUM IMPERATORUM HONORII XII ET THEODOSII VIII AUGUSTORUM, VIII KALENDAS JUNIAS.

159 - 160 Carthagine in secretario basilicae Faustini cum Aurelius papa una cum Valentino primae sedis provinciae Numidiae Faustinoque ecclesiae Potentinae provinciae Italiae Piceni legato Ecclesiae Romanae, sed et legati diversarum provinciarum Africanarum id est Numidiarum duarum, Byzacenae, Mauritaniae Sitiphensis et Mauritaniae Caesariensis, sed et Tripolis, et Vincentio Culusitano, Fortunatiano et caeteris episcopis provinciae proconsularis ducentis decem et septem, necnon Philippo et Asello presbyteris atque legatis Romanae Ecclesiae condisset, astantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit.

I. *Allocutio a Aurelii episcopi ad synodum.*

Post diem constitutum concilii, ut recordamini, fratres beatissimi, multa flagitata sunt, exspectantes fratres nostros qui nunc ad praesentem synodum legati advenerunt, quae gestis necesse est sociantur,

^a Illic et sequentes tituli ad marginem in A. depicti sunt; nonnunquam vero cum in textum inseri

qua de re Domino nostro de tanta congregationis caetu gratias referimus. Superest ut tam exemplaria Niceni concilii quae nunc habemus et a patribus constituta sunt, quam etiam hic a decessoribus nostris eandem synodum firmantes vel quae secundum eam formam per omnes clericorum gradus a summo usque in ultimum salubriter ordinata sunt, in medium proferantur. Ab universo concilio dictum est: Proferantur. Daniel notarius recitavit: Niceni concilii fidei professio vel statuta ita se habent.

II. *Responsio Faustini episcopi legati Romanae Ecclesiae de his quae in Ecclesia partim canone, partim consuetudine sunt firmata.*

Haec cum audisset Faustinus episcopus plebis Potentinae provinciae Italiae Piceni legatus Romanae Ecclesiae dixit: Injuncta nobis sunt a sede apostolica aliqua per scripturam, aliqua etiam in mandatis cum vestra beatitudine tractanda, sicuti et gestis sint periodum truncare videntur.

^b A., B. R., U., G., *Et cum dixisset, Faustinus.*

superioribus meminimus, hoc est de Nicænis canoni-
bus, ut conserventur et constitutio eorum et con-
suetudo, quia et aliqua ordine et **161** canone te-
nentur, aliqua consuetudine firmata sunt. De his
ergo si placet beatitudini vestræ tractemus, ut et ad
sedem venerandam rescriptis vestris intimare possi-
tis atque nos admonuisse apud venerabilem papam
evidenter clareat, licet et capitula actionum jam in-
serta sint gestis: de ipsis ergo, ut superius dixi,
quid vestræ beatitudini placeat agere debemus. Ve-
niat ergo commonitorium in medium, ut scire possit
vestra beatitudo quid in eo contineatur, ut ad sin-
gula respondeatur.

III. *De commonitorio Romani papæ recitato.*

Aurelius episcopus dixit: Proferat commonitio-
rium quod fratres et consacerdotes nostri actis nuper
allegaverunt, et cætera quæ acta sunt vel quæ agen-
da sunt. Subsequenter Daniel ^a notarius recitavit
commonitorium. Fratri Faustino et filiis Philippo et
Asello, presbyteris Zosimus episcopus. Vobis com-
missa negotia non latent, vos ita, ac si nostra ibi
imo quia nostra ibi in vobis præsentia est, cuncta
peragite, maxime cum et hoc nostrum possitis habere
mandatum, et verba canonum quæ in pleniorum fir-
mitatem huic commonitoria inseruimus: ita enim
dixerunt dilectissimi fratres in concilio Nicæno, cum
de episcoporum appellatione decernerent. Placuit
autem ut si episcopus accusatus fuerit, et judicave-
rint congregati episcopi regionis ipsius et de gradu
suo deiecerint eum, et appellasse videtur et confu-
gerit ad beatissimum Ecclesiæ Romanæ episcopum,
et voluerit audiri et justum putaverit ut renovetur
examen, scribere his episcopis dignetur qui in fini-
tima et propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter
omnia requirant et juxta fidem veritatis definiant:
quod si quis rogat causam suam iterum audiri, et
deprecatione sua moverit episcopum Romanum ut e
latere suo presbyterem mittat, erit in potestate epi-
scopi quid velit et quid existimet; et si decreverit
mittendos esse qui præsentibus cum episcopis judicent
habentes auctoritatem ejus a quo destinati sunt, erit
in ejus arbitrio; si vero crediderit sufficere episco-
pos ut negotio terminum imponant, faciet quod sap-
ientissimo consilio suo judicaverit.

IV. *Alipii episcopi responsio pro veris exemplariis Ni-
cæni concilii perquirendis.*

Et cum recitaret, Alpius episcopus ecclesiæ Tagas-
tensis legatus provinciæ Numidicæ dixit: De hoc jam
superioribus etiam litteris concilii nostri rescripsi-
mus, et id nos servaturos profiteamur quod in Nicæno
concilio **162** constitutum est: adhuc tamen movet
quoniam cum inspiceremus Græca exemplaria hu-
jus synodi Nicæne, ista ibi nescio qua ratione mini-
me invenimus. Unde petimus venerationem tuam,
sancte papa Aureli, ut quia hoc authenticum concilii
Nicænum in urbe dicitur esse Constantinopoli-
tana, aliquos cum scriptis tuæ sanctitatis mittere di-

^a E., B. R., agenda sunt subsequantur. Daniel. U., agenda sunt, subsequenter. Daniel.

gnis, et non solum ad ipsum sanctum fratrem no-
strum Constantinopolitanum episcopum, sed etiam
ad Alexandrinum et Antiochenum venerabiles sacer-
dotes, qui hoc nobis concilium sub adstipulatione
litterarum suarum dirigant, ut omnis postmodum
ambiguitas auferatur, quia nos ita ut frater Faustinus
attulit minime invenimus: ista nos tamen paulisper
servaturos, ut antea dixi, donec integra exemplaria
veniant profiteamur. Petendus est autem litteris no-
stris etiam venerabilis Ecclesiæ Romanæ episcopus
Bonifacius, ut ipse quoque dignetur ad memoratas
ecclesias aliquos mittere, qui eadem exemplaria præ-
dicti Nicæni concilii secundum ejus possint scripta
perferre [T. 2. præferre]. Nunc autem memorati Ni-
cæni concilii qualia exemplaria habemus his gestis
seciamus.

V. *Ubi Faustinus episcopus dicit, ut Romano papæ
synodus pro inquirenda Nicæne synodi veritate no-
tescat.*

Faustinus episcopus legatus Ecclesiæ Romanæ
dixit: Nec vestra sanctitas præjudicat Ecclesiæ Ro-
mæ sive de hoc capitulo sive de aliis, quia dicere
dignatus est frater noster et coepiscopus Allipius du-
bios esse canones, sed hæc ipsa ad sanctum ac beatis-
simum papam nostrum scribere dignemini, ut et
ipse integros canones inquirens cum vestra sanctitate
de omnibus constitutis tractare possit. Sufficiat autem
ut et ipse beatissimus episcopus urbis Romæ, sicut
et vestra sanctitas apud se tractat, ita et ipse inqui-
rat, ne contentio inter ecclesias nasci videatur, sed
magis charitate fraterna deliberare possitis ipso res-
cribente quid melius observari debeat. Aurelius
episcopus dixit: Præter ista quæ deprompsimus actis
necesse est ut etiam nostræ parvitas litteris sancto
fratri et consacerdoti nostro Bonifacio singula quæ
tractamus plenissime intimemus: ergo si omnibus
placet prosecutio nostra, ore omnium condiscamus.
Universum concilium dixit: Placet.

VI. *De sententia Sardicensis concilii recitata postulante
Novato episcopo.*

Novatus episcopus legatus Mauritanicæ Sitiphensis
dixit: Nunc meminimus in hoc **163** præsentem com-
monitorio lectum etiam de presbyteris vel diaconi-
bus contineri, qualiter audiri ab episcopis suis vel a
fidelibus debeant, quod in Nicæno concilio minime
legimus: unde hoc ipsum jubeat sanctitas vestra no-
bis recitari. Aurelius episcopus dixit: Recitetur ad
locum etiam hoc quod deponitur. Daniel notarius
recitavit: De appellationibus autem clericorum, id
est minoris loci, et ipsius synodi certa responsio, de
qua re quid acturi sitis credimus inserendum, quod
taliter dictum est ex Sardicensi concilio (*Titulo 17*).
Osius episcopus dixit: Quid me adhuc moveat reti-
cere non debeat: Si episcopus quis forte iracundus,
quod esse non debet, cito aut aspero commoveatur
adversus presbyterum sive diaconem subum et exter-
minare eum de ecclesia voluerit, providendum est

^b E., B. R., T. 1, 2, adhuc tamen me movet.
^c Ex reliquis præter A., in quo, renovari.

ne innocens damnetur aut perdat communionem, habeat potestatem ejectionis et finitimos interpellet episcopos, ut causa ejus audiatur et diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti, et ille episcopus qui aut juste aut injuste rejecit patienter accipiat ut negotium discutatur, ut aut prohetur ejus aut emendetur sententia : et cætera.

VII. *Ubi Augustinus episcopus cum synodo Nicænum concilium conservare promittit.*

Cumque recitaretur, Augustinus episcopus ecclesie Hipponiregiensis legatus provincie Numidie dixit : Et hoc nos servaturos profitemur salva diligentiori inquisitione concilii Nicæni. Aurelius episcopus dixit : Si hoc etiam omnium vestri charitati placet, responsione firmate. Universum concilium dixit : Omnia quæ in Nicæno concilio statuta sunt nobis omnibus placent. Jucundus episcopus ecclesie Suphétulæ legatus provincie Byzacene dixit : Quod statutum est in Nicæno concilio violari a quoquam nullatenus potest.

VIII. *Ubi Faustinus episcopus pro dubietate recitati capitali Romano papæ reperit scribendum.*

Faustinus episcopus legatus Ecclesie Romanæ dixit : Adhuc secundum professionem sanctitatis vestræ tam sancti Alipii quam etiam fratris nostri Jucundi aliqua firmari credo, aliqua infirmari, quod non debet, cum jam in dubium ipsi canones venerint : ergo ut placet et nobis et beatitudini vestræ, ad sanctum et venerabilem Ecclesie Romanæ episcopum vestra scribere dignetur sanctitas, ut et ipse quod et sanctus Augustinus statuere dignatus est de liberare possit **164** utrumnam et hoc constituendum sit ac retinendum, hoc est de appellationibus inferioris gradus. Si ergo adhuc in dubium venit de hoc capitulo, justum est ut beatissimæ Romanæ sedis episcopus informari debeat, si tamen approbatis canonibus hoc invenire poteritis.

IX. *Ubi synodus exemplaria Nicæni concilii magis ab orientalibus episcopis expetenda decrevit.*

Aurelius episcopus dixit : Etiam quæ dudum vestræ charitati intinnavimus, nunc patimini exemplaria statutorum Nicæni concilii, sed et quæ hic salubriter a nostris decessoribus secundum ejusdem concilii formam vel quæ nunc a nobis ordinata sunt recitari et gestis inseri. Omne concilium dixit : Exemplaria fidei et statuta Nicæne synodi, quæ ad nostrum concilium per beatæ recordationis olim prædecessorem tuæ sanctitatis qui interfuit Cecilianum episcopum allata sunt, sed et quæ patres ea exemplaria [Æ., B. R., U., exempla] sequentes hic constituerunt vel nunc communi tractatu statuimus, his gestis ecclesiasticis inserta manebunt, ita ut superius dictum est venerabilibus viris Antiochenæ et Alexandrinæ sed et Constantinopolitanæ Ecclesiarum [U., G., Ecclesie] episcopis scribere vestra beatitudo dignetur, ut exemplaria verissima concilii Nicæni sub adstipulatione litterarum suarum dirigant, quo declarata ve-

^a Æ., B. R., T. 1, U., hoc inveniri possit. T. 2, inveniri poterit.

ritas, ea capitula quæ in commonitorio præsens frater et coepiscopus noster Faustinus sed et compresbyteri Philippus et Asellus secum attulerunt, aut ibidem reperta a nobis firmabuntur, aut si non inveniuntur, collecta synodo de hoc in sequenti tractabimus. Daniel notarius Nicæni concilii professionem fidei vel ejus statuta recitavit in concilio Africano.

X. *Professio fidei Nicæni concilii.*

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem omnium visibilibus et invisibilibus conditorem : et in unum Dominum Jesum Christum filium Dei, natum de Patre unigenitum, hoc est de substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, unius substantie cum Patre, quod Græci dicunt homousion, per quem omnia facta sunt, sive quæ in cælo, sive quæ in terra, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est, homo factus passus est, et resurrexit tertia die, ascendit in cælos, sedet ad dexteram Patris, **165** inde venturus judicare vivos et mortuos : et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt : Erat quando non erat, et priusquam nasceretur non erat, et quia ex nullis exstantibus factus est, aut ex aliqua substantia vel natura, dicentes mutabilem et convertibilem Filium Dei ; hos anathematizat catholica et apostolica Ecclesia.

XI. *Epistola ad Bonifacium urbis Romæ episcopum ab Aurelio et reliquis Africanæ provincie episcopis per superius denominatos Romanæ Ecclesie legatos pro eo ipso concilio directæ.*

Domino beatissimo et honorabili fratri Bonifacio Aurelius, Valentinus primæ sedis provincie Numidie et cæteri qui præsentibus adfuimus numero ducenti decem et septem ex omni concilio Africa.

Quoniam Domino placuit, ut de his quæ nobiscum egerunt sancti fratres nostri coepiscopus Faustinus et compresbyteri Philippus et Asellus, non beatæ memoriæ episcopo Zosimo a quo ad nos mandata et litteras attulerunt, sed tuæ venerationi qui in ejus loco es divinitus constitutus, humilitas nostra rescriberet ; ea breviter insinuare debemus quæ utrumque concordia terminata sunt, non ea quæ prolixis gestorum voluminibus continentur, in quibus salva quidem charitate non tamen sine parvo altercationis labore demorati sumus, ea gestis deliberantes quæ nunc ad causam pertinent ; quanquam et ille, si adhuc esset in corpore, hoc acciperet gratius quod videret pacatius terminatum, domine frater. Apiarius presbyter, de cujus et ordinatione et excommunicatione et provocatione fuerat exortum non solum Siccensi verum etiam totius Africae Ecclesie non leve scandalum, de omnibus erroribus suis veniam petens communioni est restitutus : prior autem coepiscopus noster Siccensis Urbanus quod in eo corrigendum visum est sine ulla dubitatione correxit : quia vero paci et quieti Ecclesie non tantum ad præsens sed etiam in posterum prospiciendum

^b In omnibus Codicibus : pro id ipsum concilium.

fuit, quoniam talia multa præcesserunt ut vel similia vel etiam graviora deinceps præcaveri oporteret : placuit nobis ut de Siccensi Ecclesia, retento scilicet honore gradus sui, presbyter removeretur Apiarius, et accepto epistolio ubicunque alibi vellet et posset presbyterii munere fungeretur ; quod eidem ipsi per litteras proprias postulanti sine difficultate concessimus. Sane priusquam hæc causa isto termino clauderetur, inter alia quæ diuturnis [U., diutinis] disceptationibus 166 versabamur, quia ratio ipsa poscebat ut apud acta ecclesiastica a fratribus nostris Faustino coepiscopo et Philippo atque Asello presbyteris quereremus, ut promerent quidquid eis nobiscum agendum fuisset injunctum, nonnulla quidem sine ullo scripto prosecuti sunt verbis : sed cum id potius flagitarem quid in litteris ferrent, commonitorium protulerunt, quod recitatum nobis etiam gestis quæ secum ad vos deferunt est alligatum : in quo eis quatuor quædam nobiscum gerenda mandata sunt : unum de appellationibus episcoporum ad Romanæ Ecclesiæ sacerdotem : alterum ne ad comitatum episcopi importune navigent : tertium de retractandis presbyterorum et diaconorum causis apud finitimos episcopos, si a suis excommunicati perperam [U., propere] fuerint : quartum de Urbano episcopo excommunicando vel etiam Romam evocando, nisi ea quæ videbantur corrigenda corrigeret. Quorum omnium de primo et tertio id est ut Romam liceat episcopo provocare, et ut clericorum causæ apud provinciarum suarum episcopos finiantur, jam priori anno etiam litteris nostris ad eundem venerabilis memoriæ Zosimum episcopum datis insinuare curavimus, ut ea servare sine ulla ejus injuria paulisper sineremus ut que ad inquisitionem statutorum concilii Nicæni. Et nunc de tua poscimus sanctitate, ut quemadmodum ea apud Nicæam a patribus acta vel constituta sunt sic ea nobis facias custodiri, et ibi apud vos ista quæ in commonitorio attulerunt facias exerceri. Item istud ^a : Si episcopus accusatus fuerit, et judicaverit congregati episcopi regionis ipsius et de gradu suo dejecerint eum, et appellasse videtur et confugerit ad beatissimum Romanæ Ecclesiæ episcopum, et voluerit audiri et justum putaverit ut renovetur examen, scribere his episcopis dignetur qui in finitima et propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter requirant omnia et juxta fidem veritatis definiant : quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit episcopum Romanum ut e latere suo presbyteres ^b mittat, erit in potestate episcopi quid velit et quid æstimet ; et si decreverit mittendos esse qui presentes cum episcopis judicent habentes auctoritatem ejus a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio : si vero crediderit sufficere episcopos ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo suo consilio judicaverit. Item de presbyteris et diaconibus : Si ^c episcopus quis iracundus, quod esse non debet, cito aut aspere

^a Ex concilio Sardicensi, titulo 7.

^b *Æ.*, B. R., *presbyterem*.

commoveatur adversus presbyterum sive diaconum suum et exterminare eum de Ecclesia voluerit, providendum 167 est ne innocens damnetur aut perdat communionem, habeat potestatem ejectus ut finitimos interpellat episcopos et causa ejus audiatur et diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti ; et ille episcopus qui aut juste aut injuste rejecit patienter accipiat ut negotium discutatur, ut aut probetur ejus aut emendetur sententia. Hæc utique usque ad adventum verissimorum exemplariorum Nicæni concilii inserta gestis sunt, quæ si ibi quemadmodum constituta sunt et quemadmodum ipso, quod apud nos fratres ex apostolica sede directi allegaverunt, commonitorio continentur, eo ordine vel apud vos in Italia custodirentur, nullo modo nos talia qualia commemorare jam nolumus vel tolerare cogemur vel intolerabilia pateremur. Sed credimus, adjuvante misericordia Dei nostri, quod tua sanctitate Romanæ Ecclesiæ presidente non sumus jam istum typhum passuri, et servabuntur erga nos ea quæ nobis etiam non dissidentibus custodiri debeant cum fraterna charitate secundum sapientiam atque justitiam, quam tibi donavit Altissimus, etiam ipse perspicias [U., G., prospicias] esse servanda, nisi forte aliter se habeant canones concilii Nicæni. Quamvis enim plurimos Codices legerimus, sed nusquam in Nicæno concilio in Latinis Codicibus legitimus quemadmodum in supradicto commonitorio inde directa sunt : quia hic in nullo Codice ea potuimus invenire, ex Orientalibus Ecclesiis, ubi perhibentur eadem decreta posse etiam authentica reperiri, magis nobis desideramus afferri. Pro qua re tuam quoque venerationem obsecramus, ut scribere etiam ipse digneris ad illarum partium sacerdotes, hoc est Ecclesiæ Antiochenæ Alexandrinæ et Constantinopolitanæ, et si aliis etiam tuæ placuerit sanctitudini [*Æ.*, *BR.*, *U.*, sanctitati], ut inde ad nos idem canones apud Nicæam civitatem a patribus constituti veniant, te potissimum hoc beneficium cunctis occidentalibus ecclesiis in Domini adjutorio conferente. Quis enim dubitet exemplaria esse verissima concilii in Græcia Nicæni congregati, quæ tam diversis locis et de nobilibus Græcis ecclesiis allata sunt et comparata concordant ? Quod, donec fiant hæc quæ in commonitorio supradicto a nobis allegata sunt de appellationibus episcoporum ad Romanæ Ecclesiæ sacerdotem et de clericorum causis apud provinciarum suarum episcopos terminandis, nos usque ad probationem servaturos esse profitemur, et beatitudinem tuam ad hoc nos adjuturam in Dei voluntate confidimus. Cætera vero quæ in nostra synodo gesta vel firmata sunt, quoniam supradicti fratres nostri Faustius episcopus, Philippus 168 et Asellus presbyteri secum detulerunt, si dignatus fueris, tuæ nota facient sanctitati. Et subscripta alia manu : Dominus noster te nobis annis plurimis custodiat, beatissime frater ^d. Aurelius Carthaginis episcopus, Alipius, Augusti-

^c Ex concilio Sardicensi, titulo 17.

^d *Æ.*, E. 3, U., *frater. Amen*.

nus, Possidius, Marinus, et cæteri ducenti decem et septem subscripserunt.

XII. *Rescripta* [T. 2, *rescriptum*] ad concilium Africanum Cyrilli Alexandrini episcopi et Attici Constantinopolitani episcopi : ubi authentica Nicæni concilii translata de Græco per Innocentium presbyterum transmissa sunt, quæ etiam epistolæ cum eodem concilio Nicæno per memoratum presbyterum Innocentium et Marcellum subdiaconum Ecclesiæ Carthaginiensis sancto Bonifacio episcopo Ecclesiæ Romanæ sub die vi Kalendas Decembris sunt directæ.

Dominis honorabilibus sanctis fratribus et coepiscopis Aurelio, Valentino, sed et omni sanctæ congregationi in Carthaginensi synodo congregatæ, Cyrillus salutans in Deo charitatem vestram.

Scripta venerationis vestræ multam habentia quærimoniam cum omni lætitia per filium nostrum Innocentium presbyterum suscepimus, quibus a nobis speratis, ut de scrinio nostræ Ecclesiæ verissima exemplaria ex authentica synodo apud Nicæam civitatem metropolim Bithyniæ a sanctis Patribus constituta atque firmata sub nostræ fidei professione vestræ dilectioni porrigamus. Unde domini honorabiles [Æ., venerabiles] fratres, salute præeunte, necesse habui per hunc a latorem filium nostrum Innocentium fidelissima exemplaria ex authentica synodo in Nicæa civitate Bithyniæ habita vestræ charitati dirigere : quod et in ecclesiastica historia requirentes inveniatis. De pascha vero ut scribitis nuntiavimus vobis xviii Kalendas Maias nos futura indictione celebrare. Et alia manu : Deus et dominus noster vestram congregationem custodiat, quod optamus, charissimi fratres. Amen.

Epistola Attici episcopi Constantinopolitani.

Beatissimis fratribus ^b et coepiscopis Aurelio, Valentino vel cæteris charissimis in synodo apud Carthaginensem habita constitutis Atticus episcopus.

Per filium nostrum Marcellum subdiaconum vestrum scripta vestræ dilectionis cum omni gratulatione suscepti, Domino gratias agens quod merui tantorum fratrum benedictione perfrui, domini beatissimi fratres. Scribitis sane, ut verissimos canones apud Nicæam civitatem metropolim Bithyniæ a **169** patribus constitutos sub fidei astipulatione dirigam : et quis est qui communem fidem vel statuta a patribus firmata suis fratribus deneget? qua de re per eundem filium meum Marcellum subdiaconum vestrum nimium festinantem, sicut statuti sunt in Nicæa civitate a patribus, canones integros ut jussistis direxi, petens ut pro me plurimum vestra sancta congregatio orare jubeat. Et alia manu : Deus noster sanctitatem vestram custodiat, quod optamus, sanctissimi fratres ^c.

XIII. *Exemplaria Nicæni concilii directa sub die* ^d vii Kalendas Decembris post consulatum gloriosissimorum imperatorum Honorii duodecimes et Theodosii octies Augustorum, Bonifacio urbis Romæ episcopo.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem,

^a Æ., B. R., t. 1, 2, U., harum.

^b Æ., B. R., T. 1, 2, U., Dominis sanctis merito beatissimis fratribus.

^c Æ., B. R., U., fratres. Amen.

omnium visibilium necnon et invisibilium creatorem : et in unum Dominum nostram Jesum Christum Filium Dei, natum ex Patre unigenitum, hoc est ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non creatum, ejusdem ^e cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt ^f cœlestia et terrena [U., G., terrestria], qui propter nos homines et propter nostram salutem, descendit ^g et incarnatus est, et homo factus passus est, et resurrexit tertia die, ascendit in cœlum, venturus inde judicare vivos et mortuos : et in Spiritum sanctum. Eos vero qui dicunt : erat tempus quando non erat, et quia ex nihilo factus, vel ex alia substantia vel essentia esse aut mutabilem aut convertibilem Filium Dei dicunt, anathematizat catholica et apostolica Ecclesia.

Cui symbolo fidei etiam exemplaria statutorum annexa sunt, quæ in magna et sancta synodo apud Nicænam civitatem metropolim provinciæ Bithyniæ constituta sunt, et de Græco translata sunt a Philone et Evaristo Constantinopolitano.

I. *De his qui se absciderunt aut castraverunt.*

Si quis per languorem a medicis sectus est aut a barbaris abscissus, iste remaneat in clero. Si quis autem sanus se abscidit, istum in clero positum abstinere oportet, et de cætero nullum talium debere promoveri : sicut autem hoc manifestum quod de his qui hanc rem excogitant audentque se abscidere, dictum est, sic eos, qui a barbaris aut a dominis **170** castrati sunt et inveniuntur digni, tales ad clerum applicat canon.

II. *De his qui ex ethnicis post baptismam statim ad clerum applicantur.*

Quia multa aut ex necessitate aut aliter festinantibus hominibus facta sunt contra canonem ecclesiasticum, ut homines ex Gentili vita nuper accedentes ad fidem et in parvo tempore catechizati statim ad spirituale lavacrum ducantur, et simul cum baptizati fuerint promoveantur ad episcopatum aut ad presbyterium, bene habere placuit de cætero nihil tale fieri ; nam et tempore opus est ei qui catechizatur et post baptismam approbatio amplior : manifesta etenim est apostolica Scriptura quæ dicit : *Non neophytum, ne forte in superbiam elatus in judicium incidat et laqueum diaboli* ; si autem procedente tempore aliquod animæ peccatum inveniatur circa hujusmodi personam et convincatur a duobus vel tribus testibus, iste cesset a clero. Si quis autem præter hæc facit, quasi adversus magnum concilium superveniens, ipse periclitabitur de clero.

^d Æ., T. 1, 2, G., die vii. B. R., die vi.

^e Æ., non factum, homousion Patri, hoc est ejusdem.

^f Æ., sunt quæ in cælo et quæ in terra.

^g Æ., qui propter nostram salutem descendit.

III. *De a subintroductis mulieribus.*

Interdixit omnimodo sanctum concilium neque episcopum neque presbyterum neque diaconum, neque ex toto eum qui in clero est habere subintroductam secum, nisi forte matrem aut sororem aut etiam thiam^b aut materteram aut eas solas personas quæ refugiant omnem suspicionem.

IV. *De ordinatione episcoporum.*

Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus qui sunt intra provinciam episcopis ordinari: si autem difficile erit hoc aut propter urgentem necessitatem aut propter longitudinem itineris, omnimodis tres in unum convenientes, consentientibus et his qui absentes sunt episcopis et respondentibus per scriptum^c, tunc manus impositionem fieri. Confirmatio autem eorum quæ fiunt danda unicuique suæ provincie metropolitanis episcopo.

V. *De excommunicatis.*

De his qui excommunicantur, sive de clero sint sive de laico agmine, ab episcopis per singulas provincias obtineat sententia juxta canones, eos qui ab aliis abijciuntur ab aliis non recipiendos; requiratur autem ne pusillanimitate aut pertinacia aut alia aliqua episcopi molestia excommunicati sint. Ut ergo **171** hoc decentius inquiratur, bene haberi^d placuit singulis annis per singulas provincias bis in anno concilia fieri, ut omnibus simul episcopia in unum congregatis tales quæstiones inquirantur, et ita qui manifeste offenderunt episcopum rationabiliter excommunicati apud omnes esse putentur. quandiu aut in communi aut episcopo placeat humaniorem pro his ferre sententiam. Concilia autem fiant, unum quidem ante quadragesimam, ut omni pusillanimitate sublata munus mundum offeratur Deo, secundum autem circa tempus autumnii.

VI. *De primatibus episcoporum metropolitanorum.*

Antiqui mores obtineant qui apud Ægyptum sunt, Libyam et Pentapolim, ut Alexandria episcopus omnium habeat sollicitudinem, quia et urbis Romæ episcopo similis mos est: similiter autem et circa Antiochiam et in cæteris provinciis privilegia propria reserventur metropolitanis ecclesiis. Omnino autem manifestum est illud, quia si quis præter consilium metropolitani factus fuerit episcopus, talem concilium magnum definiit non debere esse episcopum: si vero communi omnium decreto rationabili et secundum canonem ecclesiasticum duo aut tres propter proprias inimicitias contradixerint, obtineat sententia plurimorum.

VII. *De episcopo Æliæ id est Hierosolymitano.*

Quia consuetudo obtinuit et traditio antiqua, ut Æliæ episcopus honoretur, habeat ordinem honoris, salva [U., G., salva] tamen dignitate metropolitani ejusdem provincie.

^a In reliquis, præter A., *De commentibus cum mulieribus.*

^b In reliquis præter A., *thiam aut eas solas.*

^c Ex Æ. In A., B. R., E. 3, *spondentibus præscripta.*

T. 1, 2, *per scripturas. G., per scripta.*

^d In hac voce *haberi* facta perperam in omnibus

VIII. *De his qui denominant se Catharos.*

Aliquando vero accedentibus ad catholicam Ecclesiam, placuit sanctæ et magnæ synodo eos ordinatos sic manere in clero: ante omnia autem hæc profiteri ipsos per Scripturam oportet, quod consentiant et sequantur catholica et apostolica dogmata: hoc est et bigamis communicare et his qui in persecutione delapsi sunt, circa quos et tempus constitutum est et dies definitus, ut sequantur in omnibus quæ placuerint catholicæ Ecclesie episcopo aut presbytero. Ubiunque autem omnes sive in castellis sive in civitatibus ipsi soli inventi fuerint ordinati, qui inveniuntur in clero sint in eodem habitu; quotquot autem catholicæ Ecclesie episcopo aut presbytero existente accedunt, manifestum quia episcopus quidem ecclesie habeat dignitatem episcopi, qui autem nominatur apud eos episcopus presbyteri honorem **172** habeat, nisi forte placuerit episcopo honoris eum nomine frui; sin vero non hoc ei placuerit, providebit locum aut chorepiscopatus aut presbyterii ut in clero omnino esse videatur, quatenus non in civitate duo episcopi sint.

IX. *De his qui ad sacerdotium sine examinatione promoti sunt.*

Si qui sine examinatione promoti sunt presbyteri aut episcopi et cum discutiuntur confessi sunt quæ peccaverunt, vel si ab aliis evincantur et præterea contentibus, contra canonem moti homines manus eis imposuerunt, tales canon non suscipit sed abijcit; hoc enim quod irreprehensibile est defendit catholica Ecclesia.

X. *De his qui negaverunt in persecutione et postea ad clericatum promoti sunt.*

Quicumque ordinati sunt per ignorantiam aut dissimulationem ordinantium, hi qui lapsi sunt, hoc non præjudicat canoni ecclesiastico; cogniti etenim deponuntur [T. 2, deponantur].

XI. *De his qui negaverunt et habentur in laicis.*

De his qui prævaricati sunt præter necessitatem aut præter oblationem facultatum aut præter periculum vel tale aliquid, quod factum est sub tyrannide Licinii, placuit sancto concilio, licet indigni sint humanitate, tamen subveniri eis. Quotquot igitur sincere poenitent, tres annos inter audientes sint, qui lapsi sunt fideles, et septem annos succumbant: duobus vero annis absque oblatione communicent orationibus populi.

XII. *De his qui abrenuntiaverunt et iterum ad sæculum sunt reversi.*

Quicumque vocati sunt ad gratiam et primordia demonstrantes bona deposuerunt cingulum militiæ, postea vero ad proprium vomitum revolati sunt, ita ut aliqui et pecuniam conferant et beneficiis militiam repetant, isti decem annos succumbant post triennii

Codicibus divisio velut quintum inter et sextum numerum, cum in textum nota marginalis *De concilio celebrando* fuerit introducta.

^e U., G., *hoc non præjudicante canone ecclesiastico.*

auditionis tempus. In omnibus autem his oportet discutere voluntatem et speciem penitentiae; quotquot enim timore et lacrymis et perseverantia et bonis operibus conversionem opere non simulatione demonstrant, isti adimplentes tempus constitutum auditionis orationibus merito communicabunt, et postea licebit episcopo humanius de his aliquid cogitare: qui autem indiscrete tulerunt et ingressum ecclesiae sibi sufficere arbitrati sunt ad conversionem, omne compleant tempus.

173 XIII. De his qui in exitu communionem requirunt.

De exeuntibus de corpore vetus et canonica lex custodiatur et nunc, ut ii qui mori parantur novissimo iuvamine non priventur; sin vero desperati communionem sumpta et oblatione percepta iterum convalescant, sint inter eos qui orationibus tantum communicant. Omnino autem omni morituro petenti sibi dari gratiam episcopus probabiliter ei oblationem contradat.

XIV. De catechumenis lapsis.

Placuit sanctae et magnae synodo ut triennio audiant tantum, post haec orent cum catechumenis.

XV. De clericis ne de civitate ad aliam transeant.

Propter grandem tumultum et seditiones quae factae sunt placuit omnimodis auferri consuetudinem quae est contra canonem: si inventi fuerint in aliquibus partibus de civitate ad civitatem migrantes, nec episcopum nec presbyterum nec diaconum [U., G., add. esse] liceat; si quis autem post sancti et magni concilii definitionem tale aliquid attentaverit aut sese dederit negotio, cassabitur omnimodo huiusmodi machinatio, et restituetur ecclesiae in qua aut episcopus aut presbyter aut diaconus fuerat ordinatus.

XVI. De his qui in ecclesiis suis in quibus promoti sunt non morantur.

Si qui facile se periculis ingerentes, neque timorem Dei ante oculos habentes, neque ecclesiasticum canonem scientes, discedunt ab ecclesia presbyteri aut diaconi aut quicumque sunt in canone constituti, isti nullo modo suscipi debeant ab alia ecclesia; sed omnem eis necessitatem imponi oportet ut ad proprias parochias revertantur: pertinaces autem excommunicatos esse oportet. Si autem aliquis ausu temerario subripuerit ad alterum pertinentem et ordinaverit in sua ecclesia, non consentiente episcopo a quo discesserat clericus qui in canone continetur, infirma sit huiusmodi manus impositio.

XVII. De clericis qui usuras accipiunt.

Quoniam plures in canone constituti cupiditatem et lucra turpia sectantur, oblitique sanctae Scripturae dicentis: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, cum fenerantur aliis centesimas exigunt*; iuste statuit sanctum et magnum concilium, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipiens et aliud quid excogitans turpis lucri gratia, abijciatur a clero et alienus a canone sit.

^a *Æ., B. R., E. 3, U., G., aut.*

XVIII. De privilegiis presbyterorum.

Pervenit ad sanctum et magnum concilium, quod in quibusdam locis aut civitatibus presbyteris gratiam [E., T. 2, eucharistiam] diaconi porrigant, quod neque canon neque consuetudo tradidi, ut hi qui potestatem offerendi non habent his qui offerunt porrigant corpus Christi: sed etiam hoc quoque innotuit, quod quidam diaconi et ante episcopos contingant eucharistiam. Omnia igitur haec amputentur, et maneat diaconi in proprio ordine, scientes quod episcoporum quidem ministri sunt, presbyteris autem inferiores existunt; accipiant autem ex ordine eucharistiam post presbyteros, episcopo eis dante aut presbytero: sed nec sedere eis in medio presbyterorum liceat, praeter canonem enim et praeter ordinem est hoc si fiat. Si quis autem obtemperare noluerit post hanc definitionem, cesset a diaconio.

XIX. De his qui a Paulo Samosateno ad ecclesiam veniunt.

De Paulianistis refugientibus ad Ecclesiam catholicam definitio prolata est, rebaptizari eos omnino: si qui vero ex eis praeterito tempore fuerunt in clero, siquidem sine querela et reprehensione fuerint, post baptismum ordinentur ab episcopo Ecclesiae: sin vero discussio eos minus idoneos invenerit, deponi eos convenit. Similiter autem et de diaconibus et omnino de his qui in eodem canone conversantur eadem forma servabitur. Meminimus autem de diaconissis, quae in eadem specie sunt quia manus impositionem aliquam non habent, ut omnino inter laicas computentur.

XX. De flectendo genua.

Quoniam sunt quidam qui die dominico flectunt genua et diebus Pentecostes, placuit de hoc sanctae et magnae synodo cunctos in omnibus locis consonanter et consentienter stantes Dominum orare debere.

Explicunt decreta concilii Niceni.

Praeterea statuitur in hoc concilio, ut diaconissae quae manus impositionem non accipiunt inter laicas deputentur. Igitur episcopi cum de his omnibus prout divinarum legum reverentia poposcerat decrevisset, sed et de observatione paschae antiquum canonem per quem nulla de reliquo varietas oriretur ecclesiis sanctum concilium tradidisset, omnibus rite dispositis Ecclesiarum pax et fides in Orientis atque Occidentis partibus una eademque servata est. Haec de ecclesiastica historia necessario credimus inserenda.

175 Scripta Africani concilii ad Coelestinum urbis Romae episcopum.

Domino dilectissimo et honorabili fratri Coelestino Aurelius, Valentinus, Antonius, Tutus, Servus Dei, Terentius, Fortunatus, Martinus, Januarius, Optatus, Celticus [T. 1, 2, Celesticus], Donatus, Theasius, Vincentius, Fortunatianus [Æ., Fortunatus] et ceteri qui in universali Africano concilio Carthagine adfuerunt:

Optaremus si quemadmodum sanctitas tua de adventu Apiarri lætatos vos fuisse missis per presbyterum nostrum Leonem litteris intimavit, ita nos quoque de ejus purgatione hæc scripta cum lætitia mitteremus : esset profecto et nostra et vestra modo alacritas certior, nec præpropere videretur quæ adhuc de audiendo quam de auditu præcesserat. Adveniente sane ad nos sancto fratre et episcopo nostro Faustino, conciliū congregavimus et credimus ideo cum illo missum, quoniam sicut per ejus operam presbyterio antea redditus fuerat, ita nunc possit de tantis criminibus a Tabracenis objectis eo laborante purgari; cujus tanta ac tam immania flagitia decursum nostri concilii examen invenit, ut memorati patrocinium potius quam judicium ac defensoris magis operam quam disceptatoris justitiam superarent. Nam primum quantum obstiterit omni congregationi diversas injurias ingerendo, quasi Ecclesiæ Romanæ asserens privilegia et volens eum a nobis in communionem suscipi, quem tua sanctitas credens appellasse, quod probare non potuit, communioni reddiderit, quod minime tamen licuit, quod etiam gestorum melius lectione cognosces. Triduo tamen laboriosissimo agitato judicio, cum diversa eidem objecta afflictissimi quæreremus, vel moras coepiscopi nostri Faustini vel tergiversationes ipsius Apiarri, quibus nefandas turpitudines oculere conabatur, Deus judex justus, fortis et longanimis magno compendio resecavit. Tetriore quippe ac putidior obstinatione compressa, quæ tantum libidinum cœorum impudentia negationis volebat obruere, Deo nostro ejus conscientiam coarctante [U., G., cohortante] et occulta, quæ in illius corde tanquam in volutabro criminum jam damnabat, etiam hominibus publicante, repente in confessionem cunctorum objectorum flagitiosorum dolosus negator erupit, et tandem de omnibus incredibilibus opprobriis ultroneus se ipse convicit, atque ipsam quoque nostram spem, qua eum [Æ., quacum] et credebamus et optabamus de tam pudendis posse purgari maculis, convertit in gemitus, nisi quoniam istam nostram mœstitiam uno 176 tantum solatio mitigavit, quod et nos labore diuturnioris quæstionis absolvit, et suis vulneribus qualemcunque medelam, etsi invita hæc suæ conscientie reluctante confessione, providit, domine frater. Præfate itaque debite salutationis officio impendiosius deprecamur, ut deinceps ad vestras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem ultra velit excipere, quia hoc etiam Nicæno concilio definitum facile advertat venerabilitas tua : nam etsi de inferioribus clericis vel de laicis videtur tibi præcaveri,

quanto magis hoc de episcopis voluit observari, ne in sua provincia a communione suspensi a tua sanctitate præpropere vel indebite videantur communioni restitui? Presbyterorum quoque et consequentium clericorum improba refugia, sicut te dignum est, repellat sanctitas tua, quia et nulla patrum definitione hoc Ecclesiæ derogatum est Africanæ, et decreta Nicæna sive inferioris gradus clericos sive ipsos episcopos suis metropolitanis apertissime commiserunt. Prudentissime enim justissimeque viderunt quæcunque negotia in suis locis ubi orta sunt finienda, nec unicuique providentiæ gratiam sancti Spiritus defuturam, qua æquitas a Christi sacerdotibus et prudenter videatur et constantissime teneatur; maxime quia unicuique concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad concilia suæ provincie vel etiam universale provocare; nisi forte quisquam est qui credat unicuique posse Deum nostrum examinis inspirare justitiam, et innumerabilibus congregatis in concilium sacerdotibus denegare. Aut quomodo ipsum transmarinum iudicium ratum erit, ad quod testium necessariae personæ vel propter sexus vel propter senectutis infirmitatem vel multis aliis intercurrentibus impedimentis adduci non poterunt? Nam ut aliqui tanquam a tuæ sanctitatis latere mittantur, nulla invenimus patrum synodo constitutum. Quia illud quod pridem per eundem coepiscopum nostrum Faustinum tanquam ex parte Nicæni concilii inde transmisistis, in conciliis verioribus quæ accipiuntur Nicæni a sancto Cyrillo coepiscopo nostro Alexandrinæ ecclesiæ et a venerabili Attico Constantinopolitano antistite ex authentico missis, quæ etiam ante hoc per Innocentium presbyterum et Marcellum subdiaconum, per quos ad nos ab eis directa sunt, venerabilis memoriæ Bonifacio episcopo decessori vestro a nobis per eosdem transmissa sunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire. Executores etiam clericos vestros, aliquibus petentibus, nolite mittere, nolite 177 concedere, ne fumosum typhum sæculi in Ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis et humilitatis diem Domini videre cupientibus refert, videamus inducere. Nam de fratre nostro Faustino, amoto jam^b pro suis nefandis nequitias de Christi Ecclesia dolendo 178 Apiarrio, securi sumus quod eum in pravitate^c, ac moderatione tuæ sanctitatis, salva fraterna charitate, ulterius Africa minime patiatur. Et alla manu : Dominus Deus noster sanctitatem vestram ævo longiori orantem pro nobis custodiat, domine frater.

^a Ex Æ., B. R. In A. et reliquis Codicibus : *potuerant*.

^b In omnibus Codicibus : *jam dolo* : quæ postrema vox ut redundans expuncta est.

^c Omnes Codices : *in pravitate*; deest forte *ejus*, aut *in probitate* legendum, ut in excensis et in Græca versione.

XVIII

CONCILIUM CARTHAGINENSE SEPTIMUM

DECEM ET OCTO EPISCOPORUM GESTUM ÆRA QUA SUPRA, CUI ETIAM INTERFUIT PRÆDICTA LEGATIO ROMANÆ ECCLESIAE POST CONSULATUM GLORIOSISSIMORUM IMPERATORUM HONORII BUODECIMI ET THEODOSII OCTIMI AUGUSTORUM IV KALENDAS JULIAS.

Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ, huic concilio interfuit legatio Ecclesiæ Romanæ, cum Aurelius episcopus una cum Faustino Ecclesiæ Potentinæ provincie Italiæ Piceni legato Romanæ Ecclesiæ, Vincentio Culusitano, Fortunatiano Neapolitano, Mauriano Uziparensi, Adeodato Simidicensi, Pentadio Carpitano, Rufiniano Muzensi, Prætextato Siciliensi, Quodvultdeo Ucrensi ^a, Candido Abbiritano, Galloniano Uticensi ^b legatis provincie proconsularis, Alipio Tagastensi, Augustino Hipponiregensi et Possidio Calamensi legatis provincie Numidie, Maximiano Aquiregensi, Jucundo Suphetulensi, Maximiano Suphetano et Hilario Orreocellensi ^c legatis provincie Byzacene, Novato Sitiphensi et Leone Optensi legatis provincie Mauritanie Sitiphensis, Ninello Russurrensi, Laurentio Icositano et Numeriano Rusgunmensi legatis provincie Mauritanie Cæsariensis, ab universali concilio iudicibus delectis, adstantibus diaconibus, consedisset, et quibusdam peractis multi episcopi cæterorum peragendorum moras se conquererentur suscinere non posse, et ad proprias ecclesias festinarent; placuit universali concilio ut ab omnibus eligerentur de singulis quibusque provinciis, qui propter alia peragenda residerent: et factum est ut hi adessent quorum subscriptiones eos adfuisse testantur.

179 I. *De excommunicatis ut ad clericorum accusationem non admittantur.*

Placuit itaque omnibus, quoniam superioribus conciliorum decretis de personis quæ admittendæ sunt ad accusationem clericorum jam constitutum est, et quæ personæ non admittantur non expressum est; idcirco definimus eum rite ad accusationem non admitti, qui posteaquam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, sive sit clericus sive laicus, accusare voluerit.

II. *De personis quibus clericorum accusatio interdicitur.*

Item placuit, ut omnes servi vel proprii liberti ad accusationem non admittantur, vel omnes quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt, omnes etiam infamie macula aspersi, id est histriones ac turpitudinibus subjectæ personæ, hæretici etiam sive Pagani sive Judæi; sed tamen omnibus, quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentiam non negandam.

III. *De his qui primum crimen obiectum non probaverint ut ad cætera non admittantur.*

Item placuit quotiescunque clericis ab accusatori-

^a Ex Æ., B. R. in A. Ugremsi. T. 2, Verensi.

^b Ex Æ., B. R., E. 3, U. et G. in A., Uticensi. In T. 1, 2, Uticensi.

^c Æ., B. R., E. 3, U., G., Orreocaliorum.

bus multa crimina obijciuntur, et unum ex ipsis de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cætera jam non admittantur.

IV. *De personis quæ adversus clericos testimonium dicere prohibentur.*

Testes autem ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt vel etiam quos ipse accusator de sua domo produxerit; ad testimonium autem intra annos quatuordecim ætatis suæ non admittantur.

180 V. *De eo quem solo suo testimonio præsumperit episcopus excommunicandum.*

Item placuit, ut si quando episcopus dicit aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum atque ille neget, non putet ad injuriam suam episcopus pertinere quod illi soli non creditur; et si scriptulo propriæ conscientie se dicit neganti nolle communicare, quamdiu excommunicato non communicaverit, ei episcopo ab aliis non communicetur episcopis, ut magis caveat episcopus ne dicat in quemquam quod aliis documentis convincere non potest. Et subscripserunt:

Aurellus episcopus ecclesiæ Carthaginis.

Faustinus Potentinæ provincie Piceni.

Alipius Tagastensis legatus provincie Numidie.

Augustinus Hipponiregensis legatus provincie Numidie.

Possidius Calamensis episcopus legatus provincie Numidie.

Novatus Sitiphensis legatus.

Leo Optensis ^d legatus provincie Mauritanie Sitiphensis.

Maurianus Uziparensis ^e.

Rufinianus Muzensis.

Quodvultdeus Ucrensis.

Candidus Abbiritanus Germanicianorum.

Gallonianus Uticensis.

Maximianus Aquiregensis legatus provincie Byzacene.

Jucundus Suphetulensis legatus provincie Byzacene.

Hilarius Orreocellensis legatus provincie Byzacene.

Maximianus Suphetanus legatus provincie Byzacene.

Ninellus ^f Russurrensis legatus provincie Cæsariensis.

Laurentius Icositanus legatus provincie Cæsariensis.

^d Æ., B. R., T. 1, Mop'ensis.

^e Æ., B. R., Aziparitanus.

^f U., G., Nunellus.

Numerianus Rusgunmensis * legatus provincie A
Cæcariensis.

Philippus presbyter legatus Ecclesie Romanæ.
Asellus presbyter legatus Ecclesie Romanæ.

* T. 2, Rusgunmensis. U., G., Gammensis.

XIX

CONCILIIUM MILEVITANUM

DUCENTORUM QUATUORDECIM EPISCOPORUM ERA CCCCL, GLORIOSISSIMIS IMPERATORIS AR-
CADIO QUINQUES ET HONORIO AUGUSTO QUINQUES CONSULIBUS, VI KALENDAS SEPTEMBRIS.

181-182 In civitate Milevitana in secretario basilicæ ipsius cum Aurelius episcopus Ecclesie Carthaginis in concilio universali consedisset, astantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Quoniam Ecclesie sanctæ unum est corpus, omniumque membrorum caput est unum, factum est volente Domino ut ad hanc Ecclesiam veniremus dilectionis et fraternitatis gratia invitati: unde quæso charitatem vestram, quia ita credendum est quod noster accessus ad vos nec superfluous nec inuavis est cunctis; ideoque pariter quædam de causis fidei, unde nunc quæstio Pelagianorum imminet, in hoc cœtu sanctissimo primitus tractentur, deinde subsequantur et aliqua quæ disciplinam ecclesiasticam necessaria existant.

I. *Contra Pelagianos qui dicunt etiam sine peccato mori potuisse Adam.*

Placuit igitur omnibus episcopis, qui fuerunt in hæc sancta synodo, constituere hæc quæ in præsentis concilio definita sunt; ut quicumque dicit Adam primum hominem mortalem factum, ita ut sive peccaret sive non peccaret moreretur in corpore, hoc est de corpore esiret non peccati merito sed necessitate nature, anathema sit.

II. *Quod juxta Apostoli testimonium etiam parvuli qui nihil peccati adhuc commiserunt omnes in peccatorum remissionem veraciter baptizentur.*

Item placuit, ut quicumque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati quod lavacro regenerationis expiatur, unde fit consequens ut in eis forma baptismatis in remissionem quidem peccatorum non vera sed falsa intelligatur, **182** anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est quod ait Apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccaverunt: nisi quemadmodum Ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit.* Propter hanc enim regulam fidei etiam parvuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur quod generatione traxerunt.

III. *Quod gratia Dei non solum peccata dimittat, sed etiam adjuvet ne committantur.*

Item placuit, ut quicumque dixerit gratiam Dei qua justificamur per Jesum Christum Dominum nostrum ad solam remissionem peccatorum valere quæ jam

commissa sunt, non etiam ad adiutorium ut non committantur, anathema sit.

IV. *Quod per gratiam Dei sciamus quid facere debeamus et diligere ut faciamus.*

Item quisquis dixerit eandem gratiam Dei **183** per Jesum Christum Dominum nostrum propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur et aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, quid vitare debeamus, non per illam autem nobis præstari ut quod faciendum cognoverimus etiam facere debeamus atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat Apostolus: *Scientia inflat, charitas vero edificat*, valde impium est ut credamus ad eam quæ inflat nos habere gratiam Christi et ad eam quæ edificat non habere, cum sit utrumque donum Dei et scire quid facere debeamus et diligere ut faciamus, ut edificante charitate scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est: *Qui docet hominem scientiam*, ita etiam scriptum est: *Charitas ex Deo est.*

V. *Quod gratia Dei præstet ut lex impleatur, non sicut ait Pelagius facile, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri.*

Item placuit, ut quicumque dixerit ideo nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere per liberum jubemur arbitrium facilius possimus implere per gratiam, tanquam, etsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possemus etiam sine illa implere divina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur ubi non ait: *Sine me difficilius potestis facere*, sed ait: *Sine me nihil potestis facere.*

VI. *Quod juxta sententiam Joannis evangelistæ nemo sit qui esse possit sine peccato.*

Item placuit, ut quod ait sanctus Joannes apostolus: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus [U., G., seducimus] et veritas in nobis non est*, quisquis sic accipiendum putaverit, ut dicat propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia veritas est, anathema sit. Sequitur enim Apostolus et adjungit: *Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est et justus qui remittat nobis peccata et mundet nos ab omni iniquitate: ubi satis apparet hoc non tantum humiliter sed etiam veraciter dici.* Poterat enim apostolus dicere: *Si dixerimus quia non habemus peccatum, nos ipsos extollimus et humilitas in nobis non est; sed cum ait: Nos ipsos decipimus et veritas in nobis non est,*

satis ostendit eum qui dixerit se non habere peccata non verum loqui sed falsum.

184 VII. *Quod unicuique etiam justo non solum pro aliis sed pro semetipso dicere oporteat. Dimitte nobis debita nostra.*

Item placuit, ut quicumque dixerit: in oratione dominica ideo dicere sanctos *Dimitte nobis debita nostra*, ut non pro se ipsis hoc dicant, quia non eis jam necessaria ista petitio, sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores, et ideo non dicere unumquemque sanctorum: *dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra*, ut hoc pro aliis potius quam pro se justus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim et justus erat apostolus qui dicebat: *In multis enim offendimus omnes*: nam quare additum est *omnes*, nisi ut ista sententia conveniret et psalmo ubi legitur: *Non intres in iudicium cum servo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens*: et in oratione sapientissimi Salomonis: *Non est homo qui non peccet tibi*: et in libro sancti Job: *In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam*: unde etiam Daniels sanctus et justus cum in oratione^a pluraliter diceret: *Peccavimus, iniquitatem fecimus, et cætera quæ ibi veraciter et humiliter confitetur, ne putaretur, quemadmodum quidam sentiunt, hoc non de suis sed de populi sui potius dixisse peccatis, posteaquam dixit: cum orarem et confiterer peccata mea et peccata populi mei domino Deo meo, noluit dicere peccata nostra, sed et populi sui dixit et sua, quoniam futuros istos qui tam male intelligerent tanquam propheta prævidit.*

VIII. *Quod a sanctis veraciter dicatur: Dimitte nobis debita nostra.*

Item placuit, ut quicumque verba ipsa dominicæ orationis ubi dicimus: *Dimitte nobis debita nostra*, ita volunt a sanctis dici ut humiliter non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, et non hominibus sed ipsi Domino mentientem, qui labiis sibi [T. 1, 2, suis] dicit dimitti velle, et corde dicit quæ sibi dimittantur se debita non habere?

Hucusque de fide capitula contra Pelagianos. Nunc regulæ tractantur ecclesiasticæ.

IX. *Ut in communes causas Ecclesiæ generale concilium congregari oporteat: in privatis vero causis speciale uniuscujusque provincie.*

Item primitus placuit, ut non sit ultra fatigandis fratribus anniversaria necessitas, sed quoties exegerit causa communis, id est **185** totius Africae, undecunque ad hanc sedem pro concilio datæ litteræ fuerint, congregandam esse synodum in ea provincia ubi opportunitas persuaserit: causæ autem quæ communes non sunt in suis provinciis judicentur.

X. *Ut epistolas ad concilium devocandum metropolitanus subscribat et dirigat.*

Placuit etiam petiti omnium episcoporum, ut epistolis omnibus de concilio dandis sanctitas tua sola subscribat.

XI. *Ut de hæreticis vel infidelibus quidquid in concilio constituitur a principe impetretur.*

Placuit, ut et illud adversus hæreticos et Paganos

^a Ex reliquis codicibus præter A. in quo desunt verba: in oratione.

A vel eorum superstitiones legati missi de hoc a glorioso concilio, quidquid utile præviderint, de gloriosissimis principibus impetrent.

XII. *Ut preces vel orationes composita, nisi probata fuerint in concilio, non dicantur.*

Placuit etiam et illud, ut preces vel orationes, seu missæ quæ probatæ fuerint in concilio, seu traditiones [Æ., B. R., U., G., præfationes] sive commendationes seu manus impositiones ab omnibus celebrentur: nec aliqua ex his omnino dicantur in Ecclesia, nisi quæ a prudentioribus tractata [Æ., facta] et comprobata in synodo fuerint, ne forte aliquid contra fidem vel per ignorantiam vel per studium sit compositum.

XIII. *Ut posteriores anterioribus episcopis deferant, nec inconsultis primatibus suis aliquid agere præsumant.*

Valentinus episcopus dixit: Si permittit bonum patientiæ vestræ, prosequor ea quæ necessaria sunt ecclesiasticæ disciplinæ. Scimus enim in hac Ecclesia Carthaginensi inviolate semper permansisse ecclesiasticam disciplinam, ita ut nullus fratrum prioribus suis se aliquando auderet antepone, sed officiis legitimis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequentibus rationabiliter semper acciperetur: hunc ordinem jubeat sanctitas vestra melius vestris interlocutionibus roborari. Aurelius episcopus dixit: Non decuerat quidem ut hæc repeteremus, nisi forte existerent inconsideratæ mentes quorundam quæ ad hæc statuenda nostros acuerent sensus: sed communis hæc causa est quam insinavit frater et coepiscopus [Æ., B. R., U., consacerdos] noster, ut unusquisque nostrum sibi decretum adeo cognoscat, ut posteriores anterioribus deferant nec inconsultis primatibus aliquid agere præsumant. Qua de re oportet **186** eos qui putaverint spretis majoribus aliquid præsumendum, competenter esse ab omni concilio coercendos. Universi episcopi dixerunt: Hic ordo et a patribus et a majoribus servatus est, et a nobis Deo propitio servabitur.

XIV. *Ut episcopi pro tempore consecrationis suæ litteras ab ordinatoribus habeant.*

Deinde placuit, ut quicumque deinceps ordinantur litteras accipiant ab ordinatoribus suis manu eorum subscriptas, continentes consulem et diem, ut nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

XV. *Ut ubi quis primum legerit, ibi permanent clericus.*

Item placuit, ut quicumque in ecclesia primum vel semel legerit ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

XVI. *Ut pro causis ecclesiarum exsecutores vel ad octi a principe postulentur.*

Placuit præterea, ut exsecutores in omnibus desideris quæ habet ecclesia ab imperatore postulentur, qui singulis ecclesiis impertiantur. Placuit etiam, ut petatur a gloriosissimis imperatoribus ut jubeant iudicibus dare petitos sibi defensores scholasticos, qui in actu sint vel in officio defensionum causarum ec-

(lesianicarum, ut more sacerdotum provinciæ item A
 ipsi qui defensionem ecclesiarum susceperint ha-
 beant facultatem pro negotiis ecclesiarum, quoties
 necessitas flagitaverit vel ad obsistendum obrepenti-
 bus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi iudicium
 secretaria.

XVII. *Ut neque dimissus neque dimissa alteri conjun-
 gantur.*

Placuit quoque secundum evangelicam et aposto-
 licam disciplinam, ut neque dimissus ab uxore, ne-
 que dimissa a marito, alteri conjungatur, sed ita ma-
 neant, aut sibiimet reconcilientur. Quod si contem-
 perint, ad pœnitentiam redigantur, in qua causa
 legem imperialem petendam promulgari.

XVIII. *De his qui in sua provincia non communicant B
 et alibi communicant.*

Placuit, ut quicumque non communicans in pro-
 pria provincia in aliis provinciis vel in transmarinis
 partibus ad communicandum obrepserit, jacturam
 communionis vel clericatus excipiat.

XIX. *187 De clericis qui apud principem seculari
 iudicium aut synodale imploraverint.*

Placuit, ut quicumque ab imperatore cognitionem
 publicorum iudiciorum petierit honore proprio pri-
 vetur: si autem episcopale iudicium ab imperatore
 postulaverit, nihil ei obsit [U., prosit].

XX. *Ut sine formatis nemo ad comitatum proficisca-
 tur, et qualiter fiant formati.*

Placuit, ut quicumque clericus propter neces-
 sitatem suam alicubi ad comitatum ire voluerit, forma-
 tam ab episcopo suo accipiat: qui sine formata vo-
 luerit pergere, a communionemoveatur. Quod si
 alicubi ei repentina necessitas orta fuerit ad comita-
 tum pergendi, alleget apud episcopum loci ejus
 ipsam necessitatem, et de hoc rescripta ejusdem
 episcopi perferat. Formatae autem quæ a primatibus
 vel a quibusque episcopis propriis dantur habeant
 diem paschæ; quod si adhuc ejusdem anni paschæ
 dies incertus est, ille præcedens adjungatur, quo-
 modo solet post consulatum in publicis gestis
 ascribi.

XXI. *De episcopis qui id quod repetere poterant præ-
 termissa synodo invaserint.*

Item placuit, ut episcopi quascunque ecclesias
 vel plebes quas ad suam cathedram existimant per-
 tinere non ita repetierint, ut causas suas episcopis
 judicantibus agant, sed alio retinente irruerint, sive
 nolentibus sive volentibus plebibus, causæ suæ de-
 trimentum patiantur: et quicumque hoc jam fece-
 runt, si nondum est inter episcopos finita contentio,
 sed adhuc inde contendunt, ille inde discedat quem
 constiterit prætermisissis iudicibus ecclesiasticis ir-
 ruisse: nec sibi quisque blandiatur, si a primatu ut
 retineat litteras impetrarit; sed sive habeat litteras,
 sive non habeat, conveniat eum qui tenet et ejus
 litteras accipiat, ut appareat pacifice tenuisse eccle-
 siam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam quæ-
 sitionem retulerit, per episcopos iudices causa finia-

tur, sive quos eis primatus dederit, sive quos ipsi
 vicinos cum consultu primatis delegerint.

XXII. *De clericis qui de iudiciis episcoporum suo-
 rum conqueruntur.*

Item placuit, ut presbyteri, diaconi vel cæteri in-
 feriores clerici, in causis quas habuerint, si de iudi-
 ciis episcoporum suorum questi fuerint, vicini epi-
 scopi eos audiant, et inter eos quidquid est finiant
 adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum;
 quod si et 188 ab eis provocandum putaverint, non
 provocent nisi ad Africana concilia vel ad primatus
 provinciarum suarum: ad transmarina autem qui
 putaverint appellandum, a nullo intra Africam ad
 communionem suscipiantur.

XXIII. *De his qui apud hæreticos pœnitentiam acce-
 perunt quomodo ab Ecclesia recipiantur.*

Placuit, ut quicumque conversus ab hæreticis di-
 xerit se apud eos pœnitentiam accepisse, unusquis-
 que catholicus episcopus requirat ubi et ob quam
 causam apud eosdem hæreticos pœnitentiam susce-
 perit, ut cum certis documentis hoc ipsum sibi ap-
 probaverit, pro qualitate peccati, sicut eidem epi-
 scopo catholico visum fuerit, tempus pœnitentiæ vel
 reconciliationis decernat.

XXIV. *De episcopis negligentibus adversus hæreticos.*

Item placuit, ut quicumque negligunt loca ad suam
 cathedram pertinentia in catholicam unitatem lu-
 crari, conveniantur a diligentibus vicinis episcopis
 ut id agere non morentur; quod si intra sex menses
 a die conventionis non effecerint, qui potuerit lu-
 crari ea ad ipsum pertineant; ita sane, ut si ille, ad
 quem pertinuisse videbantur, probare potuerit mag-
 is illius electam negligentiam ab hæreticis ut im-
 pune ibi sint, et suam diligentiam fuisse præventam
 ut eo modo ejus cura sollicitior vitaretur, cum hoc
 iudices episcopi cognoverint, suæ cathedræ loca
 restituant. Sane si episcopi inter quos causa versa-
 tur diversarum sunt provinciarum, ille primatus det
 iudices [U., B., de iudicet], in cuius provincia est lo-
 cus de quo contenditur: si autem ex communi placito
 vicinos iudices elegerint, aut unus eligatur aut tres,
 ut si tres elegerint aut omnium sententiam a sequatur
 aut duorum; a iudicibus autem quos communis
 consensus elegerit non liceat provocare: et quisquis
 D probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare
 iudicibus, cum hoc primæ sedis episcopo fuerit pro-
 latum, det litteras ut nullus ei communicet episco-
 porum donec obtemperet.

XXV. *De quibus supra.*

Si in matricibus cathedris episcopus negligens fue-
 rit adversus hæreticos, conveniatur a vicinis episco-
 pis diligentibus, et ei sua negligentia demonstretur
 ut se excusare non possit; quod si ex die quo con-
 venit intra sex menses in ejus provincia exsecutio
 fuerit, et non eos ad unitatem catholicam conver-
 tendos curaverit, non ei communicetur donec im-
 pleat: si autem probatum fuerit eum de commu-

* Ex Æ., B. R., E. 3, T. 1. In A., T. 2, U., G., sententia.

III. *Ut qui in pace arma projiciunt excommunicentur.* A
De his qui arma projiciunt in pace, placuit abstinere eos a communione.

IV. *Ut aur'gæ dum agitant excommunicentur.*

De agitatoribus qui fideles sunt, placuit eos quando agitant, a communione separari.

V. *Ut qui in theatris conveniunt excommunicentur.*

De theatricis, et ipsos placuit quando agunt, a communione separari.

VI. *In infirmitate conversi manus impositionem accipiant.*

De his qui in infirmitate credere volunt, placuit debere his manum imponi.

VII. *De præsibus ut cum conscientia episcopi sui communicent.*

De præsibus qui fideles ad præsdatum prosiliunt ita placuit, ut cum promoti fuerint litteras accipiant ecclesiasticas communicatorias, ita tamen ut in quibuscunque locis gesserint, ab episcopo ejusdem loci cura illis agatur, ut cum cœperint contra disciplinam publicam agere, tum demum a communione excludantur: similiter et de his qui rempublicam agere volunt.

VIII. *Ut ex hærese conversi si in Trinitate baptizati sunt, manus impositionem accipiant.*

De Arianis qui propria lege sua utuntur ut rebaptizentur, placuit si ad ecclesiam aliqui de hac hærese venerint, interrogent eos symbolum, et si perviderint eos in Patre et Filio et in Spiritu sancto esse baptizatos, manus eis tantum imponatur ut accipiant Spiritum sanctum; quod si interrogati non responderint hanc Trinitatem, baptizentur.

IX. *Ut qui confessorum litteras portant alias recipiant.*

De his quis confessorum litteras afferunt, placuit ut, sublatis eis litteris, alias accipiant communicatorias.

196 X. *Ut si cujus uxor adulteraverit aliam non accipiat.*

De his qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, et idem sunt adolescentes fideles et prohibentur nubere, placuit quantum possit consilium eis detur, ne viventibus etiam uxoribus suis, licet adulteræ sint, ut non alias accipiant.

XI. *Ut feminae fideles quæ Gentilibus se junxerint excommunicentur.*

De puellis fidelibus quæ Gentilibus junguntur, placuit ut aliquanto tempore a communione separentur.

XII. *Ut clerici feneratorum excommunicentur.*

De ministris qui feneratorum, placuit eos juxta formam divinitus datam a communione abstinere.

XIII. *Ut proditores fratrum, vel vasorum sacrorum, seu Scripturarum, cum verberibus deponantur.*

De his qui Scripturas^a tradidisse dicuntur, vel vasa dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis ut quicumque eorum in actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur: nam si idem aliquos ordinasse fuerint depre-

hendit, et de his quos ordinaverunt ratio sub-istit, non illis obsistat ordinatio. Quoniam multi sunt qui contra Ecclesiam repugnare videntur et per testes redemptos putant se excusatione admitti debere, omnino non permittantur nisi, ut supra diximus, actis publicis docuerint.

XIV. *Ut falsi accusatores fratrum usque ad exitum excommunicentur.*

De his qui falso accusant fratres suos, placuit eos usque ad exitum non communicare, sed falsum testem juxta Scripturam impunitum non licere esse.

XV. *Ut levites non offerant.*

De diaconibus, quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere.

XVI. *Ut penitentes ubi acceperint orationem ibi communicent.*

De his qui pro delicto suo a communione separantur^a ita placuit, ut in quibuscunque locis fuerant exclusi, eodem loco communionem consequantur.

197 XVII. *Ut nullus episcopus alium conculeet episcopum.*

Ut nullus episcopus alium episcopum conculeet.

XVIII. *Ut diaconus nihil sine presbytero offerat^b.*

De diaconibus urhicus ut non tantum sibi præsumant, sed honorem presbyteris reserveant, ut sine conscientia ipsorum nihil tale faciant.

XIX. *Ut peregrino episcopo locus sacrificandi detur.*

De peregrinis episcopis qui in urbem solent venire, placuit illis locum dari ut offerant.

XX. *Ut sine tribus episcopis nullus episcopus ordinetur.*

De his qui usurpant sibi soli debere episcopum ordinare, placuit ut nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis sibi aliis septem episcopis; si tamen non poterit septem, infra tres non audeat ordinare.

XXI. *Ut clericus alibi transiens excommunicentur.*

De presbyteris aut diaconibus qui solent dimittere loca sua in quibus ordinati sunt et ad alia loca translulerunt se, placuit ut his locis ministrent ut si, relictis locis suis, ad alium locum se transferre voluerint deponantur.

XXII. *Ut apostatæ qui tardius revertuntur nisi per dignam penitentiam non recipiantur.*

De his qui apostatant et nunquam se ad ecclesiam repræsentant, nec quidem penitentiam agere querunt, et postea infirmitate arrepti petunt communionem, placuit eis non dandam communionem nisi revaluerint [U., G., prævaluerint] et egerint dignos fructus penitentia.

Ex Sicilia^a Syracusanorum Sixtus episcopus et Florus diaconus; ex provincia Campaniæ civitatis Protinus episcopus et Agrippa Tutillaque diacones: ex provincia Apuliæ Pardus episcopus et Crescens diaconus; ex provincia Dalmaciæ Theodorus episcopus et Agathon diaconus: ex urbe Roma quos Sylvester episcopus 198 misit Claudianus et Avitus presbyteres, Eugenius et Cyriacus diacones: ex provincia Italiæ Orosius

^a Æ., B. R., E, 3, T. 1, 2, U., *Scripturas sanctas.*

^b T., 2, U. 1, G., *agat.*

^c Sub initium Arelatensis secundi inveniuntur in omnibus Codicibus nomina episcoporum qui huic

Arelatensi primæ synodo interfuerunt; in hunc igitur locum transferri debere, et episcoporum numerus et sequentis concilii canon decimus octavus aperte convincunt.

episcopus, Nazareus lector : ex provincia Viennensium civitatis Arelatæ Marinus episcopus, Salamas presbyter, Nicatinus, Afcr, Ursinus et Petrus diacones : ex provincia qua supra Viennensium Verus episcopus, Beclas exorcista : ex civitate Vasionè Damnas episcopus et Victor exorcista : ex civitate Arausicorum Laustinus presbyter : ex Porta Innocentius diaconus, Agapius exorcista : ex provincia Galliæ civitatis Rhemorum Imbethausius [B. R., Bethausius] episcopus, Primigenius diaconus : ex civitate Rothomagensium Avidianus episcopus, Nicetius diaconus : ex civitate Augustoduni Petius episcopus, Amandus presbyter, Philomatius diaconus : ex civitate Leodona Volius^a episcopus, Petulius exorcista : ex civitate Arippina Maternus episcopus, Marinus diaconus : ex provincia Aquitanica civitatis Vagalum Genialis episcopus : ex civitate Burdegala Orientalis episcopus, Flavius diaconus : ex civitate Trevirorum [U., Treverorum] Agricius episcopus, Felix exorcista : ex civitate Tolosa Martinus episcopus, Leoncius diaconus : ex provincia Britannicæ Eburius episcopus : ex civitate Lugdunensium Restitutus episcopus : ex civitate Clunia Adelphus episcopus, Soter presbyter : ex civitate Rhemorum Liberius episcopus, Florentius diaconus : ex civitate Bætica Sabinus presbyter : ex civitate Ursulentium Natalis presbyter, Cytherius diaconus : ex civitate Tarracona Probatius presbyter, Castorius diaconus : ex civitate Cesaraugusta Clementius presbyter, Rufinus exorcista : ex civitate Bastigentium Termarius presbyter, Victor lector : ex provincia Mauritanicæ Cæsaris Fortunatus episcopus, Deuterius diaconus : ex provincia Sardinicæ Quintus [T. 2, Quintinus] episcopus, Aumonius presbyter : ex provincia Africæ Cæcilianus episcopus, Sperantius diaconus : ex civitate Onina Lampadius episcopus : ex civitate Utica Victor episcopus : ex civitate Beneventina Anastasius episcopus : ex civitate Turbustana Faustus episcopus : ex civitate Cocofetis Surgentius episcopus : ex provincia Numidicæ Victor episcopus, ex civitate Virensium Vitalis episcopus : ex porto urbis Romæ Gregorius episcopus : ex Centumcellis Epictetus episcopus : ex civitate Ostiensi Leontius et Macarius presbyteres.

^a Æ., Notius. BR., U., G., Nuvolius.

XXII

CONCILIUM ARELATENSE SECUNDUM.

199 I. *De neophytis clerici ne ordinentur.*
Ordinari ad diaconatus ac sacerdotii officium neophytum non debere.

II. *Qualiter conjugati ad sacerdotium promovantur.*
Assumi aliquem ad sacerdotium non posse in conjugii vinculo constitutum, nisi fuerit præmissa conversio.

III. *Ut nullus clericus aut diaconus in solatio suo extraneam habeat mulierem.*

Si quis clericus a gradu diaconatus in solatio suo mulierem præter aviam, matrem, sororem, filiam, neptem vel conversam secum uxorem, habere præsumperit, a communione alienus habeatur : par quoque et mulierem, si se separare noluerit, pœna percellat.

IV. *Ut nullus clericus in cellario vel secretis intromittat puellam.*

Nullus diaconus, vel presbyter, vel episcopus ad cellarii secretum intromittat puellam, vel ingenuam, vel ancillam.

V. *Ut episcopus cum ordinator, cum consensu metropolitani tres eum ordinent episcopi.*

Ut episcopum sine metropolitano, vel epistola metropolitani, vel tribus comprovincialibus non liceat ordinari, ita ut alii comprovinciales epistolis admoventur, ut se suo responso consensisse significant ; quod si inter partes aliqua nata fuerit dubitatio, majori numero metropolitanus in electione consentiat.

VI. *De episcopo qui sine conscientia metropolitani fuerit ordinatus.*

Illud autem ante omnia clareat, eum quis sine con-

scientia metropolitani constitutus fuerit episcopus juxta magnam synodum esse episcopum non debere.

200 VII. *De his qui seipsos abscidunt.*

Hos qui se carnali vitio repugnare nescientes abscidunt, ad clericatum pervenire non posse.

VIII. *De his qui excommunicatos alterius suscipiunt.*

Si quis excommunicatum alterius, sive clericum, sive sæcularem, recipere post interdictum præsumperit, noverit se reum fraternitatis factum causam in concilio redditurum.

IX. *Ut Novatiani in communionem non recipiantur.*

Novatianum in communionem recipi non debere, nisi suscepta pœnitentiæ credulitate præteritum damnet errorem.

X. *De his qui in persecutione prævaricati sunt.*

De his qui in persecutione prævaricati sunt, si voluntarie fidem negaverunt, hoc de eis Nicæna synodus statuit, ut quinque annis inter catechumenos ceant, et duobus inter communicantes, ita ut communionem, inter pœnitentes non præsumant ; in potestate tamen vel arbitrio sit episcopi, ut si eos ex animo errorem deffere et agere pœnitentiam viderit, ad communionem pro ecclesiastica humanitate suscipiat.

XI. *De his qui panis victi sacrificare compulsi sunt.*

Si qui vero dolore victi et pondere persecutionis legare vel sacrificare compulsi sunt, duobus annis inter catechumenos, et triennio inter pœnitentes habeantur a communione suspensi.

^a Æ., centum quatuordecim episcoporum. B. R., T. 1, centum tredecim episcoporum.

qui in pœnitentia positi vita excesserunt. A firmitatis causa defuerit, personam suâ vice dirigat.
 i in pœnitentia positi vita exce- serunt, un communionem vacuum debere dimitti, uod honoravit pœnitentiam oblatio illius

ne quis qualibet necessitate suam relinquat Ecclesiam.

jusque ordinis clericus, non diaconus, ler, non episcopus quacunq; occasione riam relinquat Ecclesiam, sed omnimomunicetur aut redire cogatur: quod si orationis tempore, invito episcopo suo; clesia habitans ab episcopo loci clericus tus, hujusmodi ordinatio irrita habeatur.

V. *Ne clericus usuras accipiat.*

ericus pecuniam dederit ad usuram, aut B lienæ rei voluerit esse, aut turpis lucri aliquod negotiationis exercuerit, depona communionem alienus fiat.

onus coram presbytero sedeat vel eucharistiam tradat.

rio diacono inter presbyteres sedere non corpus Christi præsente presbytero transumat; quod si fecerit, ab officio diaconal.

Photiniani et Paulianistæ baptizentur.

os vero sive Paulianistas secundum Pa. baptizari oportere.

XVII. *De hæreticis baptizatis.*

autem ex eodem errore venientes, quos s baptizari in Trinitate manifestum est, C gati fidem nostram ex toto corde con-, cum exorcismate et manus impositione in ipi sufficit.

metropolitani arbitrio synodus congregetur. ensis episcopi arbitrium synodus congreguam urbem ex omnibus mundi partibus larii tempore legitimus celebratum fuisse que conventum: si quis commonitus in-

talia objecisse crimina convicti fuerint.

XIX. *Ut nulli episcopo liceat a synodo discedere.*

Si quis autem adesse neglexerit, aut cœtum 202 fratrum antequam concilium dissolvatur crediderit deserendum, alienatum se a fratrum communionem cognoscat, nec eum recipi liceat nisi in sequenti synod: fuerit absolutus.

XX. *De aurigis et theatricis fidelibus.*

De agitatoribus sive theatricis qui fideles sunt, placuit eos quandiu agunt, a communionem separari.

XXI. *Si post acceptam pœnitentiam quis nupsierit.*

Pœnitentes, quæ defuncto viro aliis nubere præsumperint, vel suspecta vel interdicta familiaritate cum extraneo vixerint, cum eodem ab Ecclesiæ liminibus arceantur: hoc etiam et de viro in pœnitentia posito placuit observari.

XXII. *Ut pœnitentia conjugatis ex consensu detur.*

Pœnitentiam conjugatis non nisi ex consensu dandam.

XXIII. *De sacerdotibus qui idololatram non everterint*

Si in alicujus presbyteri territorio infideles ac faculas, accendunt aut arbores, fontes vel saxa venerantur, si hoc eruere [T. 2, evertere] neglexerint sacrilegii reum se esse cognoscat: dominus aut ordinator rei ipsius, si admonitus emendare noluerit communionem privetur.

XXIV. *De accusatoribus fratrum.*

Eos qui falso fratribus suis capitalia objecisse et victi fuerint, placuit usque ad exitum non comenicare, sicut magna synodus ante constituit, nisi gna satisfactionem pœnituerint.

XXV. *De apostatis si non revertantur.*

Ili qui post sanctam religionis professionem: statant et ad sæculum redeunt, et postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, sine pœnitentia e communionem penitus non accipiant: quos etiam jubere ad officium clericatus non admitti, et quicumque post pœnitentiam habitum sæcularem non præsumat quod si præsumperit, ab Ecclesia alienus habetur.

XXIII

CONCILIIUM ARELATENSE TERTIUM

EPISCOPORUM, HABITUM ERA CCCLXI, MARCIANO AUGUSTO REGNANTE, OPII ET VINCOMALONE CONSULIBUS, VIII IDUS JULIAS.

¶ Cum in voluntate Dei ad dedicatio- D statuta non ad integrum, sicut expedit, observari sanctæ Mariæ in Arelatensi civitate Domini convenissent, congruum eis et visum est ut primum de observandis attentissima sollicitudine pertractantes, ipsis ecclesiasticæ regulæ servarentur, illo definirent.

onus ante viginti quinque annos, et sacerdotate triginta annos non ordinetur.

ordinandis clericis antiquorum Patrum is præter A. quatuordecim,

shyteratus honorem nullus laicus ante præ-

episcopus, Nazareus lector : ex provincia Vien- A
 neasium civitatis Arelatæ Marinus episcopus, Sala-
 mas presbyter, Nicatius, Afer, Ursinus et Petrus
 diacones : ex provincia qua supra Viennensium
 Verus episcopus, Beclas exorcista : ex civitate
 Vasioe Damnas episcopus et Victor exorcista :
 ex civitate Arausicorum Laustinus presbyter : ex Porta
 Innocentius diaconus, Agapius exorcista : ex provi-
 cia Galliæ civitatis Rhemorum Imbethausius [B. R.,
 Bethausius] episcopus, Primigenius diaconus : ex ci-
 vitate Rothomagensium Avidianus episcopus, Nicetius
 diaconus : ex civitate Augustoduni Petius episcopus,
 Amandus presbyter, Philomatus diaconus : ex civi-
 tate Leudona Volius^a episcopus, Petulius exorcista :
 ex civitate Arripina Maternus episcopus, Marinus
 diaconus : ex provincia Aquitanica civitatis Vagalum B
 Genialis episcopus : ex civitate Burdegala Orientalis
 episcopus, Flavius diaconus : ex civitate Trevirorum
 [U., Treverorum] Agricius episcopus, Felix exorci-
 sta : ex civitate Tolosa Martinus episcopus, Leoncius
 diaconus : ex provincia Britannia Eburius episcopus :

^a Æ., Notius. BR., U., G., Novotius.

XXII

CONCILIIUM ARELATENSE SECUNDUM.

199 I. *De neophytis clerici ne ordinentur.*
 Ordinari ad diaconatus ac sacerdotii officium neophy-
 tum non debere.

II. *Qualiter conjugati ad sacerdotium promovantur.*

Assumi aliquem ad sacerdotium non posse in con-
 jugii vinculo constitutum, nisi fuerit præmissa con-
 versio.

III. *Ut nullus clericus aut diaconus in solatio suo ex-
 traneam habeat mulierem.*

Si quis clericus a gradu diaconatus in solatio suo
 mulierem præter aviam, matrem, sororem, filiam,
 neptem vel conversam secum uxorem, habere præ-
 sumpserit, a communione alienus habeatur : per quo-
 que et mulierem, si se separare noluerit, pœna per-
 cellat.

IV. *Ut nullus clericus in cellario vel secreto intromittat D
 puellam.*

Nullus diaconus, vel presbyter, vel episcopus ad
 cellarii secretum intromittat puellam, vel ingenuam,
 vel ancillam.

V. *Ut episcopus cum ordinatur, cum consensu metropo-
 litani tres eum ordinent episcopi.*

Ut episcopum sine metropolitano, vel epistola me-
 tropolitani, vel tribus comprovincialibus non liceat
 ordinari, ita ut alii comprovinciales epistolis admo-
 neantur, ut se suo responso consensisse significant ;
 quod si inter partes aliqua nata fuerit dubitatio, ma-
 jori numero metropolitani in electione consentiat.

VI. *De episcopo qui sine conscientia metropolitani
 fuerit ordinatus.*

Illud autem ante omnia clareat, eum qui sine con-

scientia metropolitani constitutus fuerit episcopus jux-
 ta magnam synodum esse episcopum non debere.

200 VII. *De his qui seipsos abscidunt.*

Hos qui se carnali vitio repugnare ne scientes ab-
 scidunt, ad clericatum pervenire non posse.

VIII. *De his qui excommunicatos alterius suscipiunt.*

Si quis excommunicatum alterius, sive clericum,
 sive sæcularem, recipere post interdictam præsum-
 pserit, noverit se reum fraternitatis factum causam
 in concilio redditurum.

IX. *Ut Novatiani in communionem non recipiantur.*

Novatianum in communionem recipi non debere,
 nisi suscepta poenitentia credulitate præteritum dam-
 net errorem.

X. *De his qui in persecutione prævaricati sunt.*

De his qui in persecutione prævaricati sunt, si vo-
 luntario fidem negaverunt, hoc de eis Nicæna syno-
 dus statuit, ut quinque annis inter catechumenos
 creant, et duobus inter communicantes, ita ut com-
 munionem, inter poenitentes non præsumant; in
 potestate tamen vel arbitrio sit episcopi, ut si eos
 ex animo errorem deslere et agere poenitentiam vide-
 rit, ad communionem pro ecclesiastica humanitate
 suscipiat.

XI. *De his qui panis victi sacrificare compulsi sunt.*

Si qui vero dolore victi et pondere persecutionis
 negare vel sacrificare compulsi sunt, duobus annis
 inter catechumenos, et triennio inter poenitentes ha-
 beantur a communione suspensi.

^a Æ., centum quatuordecim episcoporum. B. R., T. J., centum tredecim episcoporum.

XII. *De his qui in pœnitentia positi vita excesserunt.*

De his qui in pœnitentia positi vita excesserunt, placuit nullum communionem vacuum debere dimitti, sed pro eo quod honoravit pœnitentiam oblatio illius recipiatur.

201 XIII. *Ut ne quis qualibet necessitate suam relinquat Ecclesiam.*

Nullus cujusque ordinis clericus, non diaconus, non presbyter, non episcopus quacunque occasione faciente propriam relinquat Ecclesiam, sed omnimodis aut excommunicetur aut redire cogatur: quod si aliquo commorationis tempore, invito episcopo suo; in aliena ecclesia habitans ab episcopo loci clericus fuerit ordinatus, hujusmodi ordinatio irrita habeatur.

XIV. *Ne clericus usuras accipiat.*

Si quis clericus pecuniam dederit ad usuram, aut conductor alienæ rei voluerit esse, aut turpis lucri gratia genus aliquod negotiationis exercuerit, depositus a clero a communionem alienus fiat.

XV. *Ne diaconus coram presbytero sedeat vel eucharistiam tradat.*

In secretario diacono inter presbyteros sedere non liceat, vel corpus Christi præsentem presbytero tradere non præsumat; quod si fecerit, ab officio diaconatus abscedat.

XVI. *Ut Photiniani et Paulianistæ baptizentur.*

Photinianos vero sive Paulianistas secundum Patrum statuta baptizari oportere.

XVII. *De hæreticis baptizatis.*

Boniticos autem ex eodem errore venientes, quos sicut Arianos baptizari in Trinitate manifestum est, cum interrogati fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum chrismate et manus impositione in Ecclesia recipi sufficit.

XVIII. *Ut metropolitani arbitrio synodus congregetur.*

Ad Arelatensis episcopi arbitrium synodus congreganda, ad quam urbem ex omnibus mundi partibus sub sancti Mariani tempore legimus celebratum fuisse concilium atque conventum: si quis communitus in-

* U., capitalia objecisse crimina convicti fuerint.

A firmitatis causa defuerit, personam suam vice dirigat.

XIX. *Ut nulli episcopo liceat a synodo discedere.*

Si quis autem adesse neglexerit, aut cœtum fratrum antequam concilium dissolvatur crediderit deserendum, alienatum se a fratrum communionem cognoscat, nec eum recipi liceat nisi in sequenti synodo fuerit absolutus.

XX. *De aurigis et theatricis fidelibus.*

De agitatoribus sive theatricis qui fideles sunt, placuit eos quandiu agunt, a communionem separari.

XXI. *Si post acceptam pœnitentiam quis nupserit.*

Pœnitentes, quæ defuncto viro aliis nubere præsumpserint, vel suspecta vel interdicta familiaritate cum extraneo vixerint, cum eodem ab Ecclesiæ liminibus arceantur: hoc etiam et de viro in pœnitentia posito placuit observari.

XXII. *Ut pœnitentia conjugatis ex consensu detur.*

Pœnitentiam conjugatis non nisi ex consensu dandam.

XXIII. *De sacerdotibus qui idololatriam non everterint.*

Si in alicujus presbyteri territorio infideles aut faculas, accendunt aut arbores, fontes vel saxa venerantur, si hoc eruere [T. 2, evertere] neglexerit, sacrilegii reum esse cognoscat: dominus aut ordinator rei ipsius, si admonitus emendare noluerit, communionem privetur.

XXIV. *De accusatoribus fratrum.*

Eos qui falso fratribus suis capitalia objecisse convicti fuerint, placuit usque ad exitum non communicare, sicut magna synodus ante constituit, nisi digna satisfactione pœnituerint.

XXV. *De apostatis si non revertantur.*

Hi qui post sanctam religionis professionem apostatant et ad sæculum redeunt, et postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, sine pœnitentiæ communionem penitus non accipiant: quos etiam jubemus ad officium clericatus non admitti, et quicumque ille post pœnitentiam habitum sæcularem non præsumat; quod si præsumpserit, ab Ecclesia alienus habeatur.

XXIII

CONCILIIUM ARELATENSE TERTIUM

DUODECIM * EPISCOPORUM, HABITUM ERA CCCLXI, MARCIANO AUGUSTO REGNANTE, OPILIONE ET VINCOMALONE CONSULIBUS, VIII IDUS JULIAS.

203-204 Cum in voluntate Dei ad dedicationem basilicæ sanctæ Mariæ in Arelatensi civitate sacerdotes Domini convenissent, congruum eis et rationabile visum est ut primum de observandis canonibus attentissima sollicitudine pertractantes, qualiter ab ipsis ecclesiasticæ regulæ servarentur, salubri consilio definièrent.

1. *Ut diaconus ante viginti quinque annos, et sacerdos ante triginta annos non ordinetur.*

Et quia in ordinandis clericis antiquorum Patrum

* In reliquis præter A. quatuordecim,

D statuta non ad integrum, sicut expedit, observata esse cognoscitur, ne forte, quorumcumque importunitis et inordinatis precibus sacerdotes Domini laigentur, et ea quæ [U., quæ constituta sunt] toties sunt præcepta transgredi compellantur, hoc inter se observandum esse definiunt: ut nullus episcoporum diaconem, antequam viginti et quinque annos impleat, ordinare præsumat: episcopatus vero vel presbyteratus honorem nullus laicus ante præmissam

conversionem [Æ., BR., U., conversationem] vel A ante triginta ætatis annos accipiat.

II. *Ut laicus ante annum conversionis non ordinetur.*

Et licet de laicis prolixiora tempora antiqui patres ordinaverint observanda, tamen quia accrescente ecclesiarum numero necesse est nobis plures clericos ordinare, hoc inter nos sine præjudicio dantaxat canonem constitit antiquorum, ut nullus metropolitanorum cuicumque laico dignitatem episcopatus tribuat, sed nec reliqui pontifices presbyterii vel diaconatus honorem conferre præsumant, nisi anno integro fuerit præmissa conversio.

III. *Ut digami vel pœnitentes vel repudiarum mariti ad sacerdotium non promoveantur.*

Nullus pœnitentem, nullus digamum vel interuptarum maritos in prædictis honoribus audeat ordinare. Et licet hæc jam prope omnium [T. 1, omnia] canonum instituta contineant, tamen ne cuicumque sacerdotum supplicantium, sicut jam diximus, importunitas vel suggestio iniqua [U., G., aliqua] subripiat, necesse fuit ut nunc severiorem regulam sibi velint Domini sacerdotes imponere: et ideo quicumque ab hæc die contra ea quæ superius sunt comprehensa clericum ordinare præsumpserit, ab ea die qua hoc ei potuerit approbari anno integro missas facere [T. 2, agere] non præsumat: quam rem si quis observare noluerit, et contra consensum fratrum faciens, missas celebrare præsumpserit, ab omnium fratrum charitate noverit se alienum; quia dignum est ut severitatem ecclesiasticæ disciplinæ sentiat qui salubriter a sanctis patribus instituta observare C contemnit.

^a Æ. Filarius B. R. E., 3. U. *Filagrus.*

^b Repeti videntur nomina Florentii et Cypriani: quomobrem duodecim episcopos huic interfuisse con-

IV. *De clericis alienis qui sunt ab aliis defensi.*

Et si forte aliquis clericorum regulam disciplinæ 205 ecclesiasticæ subterfugiens fuerit evagatus, quicumque eum susceperit, et non solum pontifici suo non reconciliaverit, sed magis defendere præsumpserit, ab Ecclesiæ communione privetur.

Cæsarius in Christi nomine episcopus definitionem hanc sanctorum fratrum meorum vel meam relegi et subscripsi.

Contumeliosus episcopus consensi et subscripsi.

Philacrius ^a episcopus subscripsi.

Prætextatus episcopus subscripsi

Maximus episcopus subscripsi.

Julianus episcopus subscripsi.

Florentius [E. 3, Florentinus] episcopus subscripsi.

Cyprianus episcopus subscripsi.

206 Montanus episcopus subscripsi.

Florentius^b, episcopus subscripsi.

Cyprianus episcopus subscripsi.

Cælestinus [Æ. BR., Cælestius] episcopus subscripsi.

Porcianus episcopus subscripsi.

Eucherius episcopus subscripsi.

Cataphronius presbyter directus a dominis meis Agricio et Severo episcopis consensi et subscripsi.

Ego Desiderius presbyter directus a domino meo Juanne episcopo consensi et subscripsi.

Leontius presbyter directus a domino meo Constantino [Æ. T. 1, Constantio] episcopo subscripsi.

Ego Hemeterius directus a domino meo Galliciano episcopo consensi et subscripsi.

cillo ex A. Codice recte diximus, quamvis quatuordecim adfuisse scripserint reliqui Codices.

XXIV

CONCILIIUM VALENTINUM

VIGINTI EPISCOPORUM, HABITUM ERA CCCCLXIII, GRATIANO ET VALENTINIANO IMPERATORIBUS, SUB DIE IV IDUS JULIAS, GRATIANO TERTIO ET EQUITIO [E., 3, QUINTIO] CONSULIBUS.

Dilectissimis fratribus per Gallias et quinque provincias constitutis episcopis Fægadius ^a Eumerius, Florentius, Artemius, [Æ., Anthemius] Æmilianus, Britto, Justus, Euphrodips [Æ., Euphrodios. U, Eufomius] Rhodamius, Eortius, Cretus, Concordius, Constantius, Paulus, Antherius, Felix, Neoterius, Urbanus, Simplicius et Vincentius episcopi in Domino salutem. Transactis Valentiniæ omnibus et in Dei nomine in statu meliori compositis quæ fuerant crepta causa discidii, quorumdam fuit patrum utilis et religiosa suggestio, retractandum etiam de his quæ nec recipere possumus ob Ecclesiæ sanctitatem, nec tamen usurpatæ consuetudinis causa damnare. Ita enim per omnes Ecclesias ejusmodi vitiorum germen inolevit, ut ad plena remedia non facilis sit recursus,

D certe non sine verecundia eorum quos causa contigit: quocirca fratres librato diu moderatoque consilio ea cautelæ ratio servata est, quæ et scandala submoveret et sanctitatem Ecclesiæ custodiret.

207 I. *De digamis ne consecrentur.*

Sedit igitur, neminem post hanc synodum, quæ ejusmodi illicitis vel sero succurritur, digamos aut internuptiarum maritos ordinari clericos posse; nec requirendum utramne initiati sacramentis divinis, anne Gentiles hac se infelici sorte necessitate macularint.

II. *Ut Deo vota [Æ., devota] si maritaverit vel machaverit, pœnitentiæ deputetur.*

De puellis vero quæ se voverint, si ad terrenas nuptias sponte transierint, id custodiendum esse de-

^a Ex Æ., B. R., E. 3., T. 1, U. In A. et reliquis: Egadius. In T. 2, Fegadius.

crevimus, ut poenitentia his nec statim detur, et cum data fuerit, nisi plene satisfecerint Deo, in quantum ratio poposcerit earum [A., BR., E. 3, earundem] communio differatur.

III. *Ut qui baptizati idola colunt vel incesto polluti sunt, agant poenitentiam.*

Circa eorum vero personas, qui se post unum et sanctum lavacrum vel profanis sacrificiis demonum vel incesta lavatione polluerint, eam censuræ formam duximus esse servandam, ut his juxta synodum Nicenam satisfactionis quidem aditus non negetur, nec infelicibus lacrymis vel solatii janua desperatione claudatur, acturi poenitentiam usque in diem mortis, non sine spe tamen remissionis, quam ab eo plene sperare debebunt qui jus ejus et solus obtinet et tam dives misericordiæ est ut nemo desperet; Deus enim mortem non fecit nec lætatur in perditione vivorum.

IV. *Ut sacerdos vel levita, si de se crimen aliquod confitetur, deponatur.*

Nec illud, fratres, scribere alienum ab Ecclesiæ utilitate censuimus, ut sciretis, quicumque 209 sub ordinatione vel diaconatus, vel presbyterii, vel episcopatus, mortali crimine dixerint se esse pollutos, a supradictis ordinationibus submovendos, reos scilicet vel veri confessione vel mendacio falsitatis: neque enim absolvi potest in his, nisi in se ipsos dixerint, quo dictum in alios puniretur, cum omnis qui

A sibi fuerit mortis causa major homicida sit. Divina pietas vos in æternum custodiat, dilectissimi fratres.

Item alia eorundem quorum supra.

Dilectissimis fratribus clero et plebi ecclesiæ Foro-Julienensis Fægadius, Eumerius, Florentius, Artemius, Æmilianus, Britto, Justus, Euphodius, Rhodamius, Eortius, Constantius, Paulus, Cretus, Concordius, Antherius, Nosterius, Nicetius, Urbanus, Felix, Simplicius et Vincentius episcopi in Domino salutem.

Quamvis ea Benedictus frater de sanctissimi Accepti persona suggererit quæ prudenti et Christiano viro digna sint, cumque quo studio omnium vestrum ad honorem sacerdotii poscatur edixerit; tamen quia in synodo jam sederat ordinationes hujusmodi submovendas quæ sine scandalo esse non possint, non potuimus præstare uni quod cæteris negabatur. Et licet non ignoraremus multos verecundia et nonnullis suscipiendi sacerdotii metu trepidos, quæ utique signa sunt sanctitatis, falsa in se rejiciendi honoris causa dixisse: tamen quia omnium fere ad ea quæ sunt pejora proclive judicium est, et materis disputationum obreptione sacerdotum Dei quaeritur, sed in synodo, ut quisquis de se vel vera vel falsa dixisset, fides ei quam suismet testimoniis confirmaret haberetur, submovendus protinus ab eo gradu quem ab omni scandalo liberum esse licet. Divina vos pietas in æternum protegat.

XXV

CONCILIIUM TAURITANUM.

Fratribus dilectissimis per Gallias et quinque provincias constitutis sancta synodus quæ convenit in urbe Taurinantium.

209-210 Cum ad postulationem provinciarum Galliarum sacerdotes convenissemus ad Taurinantium civitatem atque in ejusdem urbis ecclesia auctore vel medio Domino sederemus, auditis allegationibus episcoporum, eorum videlicet qui ad iudicium nostrum fuerant congregati, de singulis negotiis hæc sententiæ forma processit^b, ita ut pacis bono statuta canonum servarentur, et plurimorum intentionibus adhiberetur utilis medicina.

I. *Ut qui approbaverit suam civitatem metropolim fuisse, teneat primatum.*

Nam cum primo omnium vir sanctus Proculus Massiliensis episcopus civitatis se tanquam metropolitani ecclesiæ, quæ in secunda provincia Narbonensi positæ videbantur, diceret præesse debere atque per se ordinationes in memorata provincia summorum fieri sacerdotum, siquidem assereret easdem ecclesias vel suas parochias fuisse, vel episcopos a se in iisdem ecclesiis ordinatorum; e diverso ejusdem regionis episcopi aliud defensarent ac sibi alterius provinciarum sacerdotem præesse non debere contendissent: id iudicatum est a sancta synodo contempla-

C tione pacis atque concordie, ut non tam civitati ejus, quæ in altera provincia sita est cujus magnitudinem penitus nesciremus, quam ipsi potissimum deferretur, ut tanquam pater filiis honore primatus assisteret. Dignum enim visum est ut quamvis unitate provinciarum minime tenerentur, constringerentur tamen pietatis affectu. Hæc ipsi tantum in diem vite ejus forma servabitur, ut in ecclesiis provinciarum secundæ Narbonensis, quas vel suas parochias, vel suos discipulos fuisse consisterit ordinatorum, primatus habeat dignitatem. Illud a partibus observandum quod licet ex superfluo non tamen inutiliter commonetur, ut ipse sanctus Proculus tanquam pius pater consacerdotes suos honoret ut filios, et memoratæ provinciarum sacerdotes tanquam boni filii eundem habeant ac parentem, et invicem sibi exhibeant charitatis affectum, impleto hoc quod ait beatus Apostolus: *Honore mutuo prævenientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes.* Illud deinde inter episcopos urbium Arelatensis et Viennensis, qui de primatus honore apud nos certabant, a sancta synodo definitum est, ut qui ex his approbaverit suam civitatem esse metropolim, is totius provinciarum honorem primatus obtineat, et ipse juxta canonum præceptum ordinationum habeat potesta-

^a U., Tauritanum octoginta episcoporum. G., Tauritanum septuaginta episcoporum.

^b U., hæc sententia nostra processit.

tem. Certe ad pacis vinculum conservandum hoc consilio utiliore decretum est, ut si placet memoratarum urbium episcopis unaquaque de his viciniores sibi intra provinciam vindicet civitates, atque eas ecclesias vindicet^a quas oppidis suis proximas magis esse constiterit, ita ut, memores unanimatis atque concordie, non alter alterum longius sibi usurpando quod est alii proprium inquietet.

II. *Ut episcopi qui contra statuta faciunt honore priventur.*

Castorum quoque serie conscribi placuit ad perpetuam disciplinam quod circa Octavium, Ursionem, Remigium ac Tryferiam episcopos synodus sancta decrevit, qui in usurpationis quamdam de ordinatione sacerdotum invidiam vocabantur, quod hæcenus [T. 1, 2, eatenus] his videtur indultum, ut de cætero hac auctoritate communiti nihil usurpare conentur, siquidem ea se ab hac causa excusatione defenderint qua dicerent prius se non esse conventos. Proinde iudicavit synodus, ut si quis ex hoc fecerit contra statuta majorum, sciat is qui ordinatus fuerit sacerdotii se honore privandum, et ille qui ordinaverit auctoritatem se in ordinationibus vel in conciliis minime retenturum. Non solum autem circa memoratos episcopos hæc sententia prævalebit, sed et circa omnes qui simili errore decepti ordinationes hujusmodi perpetrarint.

III. *De laicis qui in clericis crimen intendunt.*

De Palladio autem laico, qui Spano presbytero non leve crimen intenderat, inter quos episcopus Tryferius ejusdem criminis causas se recognovisse testatus est, id concilii decrevit auctoritas, ut idem Palladius in eadem sententia maneret, qua cognitionis tempore a Tryferio fuerat sacerdote mulctatus, in hoc ei humanitate servata concilii, ut ipse Tryferius in potestate habeat quando voluerit ei relaxare.

^a *Æ*, B. R., U., *visitet*.

^b Canon iste in U. cum præcedenti confusus atque compactus est.

IV. *De clericis qui per culpam ab episcopo suo excommunicantur.*

Statuit quoque de Exuperantio presbytero sancta synodus, qui in injuriam sancti episcopi sui Tryferi gravia et multa congesserat et frequentibus cum contumeliis provocarat, ita ut nonnulla fecerit contra ecclesiasticam disciplinam, propter quam causam ab eo fuerat dominica communione privatus, ut in ejus sit arbitrio restitutio ipsius in cujus potestate fuit ejus abjectio; hoc est, ut quando vel idem Exuperantius satisfecerit, vel episcopo Tryferio visum fuerit, tum gratiam communionis accipiat.

V. *De eo qui se ab hæreticis separare voluerit ut ab Ecclesia catholica suscipiatur.*

Illud præterea decrevit sancta synodus, ut quoniam legatos episcopi Galliarum, qui Felici communicant, destinarunt, ut si quis ab ejus communione se voluerit sequestrare, in nostræ pacis consortio suscipiatur juxta litteras venerabilis memoriæ Ambrosii episcopi vel Romanæ Ecclesiæ sacerdotis dudum latus, quæ in concilio legatis præsentibus recitatae sunt.

VI. *Ut alterius clericum non promoveat alter, nec abjectum recipiat.*

Nec illud prætermittendum fuit quod synodi²¹² sententia definitum est, ut clericum alterius secundum statuta canonum nemo suscipiat, neque suæ ecclesiæ in alio gradu audeat ordinare, neque abjectum recipiat in communionem.

VII. *De his qui contra interdictum sunt ordinati vel in honore filios genuerunt.*

Hi^b autem qui contra interdictum sunt ordinati, vel in ministerio filios genuerunt, ne ad majores gradus ordinum permittantur synodi decrevit auctoritas.

Iacolumes vos Dominus noster ævo longissimo conservare dignetur, domini dilectissimi fratres.

XXVI

CONCILJUM REGIENSE

TREDECIM EPISCOPORUM, HABITUM ERA CCCCLXXVII, SUB IMPERATORIBUS THEODOSIO MINORE ET VALENTINIANO, THEODOSIO SEPTIES DECIES ET FESTO CONSULIBUS.

Cum in voluntate Domini apud Regiensem ecclesiam convenissemus, et transgressionis apud Ebrundunensem ecclesiam habitæ remedium quaereretur, qua sacris Ecclesiæ canonibus et reverendis Patrum constitutionibus omni parte neglectis, absque trium præsentia, absque comprovincialium litteris, sine metropolitani auctoritate, irritam ordinationis speciem a duobus temere convenientibus præsumptam esse clarebat; non minus doloris de præsumptum lapsu quam de ecclesiæ ipsius convulsione in pectoribus omnium diutina collatione versatum est. Primum itaque, quia non ulciscendi sed remediandi

^a Ex B. R., T. 1, 2. In A. et cæteris Codicibus: *patuit*.

studium voti Domini universorum pectora prorsus sacerdotali consilio insederat, canonum in sermonibus singulis proprietate perspecta, placuit^a quod sicut reprobæ quæ præsumpta essent in irritum devocanda, ita eos qui reprobæ præsumpissent, quamvis confundere censura cogeret, charitati liceret absolvere: præsertim cum hi, qui tam perversa incidissent, a primo lapsus ipsius die adhibitis passim precibus culpam poenitentes aut ignorantie aut circumscriptioni imputarent: quia, etsi inveniabile crederetur sacerdotem sacerdotalia statuta nescisse, levius tamen erat quam si ore impudenti lateretur se nota calcasse.

213 I. Ut^a non habeatur episcopus a duobus episcopis ordinatus.

Itaque eos qui tam incondita ac tam instabilia usurpaverant, placuit misericordiae et charitatis occursum ita in communionem dilectionis recipi, ut scirent secundum recentem et saluberrimam Taurinatis [T. 2, Taurinensis] synodi definitionem, ad perpetuam vitae istius suffusionem nullis se de caetero ordinationibus, nullis ordinariis interfuturos esse conciliis, quia nihil salubre ab illis statuendum expectaretur, quia [A., qui] tantae corruptionis tam detestanda exempla praebuerant. Ebrudunensi ecclesiae ante omnia mature visum est consulendum, quia quatuor de biennio mensibus sacerdote legitimo destituta hoc gravius agrotaverat, ut clerus innocens ac disciplinae, ut probatum est, memor quorundam laicorum insolentia ac varia perturbatione vexatus, etiam in sacerdotibus ac ministris minas ac jurgia et vim acerbissimam periculose perniciose nuper caede pertulerat, nec poterat differri bonorum ac disciplinae memorum spectatio, ne viderentur contumacium et inquietorum vota palpari, quorum conspirationes machinationesque et in praeteritum quantum deprehendi possint animadversione ecclesiastica puniendae, et in futurum anticipandae erant. Itaque ordinationem, quam canones irritam definiunt, nos quoque vacuandam esse censuimus, in qua praetermissa trium praesentia nec expectitis comprovincialium litteris, metropolitanis quoque voluntate neglecta, prorsus nihil quod episcopum faceret ostensum est.

II. De^b remotione ejus quem ordinare perperam duo praesumpserunt.

Itaque placuit in voluntate Domini remoto hoc qui perperam assumptus erat episcopus, fieri omnino fratrum constitutionem, ecclesiastica traditione servata; verum quia haec sancta synodus non disciplinae tantum curam, sed et misericordiae gessit, cumque occurreret quod se Armentarius diebus proximis eidem ecclesiae multa assentatorum insolentia retulisset, occurrebat tamen quod ante admonitionem discessisset, quod a nonnullis sacerdotum in hoc ipsum confirmatus se etiam privatae domui reddidisset, quod epistolae ad clerum ipsum emiserat quibus episcopatum quem se non indeptum agnoscebat appetere nuntiaverat, eradi nomen suum petens, et hoc ipsum quod instabiliter 214 in se praesumptum erat jam tunc inordinatum et irritum futurum protestatum esse confirmans; in illam potius partem declinata sententia est, ut juveni educato in timore Domini plus suffragaretur, quod in actu vitiosissimo interdum sana sensisset, quam quod juvenilibus titillationibus aliqua in parte cessisset. Itaque praetermissis his quae regresso ipsius cum absque ullius excusationis effugio culpae

^a In Codicibus duplex titulus: qui exprimitur, et alter qui sic se habet: *De mulctatione duorum qui ordinationem praesumpserunt*; expunctus ne repetatur.

^b In Codicibus duplex titulus: qui exprimitur, et alter sic se habens: *Ut a duobus episcopis ordinatus*

societatis respexerant, velut innocentem eundem praeterire sacerdotes Domini qui huic concilio aderant damnatione vacuum maluerunt de indultoreidem peregrini vel coepiscopi nomine.

III. De haereticis et schismaticis episcopis si ad catholicam fidem venerint, quid observent.

Quod ergo in quibusdam schismaticis recipiendis Nicænum concilium statuit a singulis per territoria sua hoc etiam praesens conventus in hoc statuit ab omnibus debere servari, id est ut cuicumque de fratribus tale aliquid charitatis consilia dictaverint liceat ei unam parochiarum suarum ecclesiam cedere [T. 2, concedere] in qua aut coepiscopi^c nomine, ut idem canon loquitur, aut peregrina ut aiunt communione fruatur [E., fruatur]. Primum itaque statuitur, ut hoc in qualibet provincia praeterquam in Alpina maritima liceat, quam si aliquis in parte accesserit, ut malorum incitator et quietis impatiens damnationi quam in se provocaverat subjacebit; sed et si quis eidem quidquam ex his quae statuta sunt transgredienti communicaverit, a communione omnium fiet alienus. Deinde, ut quolibet in loco praeterquam in publico ageretur, ne quisquam ei locus decernatur quem curiae et civitatis species aut ordo nobilitat, additur, ne unquam in civitatibus vel sub episcoporum absentia offerre praesumat, nec ordinare vel ultimum clericum, nec in ea quidem ecclesia quam illi cujuscunque misericordia fuerit attributa, nec ulli episcoporum vel succedente aetate assumpto in rudimentis suis huic in aliquo quasi pro aetatis reverentia cedere liceat, nec usquam ipsi quidquam de episcopalibus officiis usurpare, praeterquam in ecclesia quam cujusquam misericordia fuerit indeptus, in qua ei solum neophytos confirmare et ante presbyteros offerre conceditur. Quod si unquam aliquid charitate alterius provocatus de habitationis commutatione variaverit, non aliter in alia ecclesia requiem accipiat quam priori renuntiaverit, nec omnino unquam duarum ecclesiarum gubernationem obtineat, cui etiam 215 in ea quae ipsi ceditur ministros a civitatis episcopo necesse est ordinari. Sane quia ministrorum mentio facta est et nonnulli ab ipso inventi excommunicati temere in clero proveci dicerentur, statutum est eos qui ita assumpti essent deponendos; quibus autem nulla conversationis macula praediceret, prout Ebrudunensi sacerdoti constituendo visum est, aut in ecclesiae suae ministerio tenendos, aut ad ipsum quocunque habitasset transferendos, plebi quam acciperet ex constitutionis hujus permissione benedicere, ut supra definitum est, in una eademque ecclesia neophytos confirmare, in castellis ac vicis totum illi [T. 2, illud] ante presbyteros sicubi venerit liceat, quod in civitatibus omnino praescribitur^d.

aliquando episcopus esse possit; expunctus quia ad rem non attinet.

^c Ex omnibus Codicibus, in A., *episcopi*.

^d T. 2, *omnino non praesumat*.

IV. *Ut* ^a *presbyter et benedicat et confirmet* [T., 2, san- A
clificat] *neophytum.*

Et inter minutas has discussiones visum est omni presbytero per familias, per agros, per privatas domos, pro desiderio fidelium facultatem benedictionis aperire, quod nonnullas jam provincias habere occurrit, huic etiam in ecclesiarum plebibus per loca tamen magis quam per urbes hoc idem visum est esse tribuendum: in ecclesia quoque qua ordinatus fuerit consecrandi virginem, sicut confirmandi neophytum jus habebit, et per omnia ut si multæ indulgentiæ testimonium, semper se inferiorem episcopo, superiorem presbytero agat, mandatis votisque sanctorum omnium prosequentibus vivat in timore Domini, quietem colat, Deo serviat, synodi circa se benevolentiae gratias agat, semperque indignum se indultis B et negatis imparem esse fateatur.

V. *Ut* ^b *episcopus qui sepelierit episcopum curam habeat ecclesiae ipsius.*

In commune autem omnes qui convenerant sacerdotes sibi metipsis contra hujusmodi scandala praecavendum censuerunt. Itaque propter hujusmodi temeritates tali definitione consultum est, ut de cætero observaretur ne quis ad eam ecclesiam, quæ episcopum perdidisset, nisi vicinæ ecclesiae episcopus exsequiarum tempore accederet, qui tamen statim ecclesiae ipsius curam districtissime gereret, ne quid ante ordinationem discordantium in novitatibus clericorum subversioni 216 liceret: itaque cum tale aliquid accidit, vicinis vicinarum ecclesiarum inspectio, descriptio recensioque mandatur.

VI. *Ut* ^c *absque metropolitano nullus ordinetur episcopus.*

Hæc autem omnia exsequiarum tempore usque ad septimam defuncti diem aget, eximiae ecclesiae referens mandatum metropolitani: simul cum omnibus sanctis [Æ., sociis] episcopis sepeliretur. Nec quisquam ad ecclesiam quæ summum amiserat sacerdotem, nisi metropolitani litteris invitatus, ne a plebe decipiatur, accedat et vim pati voluisse videatur.

VII. *De* ^d *his qui ecclesiarum vel earum cultoribus, id est sacerdotibus, seditiosi exsiterint.*

Perventum est huic sanctæ synodo quod aliqui ignoti institutiones canonum fastu superbiæ editiones ^e antiqui hostis consilio emulitare nituntur, qui non humiles sed superbi seditionemque ecclesiabus Dei vel ejus sacerdotibus persistunt; placuit omni synodo hos tales ab Ecclesia Dei et a cœtu catholicorum segregari, ac excommunicatos exsilio relegari, ut post correcti satisfactione poenitentiae ad sanctam communionem possint idem admitti, non ad clerum.

^a In Codicibus duplex titulus: qui exprimitur et alter sic se habens: *Ut presbyteri privatim fidelibus desiderantibus benedicant*; expunctus ne repetatur.

^b In Codicibus duplex titulus: qui exprimitur et alter sic se habens: *De ordinanda ecclesia defuncto episcopo*; expunctus ne repetatur.

^c In Codicibus duplex titulus: qui exprimitur et alter sic se habens: *Ne quis ad ordinationem veniat nisi metropolitani litteris invitatus*; expunctus ne repetatur.

^d Hic canon et sequens ex U. sunt desumpti: desunt namque in reliquis.

VIII. *Ut bis in anno concilium fiat.*

Sufficere visum est bis in anno per singulas provincias episcoporum concilium fieri, semel quidem post tertiam hebdomadam paschalis festivitatis, ita ut in quarta quaque hebdomada quæ consequitur, id est media Pentecoste concilium compleatur. Admoneant autem comprovinciales episcopi ii qui per ampliores, id est in metropolitanis civitatibus degunt. Secundum vero concilium Idibus Octobribus pro vindemiæ temporibus habeatur: qui dies apud Græcos Hyperbæretæi mensis decimus invenitur. In ipsis autem conciliis et presbyteros et diacones et iudices sive curiales ac privatos præsentés esse oportet: et omnes quotquot se læsos existimant causas enarrant et synodicam expectent sententiam. Nec liceat aliquibus apud semetipsos concilia metropolitanorum queat esse præsentia ^f, et absque metropolitanorum episcoporum conscientia facere, quibus de 217 omnibus causis veridicum ac fidelissimum constat emissum esse sanationis iudicium.

Ego Hilarius episcopus juxta id quod universis sanctis episcopis meis qui mecum subscripserant placuit, statuta Patrum secutus his definitionibus subscripsi sub die xiii Kalendas Decembris ^g Theodosio Augusto septies decies et Festo consule honesto ^h.

Ego Severianus episcopus huic definitioni interfui et subscripsi die consulatus supra scripti ⁱ.

Ego Audentius episcopus his statutis interfui die consulatus supra scripti.

C Ego Julius [T. 2, Julianus] episcopus his statutis interfui et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Arcadius episcopus his definitionibus interfui et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Auspicius episcopus his definitionibus interfui et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Severus episcopus his definitionibus interfui 218 et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Valerianus episcopus his definitionibus interfui et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Nectarius episcopus his definitionibus interfui et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Asclepius episcopus his definitionibus interfui et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Theodorus episcopus his definitionibus interfui et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Maximus episcopus his definitionibus interfui et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Vincentius presbyter episcopi Constantiani, ab eodem ordinatus, interfui ^j et subscripsi die consulatus supra scripti.

^e Forte editores ait Baluzius: nos autem hoc verbum supervacaneum existimamus.

^f Corruptus certe locus: redundare videntur hæc verba: *metropolitanorum queat esse præsentia.*

^g H. R., T. 1, 2, die xiv Kalendas Decembris.

^h Æ., B. R., U., *Festo viro clarissimo, consulibus honestis.*

ⁱ Æ., B. R., die et consulibus suprascriptis: sicque in omnibus subscriptionibus. T. 2, die concilii suprascripti

^j Æ., B. R., E. 3, U., *interfui vita ipsius.*

XXVII

CONCILIIUM ARAUSICANUM

SEXDECIM EPISCOPORUM, HABITUM ERA CCCCLXXIX, THEODOSII MINORIS TEMPORIBUS SUB DIE VI IDUS NOVEMBRIS, CYRO CONSULE, IN ECCLESIA JUSTINIANENSI.

I. De hæreticis si in mortis discrimine convertantur. A

Hæreticos in mortis discrimine positos si catholici esse desiderant, si desit episcopus, a presbytero cum chrismate et benedictione consignari placet.

II. Ut nullus minister sine chrismate proficiatur.

Nullum ministrorum, qui baptizandi recipit officium, sine chrismate usquam debere progredi, quia inter nos placuit semel chrismari. De eo autem qui baptizatus quacunq[ue] 219 necessitate faciente non chrismatus fuerit, in confirmatione sacerdos commonebitur: nam inter quos chrismatis ipsius non nisi una benedictio est, non ut præjudicans quidquam, sed ut non necessaria habeatur repetita chrismatio.

III. De pœnitentibus qui de corpore exeunt ^b.

Qui recedunt de corpore pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicari, quod morientis sufficit consolationi secundum definitiones Patrum, qui huiusmodi communionem congruenter viaticum nominarunt, ut si supervixerint sicut in ordine pœnitentium, ut ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione accipiant.

IV. De clericis pœnitentiam volentibus.

Pœnitentiam desiderantibus clericis non negandam.

V. De his qui ad ecclesiam confugiunt ne tradantur.

Eos qui ad ecclesiam confugerint tradi non oportere, sed loci sancti reverentia et intercessione defendi.

VI. De mancipiis confugientibus ad ecclesiam.

Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipiis ad ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes ecclesias districtissima damnatione feriatur.

VII. De libertis qui ecclesie commendati sunt ne opprimantur.

In ecclesia manumissos vel per testamentum ecclesie commendatos si quis in servitutem vel obsequium vel ad colonariam conditionem imprimere tentaverit, animadversione ecclesiastica coercebitur.

VIII. De his qui clericum alienum ordinare præsumunt.

Si quilibet consistentem alibi clericum ordinandum putaverit, prius definiat ut cum ipso habitet, sic quoque non sine consultatione ejus episcopi cum quo ante habitavit; nec eum qui fortasse non sine causa diu ab alio non ordinatus est ordinare præsumat.

^a B. R., T. 1, 2, Arausicum. In reliquis Codicibus Arausicum.

IX. De his qui cives alienos ordinaverunt.

Si quis autem alienos cives aut alibi consistentes ordinaverit, ne inordinati in ullo 220 accusentur, aut ad se eos revocent aut gratiam ipsi eorum impetrent cum quibus habitent.

X. De episcopis qui non in possessione sua sed in aliena diœcesi basilicam construxerunt.

Si quis episcoporum in aliena civitatis territorio ecclesiam ædificare disponit, vel pro fundi sui aut ecclesiastici vel pro quacunq[ue] suorum opportunitate permessa licentia ædificandi, quia prohiberi hoc votum nefas est, non præsumat dedicationem, quæ illi omnimodis reservatur in cujus territorio ecclesia assurgit, reservata ædificatori episcopo hac gratia, ut quos desiderat clericos in re sua videre ipsos ordinet in cujus territorium est, vel si ordinati jam sunt ipsos habere acquiescat, et omnia ecclesie ipsius gubernatio ad eum in cujus civitatis territorio ecclesia surrexit pertinebit. Quod si etiam sæcularium quicumq[ue] ecclesiam ædificaverit, et alium magis quam eum in cujus territorio ædificat invitandum putaverit, tam ipse cui contra constitutionem ac disciplinam gratificare vult quam omnes episcopi qui ad huiusmodi dedicationem invitantur a conventu abstinere. Si quis excesserit, in reatum devocabitur: si quis excesserit, ordinem recognoscat.

XI. De episcopis qui excommunicatum alterius suscipiunt.

Placuit in reatum venire episcopum, qui admonitus de excommunicatione cujuscunq[ue], sine reconciliatioe ejus qui excommunicavit, ei communicare præsumpserit, ut integra omnia, si reconciliatio intercesserit, de justitia vel iniquitate excommunicationis proximæ synodo reserventur.

XII. De his qui subito obmutescunt, quod et baptismum et pœnitentiam accipere possint.

Subito obmutescens, prout statutum est, baptizari aut pœnitentiam accipere potest si voluntatis aut præteritæ testimonium aliorum verbis habeat, aut præsentis in suo nutu.

XIII. De his qui mente desipiunt.

Amentibus quæcunq[ue] pietatis sunt conferenda.

XIV. De energumenis baptizatis.

Energumeni baptizati, si de purgatione sua curant et seæ sollicitudini clericorum tradunt monitisque obtemperant, omnimodis 221 communicent sacramenti ipsius virtuti vel muniendi ab incur-u dæmonii [U., G., dæmonum] quo infestantur, vel purgandi quorum jam ostenditur vita purgatio.

^b T. 2, De non reconciliatis pœnitentibus qui de corpore exeunt.

XV. *Ut energumeni et catechumeni de baptismo consulantur.*

Energumenis et catechumenis in quantum vel necessitas exegerit vel opportunitas permiserit, de baptismo consulendum.

XVI. *Ut energumeni ad clerum non promoveantur.*

Qui palam aliquando arrepti sunt non solum non assumendi ad illum ordinem clericatus, sed et si jam aliqui ordinati sunt ab imposito officio repellendi.

XVII. *Ut in unum propositio sacramenti consecratur.*

Cum capsula et calix inferendus est, et admissione eucharistiæ consecrandus.

XVIII. *Ut evangelia catechumeni audiant.*

Evangelia deinceps placuit catechumenis legi apud omnem provinciarum nostrarum Ecclesiam.

XIX. *Ut catechumeni ad baptisterium non accedant.*

Ad baptisterium catechumeni nunquam admittendi.

XX. *Ut catechumeni cum fidelibus benedictionem non accipiant.*

Ad fidelium benedictionem catechumeni etiam inter domesticas orationes, in quantum caveri potest, segregandi informandique ut se revocent, et signandos vel benedicendos semotim offerant.

XXI. *Ut duo episcopi episcopum non faciant.*

In nostris provinciis placuit de præsumptoribus, ut sicubi contigerit duos episcopos episcopum invitum facere, auctoribus damnatis, unius eorum ecclesiæ ipse qui vim passus est substituatur: si tamen vita respondeat et alterius dejecti loco nihilominus ordinetur; si voluntarium duo fecerint, et ipse damnabitur, quo cautius ea quæ sunt antiquitus statuta serventur.

222 XXII. *Ut clerici conjugati nisi continentiam profiteantur, diacones non fiant.*

Sed id præterea et ut non deinceps ordinentur diacones conjugati, nisi qui prius conversionis proposito professi fuerint castitatem.

XXIII. *De his qui post acceptum diaconium incontinentes inveniuntur.*

Si quis autem post acceptam benedictionem leviticam cum uxore sua incontinens invenitur, ab officio abjiciatur.

XXIV. *De incontinentibus clericis.*

De his autem qui prius ordinati hoc ipsum inciderunt Taurinatis [T. 2, Tauritanæ] synodi sequendam esse sententiam, qua jubentur non ulterius promoveri.

XXV. *De viris probatis.*

De idoneis clericis et probatoribus [T. 2, probatis] viris, quos clericatus alligari ipsa vitæ gravitas cogit, et si forte inciderunt duplicata matrimonia, ut non

^a Ex reliquis Codicibus desumptus hic canon qui deest in A.

^b Ex omnibus Codicibus. In A., cum calice et patena inferendus est.

^c Ex U. desumpta vox catechumeni, quæ deest in A. et reliquis Codicibus.

^d In Codicibus duplex titulus: qui exprimitur et

ultra subdiaconatum vel ecclesiasticas capiant dignitates.

XXVI. *De diaconissis non ordinandis.*

Diaconissæ omnimodis non ordinandæ: si quæ jam sunt, benedictioni quæ populo impenditur capita submittantur.

XXVII. *De feminis quæ viduitatem professæ sunt coram episcopo.*

Viduitatis servandæ professionem coram episcopo in secretario habitam, imposita ab episcopo veste viduali, non esse violandam: ejus vero raptorem vel ipsam talis professionis desertricem merito esse damnandam.

XXVIII. *De his qui professi sunt castitatem si prævaricaverint.*

In utroque sexu desertores professæ castitatis prævaricatores habendi, et his omnibus per penitentiam legitimam consulendum.

223 XXIX. *Ut nullus episcopus de concilio sine consensu discedat nisi ad concilium ire excuset.*

Hæc quæ subscribimus cum eorum quoque concordia qui consensus dederunt rata deinceps inter nos ac nostros haberi volumus et habenda sancimus, non ita prætereuntes eos qui synodo aut per se aut per consensus suos, vel ad vicem sui per legatos destinando adesse directant; ut sibi supra nos illi placeant qui patrum statuta despiciunt, quibus bis in anno, quod nobis pro temporum qualitate difficile est, sanctum est convenire; adjicientes quod similibus deinceps paginis pro salubritate ac remediis ecclesiasticis congregandi adjicere optamus, ut nullus conventus sine alterius conventus denuntiatione solvatur. Itaque sequenti anno, si Domino ac Deo nostro Jesu Christo permittente conceditur, die xv Kalendas Novembris Justiniano in Arausico territorio conventum habebimus: qui ideo tanto prius per conventum ipsum denuntiat, ut tam excusationis libertas quam invitationis necessitas non sit; de die enim et loco per nos ipsos commonebimur singuli nobiscum, in exemplaribus ea quæ per nos sunt constituta referentes: reliquos qui defuerunt beatissimi fratris nostri Hilarii sollicitudini relinquimus datis ad ipsos 224 horum exemplaribus commendandos. Post omnia occurrit de imbecillitatibus fragilitatis humanæ, ut si quis episcopus per infirmitatem, debilitatem vel aliquam hebetudinem sensus inciderit, aut officium oris amiserit, ea quæ non nisi per episcopos geruntur non sub præsentia sua presbyteros agere permittat, sed episcopum evocet cui quod in ecclesia agendum fuerit imponat.

Ego Hilarius episcopus subscripsi.

Ego Claudius episcopus subscripsi.

Ego Constantianus episcopus subscripsi.

alter sic se habens: *De abjectione ejus quem duo præsumpserint ordinare episcopum; expunctas ne repetatur.*

^e *Æ., Sedit præterea.*

^f *U., conjugati, statuimus, nisi.*

^g Ex B. R., T. 1, 2. In A., *Æ., E. 3, gratia coegerit.* In U., *gratuitas cogit.*

Ego Audentius episcopus subscripsi.
 Ego Agrestius episcopus subscripsi.
 Ego Julius episcopus subscripsi.
 Ego Auspicius episcopus subscripsi.
 Ego Theodorus episcopus subscripsi.
 Ego Maximus episcopus subscripsi.
 Ego Eucherius episcopus subscripsi, sanctorum
 sacerdotum comprovincialium meorum super his
 expectatur assensum.

A Ego Nectarius episcopus subscripsi.
 Ego Justus episcopus subscripsi.
 Gevetius episcopus subscripsi.
 Ego Augustalis episcopus subscripsi.
 Ego Ingenuus episcopus subscripsi.
 Ego Superventor Solonius episcopus subscripsi.
 Pro patre meo episcopo Claudio subscripsi et re-
 cognovi.

XXVIII

CONCILIIUM VASENSE PRIMUM

HABITUM ERA CCCLXXX, APUD AUSPICIIUM EPISCOPUM ECCLESIAE CATHOLICAE, THEODOSII
 MINORIS TEMPORIBUS, DIOSCORO CONSULE, SUB DIE IDUS NOVEMBER. 8.

I. *Ut Gallicani episcopi in Gallias non discutantur.*

Placuit ergo tractatu habito episcopos de Gallica-
 nis provinciis venientes intra Gallias non discutiendos,
 sed solum sufficere si nullus communioni alicujus
 interdixerit; quia inter circumhabitantes ac sibi
 pene invicem notos non tam testimonio indigent
 probi, quam denotatione et denuntiationibus de-
 priavati.

225 II. *De poenitentibus subito mortuis ut oblationes eorum recipiantur.*

Pro his qui poenitentia accepta in bono vitae cursu
 satisfactoria compunctione viventes, sine commu-
 nione inopinato nonnunquam transitu in agris aut
 itineribus praeveniuntur, oblationem recipendam et
 eorum funera ac deinceps memoriam ecclesiastico
 affectu prosequendam, quia nefas est eorum commem-
 orationem excludi a salutaribus sacris, qui ad
 eadem sacra fidei affectu contendentes, dum se
 diutius reos statuunt, indignos salutaris mysterii
 indicant ac purgationes restitui desiderant, absque
 sacramentorum viatico intercipiuntur, quibus fortasse
 nec absolutissimam reconciliationem sacerdos dene-
 gandam putasset.

III. *Ut ab alterius episcopo chrisma nullus accipiat.*

Per singula territoria presbyteri vel ministri ab
 episcopis, non prout libitum fuerit a vicinioribus,
 sed a suis propriis per annos singulos petant chrisma,
 appropinquante solemnitate paschali, nec per quem-
 cunque ecclesiasticum: sed si qua necessitas aut
 ministrorum occupatio est, per subdiaconum, quia
 inhonorum est inferioribus summa committi, opti-
 mum autem est ut ipse suscipiat qui in tradendo
 usus est; si quid obstat, saltem is cujus officii est
 sacrarium disponere et sacramenta suscipere.

IV. *Ut qui oblationes defunctorum retinent excommunicentur.*

Qui oblationes defunctorum retinent et ecclesiis
 tradere demorantur, ut infideles ab Ecclesia abji-
 ciendi, quia usque ad exinanitionem fidei pervenire
 certum est hanc pietatis divinae exacerbationem, qua
 et fideles de corpore recedentes votorum plenitudine,
 pauperes collatu alimoniae et necessaria sustentantur.

* In Codicibus inveniuntur verba: *De damnatione eorum*, quae expuncta sunt, quia redundant.

B tione fraudantur: hi enim tales quasi egentium ne-
 catores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt;
 unde et quidam patrum in hoc scriptis suis inseruit
 congruente sententia qua ait: Amico quippiam rapere
 furtum est, Ecclesiae fraudare sacrilegium.

V. *Ut qui sententiae episcopi sui non acquiescit recurrat ad synodum.*

Si quis episcopi sui sententiae non acquiescit, re-
 currat ad synodum.

226 VI. *Ut excommunicatus humiliet semetipsum ut festinus reconcilietur.*

Ex epistola sancti Clementis utilia quaeque praesenti
 tempore ecclesiis necessaria sunt honorifice profe-
 renda, et cum reverentia ab omnibus fidelibus ac
 praecipue clericis recipienda: ex quibus quid specia-
 liter placuit praeter venerandam antiquitatem statutis
 praesentibus roboramus, quod superscriptus beatus
 martyr de beatissimi apostoli Petri institutione com-
 memorat dicens: Quaedam autem etiam ex vobis ipsis
 intelligere debetis, si qua sunt quae ipse praeter [T. 2,
 propter] insidias hominum malorum non potest evi-
 dentius et manifestius proloqui. Verbi gratia, inimi-
 cus est alicui pro actibus suis? vos nolite expectare
 ut ipse vobis dicat: Cum illo nolite amici esse, sed
 prudenter observare debetis et voluntati, ejus vide-
 licet qui ecclesiae curam gerit, absque communi-
 one obsecundare, et averti se ab eo cui ipsum sentitis
 adversum, sed nec loqui his quibus ipse non loquitur,
 ut unusquisque qui in culpa est dum cupit omnium
 vestrum sibi gratiam reparare, festinet citius recon-
 ciliari ei qui omnibus praestet et per hoc redit ad salutem
 cum obedire coeperit monitis praesidentis: et caetera
 quae in sequentibus denotant amicos eorum qui
 veritati inimici sunt. Sciat itaque deinceps clerus ad
 reatum, sed et fidelium populus ad culpam, sibi
 ascribendum, si quis in hoc vitium malorum co-
 fusor et disciplinae subversor agnoscitur.

VII. *Ut accusatores de levibus causis non audiantur, de criminalibus vero discutantur.*

Placuit praeterea accusandi licentiam etiam in
 nostri ordinis si qua existit levitate comprimere, ut
 episcopus si quem iudicat abstinentum, si pro hu-

mitatione et correctione fratris assurgit exorari a cæteris, acquiescat fratri de quo agitur, correptione et comminatione adhibita : sin autem de crimine aliquem putet esse damnandum, accusatori suo se discutiendum sciat; fas est enim ut quæ uni probantur probentur omnibus.

VIII. *Ut episcopus alienum clericum peccantem redarguat.*

Quod si se tantum episcopus alieni sceleris conscius novit, quandiu probare non potest nihil proferat, sed cum ipso ad compunctionem ejus secretis correptionibus elaboret, qui si correptus pertinacior fuerit, et se communioni publice ingesserit, etiam si episcopus in redarguendo illo quem reum judicat probatione deficiat indemnatus licet **227** de his qui nihil sciunt, secedere ad tempus pro persona majoris auctoritatis jubeatur, illo, quandiu probare nihil potest, in communionem omnium præterquam ejus qui eum reum judicat permanente.

IX. *Ut qui expositum invenerit ecclesiam contestetur.*

De expositis, quia conclamata ab omnibus querela

^a In Codicibus : *infelix a præceptis.*

A processit eos non in misericordiam jam sed canibus exponi, quos colligere calumniarum metu quamvis inflexa præceptis ^a misericordiam mens humana detrectat, id servandum visum est, ut secundum statuta fidelissimorum, piissimorum augustissimorumque principum quisquis expositum colligit **228** ecclesiam contestetur, contestationem colligat : nihilominus de altario dominico die minister annuntiet, ut ecclesia sciat expositum esse collectum, ut intra dies decem ab expositionis die expositum recipiat, si quis se probaverit agnovisse : collectori pro ipsorum decem dierum misericordia prout maluerit, aut præsens ab homine aut in perpetuum cum Deo gratia persolvenda.

X. *Ut qui præter constitutum expositum reposcit ut homicida habeatur.*

Sane si quis post hanc diligentissimam sanctionem expositorum hoc ordine collectorum repetitur vel calumniator exstiterit, ut homicida habendus est.

XXIX

CONCILIIUM VASENSE SECUNDUM.

I. *De presbyterorum observatione.*

Hoc placuit, ut omnes presbyteri qui sunt in parochiis constituti, secundum consuetudinem quam per totam Italiam satis salubriter teneri cognovimus, juniores lectores quantoscunque sine uxore habuerint, secum in domum ubi ipsi habitare videntur recipiant, et eos quomodo boni patres spiritualiter nutriendos psalmos parare, divinis lectionibus insistere [U., Instruere] et in lege Domini erudire contendant ut et sibi dignos successores provideant et a Domino præmia æterna recipiant. Cum vero ad ætatem perfectam venerint, si aliquis eorum pro carnis fragilitate uxorem habere voluerit, potestas ei ducendi conjugium non negetur.

II. *Qualiter recitentur a diaconibus homilie.*

Hoc etiam pro ædificatione omnium ecclesiarum et pro utilitate totius populi nobis placuit, ut non solum in civitatibus sed etiam in omnibus parochiis verbum faciendi daremus presbyteris potestatem, ita ut si presbyter aliqua infirmitate prohibente per se ipsum non potuerit prædicare, sanctorum Patrum homilie a diaconibus recitentur : si enim digni sunt diacones quod Christus in Evangelio locutus est legere, quare indigni judicentur [U., G., sunt] sanctorum Patrum expositiones publice recitare?

III. *Kyrie eleison vel Sanctus sæpe dici.*

Et ^b quia tam in sede apostolica, quam etiam per totas orientales atque Italiæ provincias dulcis et nimium salubris consuetudo est intronata, ut *Kyrie eleison* frequentius cum grandi affectu et compun-

ctione dicatur, placuit etiam nobis, ut in omnibus ecclesiis nostris ista tam sancta ^c consuetudo et ad matutinum et ad missam et ad vesperum, Deo propitiante, intromittatur, et in omnibus missis, sive in matutinis sive in quadragesimalibus, sive in illis quæ pro defunctorum commemorationibus fiunt, semper *Sanctus, Sanctus, Sanctus* eo ordine, quo modo ad missas publicas dicitur, dici debeat : quia tam sancta et tam dulcis et tam desiderabilis vox, **229** etiamsi die noctuque possit dici, fastidium non poterit generare.

IV. *Ut nomen papæ in ecclesiis recitetur.*

Et hoc nobis justum visum est, ut nomen domini papæ, quicumque sedi apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.

V. *Ut dicatur : Sicut erat in principio.*

Et quia non solum in sede apostolica, sed etiam per totum Orientem et totam Africam vel Italiam propter hæreticorum astutiam, qui Dei Filium non semper cum Patre fuisse sed a tempore cœpisse blasphemant, **230** in omnibus clausulis post *Gloriam*; *Sicut erat in principio* dicitur; etiam et nos in universis ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decrevimus.

Cæsarius in Christi nomine catholicam ^d hæreticæ definitionis nostræ regulam relegens subscripsit

Et notum sub die nonarum Novembrium Decimo, viro clarissimo consule : in hac constitutione septemdecim episcopi subscripserunt.

Quia etiam et ea quæ infra scripta sunt omnibus

^a Deest hoc concilium in E. 3.

^b T. 1, quia non solum in sede apostolica sed etiam.

^c T. 1, 2, statuta sancta.

^d B. R., T. 1, 2, nomine episcopus catholicam.

ecclésiis satis necessaria esse novimus, ideo justum A canonum jungeremus, ex constituto synodali apostolice sedis inter cætera.

XXX

CONCILIIUM AGATHENSE.

VIGINTI QUINQUE EPISCOPORUM, HABITUM ÆRÆ^a DLXIV.

Anno vicesimo secundo Alarici regis sub die III Idus Septembris cum in nomine Domini in civitate Agathensi convenissemus in sancti Andreæ basilica, consedimus de disciplina et ordinationibus clericorum atque pontificum vel de Ecclesiarum utilitatibus tractaturi. In primo id placuit ut canones et statuta Patrum per ordinem legerentur, quibus lectis^b.

I. De digamis clericis ut non ministrent.

Placuit, ut de digamis aut internuptarum maritis, B quanquam aliud Patrum statuta decreverint, ut qui hincque ordinati sunt, habita miseratione, presbyterii vel diaconatus nomen tantum obtineant: officium vero consecrandi presbyteri et ministrandi hujusmodi diaconos non præsumant.

II. De contumacibus clericis et ad officium tardis.

Contumaces vero clerici prout dignitatis ordo permisit ab episcopis corrigantur, et si qui prioris gradus elati superbia communionem fortasse contempserint, aut ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communicatio tribuatur; ita ut cum eos penitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum dignitatemque recipiant.

III. De episcopis qui vel innocentes vel pro minimis C causis aliquos excommunicant.

Episcopi vero si, sacerdotali moderatione postposita, innocentes aut minimis causis culpabiles excommunicare præsumpserint, et ad gratiam festinantes recipere fortasse noluerint, 231 a vicinis episcopis cujuslibet provincie litteris moneantur; et si parere [B.R., T. 1, 2, parcere] noluerint, communicatio illis usque ad tempus synodi a reliquis episcopis non denegatur^c, ne fortasse in excommunicatoris peccatum excommunicati longo tempore morie præveniantur.

IV. De his qui suas vel propinquorum oblationes ecclesie fraudant.

Clerici etiam vel sæculares qui oblationes parentum aut donatas aut testamentis relictas retinere perstiterint [U., præsumpserint] aut id quod ipsi D donaverint ecclesiis vel monasteriis crediderint auferendum, sicut synodus sancta constituit velut necatores pauperum quousque reddunt ab ecclesiis excludantur.

V. Si clericus furtum ecclesie fecerit.

Si quis clericus furtum ecclesie fecerit, peregrina ei communicatio tribuatur.

^a Æ., æra DLXIII.^b U., quibus lectis definierunt. In A. et reliquis ad periodi absolutionem vox canonis primi placuit adjungenda.

VI. Si episcopo a quibuslibet quidquam fuerit detulicium.

Pontificis vero quibus in summo sacerdotio constitutis ab extraneis duntaxat aliquid aut cum ecclesia, aut sequestratum aut dimittitur aut donatur, quia hoc ille qui donat pro redemptione anime sue, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesie inter facultates ecclesie computabunt; quia justum est, ut sicut sacerdos habet quod ecclesie dimissum est, ita et ecclesia habeat quod relinquitur sacerdoti sane quidquid per fideicommissum aut sacerdoti, aut ecclesie fortasse dimittitur cuiusque alii postmodum profuturum, id inter facultates suas ecclesia computare aut retinere non poterit.

VII. De rebus ecclesie, quomodo ab episcopis habeantur: et de servis ecclesie qualiter ab episcopo manumittantur.

Casellas vero vel mancipiola ecclesie episcopi, sicut prisca canonum præcepit auctoritas, vel vasa ministerii quasi commendata fidei proposito integro ecclesie jure possideant; id est ut neque vendere, neque per quoscunque contractus res unde pauperes vivunt alienare præsumant: quod si necessitas certa compulerit, ut pro ecclesie aut necessitate aut utilitate vel in usufructu vel indirecta venditione aliquid distrahatur, apud duos vel tres comprovinciales vel vicinos episcopos causa quæ necesse sit vendi 232 primitus comprobetur, et habita discussione sacerdotali eorum subscriptione quæ facta fuerit venditio roboretur: aliter facta venditio vel transactio non valebit. Sane si quos de servis ecclesie benemeritos sibi episcopus libertati donaverit, collatam libertatem a successoribus placuit custodiri cum eo quod eis manumissor in^d libertatem contulerit, quod tamen jubemus viginti solidorum numerum, modum in terrula, vineola vel hospitio tenere: quod amplius datum fuerit post manumissoris mortem ecclesia revocabit; minusculas vero res aut ecclesie minus utiles peregrinis vel clericis salvo jure ecclesie in usum perstare permittimus.

VIII. De clericis qui ad sæculares confugiunt.

Id etiam placuit, ut clericus si relicto officio suo propter districtiorem ad sæcularem fortasse confugerit, et is ad quem recurrit solatium defensionis impenderit, cum eodem de Ecclesie communi one pellatur.

^c Ex T. 1, 2. In A. et reliquis Codicibus: episcopis denegatur.^d Æ., B. R., T. 1, 2, in libertate.

IX. De presbyteris et diaconibus qui ad conjugalem A
coitum revertuntur.

Placuit etiam, ut si diaconi aut presbyteri conjugati ad torum uxorum suarum redire voluerint, papæ Innocentii ordinatio vel Syricii episcopi auctoritas conservetur; quod si ad aliquos formula illa ecclesiastica vitæ pariter et disciplinæ quæ a Syricio episcopo ad provincias commeavit non probabitur pervenisse, his ignorationis [U., G., ignorationibus] venia remittetur, ita ut de cætere penitus incipiant abstinere et ita gradus suos in quibus inventi fuerint sic retineant, ut ad potiora eis non liceat ascendere: quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum quem retinent non amittant. Si qui autem scisse formam vivendi dimissam [U., G., missam] a sancto Syricio episcopo deteguntur, neque statim cupiditatis libidines abjecisse, illi sunt modis omnibus submovendi, qui post admonitionem cognitam præponendam arbitrati sunt voluptatem.

X. Ut nullus clericorum cum extraneis feminis habitet.

Id etiam ad custodiendam vitam et famam speciali ordinatione præcipimus, ut nullus clericorum extraneæ mulieri qualibet collatione aut familiaritate jungatur: et non solum in domo illius extranea mulier non accedat, sed nec ipse frequentandi ad extraneam mulierem habeat potestatem, sed cum matre tantum, sorore, filia aut nepte, si habuerit aut voluerit, vivendi liberam habeat **233** potestatem: de quibus nominibus nefas est aliud quam natura constituit suspicari.

XI. Ut nullus clericus in cellario vel secreto feminam intrumittat.

Ancillas vel libertas a cellario vel a secreto ministerio et ab eadem mansione in qua clericus manet, placuit removeri.

XII. Ut omnibus diebus Quadragesimæ sabbato jejuntur.

Placuit etiam, ut omnes Ecclesiæ exceptis diebus dominicis in quadragesima, etiam die sabbati, sacerdotali ordinatione et districtiōnis comminatione jejument.

XIII. Ut symbolum ante octo dies paschæ competentibus prædicetur.

Symbolum etiam placuit ab omnibus ecclesiis una die, id est ante octo dies dominicæ resurrectionis publice in ecclesia competentibus tradi.

XIV. Ut altare et ungtur et benedicatur.

Altaria vero placuit non solum unctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari.

XV. Qualiter majores, qualiter minores [U. R., T. 2, juniore.] pœnitentiam accipiant.

Pœnitentes tempore quo pœnitentiam petunt impositionem manuum et cilicium super caput a sacerdote sicut ubique constitutum est consequantur, et si aut comas non deposuerint aut vestimenta non mutaverint abjiciantur, et nisi digne pœniterint non recipiantur: juvenibus etiam pœnitentia non facile committenda est propter ætatis fragilitatem, viaticum tamen omnibus in morte positus non negandum.

PATROL. LXXXIV.

XVI. Qua ætate diacones ordinentur.

Episcopus vero benedictionem diaconatus minoribus viginti et quinque annorum penitus non committat: sane si conjugati juvenes consenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est, ut sequestrato mansionis cubiculo, religione promissa, posteaquam pariter conversi fuerint ordinentur.

XVII. Qua ætate episcopi vel presbyteri consecentur.

Presbyterum vero vel episcopum ante triginta annos, id est antequam ad viri perfecti **234** ætatem perveniant, nullus metropolitanorum ordinare præsumat, ne per ætatem, quod aliquoties evenit, aliquo errore culpentur.

XVIII. De laicis quibus temporibus communicare debeant.

Sæculares vero qui Natali Domini, Pascha, Pentecoste non communicaverint, catholici non credantur nec inter catholicos habeantur.

XIX. De sanctimonialibus qua ætate velentur.

Sanctimoniales, quamlibet vitæ earum et mores probati sint, ante annum ætatis suæ quadragesimum non velentur.

XX. De clericis qui comam nutriunt.

Clerici qui comam nutriunt ab archidiacono etiam si noluerint inviti detondantur: vestimenta vel calcamenta eis etiam nisi quæ religionem deceant uti aut habere non liceat.

XXI. Ut solemnitates majores in civitatibus celebrentur.

Si quis etiam extra parochias, in quibus legitimus et ordinariusque conventus, oratorium in agro habere voluerit, reliquis festivitibus ut ibi missas teneant propter fatigationem familiæ iusta ordinatione permittimus: Pascha vero, Natale Domini, Epiphaniam, Ascensionem Domini, Pentecosten et Natale sancti Joannis Baptistæ, vel si qui maximi dies in festivitibus habentur, non nisi in civitatibus aut in parochiis teneant. Clerici vero si qui in his festivitibus quas supra diximus in oratoriis his, nisi jubente aut permittente episcopo, facere aut tenere voluerint, a communione pellantur.

XXII. Ut non liceat presbytero vel clerico rem ecclesiæ vendere vel donare.

Et licet superfluum sit de re nota et antiquis canonibus prohibita iterato aliquid desinare, tamen quo facilius cupiditas aut improbitas reprimatur, id statuimus quod omnes jubent, ut civitates sive diocæsani presbyteri vel clerici, salvo jure ecclesiæ, rem ecclesiæ sicut permiserint episcopi teneant, vendere aut donare penitus non præsumant: quod si fecerint, et facta venditio non valebit, et de facultatibus, si quas habent proprias, indemnem ecclesiam reddant et communione priventur.

235 XXIII. Ut clericus juniori non præponatur.

Episcopus etiam quorum vita non reprehenditur posteriorem priori nullum præponat, nisi fortasse elatus superbia quod pro necessitate ecclesiæ episcopus jusserit implere contemnit. Sane si officium archidiaconatus propter simpliciorum naturam implere aut expedire nequiverit, ille loci sui nomen teneat et or-

dinationi ecclesie, quem elegerit episcopus, præponatur.

XXIV. De expositis inventis.

De expositis id observandum quod jam dudum synodus sancta constituit.

XXV. De sæcularibus qui suas conjuges derelinquunt.

Illi vero sæculares, qui conjugale consortium culpa graviore dimittunt vel etiam dimiserunt, et nullas causas discidium probabiliter proponentes propterea sua matrimonia dimittunt, ut aut illicita aut aliena præsumant, si antequam apud episcopos comprovinciales discidium causas dixerint, et prius uxores quam iudicio damnentur abjecerint, a communione Ecclesie et a sancto populi cœtu pro eo quod fidem et conjugia maculant excludantur.

XXVI. Ut si voluntarie clericus damnus ecclesie fecerit, et satisfaciatur et excommunicetur.

Si qui vero de clericis documenta, quibus ecclesie possessio firmatur, aut subripere^a aut negare aut adversariis fortasse tradere damnabili et puniendi obstinatione præsumserint, quidquid per absentiam documentorum damni ecclesie illatum est de propriis facultatibus reddant et communione priventur; hi etiam, qui in damnus ecclesie instrumenta ecclesie impie sollicitati a traditoribus susceperint.

XXVII. Ut monasterium inconsulto episcopo nullus construat: et de monachis.

Monasterium novum, nisi episcopo aut permittente aut probante, nullus incipere aut fundare præsumat. Monachi vero vagantes ad officium clericatus, nisi eis testimonium abbas suus dederit, nec in civitatibus nec in parochiis ordinentur. Monachum nisi abbatis sui aut permissu aut voluntate ad alterum monasterium commigrantem nullus abbas suscipere aut retinere præsumat, sed **236** ubicunque fuerint abbati suo auctoritate canonum revocentur. Si necesse fuerit clericum de monachis ordinari, cum consensu et voluntate abbatis præsumat episcopus.

XXVIII. Ut monasterium puellarum procul a monachis construat.

Monasteria puellarum longius a monasteriis monachorum aut propter insidias diaboli aut propter oblationes hominum collocentur.

XXIX. De libertis ut in necessitate ab ecclesia tueantur.

Libertos legitime a dominis suis factos ecclesia si necessitas exegerit tueatur: quod si quis ante audientiam aut pervadere [*Æ.*, persuadere] aut expoliare præsumserit, ab ecclesia repellatur.

XXX. Ut post antiphonas orationes dicantur.

Et quia convenit ordinem Ecclesie ab omnibus æqualiter custodiri, studendum est, ut sicut ubique fit, et post antiphonas collectiones per ordinem ab episcopis vel presbyteris dicantur; et hymnos^b matutinos vel vespertinos diebus omnibus decantari, et in conclusionem matutinarum vel vespertinarum missarum post hymnos capitella [*U.*, capitula] de psalmis dici, et plebem collecta oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione dimitti.

^a *Æ.*, B. R., E. 3, T. 1, 2, *supprimere.*

^b *Æ.*, *hymnum matutinum vel vespertinum.*

XXXI. De his qui per odium ad pacem non revertuntur.

Placuit etiam, ut sicut plerumque fit quicumque odio aut longinqua inter se lite dissenserint, et ad pacem revocare diutina intentione nequiverint, a civitatis primitus sacerdotibus arguantur: qui si inimicitias deponere perniciose intentione noluerint, de Ecclesie cœtu justissima excommunicatione pellantur.

XXXII. Ut clericus inconsulto episcopo ad iudicem sæcularem non pergat.

Clericus nequaquam præsumat apud sæcularem iudicem episcopo non permittente pulsare, sed si pulsatus fuerit respondeat: non proponat nec audeat criminale negotium in iudicio sæculari proponere. Si quis vero sæcularium per calumniam Ecclesiam aut clericum fatigare tentaverit, et evictus [*T. 1, 2, victus*] fuerit, Ecclesie liminibus et a catholicorum communione, nisi digne pœnituerit, arceatur.

237 XXXIII. Si episcopus hæredes non habens Ecclesiam cui præfuit hæredem non fecerit.

Episcopus qui filios aut nepotes non habens alium quam Ecclesiam reliquit hæredem, si quid de Ecclesia non in Ecclesie causa aut necessitate præsumpsit, quod distraxit aut donavit irritum habeatur: qui vero filios habet, de bonis quæ reliquit ab hæredibus ejus indemnitatibus Ecclesie consulatur.

XXXIV. De Judæis qui converti cupiunt qualiter suscipiantur.

Judæi quorum perfidia frequenter ad vomitum redit, si ad legem [*T. 1, 2, Ecclesiam*] catholicam venire voluerint, octo mensibus inter catechumenos ecclesie limen introeant, et si pura fide venire noscuntur, tunc demum baptismatis gratiam consequantur: quod si casu aliquo quis periculum infirmitatis intra præscriptum tempus incurrerit et desperatus fuerit, baptizetur.

XXXV. Si episcopus a metropolitano admonitus pro synodo vel ordinatione episcopali venire distulerit.

Si metropolitanus episcopus ad comprovinciales episcopos epistolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem summi pontificis aut ad synodum invitet, postpositis omnibus, excepta gravi infirmitate corporis aut præceptione regia, ad constitutam diem adesse non differant: qui si defuerint, sicut prisca canonum præcepit auctoritas, usque ad proximam synodum a charitate fratrum et Ecclesie communione priventur.

XXXVI. Ut stipendia clericorum juxta meritum distribuantur.

Clerici etiam omnes, qui Ecclesie fideliter vigilantique deserviant, stipendia sanctis laboribus debita secundum servitii sui meritum vel ordinationem canonum a sacerdotibus consequantur.

XXXVII. De homicidis vel falsis testibus.

Itaque censuimus homicidas et falsos testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi pœnitentia satisfactione crimina admisa diluerint.

^c *Æ.*, B. R., E. 3, T. 1, 2, *mereantur.*

III. *Ut qui in pace arma projiciunt excommunicentur.* A
De his qui arma projiciunt in pace, placuit abstinere eos a communione.

IV. *Ut aur'ga dum agitant excommunicentur.*

De agitatoribus qui fideles sunt, placuit eos quandiu agitant, a communione separari.

V. *Ut qui in theatris conveniunt excommunicentur.*

De theatricis, et ipsos placuit quandiu agunt, a communione separari.

VI. *In infirmitate conversi manus impositionem accipiant.*

De his qui in infirmitate credere volunt, placuit debere his manus imponi.

VII. *De præsilibus ut cum conscientia episcopi sui communicent.*

De præsilibus qui fideles ad præsidium prosiliunt ita placuit, ut cum promoti fuerint litteras accipiant ecclesiasticas communicatorias, ita tamen ut in quibuscunque locis gesserint, ab episcopo ejusdem loci cura illis agatur, ut cum cœperint contra disciplinam publicam agere, tum demum a communione excludantur: similiter et de his qui rempublicam agere volunt.

VIII. *Ut ex hærese conversi si in Trinitate baptizati sunt, manus impositionem accipiant.*

De Arianis qui propria lege sua utuntur ut rebaptizentur, placuit si ad ecclesiam aliqui de hac hærese venerint, interrogent eos symbolum, et si perviderint eos in Patre et Filio et in Spiritu sancto esse baptizatos, manus eis tantum imponatur ut accipiant Spiritum sanctum; quod si interrogati non responderint hanc Trinitatem, baptizentur.

IX. *Ut qui confessorum litteras portant alias recipiant.*

De his qui confessorum litteras afferunt, placuit ut, sublatis eis litteris, alias accipiant communicatorias.

196 X. *Ut si cujus uxor adulteraverit aliam non accipiat.*

De his qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, et idem sunt adolescentes fideles et prohibentur nubere, placuit quantum possit consilium eis detur, ne viventibus etiam uxoribus suis, licet adulteræ sint, ut non alias accipiant.

XI. *Ut feminae fideles quæ Gentilibus se junxerint excommunicentur.*

De puellis fidelibus quæ Gentilibus junguntur, placuit ut aliquanto tempore a communione separentur.

XII. *Ut clerici generatores excommunicentur.*

De ministris qui fenerant, placuit eos juxta formam divinitus datam a communione abstinere.

XIII. *Ut proditores fratrum, vel vasorum sacrorum, seu Scripturarum, cum verberibus deponantur.*

De his qui Scripturas^a tradidisse dicuntur, vel vasa dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis ut quicumque eorum in actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur: nam si idem aliquos ordinasse fuerint depre-

^a Æ., B. R., E, 3, T. 1, 2, U., *Scripturas sanctas.*

^b T., 2, U. 1, G., *agat.*

^c Sub initium Arelatensis secundi inveniuntur in omnibus Codicibus nomina episcoporum qui huic

non illis obsistat ordinatio. Quoniam multi sunt qui contra Ecclesiam repugnare videntur et per testes redemptos putant se excusatione admitti debere, omnino non permittantur nisi, ut supra diximus, actis publicis docuerint.

XIV. *Ut falsi accusatores fratrum usque ad exitum excommunicentur.*

De his qui falso accusant fratres suos, placuit eos usque ad exitum non communicare, sed falsum testimonium juxta Scripturam impunitum non licere esse.

XV. *Ut levitæ non offerant.*

De diaconibus, quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere.

XVI. *Ut penitentes ubi acceperint orationem ibi communicent.*

De his qui pro delicto suo a communione separantur^a ita placuit, ut in quibuscunque locis fuerant exclusi, eodem loco communionem consequantur.

197 XVII. *Ut nullus episcopus alium conculcet episcopum.*

Ut nullus episcopus alium episcopum conculcet.

XVIII. *Ut diaconus nihil sine presbytero offerat^b.*

De diaconibus urbicis ut non tantum sibi præsumant, sed honorem presbyteris reservent, ut sine conscientia ipsorum nihil tale faciant.

XIX. *Ut peregrino episcopo locus sacrificandi detur.*

De peregrinis episcopis qui in urbem solent venire, placuit illis locum dari ut offerant.

XX. *Ut sine tribus episcopis nullus episcopus ordinetur.*

De his qui usurpant sibi soli debere episcopum ordinare, placuit ut nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis sibi aliis septem episcopis; si tamen non poterit septem, infra tres non audeat ordinare.

XXI. *Ut clericus alibi transiens excommunicetur.*

De presbyteris aut diaconibus qui solent dimittere loca sua in quibus ordinati sunt et ad alia loca transulerunt se, placuit ut his locis ministrent ut si, relictis locis suis, ad alium locum se transferre voluerint deponantur.

XXII. *Ut apostatæ qui tardius revertuntur nisi per dignam penitentiam non recipiantur.*

De his qui apostatant et nunquam se ad ecclesiam representant, nec quidem penitentiam agere quærent, et postea infirmitate arrepti petunt communionem, placuit eis non dandam communionem nisi revaluerint [U., G., prævaluerint] et egerint dignos fructus penitentia.

Ex Sicilia^c Syracusanorum Sixtus episcopus et Florus diaconus; ex provincia Campaniæ civitatis Protinus episcopus et Agrippa Tutillaque diacones: ex provincia Apuliæ Pardus episcopus et Crescens diaconus; ex provincia Dalmaciæ Theodorus episcopus et Agathon diaconus: ex urbe Roma quos Sylvester episcopus 198 misit Claudianus et Avitus presbyteres, Eugenius et Cyriacus diacones: ex provincia Italiæ Orosius

Arelatensi primæ synodo interfuerunt; in hunc igitur locum transferri debere, et episcoporum numerus et sequentis concilii canon decimus octavus aperte convincunt.

episcopus, Nazareus lector : ex provincia Viennensium civitatis Arelatæ Marinus episcopus, Salamas presbyter, Nicatius, Afr, Ursinus et Petrus diacones : ex provincia qua supra Viennensium Verus episcopus, Beclas exorcista : ex civitate Vasionè Damnas episcopus et Victor exorcista : ex civitate Arausicorum Laustinus presbyter : ex Porta Innocentius diaconus, Agapius exorcista : ex provincia Galliæ civitatis Rhemorum Imbethausius [B. R., Bethausius] episcopus, Primigenius diaconus : ex civitate Rothomagensium Avidianus episcopus, Nicetius diaconus : ex civitate Augustoduni Petius episcopus, Amandus presbyter, Philomatius diaconus : ex civitate Leudonæ Volius^a episcopus, Petulius exorcista : ex civitate Arrippina Maternus episcopus, Marinus diaconus : ex provincia Aquitanica civitatis Vagalum Genialis episcopus : ex civitate Burdegala Orientalis episcopus, Flavius diaconus : ex civitate Trevirorum [U., Treverorum] Agricius episcopus, Felix exorcista : ex civitate Tolosa Martinus episcopus, Leoncius diaconus : ex provincia Britannia Eburius episcopus :

^a Æ., Notius. BR., U., G., Nuvotius.

A ex civitate Lugdunensium Restitutus episcopus : ex civitate C'unia Adelphus episcopus, Soter presbyter : ex civitate Rhemorum Liberius episcopus, Florentius diaconus : ex civitate Bætica Sabinus presbyter : ex civitate Ursulentium Natalis presbyter, Cytherius diaconus : ex civitate Tarracona Probatius presbyter, Castorius diaconus : ex civitate Cesaraugusta Clemens presbyter, Rufinus exorcista : ex civitate Bastigentium Termarius presbyter, Victor lector : ex provincia Mauritanæ Cæsar'ensis Fortunatus episcopus, Deuterius diaconus : ex provincia Sardinia Quintus [T. 2, Quintinus] episcopus, Aumonius presbyter : ex provincia Africa Cæcilianus episcopus, Sperantius diaconus : ex civitate Onina Lampadius episcopus : ex civitate Utica Victor episcopus : ex civitate Beneventina Anastasius episcopus : ex civitate Turbustana Faustus episcopus : ex civitate Cocofetis Surgentius episcopus : ex provincia Numidia Victor episcopus ; ex civitate Viensium Vitalis episcopus : ex porto urbis Romæ Gregorius episcopus : ex Centumcellis Epictetus episcopus : ex civitate Ostiensi Leontius et Macarius presbyteres.

XXII

CONCILIUM ARELATENSE SECUNDUM.

199 I. *De neophytis clerici ne ordinentur.*
Ordinari ad diaconatus ac sacerdotii officium neophytum non debere.

II. *Qualiter conjugati ad sacerdotium promovantur.*

Assumi aliquem ad sacerdotium non posse in conjugii vinculo constitutum, nisi fuerit præmissa conversio.

III. *Ut nullus clericus aut diaconus in solatio suo extraneam habeat mulierem.*

Si quis clericus a gradu diaconatus in solatio suo mulierem præter aviam, matrem, sororem, filiam, neptem vel conversam secum uxorem, habere præsumperit, a communione alienus habeatur : per quos et mulierem, si se separare noluerit, pœna percellat.

IV. *Ut nullus clericus in cellario vel secreto intromittat puellam.*

Nullus diaconus, vel presbyter, vel episcopus ad cellarii secretum intromittat puellam, vel ingenuam, vel ancillam.

V. *Ut episcopus cum ordinatur, cum consensu metropolitani tres eum ordinent episcopi.*

Ut episcopus sine metropolitano, vel epistola metropolitani, vel tribus comprovincialibus non liceat ordinari, ita ut alii comprovinciales epistolis admonentur, ut se suo responso consensisse significant ; quod si inter partes aliqua nata fuerit dubitatio, majori numero metropolitani in electione consentiat.

VI. *De episcopo qui sine conscientia metropolitani fuerit ordinatus.*

Illud autem ante omnia clareat, eum quisine con-

C scientia metropolitani constitutus fuerit episcopus juxta magnam synodum esse episcopum non debere.

200 VII. *De his qui seipsos abscidunt.*

Hos qui se carnali vitio repugnare nescientes abscidunt, ad clericatum pervenire non posse.

VIII. *De his qui excommunicatos alterius suscipiunt.*

Si quis excommunicatum alterius, sive clericum, sive sæcularem, recipere post interdictum præsumperit, noverit se reum fraternitatis factum causam in concilio redditurum.

IX. *Ut Novatiani in communionem non recipiantur.*

Novatianum in communionem recipi non debere, nisi suscepta pœnitentiæ credulitate præteritum damnet errorem.

X. *De his qui in persecutione prævaricati sunt.*

De his qui in persecutione prævaricati sunt, si voluntarie fidem negaverunt, hoc de eis Nicæna synodus statuit, ut quinque annis inter catechumenes creant, et duobus inter communicantes, ita ut communionem, inter pœnitentes non præsumant ; in potestate tamen vel arbitrio sit episcopi, ut si eos ex animo errorem deslere et agere pœnitentiam viderit, ad communionem pro ecclesiastica humanitate suscipiat.

XI. *De his qui pœnis victi sacrificare compulsi sunt.*

Si qui vero dolore victi et pondere persecutionis regere vel sacrificare compulsi sunt, duobus annis inter catechumenes, et triennio inter pœnitentes habeantur a communione suspensi.

^a Æ., centum quatuordecim episcoporum. B. R., T. 1, centum tredecim episcoporum.

LXVII. *De catholicis ne hæreticorum connubiis copulentur.*

Quoniam non oportet cum omnibus hæreticis miscere connubia, et vel filios vel filias dare, sed potius accipere, si tamen se profitentur Christianos futuros esse catholicos.

LXVIII. *De levitis et clericis ne magi vel incantatores sint.*

Quoniam non oportet ministros altaris aut clericos magos aut incantatores esse aut facere quæ dicuntur phylacteria, quæ sunt magna obligamenta animarum: hos autem qui talibus utuntur projici ab ecclesia jussimus.

LXIX. *De seditiariis.*

Seditiarios nunquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios vel injuriarum suarum ultores.

LXX. *De scurrilibus et jocularibus clericis.*

Clericum scurrilem et verbis turpibus jocularē ab officio retrahendum.

LXXI. *De synodo annis singulis congreganda.*

Synodum etiam secundum constituta Patrum annis singulis placuit congregari: et quia in nomine Domini omnibus salubriter constitutis synodus cum pace dimittitur, gratias Deo agimus, orantes ejus clementiam ut hæc eadem facere in honorem Domini per multos annos possimus.

Ego Cæsarius in Christi nomine episcopus, juxta id quod universis sanctis coepiscopis meis qui mecum subscripserunt placuit, instituta Patrum secutus, his definitionibus annuens, sub die v kalendas Septembris subscripsi.

Cyprianus episcopus subscripsi.

Clarus episcopus subscripsi.

Tetradius episcopus subscripsi.

Heraclius episcopus Tolosanæ civitatis subscripsi.

Sophronius in Christi nomine Agathensis civitatis episcopus subscripsi.

Sedatus episcopus subscripsi.

A Quintianus episcopus subscripsi.

Sabinus episcopus subscripsi.

Boentius episcopus subscripsi.

Gratianus episcopus subscripsi.

Nicetius [T. 1, Nicentius] episcopus subscripsi.

Suavis episcopus subscripsi.

Galactorius episcopus subscripsi.

Gratus episcopus subscripsi.

Vigillus episcopus subscripsi.

Glicerius episcopus subscripsi.

Petrus episcopus subscripsi.

Coronopius episcopus subscripsi.

Probatius episcopus subscripsi.

Martinus [Æ., B. R., E. 3, U., Maternus] episcopus subscripsi.

B Marcellus episcopus subscripsi.

Agrius episcopus subscripsi.

Pentadius episcopus subscripsi.

A'binus presbyter missus a domino meo Caprario episcopo subscripsi.

Joannes presbyter missus a domino meo Victorio episcopo subscripsi.

Ingenius presbyter missus a domino meo Apro [B. R., Aprio] episcopo subscripsi.

Paulus presbyter missus a domino meo Juliano episcopo subscripsi.

Pompedius presbyter missus a domino meo Juliano episcopo subscripsi.

Polemius presbyter missus a domino meo Cistilio episcopo subscripsi.

C Petrus presbyter missus a domino meo Marcello episcopo subscripsi.

Firminus presbyter missus a domino meo Pamulo episcopo subscripsi.

Leo diaconus missus a domino meo Vero episcopo subscripsi.

Optimus diaconus missus a domino meo Leonio episcopo subscripsi.

XXXI

CONCILIIUM AURELIANENSE PRIMUM

VIGINTI ET OCTO EPISCOPORUM.

245-246 Cum auctore [T. 1, 2, Doctore] Domino in Aurelianensi urbe fuisset concilium summorum antistitum congregatum, communi omnium collatione complacuit, ut hoc quod verbo statuerunt, etiam scripturæ testimonio roborarent.

I. *De homicidiis et adulteris et juribus si ad ecclesiam confugerint.*

Id constituimus observandum quod ecclesiastici canones decreverunt et lex Romana constituit, ut ab ecclesiæ atris vel domo episcopi reos abstrahere omnino non liceat, sed nec alteri consignari, nisi ad Evangelia datis sacramentis de morte et debilitate et omni poenarum genere sint securi; ita ut ei cui reus fuerit criminosus de satisfactione conveniat. Quod si

D sacramenta sua convictus fuerit violasse, reus perjurii non solum a communione Ecclesiæ vel omnium clericorum, verum etiam et a catholicorum convivio separetur. Quod si cui reus est noluerit sibi intentione faciente componi, et ipse reus de ecclesia actus timore discesserit, ab ecclesiæ clericis non queratur.

II. *De raptoribus si ad ecclesiam confugerint.*

De raptoribus autem id constituendum esse censuimus, ut si ad ecclesiam raptor cum rapta convenit, et feminam ipsam violentiam pertulisse constitit, statim liberetur de potestate raptoris, et raptor mortis vel poenarum impunitate concessa ad serviendi conditionem subjectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si vero quæ rapitur patrem ha-

bere contulerit et puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur, et raptor a patre superioris conditionis satisfactioni teneatur obnoxius.

III. *De servis si ad ecclesiam confugerint.*

Servus qui ad ecclesiam pro qualibet culpa confugerit, si a domino omissa [B. R., missa] culpa sacramentum susceperit, statim ad servitium domini sui redire cogatur: sed posteaquam dato sacramento domino suo fuerit consignatus si aliquid poenae pro eadem culpa qua excusator probatus fuerit pertulisse, pro contemptu Ecclesiae et praevagatione fidei, a communione et convivio catholicorum, sicut superius comprehensum est, extraneus habeatur. Si vero servus pro culpa sua ab ecclesia defensatus sacramenta domini clericis exigentibus de impunitate perceperit, exire volentem a domino liceat occupari.

IV. *De eo qui ab episcopo aliquid repetit: pro ipsa conventionione ab Ecclesia non privetur.*

Si quis ab episcopo vel de Ecclesia vel de proprio iure crediderit aliquid repetendum, nihil convicii aut criminationis obiciens, eum pro sola conventionione a communione Ecclesiae non liceat submoveri.

V. *Si episcopus servum alterius clericum fecerit.*

Si servus absente aut nesciente domino, episcopo sciente quod servus sit, diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipso clericatus officio permanente episcopus eum domino dupli satisfactione compenset. Si vero episcopus cum servum nescierit, qui testimonium perhibent aut eum supplicaverint ordinari simili redhibitioni teneantur obnoxii.

VI. *Si diaconus aut presbyter crimen capitale commiserint.*

Si diaconus aut presbyter crimen capitale commiserint, simul officio et communione pellantur.

VII. *De his qui poenitentiam violaverint.*

De his qui suscepta poenitentia religionem suae professionis obliiti ad saecularia relabuntur, placuit eos et a communione suspendi et ab omnium catholicorum convivio 247 separari. Quod si post interdictum cum eo quisquis praesumpserit manducare, et ipse communione privetur.

VIII. *Si presbyter aut diaconus se pro reatu aliquo ab eucharistia [U., communione] suspenderit.*

Si presbyter vel diaconus pro reatu suo se ab altaris communione sub poenitentis professione submoverit, sic quoque si alii defuerint et causa certae necessitatis exoritur, poscentem baptismum liceat baptizare.

IX. *Si relicta presbyteri vel diaconi alio se conjunxerit.*

Si se cuicumque mulier duplici conjugio presbyteri vel diaconi relicta conjunxerit, aut castigati separentur, aut certe si in criminum intentione perstiterint b pari excommunicatione plectantur.

X. *De his quae in altario offeruntur.*

Antiquos canones relegentes priora statuta credimus [Æ., decrevimus] renovanda, ut de his quae in altario oblationes fidelium conferuntur, medietatem

a U., G., per contemptum Ecclesiae et praevagationem.

b B. R., perstiterint vel in conjugio permanere volue-

et medietatem sibi dispensandam secundum gradum clerus accipiat, praediis de omni commoditate in episcoporum potestate durantibus.

XI. *De his quae a fidelibus in parochianis basilicis offeruntur.*

De his quae parochiis in terris, vineis, mancipiis atque pecuniis quicumque fideles obtulerint, antiquorum canonum statuta servantur, ut omnia in episcopi potestate consistant: de his tamen quae in altario accesserint tertia fideliter episcopo deferatur.

XII. *Ut episcopus et pauperes et infirmos tueatur.*

Episcopus pauperibus vel infirmis, qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare, victum et vestimentum, in quantum possibilitas habuerit, largiatur.

XIII. *Ut basilicae in cujus territorio sunt in ejus episcopi maneat potestate.*

Omnes autem basilicae, quae per diversa loca constructae sunt vel quotidie construuntur, placuit secundum priorum canonum regulam, ut in ejus episcopi in cujus territorio sitae sunt potestate consistant.

248 XIV. *De incestis ut excommunicentur.*

Ne superstes frater torum defuncti fratris ascendat, neve quisque amissa uxore sorori audeat sociari: quod si fecerint, ecclesiastica districtione feriantur.

XV. *Ut abbates in potestate episcoporum sint, et de monachis vagis.*

Abbates pro utilitate religionis in episcoporum potestate consistant, et si quid extra regulam fecerint ab episcopis corrigantur: qui semel in anno in loco ubi episcopus elegerit accepta vocatione conveniant. Monachi autem abbatibus omni obedientia et devotione subiaceant: quod si quis per contumaciam extiterit indevotus, ac per loca aliqua evagari aut peculiare aliquid habere praesumpserit, omnia quae acquisierit ab abbatibus auferantur secundum regulam monasterio profutura. Ipsi autem qui fuerint pervagati, ubi inventi fuerint, cum auxilio episcopi tanquam fugaces sub custodia revocentur: et reum se ille abbas futurum esse cognoscat, qui in hujusmodi personis non regulari animadversione distinxerit vel qui monachum susceperit alienum.

XVI. *Ut monachi orarium vel zancas non ulantur.*

Monachum orarium in monasterio vel zancas habere non liceat.

XVII. *Si monachus uxorem duxerit.*

Monachus si in monasterio conversus vel pallium comprobatus fuerit accepisse, et postea uxori fuerit sociatus, tantae praevagationis reus nunquam ecclesiastici gradus officium sortiatur.

XVIII. *Ut monachus sine permisso episcopi vel abbatis cellulam sibi non construat.*

Nullus monachus, congregatione monasterii derelicta, ambitionis et vanitatis impulsu cellulam sibi construere sine episcopi permissione vel abbatis sui voluntate praesumat.

rint, pari.

c Æ., E. 3, T. 4, 2, U., G., humilitate.

XIX. Si episcopus cuiquam terrulas præstitit excolendas, sine præiudicio juris Ecclesiæ tenebuntur. A XXVI. De religiosis et sæcularibus qui divinationes attendunt.

Si episcopus humanitatis intuitu mancipiola, vineolas vel terrulas clericis aut monachis vel quibuslibet præstitit excolendas 249 vel pro tempore tenendas, etiam si longa transisse annorum spatia comprobentur, nullum Ecclesiæ præiudicium patiat, nec sæculari lege præscriptio quæ Ecclesiæ aliquid impediatur opponatur.

XX. Ut ante pascha quadragesima teneatur.

Id a sacerdotibus omnibus est decretum, ut ante paschæ solemnitate non quinquagesima sed quadragesima teneatur.

XXI. Ut nullus civium festivitates majores in villa celebret.

Ut nulli civium Paschæ, Natalis Domini vel quinquagesimæ solemnitate in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse. B

XXII. Ut populus ante benedictionem sacerdotis de missa non egrediatur.

Cum ad celebrandas missas in Dei nomine convenitur, populus non ante discedat quam missæ solemnitas compleatur; et ubi episcopus defuerit benedictionem accipiat sacerdotis.

XXIII. Ut litanie post Ascensionem Domini celebrentur.

Rogationes, id est litanias post Ascensionem Domini placuit celebrari, ita ut præmissum triduanum jejunium post dominicæ Ascensionis solemnitate solvatur: per quod triduum servi et ancillæ ab omni opere relaxentur quo magis plebs universa conveniat: quo triduo omnes abstineant et quadragesimalibus cibis utantur. C

XXIV. De clericis qui ad officium venire contemnunt.

Clerici vero qui ad opus sanctum adesse contempserint secundum arbitrium episcopi ecclesiasticam suscipiant disciplinam.

XXV. De familiaritate extranearum mulierum.

De familiaritate extranearum mulierum 250 tam episcopi quam presbyteri vel diaconi præteritorum canonum statuta custodiant.

^a *E.*, si infirmitatem non fuerit perpassus.

Si quis clericus, monachus vel sæcularis divinationem vel auguria observanda vel sortes, quas mentiuntur esse sanctorum, quibuscunque putaverint intemendas, cum his qui eis crediderint ab Ecclesiæ communione pellantur.

XXVII. Ut episcopus die dominico ab ecclesia deesse non debeat.

Episcopus si infirmitate non fuerit impeditus ^a, ecclesiæ cui proximus fuerit die dominico deesse non liceat.

Tetradius episcopus subscripsi.

Gelidandus episcopus subscripsi.

Neraclius episcopus subscripsi.

Lucinius ^b episcopus subscripsi.

Leontius episcopus subscripsi.

Camilianus episcopus subscripsi.

Quintianus episcopus subscripsi.

Eusebius episcopus subscripsi.

Boetius episcopus subscripsi.

Petrus episcopus subscripsi.

Euphrasius episcopus subscripsi.

Cyprianus episcopus subscripsi.

Principius episcopus subscripsi.

Melanius episcopus subscripsi.

Epiphanius episcopus subscripsi.

Adelphius episcopus subscripsi.

Micetius episcopus subscripsi.

Abentius [*B. R.*, Labentius] episcopus subscripsi.

Modestus episcopus subscripsi.

Lupius episcopus subscripsi.

Leontianus episcopus subscripsi.

Nepus episcopus subscripsi.

Theodosius episcopus subscripsi.

Libanius episcopus subscripsi.

Sephronius [*B. R.*, Sophronius] episcopus subscripsi.

Ediusus episcopus subscripsi.

Litardius [*U.*, Litardus] episcopus subscripsi.

Maurus episcopus subscripsi.

^b In reliquis, præter *A.*, Licinius.

XXXII

CONCILIIUM AURELIANENSE SECUNDUM.

Cum in Dei nomine in Aurelianensi urbe ad synodale concilium convenissemus, de his quæ per longum tempus observatione cessante fuerant intermissa, priorum canonum tenore servato, præsentibus regulis vetera statuta renovavimus, et nova pro causarum vel temporum conditione addenda credidimus.

251 I. De concilio metropolitani.

Primum, ut unusquisque metropolitanus in provincia sua cum comprovincialibus suis singulis annis synodale debeat opportuno tempore habere concilium: quod si illum infirmitas aut necessitas certa

D tenuerit, ut ad alium constitutum locum adesse non possit, ad suam civitatem suos evocet fratres. Quod si intra biennium divinitus temporum tranquillitate concessa admonitis comprovincialibus a metropolitano synodus indicta non fuerit, metropolitanus ipse pro evocationis tarditate anno integro missas facere non præsumat. Quod si evocati nulla infirmitate corporali detenti adesse sua abusione despexerint, simili sententiæ subjacebunt, qui tamen et hanc excusationem sibi noverint esse sublatam, si absentiam suam divisione sortis crediderint excusandam.

^a Deest hoc concilium in E. 3.

H. De sacerdotibus conjugatis.

Ut nullus clericorum a subdiacono et supra, qui uxores in proposito suo accipere inhihentur, propriæ, si forte jam habeat, misceatur uxori : quod si fecerit, laica communione contentus juxta priorum canonum statuta ab officio deponatur ; quem si sciens episcopus suus in hac vilitatis præsumptione viventem^a ad officium postea admiseric, et ipse episcopus ad agendam pœnitentiam tribus mensibus sit a suo officio sequestratus.

III. De ordinatione metropolitani.

De metropolitanorum vero ordinationibus id placuit, ut metropolitani a metropolitano, omnibus, si fieri potest, præsentibus provincialibus^b, ordinentur : ita ut ipsi metropolitano ordinandi privilegium maneat quod ordinationis consuetudo requirit. Ipse tamen metropolitanus a comprovincialibus episcopis, sicut decreta sedis apostolicæ continent, cum consensu cleri vel civium eligatur, **252** quia æquum est, sicut ipsa sedes apostolica dixit, qui præponendus est omnibus ab omnibus eligatur : de provincialibus vero ordinandis cum consensu metropolitani cleri et civium juxta priorum canonum statuta voluntas et electio requiratur.

IV. De familiaritate extraneorum mulierum.

Licet jam multa quæ observari debeant multis canonicis sententiis fuerint statuta, tamen quod agnosceatur sæpe transcendendi convenit replicari : ideoque statuimus, ut nequis antistitum clericorumque omnium licentiam habeat intra domum suam ullam^c absque his propinquis mulieribus, quas priores canones eloquuntur, habere personam : quibus etiam et id specialiter inhihetur, ut si quis clericorum suspicionem adversam aut oblocutionem populi de muliere quacunque fortassis incurrerit, eam statim si intra domum suam habet abjiciat ; si certe extranea et sui juris est, ita omnibus conditionibus studeat evitare, ut infamia quæ excitata est abrogetur. Quod si quilibet ille antistitum clericorumque quod supra scriptum est vitare noluerit, pro inobedientia triennii excommunicatione mulctetur : quod si adulterii permixtio fuerit approbata, in degradatione^e honorum priorum canonum statuta serventur ; in quibus commonitionibus metropolitani a comprovincialibus, comprovinciais a metropolitano cum reliquis comprovincialibus dstringantur.

V. De facultatibus parochiarum.

Si quæ oblationes in quibuslibet rebus atque corporibus collatæ fuerint basilicis in civitatibus constitutis, ad potestatem episcopi redigantur, et in ejus sit arbitrio quid ad reparationem basilicæ aut observanda ibi substantia deputetur : de facultatibus vero parochiarum vel basilicarum in pagis civitatum constitutarum singulorum locorum consuetudo^d servetur.

^a T. 1. In hac vilitate præsumptiose viventem.

^b Æ., B. R., T. 1, 2, U., comprovincialibus.

^c Æ., B. R., T. 1, 2, U., Degradatione.

A **253** VI. De excommunicatione episcopi.

De clericorum præmittenda conversione id omnimodis observetur, ne ullus ex laicis ante annualem conversionem vel ætatem legitimam, id est ante viginti quinque annorum diaconus, et triginta presbyter ordinetur, ita ut de ipsis quoque qui ordinandi sunt clerici regulare custodiatur studium ne aut duarum uxorum vir aut renuptæ maritus aut pœnitentiam professus aut semus corpore vel qui publice aliquando arreptus est ad suprascriptos ordines promoveatur. Quod si sciens episcopus contra hæc statuta agendum esse crediderit, is quidem qui ordinatur suscepto juxta anteriores canones privetur officio, sed et ille pro ordinationis temeritate sex mensibus a celebrandis officiis sequestretur ; quod si missas intra statutum tempus facere præsumpserit, anno integro ab omnium fratrum charitate privetur. De quorum promotionibus [T. 2, G., promotionibus] si quis clericus aut civis testis exstiterit, quorum testimonio dum creditur frequenter pontificis ignorantia prævenitur, cum agnitum fuerit ordinationem illicitam celebratam, anno integro communione pellantur : qui tamen si periculosam infirmitatem incurrerint, viatica illis communio non negetur.

VII. De episcopo qui invitum aut reclamantem præsumpserit ordinare.

Clerici vero, qui cum uxores non habuerint, benedictione suscepta conjugia crediderunt eligenda, quia volentes absque ulla reclamacione in ætate fuerint legitima ordinati, cum ipsis mulieribus quas acceperunt excommunicatione pellantur ; quod si invitum vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, sed non a communione pellatur ; episcopus autem, qui invitum aut reclamantem præsumpserit ordinare, annuali pœnitentiæ subditus missas facere non præsumat.

VIII. De adulteriis honoratorum clericorum.

De adulteriis autem honoratorum [U., honoratorum] clericorum id observandum est, ut si quis adulterasset vel confessus fuisset vel convictus, depositus ab officio, communione concessa, in monasterium toto vitæ suæ tempore retrudatur.

IX. De clericorum honoratorum furtis aut falsitatibus.

Si quis clericus furtum aut falsitatem admiseric, **254** quia capitalia et ipsa sunt crimina, communione concessa ab ordine degradetur [T. 1, 2, U., G., regradetur]. De perjurio vero id censuimus observandum, ut si quis clericus in causis quæ sub jurejurando faciendæ [B. R., U., G., finiendæ] sunt præbuerit juramenta, et post rebus evidentibus [T. 2, evenientibus] detegitur perjurasse, biennii temporis excommunicatione plectatur.

X. De his qui ex concubinis filios habent.

De his qui ex concubinis filios habent et uxores legitimas habuerunt, aut defunctis uxoribus sibi

^d Ex Æ., B. R., T. 1, 2, U. In A. et reliquis : constitutio.

concupinas publice crederint sociandas, id observandum esse censemus, ut sicut eos qui jam sunt clerici per ignorantiam ordinati non removemus, ita statuimus ne ulterius ordinentur.

XI. De incestis conjunctionibus.

De incestis conjunctionibus i a quæ sunt statuta servantur, ut his qui aut modo ad baptismum veniunt, aut quibus Patrum statuta sacerdotali prædicatione in notitiam antea non venerunt, ita pro novitate conversionis ac fidei suæ credimus consulendum, ut contracta hucusque hujusmodi conjugia non solvantur, sed in futurum quod de incestis conjunctionibus in anterioribus canonibus interdictum est observetur: id est ^a ut ne quis sibi conjugii nomine sociare præsumat relictam patriam, filiam uxoris, relictam fratris, sororem uxoris, consobrinam aut sororinam, relictam avunculi vel patrui. Quod si qui in hoc incesti adulterio potius quam conjugio fuerint sociati, quando se non sequestraverint, a communione ecclesiastica repellantur: illud quoque adiciendum esse credidimus, ut in episcopi sui discussione consistent. De his qui in civitate sua aut territorio consistent et tali sunt ordine sociati, utrum ignorantiter ad illicita conjugia venerint, an per contumaciam quæ sunt interdicta præsumperint, quia sicut his qui per ignorantiam lapsi sunt subvenitur, ita illis quibus prius Patrum statuta in notitiam venerunt, quique etiam contra sacerdotum interdicta in tali permixtione versantur, priorum canonum in omnibus statuta servantur: ut non prius communione recipiantur quam incesti adulterium, sicut scriptum est, separatione sanaverint; quia in lege Domini manifeste legitur: *Maledictus qui dormierit cum uxore patris sui, cum privigna vel sorore uxoris suæ*, et reliqua his similia: quo fit ut quos Deus maledixerit nos nisi emendatos benedicere non possumus.

255 XII. ^b De clericis qui officium suum implere detrectant.

Si qui clerici ministeria suscepta quacunque occasione agere sicut et reliqui detrectant, et excusationem de patrocinii quorumcunque ne officium impleant prætextant, ac sacerdotes sub hujusmodi causa existimant per inobedientiam contemnendos, inter reliquos canonicos clericos, ne hac licentia alii vitentur, nullatenus habeantur, nec ex rebus ecclesiasticis cum canonicis stipendia aut munera ulla percipiant.

XIII. De facultatibus ecclesiasticis non alienandis.

De agellis vero cæterisque facultatibus ecclesiasticis a sacerdotibus non alienandis, nec per contractus inutiliter obligandis priorum canonum statuta servantur: ut nobis per nullos contractus res ecclesiasticas alienare aut inutiliter liceat obligare. Ea etiam quæ de rebus ecclesiasticis ab antecessoribus

^a Reliqua ab his vocibus, *id est*, usque ad canonis finem in A. ad marginem scripta sunt.

^b Illic et sequentes hujus concilii canones desunt in A. et E. 5: desumpti sunt ex Codice B. R. cum variantibus cæterorum lectionibus.

alienata vel quibuscunque instrumentis inutiliter in dispendium ecclesiæ obligata noscuntur, et intra tricennaria tempora repetitio suppetit, quæ acta sunt suffragante justitia per publicum aut electorum iudicium revocentur. Quod si is qui rem ecclesiasticam tenet admonitus iudicium declinaverit, quousque ad discussionem veniat et rem ^c restituat ecclesiastica communione privetur.

XIV. De mancipiis Christianis quæ in Judæorum servitio detinentur.

De mancipiis Christianis quæ in Judæorum servitio tenentur, si eis quod Christiana religio vetat a dominis imponitur, aut si eos, quos Ecclesia excusatos tollet, pro culpa quæ remissa est affligere vel cadere fortasse præsumperint, et ad ecclesiam iterato confugerint, nullatenus a sacerdote reddantur, nisi pretium offeratur ac detur quod mancipia ipsa valere constiterit juxta taxationem ^d. Christianis quoque omnibus interdiximus, ne Judæorum conjugii miscantur; quod si fecerint, usque ad sequestrationem, quisquis ille est, a communione repellatur. Item Christianis convivia interdiximus Judæorum, in quibus si forte fuisse probantur, annuali excommunicationi pro hujusmodi contumacia subjacebunt.

XV. De celebratione missarum.

De missarum celebritate in præcipuis dumtaxat **256** solemnitatibus id observari debet, ut hora tertia missarum celebratio in Dei nomine inchoetur, quo facilius intra horas competentes, ipso officio expedito, sacerdotes possint ad vespertina officia, id est in vespertino tempore convenire: quia sacerdotem vespertinis officiis ab ecclesia talibus præterea diebus nec decet deesse nec convenit.

XVI. Ne episcopus in alienam irruat diocesim.

Episcopus in diocesi aliena ad alienos clericos ordinandos vel consecranda altaria irruere non debere: quod si fecerint, remotis his quos ordinaverint, altaris tamen consecratione manente, transgressores canonum ab annua missarum celebritate cessabunt.

XVII. Ne clerici in aliena civitate commorentur.

De his vero clericis qui sub qualibet occasione aut conditione in aliorum civitatibus vel territoris crediderint immorandum, nec ad ultimum clericatus honorem absque sui episcopi scripto debeant promoveri ^e.

XVIII. De clericis qui sine commendatitiis vagantur.

Presbytero, diacono vel subdiacono sine episcopi sui litteris ambulanti juxta statuta priora communionem nullus impendat.

XIX. De raptu virginum sacrarum.

De raptoribus virginum consecratarum sive in proposito sub devotione viventium id statuimus, ut si quis consecratæ vel devotæ, id est religionem professæ vim inferre præsumperit, a communione

^c *Æ.*, quousque aut ad discussionem veniat, aut rem, etc.

^d *Æ.*, valere pronuntiaverit juxta taxatio.

^e *Æ.*, scripto atque consensu debeant promoveri.

ecclesiastica usque ad exitum repellatur, viatico tantum ei in infirmitatis periculo reservato. Quod si quæ raptâ dicitur cum raptore habitare consenserit, et ipsa excommunicatione simili feriatur: quæ forma et de pœnitentibus ac viduis in proposito manentibus sub districtione ecclesiastica conservetur. Quod si quis sacerdos sciens hujusmodi personis communicaverit, anno integro pacem Ecclesiæ non habebit.

XX. *De munificentis sacerdotum.*

De munificentis vero sacerdotum id observandum, ut si quid præsentis tempore a clericis decedentum munificentis habetur vel possidetur deinceps a successoribus nullatenus auferatur; ita ut qui decessorum largitibus gaudent, officia ecclesiæ, obedientiam **257** et affectum sacerdotibus præbeant: de quibus tamen munificentis quæ præsentis tempore ab his sicut dictum est possidentur, si pro opportunitate episcopo placuerit, quod voluerit commutare sine accipientis dispendio in locis aliis commutetur. De munificentis vero præsentibus quas unusquisque clericis pro sua gratia eorum obsequiis existimat conferendas, sicut in arbitrio dantis est ut tribuere quibus voluerit debeat, ita si inobedientia vel contumacia in aliqua accipientis exstiterit, culpa agnita in arbitrio sit præsentis utrum vel qualiter debeat revocari.

XXI. *De clericis qui monasteria, diœceses vel basilicas suscipiant ordinandas.*

De his vero clericorum personis, qui de civitatensis ecclesiæ officio monasteria, diœceses vel basilicas in quibuscunque locis positas, id est sive in territoriis sive in ipsis civitatibus suscipiant ordinandas, in potestate sit [U., G., consistat] episcopi, si de eo quod ante de ecclesiastico munere habebant eos aliquid aut nihil exinde habere voluerit: quia unicuique facultas suscepti monasterii, diœcesis vel basilicæ debeat plena ratione sufficere.

XXII. *De clericis contumacibus.*

Si quis superbia elatus officium suum indignatione quacunque implere noluerit, juxta statuta priora laica communionem contentus, ab ordine depositus tandiu habeatur alienus, quoad digna, sicut scriptum est, pœnitentia et supplicatione satisfecerit, præsentis pontifice; ita tamen ut illis regulariter et charitatem integram, et quæcunque eis stipendiorum juxta consuetudinem reddibentur, pro qualitate foris ministraretur: de quibus si querela procedat, officium agens recurrat ad synodum.

XXIII. *Ut oppressi ab episcopo clerici ad synodum recurrant.*

Si quis clericorum juxta se aut districtiorem aut tractationem episcopi sui putat injustam, juxta antiquas consuetudines recurrat ad synodum.

XXIV. *De clericorum conspirationibus in synodo vindicandis.*

Si qui clericorum, ut nuper multis locis diabolo

^a Hic canon desumptus est ex *Æ.*: decet in reliquis, quamobrem correctâ est cæterorum canonum numeratio.

A instigante actum fuisse perpatuit, rebelli auctoritate se in unum conjuratione intercedente collegerint, et aut sacramenta inter se data aut chartula conscripta fuisse patuerit, **258** nullis excusationibus hæc præsumptio præveletur, sed res detecta, cum in synodum ventum fuerit, in præsumptoribus juxta personarum et ordinum qualitatem a pontificibus, qui tunc in unum collecti fuerint, vindicetur [U., G., judicetur], quia sicut charitas ex præceptis dominicis corde, non chartulæ conscriptione est vel conjurationibus exhibenda, ita quod supra sacras admittitur Scripturas auctoritate et districtione pontificali est reprimendum.

XXV. *De oblationibus ecclesiæ non retinendis.*

B Si quis res Ecclesiæ debitas vel proprias sacerdotis horrendæ cupiditatis instinctu occupaverit, retinuerit aut a potestate ex competitione perceperit, si eas non restituerit, nullis rebus excusetur; sed si agnito jure ecclesiæ non statim excusetur vel sacerdoti reformaverit, aut ut ipsum jus agnoscere possit, in judicium electorum venire distulerit, tandiu a communionem ecclesiasticam suspendatur, quoad restituitis rebus tam ecclesiæ quam sacerdotibus reddatur indemnis. Similis etiam his, qui oblationes defunctorum legaliter dimissas quolibet ordine assignare tardaverint vel retinere præsumperint, districtiorem ecclesiasticam juxta priores canones forma servetur: simili etiam sententiæ subiacebit, si quisquis ille quolibet ordine quod pro devotione sua ecclesiis dedit revocare præsumperit.

C XXVI. *De rebus Ecclesiæ absque consensu episcopi non alienandis.*

Abbatibus, presbyteris cæterisque ministris de rebus ecclesiasticis vel sacro ministerio alienare vel obligare absque permisso et subscriptione episcopi sui nihil liceat: quod qui præsumperit degradetur [*Æ.*, regradetur] communionem concessa, et quod temere præsumptum et alienatum est ordinatione episcopi revocetur.

XXVII. *De juvenum et conjugatorum pœnitentia.*

De pœnitentium conversione, ut ne quis benedictionem pœnitentiæ juvenibus [*Æ.*, add. personis] credere præsumat: certe conjugatis nisi ex consensu partium et ætate jam plena eam dare non audeat.

D XXVIII. *De his qui suscepta pœnitentia ad sæcularia revertuntur.*

Si quis benedictionem pœnitentiæ suscepta ad sæcularem habitum [*Æ.*, ambitum] militiamque reverti **259** præsumperit, viatico concessa usque ad exitum excommunicatione plectatur.

XXIX. *De servis non ordinandis.*

Ut nullus servilibus colonariisque conditionibus obligatus juxta statuta sedis apostolicæ ad honores ecclesiasticos admittatur, nisi prius aut per testamentum aut per tabulas eum legitime constituerit absolutum: quod si quis episcoporum, ejus qui ordinatur conditionem sciens, transgredi per ordinationem inhibitam fortasse voluerit, anni spatium missas facere non præsumat.

XXX. *De clericis negotiatoribus.*

Ut clericus a diaconatu et supra pecuniam ^a non commodet ad usuram; nec de præstitis beneficiis quidquam amplius quam datur speret, nec vel in exercendis negotiis, ut publici qui ad populi responsum negotiatores observant, turpis lucri cupiditate versetur, aut sub alieno nomine interdicta negotia audeat exercere. Quod si quis adversum statuta venire præsumperit, communionem concessa ab ordine regradetur.

XXXI. *De diei dominici observatione.*

Quia persuasum est populis die dominico agi cum caballis et bobus [*Æ.*, mulis] et vehiculis itinera non debere, nec ullam rem ad victum præparari, vel ad nitorem hominis vel domus pertinentem nullatenus exercere, quæ res ad Judaicam magis quam ad Christianam observantiam pertinere probantur, id statuimus, ut die dominico quod ante fieri licuit liceat: de opere tamen rurali, id est aratu vel vinea, sectione, excussione, exarto vel sepe censuimus abstinendum, quo facilius ad ecclesiam venientes orationis gratiæ vacent. Quod si inventus fuerit quis in operibus supra scriptis quæ interdicta sunt se exercere, qualiter emendari debeat non in laici distributione, sed in sacerdotis castigatione consistat.

XXXII. *De missa integre audienda.*

De missis nullus laicorum ante discedat quam dominica dicatur oratio, et si episcopus præsens fuerit, ejus benedictio expectetur; sacrificia vero matutina missarum sive vespertina nullus cum armis pertinentibus ad bellorum usum expectet: quod qui fecerit, in sacerdotis potestate consistat qualiter ejus districtione debeat castigari.

260 XXXIII. *De diebus quibus Judæis inter Christianos progredi non licet.*

Quia Deo propitio sub catholicorum regum dominatione consistimus, Judæi a die cœnæ Domini usque in secundam sabbati in pascha, hoc est ipso quadragesimo procedere inter Christianos, neque catholicis populis se ullo loco vel quacunque occasione miscere præsumant.

XXXIV. *De iudice rebaptizantes non plectente.*

Judex civitatis vel loci, si hæreticum aut Bonosiacum vel cujuslibet alterius hæresis quamcunque personam de catholicis rebaptizasse cognoverit, quia reges nos constat habere catholicos, non statim rebaptizantes adstrinxerit et ad regis fidem atque justitiam propterea distringendos adduxerit, annuali excommunicationi subdat.

^a T. 1, 2, U., G., *Ut clericus aut diaconus supra pecuniam.*

^b Subscriptiones istæ reperiuntur in A. et E. 3.

^c *Æ.*, consensu et quarto P. C. Paulini jun. indict. secunda.

A XXXV. *Ne clericus laicum neque laicus clericum ad sæculare judicium trahat.*

Clericus cujuslibet gradus sine pontificis sui permissu nullum ad sæculare judicium præsumat attrahere, nec laico, inconsulto sacerdote, clericum in sæculare judicium liceat exhibere.

XXXVI. *De horum canonum observatione.*

Quocirca hæc, quæ inspirante Domino communi consensu placuerunt, si quis antistitem viventium vel eorum quos ipsis Deus esse voluerit successores, relicta observationis integritate, custodire et implere neglexerit, reum se divinitatis pariter et fraternitatis judicio futurum esse cognoscat, quia canones suos nec ignorare quemquam nec dissimulare, id est, præterire permittitur.

^b Lupus in Christi nomine episcopus consensu et subscripsi.

Pantagathus episcopus consensu et subscripsi.

Leocadius episcopus subscripsi.

Theobades [*Æ.*, Theudovades] episcopus subscripsi.

Asterius episcopus subscripsi.

Lausto ^d episcopus subscripsi.

Rustinus [*Æ.*, Rusticius] episcopus subscripsi.

Agrippinus episcopus subscripsi.

Passius episcopus subscripsi.

Paulinus ^e episcopus subscripsi.

Leo episcopus subscripsi.

Placidius ^f episcopus subscripsi.

Eleutherius episcopus subscripsi.

^g 261 Arcadius episcopus subscripsi.

Ancius episcopus subscripsi.

Lucinus [*Æ.*, Licinius] episcopus subscripsi.

Flavius episcopus subscripsi.

Ursolus episcopus subscripsi.

Albinus episcopus subscripsi.

Campanus presbyter directus a domino meo Gregorio [*Æ.*, Iulurioso] episcopo subscripsi.

Aulus presbyter directus a domino meo 262 Agricola [*Æ.*, Agroegula] episcopo subscripsi.

Obtardemus presbyter directus a domino meo Gallo episcopo subscripsi.

Marcellianus presbyter directus a domino meo Eumerio episcopo subscripsi.

^d Baudastis ^h presbyter directus a domino meo Perpetuo episcopo subscripsi.

Vincentius presbyter directus a domino meo Sabtrasio episcopo subscripsi.

^d *Æ.*, T. 1., Lausto. T. 2., Leuto.

^e T. 1, 2, Paulinus jun. indignus episcopus.

^f T. 2, Placidus. T. 1, Placitus.

^h Baudastis et Vincentii subscriptiones desumptæ sunt ex *Æ.*, cum desint in B. R. et reliquis Codicibus.

XXXIII
CONCILIUM EPAUNENSE

VIGINTI QUATUOR * EPISCOPORUM.

I. Non liceat episcopis, presbyteris, diaconibus canes ad venandum vel accipitres habere.

Episcopis, presbyteris, diaconibus canes ad venandum et accipitres habere non liceat: quod si quis talium personarum in hac fuerit voluntate detectus, si episcopus est, tribus mensibus se a communione suspendat, duobus presbyter abstinence, uno diaconus ab omni officio et communione cessabit.

II. De presbyteris vel diaconibus sine epistolis proficiantibus.

Presbytero vel diacono sine antistitis sui epistolis ambulanti communionem nullus impendat.

III. De presbyteris qui distraxerint de ecclesiasticis juris possessione.

Quidquid parochiarum presbyteri de ecclesiastici juris possessione distraxerint, inane habeatur et vatum: in venditore comparantis actio reservanda ^b.

IV. De presbytero qui diocesem tenuerit.

Presbyter dum diocesem tenet de his quae teneat ^c aut ecclesiae nomine scripturam faciat, aut ab ejus quam tenuit ecclesiae ordinatione discedat. Similis quoque de venditionibus, quas abbates facere praesumpserint, forma servabitur, ut quidquid sine episcoporum notitia venditum fuerit ad potestatem episcopi revocetur; mancipia vero monachis donata ^d ab abbate non liceat manemitti: injustum enim putamus ut monachis quotidianum rurale opus facientibus servi eorum libertatis otio potiantur.

V. Ne unus abbas duobus praesit monasteriis.

Unum abbatem duobus monasteriis interdiximus praesidere.

VI. De cellis novis et congregatiunculis.

Cellas [T. 1, 2, cellulas] novas aut congregatiunculas monachorum absque notitia episcopi prohibemus institui.

VII. Ne clerici sine ordinatione episcopi sui publicum adire praesumant.

Clerici sine ordinatione episcopi sui adire vel interpellare publicum non praesumant; sed si pulsati fuerint, sequi ad saeculare iudicium non morentur.

263 VIII. De rebus Ecclesie non alienandis.

Nullus episcopus de rebus Ecclesiae suae sine conscientia metropolitani sui vendendi aliquid habeat potestatem, utili tamen omnibus commutatione permessa ^e.

IX. De clericis falsi testimonii convictis.

Si quis clericus in falso testimonio convictus fuerit, reus capitalis criminis censeatur.

X. De munificentia Ecclesiae.

Quisquis clericus aliquid de munificentia Ecclesiae

^a Ex B. R., T. 1, 2, U., G., desumptus est numerus episcoporum qui deest in A. et reliquis Codicibus.

^b B. R., T. 1, 2, revertenda.

^c B. R., U., G., emerit.

A cui servierat adeptus, et ad summum sacerdotium alterius civitatis est aut fuerit ordinatus, quod dono acceptum vel acceperit reddat; quod usu vel proprietate secundum instrumenti seriem probabitur emisse possideat.

XI. De haereticorum vel Judaeorum conviviis.

Si superioris loci clericus haeretici cujuscunque clerici convivio interfuerit, anni spatium [T. 1, spatium] panem [B. R., T. 1, 2, pacem] Ecclesiae non habebit: quod juniores clerici si praesumpserint vapulabunt. A Judaeorum vero conviviis etiam laicos constitutio nostra prohibuit, nec cum ullo clerico nostro panem comedat quisquis Judaeorum convivio fuerit inquinatus.

XII. De dando chrismate.

B Presbyteros propter salutem animarum, quam in cunctis optamus, desperatis et decumbentibus haereticis, si conversionem suam subitam petant, chrismate permittimus subvenire: quod omnes conversi si sani sunt ab episcopo noverint expetendum.

XIII. De episcopi testamento.

Si episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici juris proprietate legaverit, aliter non valebit nisi vel tantum de juris proprii facultate suppleverit.

XIV. De his qui remunerationem ecclesiae possederint.

C Clerici quod etiam sine precatoriis qualibet diuturnitate temporis de ecclesiae remuneratione possederint, cum auctoritate domini gloriosissimi principis nostri in jure proprietarium [U., in jus proprium] praescriptione temporis non vocetur, dummodo pateat ecclesiae rem fuisse.

264 XV. De diacono aut presbytero qui crimen capitale commiserit.

Si diaconus aut presbyter crimen capitale admisit, ab officii honore depositus in monasterium retrudatur, ibique tantummodo quandiu vixerit communionem sumenda.

XVI. De professione reformata.

Si quis accepta professaque poenitentia boni memor ad saecularia relabatur, prorsus communicare non poterit, nisi professione [B. R., professioni] quam illicite praetermiserat reformetur.

XVII. De laicis qui crimen clericis obijciunt.

D Laicis contra cujuslibet gradus clericum si quid criminale parant obijcere, dummodo vera suggerant, proponendi permittimus potestatem.

XVIII. Ubi ponantur reliquiae sanctorum.

Sanctorum reliquiae in oratoriis villaribus non po-

^d Ex reliquis Codicibus praeter A., in quo scribitur: data.

^e U., G., potestatem; utilis tamen omnibus commutatio permessa.

antur, nisi forsitan clericos cujuscunque parochiæ A vicinos esse contingat, qui sacris cineribus psalendi frequentia famulentur: quod si illi defuerint, non ante proprii ordinentur, quam eis competens victus et vestitus substantia deputetur.

XIX. Altaria nisi lapidea non ungantur.

Altaria nisi lapidea chris-matis unguine non sacrentur ad celebranda divina officia: ordinem quem metropolitani tenent provinciales eorum observare debebunt.

XX. De damnati absolutione.

Si episcopus ante damnati absolutionem obitu rapiatur, correctum aut pœnitentem successori licet absolvere.

XXI. De lapsis in fide.

Lapsis, id est, qui in catholica baptizati prævaricatione damnabili post in hæresim transierint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas: quibus nos annorum multitudine breviate pœnitentiam biennii conditione infrascriptæ observationis imponimus, ut præscripto biennio tertia die sine relaxatione jejurent, ecclesiam studeant frequentare, in pœnitentum loco standi et orandi humilitatem noverint observandam, etiam ipsi cum catechumeni procedere commonentur abscedant: hoc si observare noluerint **265** constituto tempore admittendis ad altarium observatio relaxetur; quam si arduam vel duram forte putaverint, statuta prætorum canonum complere debebunt.

XXII. De incestis conjunctionibus.

Incestis conjunctionibus nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint: incestos vero nec ullo conjugii nomine prævalendos præter illos, quos vel nominare funestum est, hos esse censemus: si quis relictam fratris, quæ pene prius soror exstiterat, carnali conjunctione violaverit: si quis frater germanam uxoris accipiat: si quis novercam duxerit ^a: si quis consobrinæ sobrinæque se societ: quod ut a præsentis tempore prohibemus, ita ea quæ sunt antè instituta non solvimus: si quis relictæ avunculi misceatur aut patri vel privignæ concubitu polluatur. Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem.

XXIII. De pœnitentia homicidarum.

De pœnitentia homicidarum, qui sæculi leges evaserunt, hoc summa reverentia de eis inter nos placuit observari, quod antiqui Nicæni canones decreverunt.

^a U. R., T. 1, novercam, patris uxorem secundam duxerit.

XXIV. De basilicis hæreticorum.

Basilicas hæreticorum, quas tanta execratione habemus exosas ut pollutionem earum purgabilem non putemus, sanctis usibus applicare despiciamus: sane quas per violentiam nostris tulerant possumus revocare.

XXV. Si quis servum proprium occiderit.

Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione biennii effusionem sanguinis expiabit.

XXVI. Nullus sine remedio aut spe veniæ ab Ecclesia repellatur.

Nullus sine remedio aut spe veniæ ab Ecclesia repellatur, neve ulli, si aut pœnituerit **266** aut correxerit, ad veniam redeundi aditus obstruatur; sed cui forsitan discrimen mortis imminet damnationis constitutæ tempora relaxantur. Quod si ægrotum accepto viatico revalescere fortasse contingat, statuti temporis spatia observare conveniat.

XXVII. De laicorum ordinatione.

Ne laicus nisi religione præmissa clericus ordinetur.

XXVIII. De puellarum monasteriis.

Monasterium puellarum non nisi probatæ vitæ, ætatis provectæ ad quascunque earum necessitates vel ministraciones permittantur intrare: ad faciendas vero missas qui ingressi fuerint statim exacto ministerio regredi festinabunt: alias autem nec clericus nec monachus juvenis ullum ad puellarum congregationem habeat accessum, nisi aut paterna aut germana necessitudo probetur admittere.

XXIX. De servis ad ecclesiam confugientibus.

Servus reatu atrociori culpabilis si ad ecclesiam confugerit, a corporalibus tantum suppliciis excusetur. De capillis vero aut quocunque opere placuit dominis juramenta non exigi.

XXX. De horum canonum observatione.

Quodcirca hæc quæ superna inspiratione communi consensu placuerunt si quis sanctorum antistitum, qui statuta præsentia subscriptionibus propriis firmaverunt, nec non et quos eorum Deus esse voluerit successores, relicta integritate observationis excesserit, reum se divinitatis pariter et fraternitatis judicio futurum esse cognoscat.

D Avitus episcopus constitutiones nostras, id est sancta ^b sacerdotum provinciæ Viennensis relegi et subscripsi die et tempore x Kalendarum mensis octavi, Agapeto [*B. R.*, Agapio] consule. In hac synodo subscripserunt episcopi viginti tres ^c.

^b In A., in sancta.

^c B. R., T. 1, 2, viginti quatuor.

XXXIV

CONCILIIUM CARPENTORATENSE.

267-268 Carpentoratæ convenientes hujusmodi ad nos querela pervenit, quod ea quæ a quibuscunque fidelibus parochiis conferuntur ita ab aliis quibus

episcopis præsumantur, ut aut parum aut prope nihil ecclesiis quibus collata fuerant relinquatur.

Hoc nobis justum et rationabile visum est, ut si

ecclesia civitatis ejus [U., G., hujus] cui episcopus præest, ita est idonea ut Christo propitio nihil indigeat, quidquid parochiis fuerit derelictum, clericis qui ipsis parochiis deserviunt vel reparationibus basilicarum rationabiliter dispensetur : si vero episcopus multas expensas vel ^a minorem substantiam habere constiterit, parochiis quibus largior fuerit collata substantia, hoc tantum quod clericis vel architectis rationabiliter sufficit reservetur : quod

^a Æ., sed. B. R., T. 1, 2, U., G., et.

autem amplius fuerit, propter majores expensas episcopus ad se debeat revocare, ita tamen ut nihil de facultatula ipse ^b vel de ministerio cleri loci ipsius licentiam habeat minuendi.

Hoc etiam placuit custodiri, ut sequenti anno in vico Vasensi debeat concilium congregari.

In hac constitutione subscripserunt episcopi quindecim.

^b B. R., T. 1, 2, U., G., ipsa.

XXXV

CONCILIIUM ARVERNENSE PRIMUM.

I. Quid prius in synodo tractandum.

In primis placuit, ut quoties secundum statuta Patrum sancta synodus congregatur, nullus episcoporum aliquam prius causam suggerere audeat quam ea quæ ad emendationem vitæ, ad severitatem regulæ, ad animæ remedia pertinent finiatur.

II. De episcopis ordinandis.

Placuit etiam, ut sacrum quis pontificis honorem non præmiis quærat sed meritis, ne divinum videatur munus rebus comparare sed moribus, atque eminentissimæ dignitatis apicem electione conscendat omnium, non favore paucorum. Sit in eligendis sacerdotibus cura præcipua, quia irreprehensibiles esse convenit quos præesse necesse est corrigendis : diligenter quis inspiciat pretium dominici gregis, ut sciat quod meritum constituendi deceat esse sacerdotis. Episcopatum ergo desiderans electione clericorum vel civium, consensu etiam metropolitani ejusdem provinciæ, pontifex ordinetur : non patrocinia potentum adhibeat, non calliditate subdola ad conscribendum decretum alios hortetur præmiis, alios timore compellat ; quod qui fecerit ecclesiæ cui indigne præesse cupit communionem privabitur.

III. De palliis ecclesiæ : ne clerici a potentibus erigantur : et de facultatula ecclesiæ raptoribus.

Observandum de palliis ecclesiæ vel ministeriis divinis, ne defunctorum corpuscula obvolvantur. Ne a potentibus sæculi clerici contra episcopos suos ullo modo erigantur. Qui resculam ecclesiæ vel ejus facultatulam auferre cupiunt excludantur.

269 IV. Ne Christiani Judæis matrimonio jungantur.

Si quis Judaicæ pravitate jugali societate conjungitur, id est si seu Christiano Judæa, sive Judæo Christiana mulier carnali consortio misceatur, quicumque horum tantum nefas admisisse noscuntur, a Christiano cœtu atque convivio et a communione Ecclesiæ protinus segregentur.

V. De dominici corporis velamine.

Ne opertorio dominici corporis sacerdotis unquam corpus dum ad tumulum evahitur obtegatur, et sacro velamine usibus suis reddito, dum honorantur corpora, altaria polluantur.

B VI. Ne ad nuptiarum ornatum ministeria divina præstentur.

Ne ad nuptiarum ornatum ministeria divina præstentur, ne dum improborum tactu vel pompa secularis luxuriæ polluantur, ad officia sacri ministerii videantur indigna.

VII. Ne Christianis Judæi præficiantur.

Ne Judæi Christianis populis iudices præponantur.

VIII. De parochiis ab episcopo alieno non invadendis.

Ne parochias cujuslibet episcopi alterius civitatis episcopus canonum temerato invadat, et vesanæ cupiditatis facibus inflammatus, suis quodammodo non contentus, rapiat aliena.

IX. De alterius clericis non suscipiendis.

Nullus episcopus alterius clericum contra voluntatem episcopi sui suscipere audeat aut sacerdotio prorogare.

X. De incestis conjunctionibus.

Si quis relictam fratris, sororem uxoris, privignam, consobrinam, sobrinam vel relictam item patris atque avunculi carnalis contagii crediderit consortio violandam, et ausu sacrilego auctoritatem divinæ legis ac jura naturæ præruperit, et cui charitatis ac pii affectus solatia exhibere debuerat suorum hostis ac pudicitiam expugnator vim inferre tentaverit, apostolicæ constitutionis sententia feriat, et quantum in tanto versatur scelere a Christiano cœtu atque convivio simulque Ecclesiæ matris communionem privabitur.

270 XI. De continentia clericorum.

Cum presbyteri atque diaconi sublimi dignitatis apice prorogantur, actibusque omnino renuntiant sæculi, et ad sacrum electi mysterium [Æ., B. R., ministerium] repudient carnale consortium ac permixtionis pristinæ contubernium permutent germanitatis affectu : et quisquis ille est presbyter atque diaconus, divino munere benedictione percepta, uxori prius suæ frater illico efficiatur ex conjugate.

XII. De sacerdotum incontinentia.

Quosdam reperimus ardore libidinis inflammatos abjecto militiæ cingulo vomitum pristinum et inhibita rursus conjugia repetisse, atque incesti quodammodo crimine sacerdotium violasse, quod nati etiam filii

prodiderunt : quod quisquis fecisse cognoscitur, A omni in perpetuum quam admissio jam crimine perdidit dignitate privabitur.

XIII De fraudatoribus.

Si cujuscunque munuscula quacunquē sanctis scriptura collata nefaria quis calliditate fraudaverit, invaserit, retentaverit atque suppresserit, et non statim a sacerdote commonitus Deo collata reddiderit, ab Ecclesiæ catholicæ communione pellatur.

XIV. De præcipuis festivitibus cum episcopo in civitate peragentis.

Si quis presbyter aut diaconus neque in civitate neque in parochiis canonicus esse dignoscitur, sed in villulis habitans in oratoriis officio sancto deserviens celebrat divina mysteria, festivitates præcipuas, Domini Natale, Pascha, Pentecosten, et si quæ B principales festivitates sunt reliquæ, nullatenus alibi nisi cum episcopo suo in civitate teneat : quicumque sunt cives natu majores, pari modo in urbibus ad pontifices suos in prædictis festivitibus veniant. Quod si qui improba temeritate contempserint, iisdem festivitibus, in quibus in civitate adesse despiciunt communione pellantur.

XV. De bono clericorum testimonio.

Episcopus, presbyter atque diaconus ita sanctæ conscientie luce resplendeant, ut effugiant probitate actuum maledicorum obloquia : testimonium in se divinum implere contendant quod Dominus ait : *Videntes vestra bona opera glorificent Patrem vestrum qui est in cælis.*

271 XVI. Ne clerici cum extraneis habitent mulieribus.

Igitur auctoritate canonica atque mansura in ævum constitutione sancimus, ut fugiatur ab omnibus clericis extranearum mulierum culpanda libertas : et tantum cum avia, matre, sorore vel nepte, si necessitas tulerit, habitent : de quibus nominibus, ut priorum 272 canonum series continet, nefas est aliud quam natura constituit suspicari. In cubiculo etiam horum atque cellario vel familiari quolibet servitio neque sanctimonialis ulla neque extranea mulier sit, neque ancilla ullo modo admittatur : quod si quis præceptorum Dei immemor crediderit contemnendum, sciat se auctoritate canonica communionis sine dubio subire jacturam.

XXXVI

EPISTOLA VEL CONCILIUM DE CIVITATE ARVERNENSI

AD REGEM THEODOBERTUM DIRECTA.

Domino illustrissimo atque præcellentissimo domino et filio Theodoberto regi Honoratus, Hilarius, Gregorius, Soricius, Necetius, Flavius, Domitius, Dalmatius, Lupus, Sperius et Desideratus ^a.

Dum in Arverna urbe ad replicanda canonum statuta vel studio elucidandæ legis ecclesiasticæ his qui dobieitate regendæ vitæ propriæ forsitan premebantur cultores vestri ecclesiarum vestrarum episcopi pariter sederemus, plurimorum ad nos suæ desperationis remedium flagitantium turba confluit, sperantes ut non minus pro regni vestri felicitate, quam pro sua consolatione pietatem vestram nostra humilitas exoraret, ut nunc per suggestionem nostram justitiæ et pietatis vestræ auribus intimaretur, ut nullum de rebus vel de possessionibus propriis alienum pietas vestra permitteret, ut dum unius regis quisque potestati ac dominio subjacet, in alterius sorte positam cujuscunque ut assolet impetitione non amitteret facultatem : quod nos de vestri culminis justitia et pietate fidentes non credimus denegandum, ut dum plurimorum necessitatibus justa ut credimus et Deo placentes suggestionem consulimus, prosperita-

tem regno vestro et repensationem cœlestis Domini per indultam pietatis ^b gratiam habeatis [*Æ.*, augeatis]. Unde reverentissime ut dignum est sospitantes quæsumus ut hoc nostræ petitioni divino intuitu pietas vestra non denegat, ut tum rectores ecclesiarum vestrarum, cum universos clericos atque etiam sæculares sub regni vestri conditione manentes, nec non ad regnorum patrum vestrorum dominium pertinentes, de quo in sorte vestra est extraneos, de quo habere proprium semper visi sunt, non permittatis existere, ut securus quicumque proprietatem suam possidens debita tributa dissolvat domino in cujus sorte possessio sua pervenit, quod et thesauris vestris omnino utilius esse censemus, si semper pietatem vestram salvata possessio consuetudinariam intulerit functionem, et nos peculiarius clementia vestra consolatur, si obtentu hujuscemodi petitionis nos quoque vestra fecerit gratulari statuta. Deo propitio synodus infrascripta ^c apud Ecclesiam Arvernam sub die vi idus Novembris post consulatum Paulini Junioris.

^a *Æ.*, Domitius, Deuterius, Gallus, Dalmatius, Venantius, Gramaticus. Lupus, Sperius, Desideratus episcopi.

^b T. 1, per indultam pietatem. T. 2, per indulgentiam pietatis.

^c Epistola hæc supponit remissionem exemplaris cujusdam ad regem Theodobertum : quamvis autem ipsa in Codicibus concilio Arvernensi secundo præponatur, eam tamen ad Arvernense primum revocandam, et contextus et epocha demonstrant.

XXXVII
CONCILIIUM ARVERNENSE SECUNDUM.

273-274 Ubi beatus Petrus divinitus inspiratus, et confessione sua omnibus credentibus profuturus: *Tu es, inquit, Christus Filius Dei vivi, nec immerito beatus pronuntiatur a Domino, et a principali ad divinam gratiam referendum est, quando vota principum concordant animis sacerdotum; ut dum sit pontificale concilium, normam vivendi teneat capitulatio* [*Æ.*, recapitulatio] antiqua canonum vel ut locus tempusque est, in quibuscunque titulis veteribus adhærens nova constitutio sanctionum. Igitur cum clementissimus princeps dominus^a triumphorum titulis invictissimus Childebertus rex per amorem sacræ fidei et statum religionis in Aurelianensi urbe congregasset in unum Dei sacerdotes, cupiens ex ore Patrum audire quod sacrum est, quod pro ecclesiastico ordine auctoritate promittitur pastorali, et venientibus sit norma et præsentibus disciplina quæ convenient in præsentem tempore in posterum custodire, præstante [*U.*, separari] Deo signanter ex titulis.

I. De confirmatione damnationis scetarum Eutychetis et Nestorii.

Renovata itaque nefariam sectam, quam auctor male sibi conscius, et a vivo sanctæ fidei catholicæ fonte discedens sacrilegus quondam condidit Eutyches vel si quæque a venefico similiter impio sunt prolata Nestorio, quas etiam sectas sedes apostolica sancta condemnat, similiter et nos easdem, cum suis auctoribus et sectatoribus execrantes præsentis constitutionis vigore anathematizamus atque damnamus, rectum atque apostolicum in Christi nomine fidei ordinem prædicantes.

II. De excommunicatione pro levibus non impendenda.

Nullus sacerdotum quemquam rectæ fidei hominem pro parvis et levibus causis a communione suspendat, præter eas culpas pro quibus antiqui Patres ab Ecclesia arceri jusserunt committentes.

III. Ne clerici cum extraneis mulieribus habitent.

Ut nullus episcopus, presbyter aut diaconus extranearum mulierum intra domum præsumat habere solatium, et cui etiam pro utilitate sua aliquam familiariter regendam committat, quod etiam et propinquis feminis horis indecentibus similiter prohibemus, ne sub concessa sibi licentia parentali ab earum sequipedis memoratorum vita vel opinio polluat. Quod si episcopi nunc vetita uti sibi sub quadam præsumptione voluerint, anno uno a metropolitano vel a provincialibus ab officio deponantur [*Æ.*, *B. R.*, *T. 1*, suspendantur]: clerici autem a propriis episcopis modo qui supra scriptus est corrigantur.

IV. De clericis conjugatis.

Si quis clericus post actam benedictionem conjugalis loci vel ordinis ad conjugale torum denuo, jam sibi illicitum, redire præsumperit, usque in diem

^a *U.*, princeps et invictissimus dominus Theodobertus.

A vitæ suæ ab ordine accepti ordinis, sicut habent Patrum antiqui canones, ac officio deponatur, ei tantummodo communione concessa.

V. Ne episcopus alienum clericum promoveat.

Ut nullus clericum seu lectorem alienum sine sui cessione pontificis vel promovere vel sibi quibusque conditionibus audeat vindicare: quod si quis hanc constitutionem fuerit quacunque præsumptione transgressus, memoratæ personæ ab eo, cui sunt debitæ seu ecclesiastico jure sive proprio, revocatæ, quia illicita vacatione [*B. R.*, *T. 1*, vocatione] discesserunt, ab officio vel honore suscepto juxta arbitrium sui pontificis suspendantur: episcopus vero qui ordinaverit, sex menses tantum missas facere non præsumat.

VI. Ne servi ordinentur.

Ut servum qui libertatem a dominis propriis non acceperit aut etiam liberum nullus episcoporum absque ejus tantum voluntate cujus aut servus est aut absolvisse [*U.*, absolutus esse] dignoscitur, clericum audeat ordinare: quod quisquis fecerit, is qui ordinatus est a domino revocetur; et ille qui est collator ordinis, si sciens fecisse probatur, sex mensibus tantum **275** missam facere non præsumat. Si vero sæcularium servus esse convincitur, ei qui ordinatus est benedictione servata, honesto ordine domino suo impendat obsequium; quod si sæcularis dominus amplius eum voluerit inclinare, ut sacro ordini inferre videatur injuriam, duos servos, sicut et antiqui canones habent, episcopus qui eum ordinavit domino sæculari restituat; et episcopus eum quem ordinavit ad Ecclesiam suam revocandi habeat potestatem.

VII. De manumissis in ecclesia.

Et quia plurimorum suggestione comperimus eos, qui in ecclesiis juxta parochitanam consuetudinem a servitio fuissent absoluti, pro libitu quorumcunque iterum ad servitium revocari, impium esse tractavimus, ut quod in ecclesia Dei consideratione a vinculo servitutis absolvitur irritum habeatur. Adeo pietatis causa communi consilio placuit observandum, ut quæcunque mancipia ab ingenuis dominis servitute laxantur, in ea libertate maneat quam tunc a dominis perceperant: hujusmodi quoque libertas, si a quocunque pulsata fuerit, cum justitia ab ecclesiis defendatur, præter eas culpas quibus leges collatas servis revocare jus erant libertates.

VIII. Ne quis defuncto episcopo ejus facultates assumat.

Ut in civitate ubi pontifex jure humanæ conditionis obierit, nullus episcopus ante substitutionem reparati per ordinem successoris aut in civitate aut per parochias ordinare clericos aut altaria audeat consecrare, vel quidquam de rebus Ecclesiæ præter

humanitatem præumat auferre: quod si quisquis temerario ausu statuta transcenderit, conventus ab instituto pontifice, verecundiæ consulens sine dilatione [*Æ.*, dilatione ablati] restituat. Si vero suæ libertatis arbitrio vel quorumcunque precibus actus quamcunque personam aut promovere aut contra hoc interdictum ire præsumperit, anno integro missas tantum facere non præsumat.

IX. Nullus laicus ante anni conversionem episcopus ordinetur.

Ut nullus ex laicis abaque anni conversione præmissa episcopus ordinetur, ita ut intra anni spatium a doctis et probatis viris disciplinis et regulis spiritualibus plenius instituat[ur] [*U.*, *G.*, instruat]: quod si hoc quisque episcoporum transcendere quamcunque conditione præsumperit ^a, **276** anno integro ab officio vel charitate fratrum habeatur extraneus.

X. Nullus episcopatum pretio aut præmiis obtineat.

Ut nulli episcopatum quolibet pacto liceat præmiis aut comparatione adipisci, sed sicut in antiquis canonibus tenetur scriptum cum consensu cleri et plebis a metropolitano vel quem in vice sua permisit cum comprovincialibus pontifex conecretur: quod si quis hanc regulam per contemptum hujus sanctæ constitutionis excesserit, eum qui per præmia ordinatus fuerit statuimus removendum.

XI. Nullus invidiosus ordinetur episcopus.

Item sicut antiqui canones decreverunt nullus invidiosus ^b episcopus, sed nec oppressione potentium personarum ad consensum faciendum cives aut clerici, quod dici nefas est, inclinentur; quod si factum fuerit, ipse episcopus qui magis per violentiam quam per decretum legitimum ordinetur, ab indepto pontificatus honore in perpetuum [*T.* 1, 2, perpetuo] deponatur.

XII. Nullus vivente episcopo supponatur.

Ut nullus vivente episcopo alius supponatur aut superordinetur episcopus nisi forsitan in ejus locum quem capitalis culpa dejecerit.

XIII. De elemosynis non alienandis.

Ne cui liceat res vel facultates ecclesiis aut monasteriis vel xenodochiis pro quacunque elemosyna delegatas ^c retinere, alienare atque subtrahere: quod quisquis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum canonum sententiis constrictus ab ecclesiæ liminibus tandiu excludatur quandiu ab ipso ea quæ sunt ablata vel retenta reddantur.

XIV. Nullus alterius Ecclesiæ res accipere præsumat.

Ut nullus episcoporum aut cujuslibet ordinis clericus vel alia quæque persona quibuslibet conditionibus seu in uno regno seu in alio positus alterius cujuscunque Ecclesiæ res aut petat aut præsumat accipere: quod si fecerit, tandiu habeatur a communione altaris vel ab omnium fratrum ac filiorum

A charitate suspensus, donec ipsi Ecclesiæ cuius directo ordine juris est ablati restituat.

277 ^d **XV. De conservatione xenodochii Lugdunensis.**

De xenodochio vero quod piissimus rex Childebertus vel conjugalibus sua Guldragoto regina in Lugdunensi urbe inspirante Domino condiderunt, cuius institutionis ordinem vel expensam, rationem petentibus ipsis, manuum nostrarum subscriptione firmavimus, visum est pro Dei contemplatione junctis nobis in unum permansura auctoritate decernere, ut quicquid præfato xenodochio aut per supradictorum regum oblationem aut per quorumcunque fidelium elemosynam collatum aut conferendum est, in quibuscunque rebus aut corporibus, nihil exinde ad se quolibet tempore antistes Ecclesiæ Lugdunensis vocet aut ad jus Ecclesiæ transferat: aut succedentes sibi per temporum ordinem sacerdotes non solum aut de facultate xenodochii ipsius stabilita aut de constitutione nihil minuant, sed dent operam qualiter rei ipsius stabilitas in nullam partem detrimentum aut diminutionem in aliquo patiatur; providentes intuitu retributionis æternæ, ut præpositi semper strenui ac Deum timentes decedentibus instituantur, et cura ægrotantium ac numerus vel exceptio peregrinorum secundum inditam institutionem inviolabili semper stabilitate permaneat. Quod si quis, cujuslibet potestatis aut ordinis persona, contra hanc institutionem nostram venire tentaverit, aut aliquid de consuetudine vel facultate xenodochii ipsius absterit, aut xenodochium, quod avertat Deus, esse desinat, ut necator pauperum irrevocabili anathemate feriatur.

XVI. De non auferendis ecclesiarum oblationibus.

Quisquis etiam aut majorum aut mediocrium personarum quocunque munere vel facultate sacerdotibus, aut ecclesiis, aut quibuslibet locis sanctis studio mercedis pro Dei contemplatione collatas, aut ea quæ a parentibus donata nascuntur, postmodum auferre præsumperit, superiori sententia ut necator pauperum a communione privetur.

XVII. Quomodo Ecclesiarum causæ finiendæ.

Placuit etiam, ut si quæcunque persona contra episcopum vel actores Ecclesiæ se proprium crediderit habere negotium, prius ad eum recurrat charitatis studio, ut familiari additione munitus sanare ea debeat quæ in querimoniam deducuntur; quam rem si differre voluerit, tunc demum ad metropolitani audientiam veniatur: de qua re cum **278** litteras suas metropolitanus ad comprovincialem suum episcopum dederit, et causa ipsa inter utrosque quacunque transactione amicis mediis non fuerit definita, ut ipsi metropolitani necessarium sit in eodem negotio iterare rescriptum, et secundo admonitus sanare, mittere aut venire distulerit, tandiu a charitate metropolitani sui se noverit esse suspensum donec ad præsentiam ejus veniens causa ipsius de qua petitur

^a In Codicibus: *præsumperit ordinandum*; ommissa est vox *ordinandum*, ut in *U.*

^b B.R., T. 1, 2, U., *invidiosus ordinetur*,

PATROL. LXXXIV.

^c B.R., T. 1, 2, U., *relegatas*.

^d Hic canon desumptus est ex Codice *Æ.*; nam in reliquis Codicibus deficit.

reddiderit rationem. Quod si patuerit episcopum ipsum contra iustitiam fatigatum, et is qui eum fatigat injusta interpellatione pulsavit, anni spatio a communione ecclesiastica suspendatur. Si metropolitanus a quocunque comprovinciali episcopo bis fuerit in causa propria appellatus, et eum audire distulerit, ad proximam synodum quæ constituetur negotium suum in concilio habeat licentiam exercendi: quidquid pro iustitia a comprovincialibus suis statutum fuerit, studeat servari ^a.

XVIII. ^b *Comprovinciales ad concilium vocati venire teneantur.*

Id etiam huic decreto credimus inserendum, ut si quis de comprovincialibus episcopis a metropolitano suo ad concilium intra suam provinciam fuerit evocatus, et præter evidentem infirmitatem ad concilium venire distulerit, atque a synodali conventu antequam cuncta conveniant sine comœatu concilii ipsius discedere fortasse præsumperit, sicut est præcedentibus regulis statutum sex mensibus a missarum officio suspendatur: quod si concilium faciendum quæcunque necessitas illata distulerit, a metropolitano suo veniam postulans, ad missarum faciendarum gratiam revocetur.

XIX. *De oblatione puellarum in monasteriis.*

Quæcunque etiam puellæ, seu propria voluntate monasterium expelunt, seu a parentibus offeruntur, annum in ipsa in qua intraverint veste permaneant; in his vero monasteriis ubi non perpetuo teneantur inclusæ, triennium in ea qua intraverint veste permaneant, et postmodum secundum statuta monasterii ipsius in quo elegerint permanere vestimenta religionis accipiant. Quæ si deinceps, sacra relinquentes loca, sanctum propositum sæculari ambitione transcenderint, vel illæ quæ in domibus propriis, tam puella quam viduæ, commutatis vestibus convertuntur, cum his quibus conjugio copulantur ab Ecclesiæ communione priventur: sane si culpam sequestratione sanaverint ad communionis gratiam revocentur.

279 XX. *De visitatione incarceratorum.*

Id etiam miserationis intuitu æquum duximus custodiri, ut qui pro quibuscunque culpis in carceribus deputantur, ab archidiacono seu præposito ecclesiæ diebus singulis dominicis requirantur, et necessitas victorum secundum præceptum divinum misericorditer sublevetur, atque a pontifice statu a fideli et diligenti persona, quæ necessaria provideat, eis competens victus de domo ecclesiæ tribuatur.

XI. *De sustentandis leprosis.*

Licet propitio Deo omnium Dei sacerdotum vel quorumcunque hæc cura possit esse fidelium, ut egentibus necessaria debeant ministrare, specialiter tamen de leprosis id pietatis causa convenit, ut unusquisque episcoporum quos incolas hæc infirmi-

^a T. 1, 2, U., G., *observare.*

^b Hic et sequentes canones ex *Æ.* Codice desumpti sunt: desunt in A. et cæteris Codicibus.

^c Omnium episcoporum subscriptiones ex *Æ.* Codice depromptæ sunt. In A. cæteri que Codicibus

atatem incurrisse tam territorii sui quam civitatis agnoverint, de domo ecclesiæ juxta possibilitatem victui et vestitui necessaria subministrent, ut non his desit misericordiæ cura quos per duram infirmitatem intolerabilis constringit inopia.

XXII. *De annua synodi provincialis celebratione et de præcitorum canonum observantia.*

His itaque Domino propitio constitutis, quod præcipue in omnibus Patrum conciliis habetur scriptum congrua definitione sancimus: intra anni circulum unusquisque metropolitanus episcopus junctis in unum locum comprovincialibus suis intra provinciam suam studeat habere concilium, ut aut si qua accesserint charitatis emendentur studio, aut si pax regulis vel disciplinis injunctis Deo adjuvante permanserit, auctore bonorum omnium Deo charitate et præsentia gratulentur. Hæc ergo Deo propitio constanter et unanimiter definita servantes etiam præcitorum statuta canonum id decernimus, ut Christo auctore deinceps inconversa universa serventur, ut manente concordia, quæ divina inspiratione salubriter in præsentia tempore definita sunt amodo et habeant vigorem, et custodiant charitatem.

In Christi nomine sacerdos Ecclesiæ Lugdunensis constitutionem nostram relegi et subscripsi.

^a Hesychius Ecclesiæ Viliensis episcopus subscripsi.

Nicetius Ecclesiæ Treveræ episcopus subscripsi.

Desideratus Ecclesiæ Bituricæ episcopus subscripsi.

Aspasius Ecclesiæ Elosæ episcopus subscripsi.

280 Constitutus Ecclesiæ Synocynicæ episcopus subscripsi.

Placidus Ecclesiæ Miticensis episcopus subscripsi.

Firminus Ecclesiæ Ucenæ episcopus subscripsi.

Agricola Ecclesiæ Cabillonensis episcopus subscripsi.

Urbicus Ecclesiæ Trucensis episcopus subscripsi.

Rufus Ecclesiæ Octodorensis episcopus subscripsi.

Gallus Ecclesiæ Arvernensis episcopus subscripsi.

Saffaracus Ecclesiæ Parisiacæ episcopus subscripsi.

Domitianus Ecclesiæ Tugensis episcopus subscripsi.

Eleuther Ecclesiæ Altisiodorensis episcopus subscripsi.

Item Desideratus Ecclesiæ Veredunensis episcopus subscripsi.

Gramaticus Ecclesiæ Vindonensis episcopus subscripsi.

Tretecus Ecclesiæ Lingonicæ episcopus subscripsi.

Nectarius Ecclesiæ Augustodunensis episcopus subscripsi.

Eusebius Ecclesiæ Sanctonicæ episcopus subscripsi.

Proculeianus Ecclesiæ Ausiciæ episcopus subscripsi.

decem tantum denumerantur episcopi: *Hesychius, Nicetius, Desideratus, Aspasius, Agricola, Urbicus, Firminus (T. 1, 2, Urbicus), Rufus, Basilus, Avotus et Firmitius.*

Maximus Ecclesiæ Cadulcæ episcopus subscripsi. A
 Bibianus Ecclesiæ Agennensis episcopus subscripsi.
 Aphthonius Ecclesiæ Anqualesimæ episcopus subscripsi.
 Deuterius Ecclesiæ Viennensis episcopus subscripsi.
 Lautho Ecclesiæ Constantinæ vel Brionensis episcopus subscripsi.
 Passivus Ecclesiæ Agensis episcopus subscripsi.
 Clematus Ecclesiæ Carpentoratensis episcopus subscripsi.

Vellesus Ecclesiæ Vappocensis episcopus subscripsi.
 Aridius Ecclesiæ Nevernensis episcopus subscripsi.
 Ill'arius Ecclesiæ Dentensis episcopus subscripsi.
 Clementinus Ecclesiæ Aptensis episcopus subscripsi.
 Palladius Ecclesiæ Telonensis episcopus subscripsi.
 Basilius Ecclesiæ Glanaticæ episcopus subscripsi.
 Avulus Ecclesiæ Aquensis episcopus subscripsi.

CONCILIA HISPANIÆ.

XXXVIII

CONCILIUM ELIBERITANUM

DECEM ET NOVEN EPISCOPORUM, CONSTANTINI TEMPORIBUS EDITUM EODEM TEMPORE QUO ET NICÆNA SYNODUS HABITA EST ^b.

281-282 Cum consedisent sancti et religiosi episcopi in ecclesia Eliberitana, hoc est : Felix episcopus Accitanus, Osius episcopus Cordubensis, Sabinus episcopus Hispalensis, Camerinnus episcopus Tuccitanus, Sinagius episcopus Epagrensensis, Secundinus [B.R., Secundus] episcopus Castulonensis, Pardus episcopus Mentesanus, Flavianus [T. 1, 2, Flavius] episcopus Eliberitanus, Cantoni episcopus Urcitanus, Liberius episcopus Emeritensis, Valerius episcopus Carsaraugustanus, Decentius episcopus Legionensis, Melantius episcopus Toletanus, Januarius episcopus de Fibularia, Vincentius episcopus Osonobensis, Quintianus episcopus Elborensis, Succesus episcopus de Eliocroca, Eutychanus episcopus Rasiitanus, Patricius episcopus Malacitanus : item presbyteri ^c, Resitutus presbyter de Epora, Natalis presbyter Ursona, Maurus presbyter Iliturgi, Lamponianus de Carbula, Barbatas de Astigi, Felicissimus de Ateva, Leo Aciniippo, Liberalis de Eliocroca, Januarius a Lauro, Januarianus Barbe, Victorinus Egabro, Titus Ajone, Eucharius Municipio, Silvanus Segalvinia, Victor Ullia, Januarius Urci, Leo Gemella, Tarrinus Castelona, Luxurius de Drona, Emeritus Baria, Eumantius Solia, Clementianus Ossigi, Eutychea Carthagenensis, Julianus Corduba : die Iduum Maiarum apud Eliberim residentibus cunctis, astantibus diaconibus et omni plebe, episcopi universi dixerunt :

I. De his qui post baptismum idolis immolaverunt.

Placuit inter eos : Qui post fidem baptismi salutaris adulta ætate ad templum idoli idolaturus accesserit, et fecerit quod est crimen capitale ^d, quia est

^a In Codicibus : *Eliberritanum*.

^b *Æ.*, T. 1, 2, *æra* CCCLXII.

^c Presbyterorum nomina desumpta sunt ex Codicibus U. et G., in quibus nonnulla locorum nomina depravata reperiuntur, quæ prout in ipsis existant

B summi sceleris, placuit nec in finem eum communionem accipere.

II. De sacerdotibus Gentilium qui post baptismum immolaverunt.

Flamines qui post fidem lavacri et regenerationis sacrificaverunt, eo quod geminaverint scelera, accedente homicidio vel triplicaverint facinus coherente mœchia, placuit eos nec in finem accipere communionem.

III. De eisdem si idolis munus tantum dederunt.

Item flamines qui non immolaverint, sed munus tantum dederint, eo quod se a funestis abstinerint sacrificiis, placuit in finem eis præstare communionem, acta tamen legitima pœnitentia : item ipsi si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit ulterius his non esse dandam communionem, ne illis de dominica communionem videantur.

283 IV. De eisdem si catechumeni adhuc immolant [U., G., immolarent] quando baptizantur.

Item flamines si fuerint catechumeni et se a sacrificiis abstinerint, post triennii tempora placuit ad baptismum admitti debere.

V. Si domina per zelum ancillam occiderit.

Si qua femina [T. 2, domina] furore zeli accensa flagris verberaverit ancillam suam, ita ut intra [U., G., infra] tertium diem animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum sit voluntate an casu occiderit ; si voluntate, post septem annos, si casu, post quinquennii tempora ^e, acta legitima pœnitentia ad communionem placuit admitti ; quod si infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

VI. Si quicumque per maleficium hominem interfecerit. Si quis vero maleficio interficiat alteram, eo quod

exprimere satius duximus.

^d *Æ.*, B.R., T. 1, 2, *principale*.

^e U., G., *post baptismum regenerationis*.

^f *Æ.*, B.R., T. 1, 2, U., G., *luisse*.

^g T. 1, 2, *post quinquennium, acta*.

sine idololatria perficere scelus non potuit, nec in A
finem impertiendam esse illi [U., G., ei] commu-
nionem.

VII. *De pœnitentibus mœchiæ si rursus mœchaverint.*

Si quis forte fidelis post lapsum mœchiæ, post tem-
pora constituta acta pœnitentia, denuo fuerit f r-
nicatus, placuit nec in finem habere eum communi-
onem.

VIII. *De feminis quæ relictis viris suis aliis nubunt.*

Item femina, quæ nulla præcedente causa relique-
rint viros suos et alteris se copulaverint, nec in finem
accipiunt communionem.

IX. *De feminis quæ adulteros maritos relinquunt et
aliis nubunt.*

Item femina fidelis, quæ adulterum maritum reli-
querit fidelem et alterum ducit, prohibeatur ne ducat :
si duxerit non prius accipiat communionem,
nisi quem reliquit de sæculo exierit, nisi forsitan
necessitas infirmitatis dare compulerit.

X. *De relicta catechumena si alterum duxerit.*

Si ea quam catechumenus relinquit duxerit mari-
tum, potest ad fontem lavacri admitti : hoc et circa
feminas catechumenas **284** erit observandum. Quod
si fuerit fidelis quæ ducitur ab eo qui uxorem incul-
patam relinquit, et cum scierit illum habere uxorem,
quam sine causa reliquit, placuit in finem hujusmodi
dari communionem ^a.

XI. *De catechumena si graviter ægrotaverit.*

Intra quinquennium autem tempora catechumena si
graviter fuerit infirmata, dandum ei baptismum pla-
cuit, non denegari.

XII. *De mulieribus quæ lenocinium fecerint.*

Mater vel parens vel quilibet fidelis, si lenocinium
exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus vel
potius suum, placuit eam nec in finem accipere com-
munionem.

XIII. *De virginibus Deo sacratis si adulteraverint.*

Virgines quæ se Deo dicaverunt, si pactum perdi-
derint virginitatis, atque eidem libidini servierint non
intelligentes quid admiserint, placuit nec in finem eis
dandam esse communionem. Quod si semel persua-
sæ aut infirmi corporis lapsu violatæ omni tempore
vitæ suæ hujusmodi feminæ egerint pœnitentiam,
ut abstineant se a coitu, eo quod lapsæ potius videntur,
placuit eas in finem communionem accipere
debere.

XIV. *De virginibus sæcularibus si mœchaverint.*

Virgines quæ virginitatem suam non custodierint,
si eosdem qui eas violaverint duxerint et tenuerint
maritos, eo quod solas nuptias violaverint, post an-
num sine pœnitentia reconciliari debent; vel si
alios cognoverint viros, eo quod mœchatae sunt,
placuit per quinquennium tempora acta legitima pœni-
tentia admitti eas ad communionem oportere.

XV. *De conjugio eorum qui ex Gentilitate veniunt.*

Propter copiam puellarum gentilibus minime in

^a B. R. : placuit huic in finem non dandam esse com-
munionem. T. 1, 2, placuit huic nec in finem dandam.

^b U., ne circumeuntes provincias, quæstuosas nundi-

matrimonium dandæ sunt virgines Christianæ, ne
ætas in flore tumens in adulterium animæ resolvatur.
XVI. *De puellis fidelibus ne infidelibus conjugantur.*

Hæretici si se transferre noluerint ad Ecclesiam
catholicam, nec ipsis catholicas dandas esse puellas ;
sed neque Judæis neque hæreticis dare placuit, eo
quod nulla possit esse societas fidei cum infidele :
si contra interdictum **285** fecerint parentes, absti-
neri per quinquennium placet.

XVII. *De his qui filias suas sacerdotibus Gentilium
conjugunt.*

Si qui forte sacerdotibus idolorum filias suas junxe-
rint, placuit nec in finem eis dandam esse commu-
nionem.

XVIII. *De sacerdotibus et ministris si mœchaverint.*

Episcopi, presbyteres et diacones si in ministerio
positi detecti fuerint quod sint mœchati, placuit
propter scandalum et propter profanum crimen nec
in finem eos communionem accipere debere.

XIX. *De clericis negotia et nundinas sectantibus.*

Episcopi, presbyteres et diacones de locis suis ne-
gotiandi causa non discedant, nec circumeuntes
provincias quæstuosas nundinas sectentur ^b : sane ad
victum sibi conquirendum aut filium aut libertum
aut mercenarium aut amicum aut quemlibet ^c mit-
tant; et si voluerint negotiari, intra provinciam ne-
gotientur.

XX. *De clericis et laicis usurariis.*

Si quis clericorum detectus fuerit usuras accipere,
placuit eum degradari et abstinere. Si quis etiam lai-
cus accepisse probatur usuras, et promiserit correp-
tus jam se cessaturum nec ulterius exacturum, pla-
cuit ei veniam tribui : si vero in ea iniquitate dura-
verit, ab Ecclesia esse projiciendum.

XXI. *De his qui tardius ad ecclesiam accedunt.*

Si quis in civitate positus tres dominicas ad eccle-
siam non accesserit, paucis temporibus abstinere, ut
corruptus esse videatur.

XXII. *De catholicis in hæreses transeuntibus,
si revertantur.*

Si quis de catholica Ecclesia ad hæreses tran-
situm fecerit rursusque recurrerit, placuit huic pœni-
tentiam non esse denegandam eo quod cognoverit
peccatum suum ; qui etiam decem annis agat pœni-
tentiam, cui post decem annos præstari communi-
o debet; si vero infantes fuerint transducti, quod non
suo vitio peccaverint incunctanter recipi debent [B. R.,
debeant].

286 XXIII. *De temporibus jejuniorum.*

Jejunii superpositiones [Æ., T. 2, superimpositio-
nes] per singulos menses placuit celebrari, excip-
tis diebus durum mensium Julii et Augusti propter quo-
rundam infirmitatem.

XXIV. *De his qui in peregre baptizantur, ut ad
clerum non veniant.*

Omnis qui in peregre fuerint baptizati, eo quod eo-
nas sectantes in periculo incurrant.

^c U., quemlibet fidelem.

rum minime sit cognita vita, placuit ad clerum non A lent, eo quod sæpe sub obtentu orationis latenter esse promovendos in alienis provinciis, scelera committunt.

XXV. De epistolis communicatorii confessorum.

Omnis qui attulerit litteras confessorias sublatò nomine confessoris, eo quod omnes sub hac nominis gloria passim concutiant simplices, communicatoriæ ei dandæ sunt litteræ.

XXVI. Ut omni sabbato jejunetur.

Errorem placuit corrigi, ut omni sabbati die superpositiones celebremus.

XXVII. De clericis, ut extraneas feminas in domo non habeant.

Episcopus vel quilibet alius clericus aut sororem aut filiam virginem dicatam Deo tantum secum habeat: extraneam nequaquam habere placuit.

XXVIII. De oblationibus eorum qui non communicant. B

Episcopum placuit ab eo, qui non communicat, minus ^a accipere non debere.

XXIX. De energumenis qualiter habeantur in ecclesia.

Energumenus qui ab erratico spiritu exagitur, hujus nomine neque ad altare cum oblatione esse recitandum, nec permitendum ut sua manu in ecclesia ministret.

XXX. De his qui post lavacrum mœchati sunt, ne subdiacones fiant.

Subdiaconos eos ordinari non debere qui in adolescentia sua fuerint mœchati, eo quod postmodum per subreptionem ad altiore gradum promoveantur: vel si qui sunt in præteritum ordinati, amoveantur.

287 XXXI. De adolescentibus qui post lavacrum mœchati sunt. C

Adolescentes qui post fidem lavacri salutaris fuerint mœchati, cum duxerint uxores, acta legitima pœnitentia placuit ad communionem eos admitti.

XXXII. De excommunicatis presbyteris, ut in necessitate communionem dent.

Apud presbyterum, si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere, sed potius apud episcopum: cogente tamen infirmitate necesse est presbyterem communionem præstare debere, et diaconem si ei jusserit sacerdos.

XXXIII. De episcopis et ministris, ut ab uxoribus abstineant.

Placuit in totum prohibere episcopis, presbyteris et diaconibus vel omnibus clericis positis in ministerio D abstinere se a conjugibus suis, et non generare filios: quicumque vero fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

XXXIV. Ne cerei in cœmeteriis incendantur.

Cereos per diem placuit in cœmeterio non incendi, inquietandi enim sanctorum spiritus non sunt. Qui hæc non observaverint arceantur ab Ecclesiæ communicatione.

XXXV. Ne feminae in cœmeteriis pervigilent.

Placuit prohiberi ne feminae in cœmeterio pervigi-

^a Æ., B.R., T. 1, 2, G., munera.

^b Æ., B.R., E. 3, T. 1, 2, nec.

^c T. 1, diem Pentecostes post Pascha celebremus non

XXXVI. Ne picturæ in ecclesia fiant.

Placuit picturas in ecclesia esse non debere, ne ^b quod colitur et adoratur in parietibus depingatur.

XXXVII. De energumenis non baptizatis.

Eos qui ab immundis spiritibus vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet; si fideles fuerint, dandam esse communionem. Prohibendum etiam ne lucernas hi publice accendant; si facere contra interdictum voluerint, abstineantur a communionem.

288 XXXVIII. Ut in necessitate et fideles baptizent.

Loco peregre navigantis aut si ecclesia proxima non fuerit, posse fidelem, qui lavacrum suum integrum habet nec sit bigamus, baptizare in necessitate infirmitatis positum catechumenum, ita ut si supervixerit ad episcopum eum perducatur, ut per manus impositionem perfici possit.

XXXIX. De Gentilibus si in discrimine baptizari expetunt.

Gentiles si in infirmitate desideraverint sibi manum imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit eis manum imponi et fieri Christianos.

XL. Ne id quod idolothytum est fideles accipiant.

Prohiberi placuit, ut cum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idolum datum fuerit accepto non ferant: si post interdictum fecerint, per quinquentium spatia temporum a communionem esse arceandos.

XLI. Ut prohibeant domini idola colere servis suis.

Admoneri placuit fideles, ut in quantum possunt prohibeant ne idola in domibus suis habeant: si vero vinu metuunt servorum, vel se ipsos puros conservent; si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur.

XLII. De his qui ad fidem veniunt, quando baptizentur.

Eos qui ad primam fidem credulitatis accedunt, si bonæ fuerint conversationis, intra biennium temporum placuit ad baptismi gratiam admitti debere, nisi infirmitate compellente coegerit ratio velucius subvenire periclitanti vel gratiam postulanti.

XLIII. De celebratione Pentecostes.

Pravam institutionem emendari placuit juxta auctoritatem Scripturarum, ut cuncti diem Pentecostes celebremus, ne si quis non fecerit ^c novam hæresen induxisse notetur.

XLIV. De meretricibus paganis si convertantur.

Meretrix quæ aliquando fuerit ^d et postea habuerit maritum, si postmodum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit esse recipendam.

289 XLV. De catechumenis qui ecclesiam non frequentant.

Qui aliquando fuerit catechumenus et per inculta tempora nunquam ad ecclesiam accesserit, si eum de clero quisque cognoverit esse Christianum, aut testes aliqui exstiterint fideles, placuit ei baptismum

quadragesimam nisi quinquagesimam: qui non fecerit. ^d U., quæ pagana aliquando fuerit.

non negari, eo quod veterem hominem dereliquisse A stant, placuit post biennium accipere communionem. vilcatur ^a.

XLVI. De fidelibus si apostataverint quandiu penitentent.

Si quis fidelis apostata per infinita tempora ad ecclesiam non accesserit, si tamen aliquando fuerit reversus nec fuerit idolator, post decem annos placuit communionem accipere.

XLVII. De eo qui uxorem habens sæpius mœchatur.

Si quis fidelis habens uxorem non semel sed sæpe fuerit mœchatus, in fine mortis est conveniendus : quod si se promiserit cessaturum, detur ei communicatio : si resuscitatus rursus fuerit mœchatus, placuit ulterius non ludere eum de communionem pacis.

XLVIII. De baptisatis ut nihil accipiat clericus.

Emendari placuit, ut hi qui baptizantur, ut fieri solebat, nummos in concha non mittant, ne sacerdos quod gratis accepit pretio distrahere videatur : neque pedes eorum lavandi sunt a sacerdotibus vel [T. 1, sed] clericis.

XLIX. De frugibus fidelium ne a Judæis benedicantur.

Admoneri placuit possessores, ut non patiantur fructus suos, quos a Deo percipiunt cum gratiarum actione, a Judæis benedici, ne nostram irritam et infirmam faciant benedictionem : si quis post interdictum facere usurpaverit, positus ab Ecclesia abjiciatur.

L. De Christianis qui cum Judæis vescuntur.

Si vero quis clericus vel fidelis cum Judæis cibum sumpserit, placuit eum a communionem abstinere ut debeat emendari.

LI. De hæreticis, ut ad clericum non promoveantur.

Ex omni hærese fidelis si venerit, minime est ad clericum promovendus : vel si qui sunt in præteritam ordinati, sine dubio deponantur.

290 LII. De his qui in ecclesia libellos famosos ponunt.

Hi qui inventi fuerint famosos in ecclesia ponere anathematizentur.

LIII. De episcopis qui excommunicato alieno communicant.

Placuit cunctis, ut ab eo episcopo quis recipiat communionem, a quo abstentus in crimine aliquo quis fuerit ; quod si alius episcopus præsumserit eum admitti, illo adhuc minime faciente vel consentiente a quo fuerit communionem privatus, sciat se hujusmodi causas inter fratres esse cum status sui periculo præstaturum.

LIV. De parentibus qui fidem sponsaliorum frangunt.

Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum, triennii tempore abstinantur ; si tamen idem sponsus vel sponsa in gravi crimine fuerint deprehensi, erunt excusati parentes : si in eisdem fuerit vitium et polluerint se, superior sententia servetur.

LV. De sacerdotibus Gentilium qui jam non sacrificant.

Sacerdotes qui tantum coronas portant nec sacrificant nec de suis sumptibus aliquid ad idola præ-

^a E., T. 1, 2, U., quod in veterem hominem deliquisse videatur.

LVI. De magistratibus et duumviris.

Magistrates vero uno anno quo agit duumviratam, prohibendum placet [T. 1, 2, placuit] ut se ab Ecclesia cohibeat.

LVII. De his qui vestimenta ad ornandam pompam dederunt.

Matronæ vel earum mariti vestimenta sua ad ornandam sæculariter pompam non dent ; et si fecerint, triennio abstinantur.

LVIII. De his qui communicatorias litteras portant, ut de fide interrogentur.

Placuit ubique et maxime in eo loco, in quo prima cathedra constituta est episcopatus, ut interrogentur hi qui communicatorias litteras tradunt, an omnia recte habeant suo testimonio comprobata.

291 LIX. De fidelibus, ne ad Capitolium causa sacrificandi ascendant.

Prohibendum ne quis Christianus, ut Gentilis, ad idolum Capitolii causa sacrificandi ascendat et videat ; quod si fecerit, pari crimine teneatur : si fuerit fidelis, post decem annos acta penitentia recipiatur.

LX. De his qui destruentes idola occiduntur.

Si quis idola fregerit et ibidem fuerit occisus, quatenus in Evangelio ^b scriptum non est neque invenietur sub apostolis unquam factum, placuit in numerum eum non recipi martyrum.

LXI. De his qui duabus sororibus copulantur.

Si quis post obitum uxoris suæ sororem ejus duxerit, et ipsa fuerit fidelis, quinquennium a communionem placuit abstinere, nisi forte velocius dari pacem necessitas coegerit infirmitatis.

LXII. De aurigis et pantominis si convertantur.

Si auriga aut pantominus credere voluerint, placuit, ut prius artibus suis renuntient et tunc demum suscipiantur, ita ut ulterius ad ea non revertantur : qui si facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab Ecclesia.

LXIII. De uxoribus quæ filios ex adulterio necant.

Si qua per adulterium absente marito suo conceperit, idque post facinus occiderit, placuit nec in finem dandam esse communionem eo quod genuerit scelus.

LXIV. De feminis quæ usque ad mortem cum alienis viris adulterant.

Si qua usque in finem mortis suæ cum alieno viro fuerit mœchata, placuit nec in finem dandam ei esse communionem : si vero eum reliquerit, post decem annos accipiat communionem acta legitima penitentia.

LXV. De adulteris uxoribus clericorum.

Si cujus clerici uxor fuerit mœchata et scierit eam maritus suus mœchati et non eam statim projecerit, nec in finem accipiat communionem, ne ab his qui exemplum bonæ **292** conversationis esse debent, ab eis videantur scelorum magisteria procedere.

^b G., quatenus quia in Evangelio.

LXVI. *De his qui privignas suas ducunt.*

Si quis privignam ^a suam duxerit uxorem, eo quod sit incestus, placuit nec in finem dandam esse communionem.

LXVII. *De conjugio catechumenæ feminæ.*

Prohibendum ne qua fidelis vel catechumena aut comatos aut viros cinerarios ^b habeant : quæcunque hæc fecerint a communione arceantur.

LXVIII. *De catechumena adultera quæ filium necat.*

Catechumena si per adulterium conceperit et præfocaverit, placuit eam in fine baptizari.

LXIX. *De viris conjugatis postea in adulterium lapsis.*

Si quis forte habens uxorem semel fuerit lapsus, placuit eum quinquennium agere debere pœnitentiam et sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dari communionem : hoc et circa ^B feminas observandum.

LXX. *De feminis quæ concitiis maritis adulterant.*

Si cum conscientia mariti uxor fuerit mœchata, placuit nec in finem dandam ei [B. R., U., G., eis] esse communionem : si vero eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem, si eam cum sciret adulteram aliquo tempore in domo sua retinuit.

LXXI. *De stupratoribus puerorum.*

Stupratoribus puerorum nec in finem dandam esse communionem.

LXXII. *De viduis mœchis si eundem postea maritum duxerint.*

Si qua vidua fuerit mœchata et eundem postea habuerit maritum, post quinquennii tempus acta legitima pœnitentia placuit eam communioni reconciliari : si alium duxerit relicto illo, nec in finem dandam esse communionem ; vel si fuerit ille fidelis quem accepit, communionem non accipiet, nisi post decem annos acta legitima pœnitentia, **293** vel si infirmitas coegerit velocius dari communionem.

LXXIII. *De delatoribus.*

Delator si quis existiterit fidelis, et per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus vel interfectus, placuit eum nec in finem accipere communionem ; si levior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem : si catechumenus fuerit, post quinquennii tempora admittetur ad baptismum.

LXXIV. *De falsis testibus.*

Falsus testis prout est crimen abstinabitur : si ta- ^D

^a T. 1, Si quis antenatam privignam.

^b Ex Æ., B.R., T. 1, U. In A. E. 3, cenorarios. In

A men non fuerit mortale quod objecit et probaverit quod non tacuerit, biennii tempore abstinabitur ; si autem non probaverit, convento clero placuit per quinquennium abstinere.

LXXV. *De his qui sacerdotes vel ministros accusant nec probant.*

Si quis autem episcopum vel presbyterum vel diaconum falsis criminibus appetierit et probare non potuerit, nec in finem dandam ei esse communionem.

LXXVI. *De diaconibus si ante honorem peccasse probantur.*

Si quis diaconum se permiserit ordinari et postea fuerit detectus in crimine mortis quod aliquando commiserit, si sponte fuerit confessus, placuit eum acta legitima pœnitentia post triennium accipere communionem : quod si alius eum detexerit, post quinquennium acta **294** pœnitentia accipere communionem laicam debere.

LXXVII. *De baptizatis qui nondum confirmati moriuntur.*

Si quis diaconus regens plebem sine episcopo vel presbytero aliquos baptizaverit, episcopus eos per benedictionem perficere debet : quod si ante de sæculo recesserint, sub fide qua quis credidit poterit esse justus.

LXXVIII. *De fidelibus conjugatis, si cum Judæa vel Gentili mœchata fuerint.*

Si quis fidelis habens uxorem cum Judæa vel Gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur : quod si alius eum detexerit, post quinquennium acta legitima pœnitentia poterit dominicæ sociari communioni.

LXXIX. *De his qui tabulam ludunt.*

Si quis fidelis aleam, id est tabulam luserit nummis, placuit eum abstinere ; et si emendatus cessaverit, post annum poterit communioni reconciliari.

LXXX. *De libertis.*

Prohibendum ut liberti, quorum patroni in sæculo fuerint, ad clerum non promoveantur.

LXXXI. *De feminarum epistolis.*

Ne feminæ suo potius absque maritorum nomini- bus laicis scribere audeant ; quæ fideles sunt vel literas alicujus pacificas ad suum solum nomen scriptas accipiant.

T. 2, generarios

XXXIX

CONCILIIUM TARRACONENSE

DECIMUM EPISCOPORUM, HABITUM ERA DLIY, ANNO SEXTO THEODURICI REGIS, CONSULATU PETRI, SUB DIE VIII IDUS NOVEMBRIS.

295-296 Antiqua Patrum statuta de his census videntur, quæ in tempore aut ad illos relata pervenerunt aut certe acta testimonio proprio comprobaverunt : cujus rei et nos sequentes exemplum,

illa quæ nunc sunt placuit observanda decernere, ut præterita absque ambage custodiantur, et præsentis observatione sint firma. Igitur cum in unum pariter convenissemus in urbem Tarraconensem quæ est

metropolitana^a, titulos subter annexos conscripsimus A
observandos.

I. *Ut etiam ad proxima; sanguinis clerici cum testimo-
nio vadant.*

De his, quibus cura pro parentelæ proximitate ha-
bere permittitur, ut ea cautela earum necessitates
sustentent, ut pietatis beneficia quæ eis sunt neces-
saria a longius præbeant: ipsi vero pro visendis eis
cum ingressi fuerint, celeri salutatione recurrant nec
tibi faciant mansionem: qui tamen cum ad earum
visitationem pergunt, testem solatii sui fide et ætate
probatum adhibeant secum. Si quis hæc a nobis sta-
tuta contempserit, si clericus est, loci sui dignitate
privetur; si [G., sin] vero religiosus vel monachus,
in cella monasterii reclusus poenitentiam lamentis
incubat, ubi singulari afflictione panis et aquæ B
victum ex abbatis ordinatione percipiat.

II. *Ut clerici emendi vilius vel vendendi carius non per-
mittantur.*

Sicut canonum statutis firmatum est, quicumque in
clero esse voluerit emendi vilius vel vendendi carius
studio non utatur: certe si hæc voluerit exercere,
cubibeatur a clero.

III. *Ut clerici si solidum præstiterint sine usura reci-
pian.*

Si quis vero clericus solidum in necessitate præ-
stiterit, hoc de vino vel frumento accipiat, quod
mercandi causa tempore statuto decretum fuerit ve-
nundari: cæterum si speciem non habuerit neces-
sariam, ipsum quod dedit sine ullo augmento reci-
piat.

IV. *Ut nullus episcopus vel infra positus die dominico
causas judicare præsumat.*

Ut nullus episcoporum aut presbyterorum vel cle-
ricorum die dominico propositum cujuscunque causæ
negotium audeat judicare, nisi hoc tantum, ut Deo
statuta solemniter peragant: cæteris vero diebus con-
niventibus personis illa quæ justa sunt habeant li-
centiam judicandi, excepto criminalia negotia.

V. *Ut qui in metropolitana civitate non ordinatur epi-
scopus, post duos menses se metropolitano præ-
sentet.*

Si quis in metropolitana civitate non fuerit episco-
pus ordinatus, posteaquam suscepta benedictione
[Æ., T., ordinatione] per metropolitani litteras ho-
norem fuerit episcopatus adeptus, id optimum esse D
decrevimus, ut postmodum statuto tempore, id est,
impletis duobus mensibus, se metropolitani sui re-
præsentet aspectibus, ut ab illo monitis ecclesiasticis
instructus plenius quod [Æ., E. 3, U., G., quid]
observare debeat recognoscat: quod si forte hæc
implere neglexerit, in synodo increpatus a fratribus
corrigatur; quod si infirmitate aliqua ne hoc impleat
fuerit præpeditus, hoc suis litteris metropolitano iud-
icare procuret.

297 VI. *Ut episcopus, qui a metropolitano commo-
nitus ad synodum non venerit, excommunicetur.*

Si quis episcoporum [T. 1, 2, U., episcopus] com-

^a A. E. 3, metropolitana observatione fundata.

^b Æ., B.R., E. 3, inibi. U., G., in vico.

monitus a metropolitano ad synodum nulla gravi in-
tercedente necessitate corporali venire contempserit,
sicut statuta Patrum sanxerunt, usque ad futurum
concilium cunctorum episcoporum charitatis commu-
nitione privetur.

VII. *Ut diœcesani clerici septimanas teneant et die sab-
bati omnes in unum conveniant.*

De diœcesanis ecclesiis vel clero id placuit definiti,
ut presbyteri vel diaconi qui ibi^b constituti sunt cum
clericis septimanas observent; id est ut presbyter
unam faciat hebdomadam, qua expleta succedat ei
diaconus similiter, ea scilicet conditione servata, ut
omnis clerus die sabbati ad vespertas sit paratus, quo
facilius die dominico solemnitas cum omnium præ-
sentia celebretur: ita tamen ut omnibus diebus ves-
pera et matutina celebrentur, quia desistente clero,
quod est pessimum, comperimus in basilicis nec lu-
minaria ministrari. Si qui sane negligentiam vitio hæc
implere noluerint, noverint se secundum statuta
canonum pro modo personarum canonicæ disciplinæ
subdendos.

VIII. *Ut annis singulis episcopi diœcesem visitent, et
ut non plus quam tertium de parochiis accipiant.*

Multorum casuum experientia magistrante reperimus
nonnullas diœcesanas esse ecclesias destitutas: ob
quam rem id constitutione decrevimus, ut antiquæ
consuetudinis ordo servetur, et annis vicibus ab
episcopo diœceses visitentur, ut si qua forte basilica
reperta fuerit destituta ordinatione ipsius reparetur;
quia tertia ex omnibus per antiquam traditionem ut
C accipiat ab episcopis novimus statutum.

IX. *De clericis et ostiariis qui adulteris mulieribus ad-
miscentur, ut a clero projiciantur.*

Si quis lectorum adulteræ mulieri voluerit misceri
vel adherere consortio, aut relinquat adulteram, aut
a clero habeatur extraneus: similis sententia ostia-
riorum manebit scholam.

X. *Ut nullus episcopus pro judiciis munera accipiat.*

Observandum quoque decrevimus, ne quis sacer-
dotum vel clericorum more sæcularium 298 judi-
cum audeat accipere pro impensis patrocinii mu-
nera, nisi forte in ecclesia oblata gratuita, quæ non
favore muneris videantur accepta, sed collatione de-
votionis illata; quia si qua ista [G., sic qui ista] pro-
bantur accipere, veluti exactores fenoris aut usura-
rum possessores secundum statuta Patrum se nove-
rint degradandos^c.

XI. *Ut monachus missus alicubi ministerium clerica-
lus agere non præsumat, nec negotiator nec execu-
tor existat.*

Monachi a monasterio foras egredientes ne aliquid
ministerium ecclesiasticum præsumant agere prohi-
bemus, nisi forte cum abbatis imperio: similiter ut
nullus eorum, id est monachorum, forensis negotii
susceptor vel executor existat, nisi id quod monas-
terii exposcit utilitas, abbate sibi nihilominus impe-
rante, canonum ante omnia Gallianorum de eis con-
stitutione servata.

^c Ex cæteris Codicibus, præter A., in quo legi-
tur: denegandos.

XII. *Ut si episcopus intestatus obierit, inventarium de rebus ejus clerici faciant et nullus ex inde aliquid auferat.*

Sicubi defunctus fuerit episcopus intestatus, post depositionem ejus a presbyteris et diaconibus de rebus ipsius breve fideliter conscribatur a minimo usque ad maximum, id est de utensilibus [G., utensiliis] vel omni supellectile, ita tamen ut si quis exinde vel præsumpsisse vel occulte fuerit tulisse convictus, secundum furti tenorem restituat universa.

XIII. *Ut episcopus diœcesanos presbyteros et quosdam ex laicis convenire ad synodum litteris moneat.*

Epistolæ tales per fratres a metropolitano sunt dirigendæ, ut non solum a cathedralibus ecclesiis presbyteros, verum etiam de diœcesanis ad concilium trahant, et aliquos de filiis Ecclesiæ sæcularibus secum adducere debeant.

Joannes in Christi nomine episcopus Tarraconensis civitatis constitutiones a nobis concriptas [G., factas] subscripsi.

^a *Æ., B.R., Carthaginensis metropolis. T. 1, Carthaginis metropolis.*

^b *Ex Æ., B.R., E. 3, T. 1, 2, G. In A., U., Tortosana.*

Paulus in Christi nomine episcopus Emperitanæ civitatis subscripsi.

Hector in Christi nomine episcopus Carthaginensis metropolitane ^a subscripsi.

Frontinianus [T. 1, Fontianus] in Christi nomine episcopus Gerundensis civitatis subscripsi.

Agricius in Christi nomine episcopus Barcinonensis civitatis subscripsi.

Orontus in Christi nomine episcopus Eliberitanæ civitatis subscripsi.

299 Vincentius in Christi nomine episcopus Cæsaraugustanæ civitatis subscripsi.

Ursus in Christi nomine episcopus Dertosanæ ^b civitatis subscripsi.

^B Cynidius ^c in Christi nomine episcopus **300** Ausonitanæ civitatis subscripsi ^d.

Nibradius in Christi nomine minimus sacerdotum constitutionem sanctorum canonum subscripsi, ecclesie Egarensis minister.

^c *Ex Æ., E. 3, T. 2, U., G. In A., Diuidius. B.R., T. 1, Caudius.*

^d *U., episcopus Ausonæ subscripsi.*

XL

CONCILIUM GERUNDENSE

SEPTEM EPISCOPORUM, HABITUM ERA DLV, ANNO SEPTIMO [B.R., TERTIO] THEODORICI REG'S, SEXTO IDUS JUNIAS, AGAPETO VIRO CLARISSIMO CONSULE.

I. *Ut unaquæque provincia in officio Ecclesiæ unum C ordinem teneat.*

De institutione missarum, ut quomodo in metropolitana Ecclesia fiunt, ita in Dei nomine in omni Tarraconensi provincia tam ipsius missæ ordo quam peallendi vel ministrandi consuetudo servetur.

II. *Ut litanie post Pentecosten a quinta feria usque in sabbatum celebrentur.*

De litanis, ut expleta solemnitate Pentecostes sequens septimana a quinta feria usque in sabbatum per hoc triduum abstinencia celebretur.

III. *De secundis litanis faciendis Kalendis Novembribus.*

Item secundæ litanie faciendæ Kalendis Novembribus, ea tamen conditione servata, ut si iisdem diebus dominica intercesserit, in alia hebdomada secundum prioris abstinencia observantiam a quinta feria incipiantur, et in sabbato vespere missa facta finiatur: quibus tamen diebus a carnibus et a vino decrevimus abstinendum.

IV. *Ut pascha tantum et natali Domini baptismus detur, exceptis his qui in languore consistunt.*

De catechumenis baptizandis id statutum est, ut quia in Paschæ solemnitate vel natalis Domini, quando magis solemnitatis celebritas major est, rariores ad baptizandum veniunt, cæteris solemnitatibus infirmi tantummodo debeant baptizari, quibus quocumque tempore convenit baptismum non negari.

V. *Ut unius diei infans, si in discrimine est, baptizetur.*

De parvulis vero qui nuper materno utero **301** editi sunt placuit constitui, ut si infirmi ut assolet fuerint et lac maternum non appetunt, etiam eadem die qua nati sunt, si oblati fuerint, baptizentur.

VI. *Ut conjugati ab episcopo usque ad subdiaconum non sine testimonio vivant.*

De ^a conversatione vitæ a pontifice usque ab subdiaconem post suscepti honoris officium si qui ex conjugatis fuerint ordinati, ut sine testimonio alterius fratris non utantur auxilio: cum sorore jam ex conjugate facta non habitent; quod si habitare voluerint, alterius fratris utantur auxilio cujus testimonio vita eorum debeat clarior apparere.

VII. *Ut qui sine uxoribus ordinantur extraneas in domo non habeant.*

De his vero qui sine conjugibus ordinantur et familias domus habent, habito secum pro vitæ conversatione fratre in testimonium, non per quamcumque feminei sexus personam ejus substantia gubernetur, nisi aut per puerum aut per amicum suam domum debet ordinare: si vero matrem in domo habuerit aut sororem, secundum priorum canonum statuta per earum personas ejus debet contutari substantia.

VIII. *De laicis qui viduam aut dimissam acceperint, ut in clerum non admittantur.*

Si quis vero de laicis post uxorem aliam cujus-

^a *Ex Æ. desumptus canon hic, qui in reliquis Codicibus neque sensum neque syntaxin exhibet.*

cunquo conditionis cognoverit mulierem, in clero nullatenus admittatur.

IX. De his qui publice pœnitentiam non accipiunt sed tantum viaticum, ut in clero promoveantur.

is vero qui ægritudinis languore depressus pœnitentiæ benedictionem, quod viaticum deputamus, per communionem acceperit, et postmodum revalescens caput pœnitentiæ in ecclesia publice non subdiderit, si prohibitis vitis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.

X. De a discretionis pœnitentium : qui possunt ad ecclesiasticos ordines promoveri vel qui non possunt.

Ili qui in discrimine constituti pœnitentiam accipiunt nulla manifesta scelera constantes, sed tantum peccatores se prædicantes; hujusmodi si revaluerint, possunt etiam per morum probitatem ad gradus ecclesiasticos pervenire : qui vero ita pœnitentiam ac-

^a Ex *Æ.* depromitur canon iste, cum desit in *A.* et cæteris.

^b Canon hic in reliquis Codicibus præter *Æ.* nu-

cipiunt, ut aliquod mortale peccatum perpetrasse publice fateantur, ad clerum vel honores ecclesiasticos pervenire nullatenus possunt, quia se confessione propria notaverunt.

XI. Ut b omnibus diebus respertinis et matutinis oratio dominica dicatur.

Ita nobis placuit, ut omnibus diebus post matutinos et vespertas oratio dominica a sacerdote profertur.

Joannes in Christi nomine episcopus subscripsi.

Frontinianus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Paulus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Agrippius c in Christi nomine episcopus subscripsi.

Cyndius in Christi nomine episcopus subscripsi.

Nibidius in Christi nomine episcopus subscripsi.

Orontius in Christi nomine episcopus subscripsi.

mero decimo notatur, quia præcedens in ipsis defuerat.

^c B.R., T. 1, U., G., *Agrius.*

XLI

CONCILIIUM CÆSARAUGUSTANUM I

DUODECIM EPISCOPORUM, IV NONAS OCTOBRIS.

Cæsaraugusta in secretario residentibus episcopis Fladio [U., Fladio], Delfino, Eutychio, Ampelio, Auxentio, Lucio, Itacio [U., Etacio], Splendonio [B.R., Splendino], Valerio, Symposio, Cartherio et Idacio [U., Hidacio], ab universis dictum est : Recitentur sententiæ. Lucius episcopus legit.

303 I. Ut feminæ fideles a virorum alienorum castibus separentur.

Ut mulieres omnes Ecclesie catholice et fideles a virorum alienorum lectione et castibus separentur, vel ad ipsas legentes aliarum studio vel docendi vel discendi convenient, quoniam hoc Apostolus jubet. Ab universis episcopis dictum est : Anathema futuros qui hanc concilii sententiam non observaverint.

II. Ut diebus dominicis nullus jejuset nec diebus Quadragesimæ ab ecclesia absentes.

Item legit : Ne quis jejuset die dominica causa temporis aut persuasionis aut superstitionis, et quadragesimarum die ab ecclesiis non desint nec habitent latibula cubiculorum ac montium qui in his suspitionibus perseverant, sed exemplum et præceptum custodiant sacerdotum et ad alienas villas agendorum conventuum causa non convenient. Ab universis episcopis dictum est : Anathema sit qui hoc commiserit.

III. Ut qui eucharistiam in ecclesia accipit et ibi eam non sumit anathematizetur.

Item legit : Eucharistiæ gratiam si quis probatur acceptam in ecclesia non sumpsisse, anathema sit in perpetuum. Ab universis episcopis dictum est : Placet.

^a *Æ.*, T. 2, observaverit, his decretis anathema.

IV. Ut tribus hebdomadis quæ sunt ante Epiphaniam ab ecclesia nomen recedat,

Item legit : Viginti et uno die quo a xvi Kalendas Januarias usque in diem Epiphaniæ qui est viii Idus Januarias continuis diebus nulli liceat de ecclesia absentare, nec latere in domibus, nec accedere in villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad ecclesiam : quod qui non observaverit de susceptis, anathema sit in perpetuum ^a. Ab universis episcopis dictum est : Anathema sit.

V. Ut qui a suis episcopis privantur ab aliis non recipiantur.

Item lectum est : Ut hi qui per disciplinam a sententiam episcopi ab Ecclesia fuerint separati ab aliis episcopis non sint recipiendi; quod si scientes episcopi fecerint, non habeant communionem. Ab universis episcopis dictum est : Qui hoc commiserit, episcoporum non habeat communionem.

VI. Ut clericus qui propter licentiam monachus vult esse excommunicetur.

Item legit : Si quis de clericis propter luxum vanitatemque præsumptam de officio suo sponte discesserit, ac se velut observatorum legis in monacho videri voluerit esse quam clericum, ita de Ecclesia repellendum ut nisi rogando atque observando [T. 1, 2, U., obsecrando] plurimis temporibus satisfecerit, non recipiatur. Ab universis episcopis dictum est : Ita fiat.

VII. *Ut doctoris sibi nomen non imponat cui concessum a non est.*

Item lectum est : Ne quis doctoris sibi nomen imponat præter has personas quibus concessum est, secundum id quod scriptum est. Ab universis episcopis dictum est : Placet.

^a Deest hic canon in U.

305 VIII. *Ut^a ante quadraginta annos sanctimonialis virginis non velentur.*

Item lectum est : Non velantas esse virgines, quæ se Deo voverint, nisi quadraginta annorum probata ætate, quam sacerdes comprobaverit. Ab universis episcopis dictum est : Placet.

XLII

CONCILIIUM CÆSARAUGUSTANUM II

ANNO VII RECAREDI REGIS, ÆRA DCXXX.

I. Cum in Dei nomine in urbem Cæsaraugustanam provinciæ Tarraconensis ex permisso gloriosi atque sanctissimi principis Recaredi regis in anno septimo regni ejus congregati fuisset pro Dei timore tractantes, id placuit sanctæ ac venerabili synodo, ut presbyteri qui ex hæresi Ariana ad sanctam catholicam Ecclesiam conversi sunt, qui sanctam et puram fidem atque castissimam tenuerint vitam, accepta denuo benedictione presbyteratus sanctæ et pure ministrare debeant : cæteri vero qui hanc suprascriptam vitam adimplere vel tenere neglexerint, ab officio depositi sint in clero. Ita et de diaconibus sicut et de presbyteris constitutum est.

II. Statuit sancta synodus, ut reliquiæ in quibuscunque locis de Ariana hæresi inventæ fuerint prolatae a sacerdotibus, in quorum ecclesiis reperiuntur, pontificibus præsentatæ igne probentur : quod si a quibuslibet occultatæ fuerint et deteguntur, a sacrosanctæ catholicæ Ecclesiæ cœtu segregentur.

III. Statuit sancta synodus, ut episcopi de Ariana hæresi venientes, si quas ecclesias sub nomine catholicæ fidei consecraverint, necdum benedictione

^a Deest hoc concilium in omnibus Codicibus præter Æ., ex quo desumptum est.

percepta, a catholico sacerdote consecrentur denuo. Sub die Kalendarum Novembrium anno quo supra.

Artemius in Christi nomine episcopus Tarraconensis provinciæ metropolitanus hanc constitutionem subscripsi.

Sephronius in Christi nomine episcopus hanc constitutionem subscripsi.

Stephanus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Julianus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Simplicius in Christi nomine episcopus subscripsi.

Asterius in Christi nomine episcopus subscripsi.

Mumius in Christi nomine episcopus subscripsi.

Lillolus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Magnus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Joannes in Christi nomine episcopus subscripsi.

Galanus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Julianus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Antedius in Christi nomine diaconus agens vicem domini mei Gavini episcopi subscripsi.

Stephanus in Christi nomine diaconus agens vicem domini mei Aquilini episcopi subscripsi.

XLIII

CONCILIIUM CÆSARAUGUSTANUM III.

HABITUM SUB DIE KALENDARUM NOVEMBRIUM, ANNO IV ORTHODOXI ATQUE SERENISSIMI DOMINI EGICANI REGIS, ÆRA DCCXXIX.

307-308 Sacerdotes Domini, quos non solum divina pietas ad magisterium provehit sacrum, sed etiam et speculatores instituit plebium, ea se debent auctoritatis munire sententia, quo et divinis sine intermissione insistant præceptis et cunctam plebem dignis condiligant exemplis. Et ideo quia nos divina celsitudo ex jussu excellentissimi et piissimi magnique Dei cultoris domini nostri Egicani principis in hanc Cæsaraugustanam urbem coadunari præcepit, et ita sub omnimoda specialitate instituit, ut reserante falce justitiæ æquitatis consolidetur materies, et quidquid cujuslibet indiscreta pernicies a sanctis institutionibus patrum de ordinibus ecclesiasticis divellit nostris elucubratis sententiis Deo mediante in lumine deducatur veritatis : Idcirco dum nobis de

sanctæ Trinitatis mysterio secundum formulam Nicæni concilii triduo mutua fuisset collatio, ea quæ se cœtui nostro ad ædificationem totius plebis ingesserunt conspicua diligentique ratione pertractantes, quæ necessaria exsiterint Christo opitulante, cujus nos causa salutis ad hoc provocavit studium, in brevibus atque continuatis capitulis cuncta definivimus, et ad perennitatis suæ robur ea quæ a nobis acta vel definita sunt propriæ manus nostræ exaratione firmare procuravimus.

I. *Ut non liceat episcopia citra dies dominicos consecrationes ecclesiarum exercere.*

In sanctum et satis venerabile concilium residentibus nuntiatum est nobis, eo quod aliqui pontifices, regulam veritatis prætermittentes, ecclesias quæ

^a Deest hoc concilium in Codicibus B.R., E. 5, T. 1, 2, U., G.

fidelibus pia devotione construuntur extra dies dominicis consecrent. Si ergo, cum quisque nostrum mortalium ad sacerdotale promovetur officium, nullatenus patimur ut in reliquis diebus nisi tantum dominicis festivitibus hi qui honoris digni habentur officio in ordine præficiantur ecclesiastico, quanto magis ut sancta deificata templa, quæ ab hominibus fidelibus consentur honorificanda, sine diebus dominicis perhibeantur consecranda? Cujusque nos talium præsumptiones pontificum non solum sanctorum Patrum cohibemur prohibere sententia, sed et propria deliberatione censemus, ut nulli penitus pontificum in quibuscunque provinciis constituto amodo liceat præter certos dies dominicos ecclesias sanctas consecrare.

II. Ut confinitimi episcopi de sacra solemnitate paschali annua vice primatum suum inquireant.

Siquidem sancta institutio Patrum de solemnitate paschali præcipiat, ut omnes confinitimi episcopi annua vicissitudine primatum suum inquireant quo tempore Paschæ festum peragant, tamen quia didicimus nonnullos episcopos sententiam Patrum transgressientes propter quod etiam debuerunt usquequaque vigilantes manere, placuit omnibus nobis ut abinceps cuncti confinitimi episcopi nullam sibi occasionem objicientes aut longinquitate itineris præcavescentes annua recursione de festivitate paschali tempore congruo primatum suum, sub cuius potestatis manserint regimine, inquireant, ut quo die et tempore illis Paschæ festum pronuntiaverit sollicita veneratione peragant.

III. Ut monasteria diversoria sæcularium non fiant.

Sanctorum Patrum decrevit sententia, ne monasteria diversoria sæcularium fiant. Unde quia novimus quosdam abbates, quibus regulariter cura regendarum animarum commissa est, dum quasi patrono affectu aditum sæcularibus in monasteriis attribuunt, diversas insolentias monachis ibidem Deo deservientibus ingerunt, dum et eorum operationem, quo se divinæ pietati placituros alacri curiositate exhibent, deprehendunt, et vitam et mores illorum quadam mentis pernicie **309** infauste detrahendo deturpare non desinunt, et iterum, quod pessimum est, dum extraneis passim commorandi aditus infra claustra monasterii confertur, grave inolesevit vitium monachorum, quo et vitam suam per lucra mundialia sectantes degenerant, et se a proprio cœnobio voluptuosa fuditate dissociant. Quæ res ad hoc nostrum paterna pietate demulcet animos, ut ea contineamus, quæ et sanctis animabus juvenis solamen impendant et præsumptiones sæcularium removeant. Quamobrem placuit universo cœtui nostro hoc statuere vel potius definire, ut nullus abinceps sæcularium seu potestative seu etiam vel ex permissu abbatis vel cujuslibet monachorum infra claustra monasteriorum hospitandi vel commorandi habeat receptaculum, excepto quos vita probabiles, egenos aut paupertate depressos inspectio præviderit abbatis, quos et suscipere bene-

vola voluntate in monasteriis et aliendis elemosinis modis omnibus siminus. De reliquis autem personis sæcularibus, sicuti a nobis est superius præmissum, nullum penitus patimur infra claustra monasteriorum habere receptaculum. Cæterum si secretius aut sequestratim a monasterio ad id quod constructum pro supervenientibus domicilium patuerit, ibi eos suscipere abbates vel monachos oportebit, quatenus et vita eorum remotis sæculi conturbationibus in omni opere deifico probabilis inveniat, et nullius vanissimis detractionibus dehonestantur, aut certe quod inhonestum est, ne per talium susceptiones dissolutionem incurrant et a bono proposito vitam suam extorrem efficiant.

B IV. De libertis qui ab episcopis ex familia ecclesiarum manumittuntur.

Non est dubium a sanctis Patribus definitum fuisse, ut omnes liberti qui ab episcopis ex propriis familiis Ecclesiæ manumissionis gratia titulatur post decedentis episcopi obitum, mox ut alius supervenerit episcopus, infra anni spatium libertates suas repræsentent, quo secundum canonis sententiam per suas professiones debitam originis suæ conditionem agnoscant. Sed quia ita speciali modo sancta decrevit synodus, ut si ipsi liberti infra anni spatium supervenienti suo pontifici cartulas libertatis suæ præsentare neglexerint, protinus eos in pristinam servitutis redigant conditionem; et licet illi congruentius satisque luculentius retractatum fuerit, hoc tamen a nobis conspicuum perpenditur, **310** non solum et prædia ecclesiarum debita auctoritate disponimus, sed etiam et oppressis pium suffragium porrigimus, per quod et cupiditas sacerdotalis frustratur et imbecillitas pauperum sublevetur. Quia ergo comperimus quosdam pontifices, potius lucra sua ampliare studentes quam de mercedis opere Domino placentes, libertos quos ex familia Ecclesiæ a suis præcessoribus inveniunt, pro eo quod cartulas libertatis suæ infra consultum tempus non præsentent, statim eos in propriam servitutem redigere; hoc pietatis studio generali modo subrogamus beneficium, ut si iidem liberti forsitan ignoraverint ordinem canonum aut certe, ut assolet fieri, ad præsentandas libertates suas tepuerint, ipsius pontificis sollicitudo, mox in sedem sibi creditam successerit, per clericum aut domesticos perquirere procurabit quos decedentes episcopi de familiis Ecclesiæ manumissionis gratia titulerunt, ut eodem [*Æ.*, eosdem] pontifice præmonente ipsi liberti cartulas libertatis suæ repræsentent, qualiter nec liberti Ecclesiæ de institutione canonum ignorantes se esse perhibeant, nec sacerdotis callida voluntas pateat, unde contra ordinem reducantur manumissi ad originem servitutis. Quod si pontifice præmonente contempserint infra anni spatium suas libertates propriae sedis episcopo pandere, licitum sit ei secundum canonum sanctiones in jure suæ Ecclesiæ reducere servituros.

4. *Ut defuncto principe superstes regina statim et vestem sæcularem deponat et in cœnobio virginum mancipetur permansura.*

Licet plenissime in concilio Toletano de principum relictis institutum fuisset, ut nulli licitum esset superstitem reginam in conjugio ducere, aut sordidis contactibus maculare neque securis regibus nec cuilibet hominum esset permissum; tamen nostri ordinis causa est, ut creberrime ad hoc aciem mentis nostræ condirigamus, quæ animæ intuemur exhibere profectum. Unde quia præteritis temporibus multas scimus atque cognovimus principum relictas post eorum vocationem pro apice regni, quem regendo in cunctis tenuerunt, nullam reverentiam honoris eis adhiberi a populis, sed passim unicuique probatum est diversas assumentes occasiones non solum latenter in earum contrarietate insidias moliantur, verum etiam, quod veritati contrarium est, procaciter verba contumeliosa in conventu multorum eas afficiunt, et, quod omni religione abominandum atque horrendum est, de his detrahere non sinunt, quas in caterva populi ceruunt commorare; proinde paterna pietate commoti atque condigna circa tantum culmen providentes, per hujus decreti nostri principam non solum quæ in prædicto concilio exarata sunt de conjugio principum custodiri **311** perenniter atque firma stabilitate decernimus permanere, sed etiam ea quæ sunt conspicua honestati necessaria modo annectere procuramus: ut servatis in omnibus sanctionibus canonum totius Toletani concilii, quæ de principum relictis promulgatæ atque definitæ esse noscuntur, deinceps relictæ principis superiorem sententiam illibato animo pudice servans statim accersito ab hoc sæculo principe vestem sæcularem deponat, et alacri curiositate religionis habitum assumat. Quam etiam et confestim in cœnobio virginum mancipandam esse censemus, ut ab omni turbine mundi remota, nequaquam cui-

^a *Æ., potestati in publico ingeratur.*

A libet locus attribuat, per quod aut contumelium tantæ potestati ingeratur ^a aut subdita plebi hæsiæ pateat quorum ante dudum noscitur domina fuisse; sed infra claustra mo asterii jugi sedulitate persistens atque sanctimoniali vitam peragens de regno temporali opulutione divina ad regnum æternitatis mereatur pervenire.

Quicumque igitur superiores constitutiones, quæ salubri consilio a nobis definitæ esse noscuntur, violaverit vel execrari quacunq; factione pertentaverit aut permiserit, noverit se excommunicationis percepturum sententiam atque etiam exsiliî damnationis diuturno tempore incurrere jacturam.

312 Peractis quoque a nobis quæ congrua fuerunt de ordinibus ecclesiasticis, in primis immensas laudes omnipotenti Deo Patri et Filio et Spiritui sancto, cui cura est pacem et unitatem Ecclesiæ suæ sanctæ catholicæ providere, deferimus; deinde orthodoxo et serenissimo domino nostro Egicano regi, cujus institutu et devotissimo instituto in hoc coadunari meruimus synodali conventu, multiplices gratiarum actiones persolvimus, qui non solum nostrorum animos ad corrigendos ordines ecclesiasticos excitavit, sed etiam et populum per oracula regni sui voto gratioso ab impensione tributi reddidit absolutum: pro quo beneficii studio, quo plebi suæ tanta largitus est dona, Dominum Jesum Christum, qui nos potentia virtutis suæ decoravit, pretiosa ac propria effusione sanguinis sui redemit, exoramus ut ipse regnum ejus in pace sub multinoda annorum curricula solidet, gentemque et universam patriam in tranquillitate conservet, et contra hostem adversum victrix Christi dextera victorem efficiat semper, quo expletis hujus extensis vitæ temporibus ad æternum beatitudinis præmium pervenire mereatur illæsus, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor, summa virtus et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

XLIV

CONCILIIUM ILERDENSE

OCTO EPISCOPORUM, GESTUM ÆRA DLXXXIV, ANNO XV THEODORICI ^a REGIS, SUB DIE VII
IDUS AUGUSTAS.

I. *De his qui altario ministrant, ut a sanguine omnium munitioni reddantur, ea tamen ratione [^{Æ.}, ratione se abstineant.*

De his clericis qui in obsessionis necessitate positi fuerint id statutum est, ut qui altario ministrant et Christi sanguinem tradunt vel vasa sacro officio deputata contractant, ab omni humano sanguine etiam hostili abstineant: quod si in hoc inciderint, **313** duobus annis tam officio quam communione priventur, ita ut his duobus annis vigiliis, jejuniis, orationibus et elemosynis pro viribus quas Dominus donaverit expientur, et ita demum officio vel com-

munitioni reddantur, ea tamen ratione [^{Æ.}, ratione servato], ne ulterius ad officia potiora promoveantur; quod si infra præfixitum tempus negligentiores circa salutem suam exstiterint, protelandi [^{Æ.}, proadjiçienti] ipsius poenitentia tempus in potestate maneat sacerdotis.

II. *De his qui abortum faciunt vel natos suos extinguunt.*

Hi vero qui male conceptos ex adulterio factos vel editos necare studuerint, vel in uteris matrum po-

^a B.R., G., *Tendi. U*, Theuderici.

tionibus aliquibus colliserint, in utroque sexu adulteris post septem annorum curricula communio tribuatur, ita tamen ut omni tempore vitæ suæ fletibus et humilitati insistant, officium eis ministrandi recuperare non liceat; attamen in choro psallentium a tempore receptæ communionis intersint: ipsis veneficis in exitu tantum, si facinora qua omni tempore vitæ suæ desseverint, communio tribuatur.

III. *De monachis, ut clerici ordinentur cum voluntate abbatis, et quæ monasterio offeruntur non auferantur, et de basilicis quas laici fecerint.*

De monachis vero id observari placuit quod synodus Agathensis vel Aurelianensis [B.R., Arelatensis] noscitur decrevisse: hoc tantummodo adjiciendum, ut pro Ecclesiæ utilitate quos episcopus probaverit in clericatus officium cum abbatis voluntate debeant ordinari. Ea vero quæ in jure monasterii de facultatibus offeruntur, in nullo diocesana lege ab episcopis contingantur. Si autem ex laicis quisquam a se factam basilicam consecrari desiderat, nequaquam sub monasterii specie, ubi congregatio non colligitur vel regula ab episcopo non constituitur, eam a diocesana lege audeat segregare.

IV. *De incestis, ut quandiu in scelere sunt inter catechumenes habeantur.*

De his qui se incesti pollutione commaculant placuit, ut quousque in ipso detestando et illicito carnis contubernio perseverant, usque ad missam tantum catechumenorum in ecclesia admittantur; cum quibus etiam nec cibum sumere ulli Christianorum, sicut ait Apostolus vel jussit, oportet.

314 V. *De his qui altario serviunt si subito carnis fragilitate corruerint.*

Hi qui altario Dei deserviunt, si subito stenda carnis fragilitate corruerint et Domino respiciente digne pœnituerint, ita ut mortificato corpore eordis contriti sacrificium Deo offerant, maneat in potestate pontificis vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiori tempore ab Ecclesiæ corpore segregare; ita tamen ut sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoveri: quod si iterato velut canes ad vomitum reversi fuerint, non solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem nisi in exitu percipiant.

VI. *De his qui viduæ pœnitenti vel religiosæ virgini stuprum intulerint.*

Qui pœnitenti viduæ vel virgini religiosæ vim stupri intulerit, si se ab eo sequestrare noluerit, pariter a communionem et a Christianorum consortio segregetur: si vero illa quæ vim pertulit ad sanctam religionem redierit, in illo sole quoadusque publice pœniteat data sententia perseveret.

VII. *De his qui sacramento se obligant ne ad pacem redeant.*

Qui sacramento se obligaverit ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro perjurio uno anno a communionem corporis et sanguinis Domini segregatus reatum suum elemosynis, fletibus et quantis poterit jejuniis absolvat [E., T. 2,

A abluat]: ad charitatem vero quæ operis multitudinem peccatorum celeriter festinet venire.

VIII. *Si clericus servum vel discipulum de ecclesia traxerit, ut pœnitentiam agat.*

Nullus clericorum servum aut discipulum suum ad ecclesiam confugientem extrahere audeat vel flagellare præsumat; quod si fecerit, donec digne pœniteat a loco cui honorem non dedit segregatur.

IX. *De his qui rebaptizati sunt quantum pœniteant.*

De his qui in prævaricatione rebaptizati sine aliqua necessitate vel tormento dilapsi sunt, placuit ut circa eos illa Nicænæ synodi statuta serventur quæ de prævaricatoribus censita esse noventur; id est ut septem annis inter catechumenes orant, et 315 duobus inter catholicos, et postea moderatione et clementia episcopi fidelibus in oblatione et eucharistia communient.

X. *De his qui jubente episcopo omnia culpa ab Ecclesia exire contempnunt.*

Qui jubente sacerdote pro quacunque culpa ab ecclesia exire contempserint, pro noxa contumaciæ tardius recipiantur ad veniam.

XI. *De clericis qui in mutua eadem prorumpunt.*

Si clerici in mutua eadem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam perulerit, a pontifice districtius vindicetur.

XII. *De his qui contra canones ordinati sunt ut deponantur.*

Qui contra decreta canonum indiscrete clericos usque nunc ordinaverunt, eis Dominus vel sancta et ecclesiastica charitas ignoscat: amodo vero si in talia ausu proruperint, decretum canonum, quod circa eorum personas statutum est, id est, ut nullum ordinare audeant, observetur, vel qui deinceps ordinati fuerint deponantur; hi vero qui tales hactenus ordinati sunt nullo tempore promoveantur [E., T. 2, amoveantur].

XIII. *De catholicis qui filios suos baptismati hæreticorum dederunt.*

Catholicus qui filios suos in hæresi baptizandos obtulerit, oblatio illius in ecclesia nullatenus recipiatur.

XIV. *De catholicis, ut cum rebaptizatis non conversentur.*

Cum rebaptizatis fideles religiosi nec in cibo participant.

XV. *Ut clerici cum extraneis mulieribus non habitent.*

Familiaritatem extranearum mulierum licet ex toto sancti Patres antiquis monitionibus præceperint ecclesiis evitandam, id nunc tamen nobis visum est, ut qui talis probabitur, post primam et secundam commotionem si emendare neglexerit, donec in vitio perseverat officii sui dignitate privetur; quod si se Deo juvante correxerit, sancto ministerio restauretur.

316 XVI. *Si sacerdos moritur, quid de rebus ecclesiam observetur.*

Licet de re hujusmodi quam constituere salubri ordinatione decernimus prisca auctoritas canonum

nequaquam siluerit, sed evidenti sanctione præceperit, ut cujuscunque ecclesiæ pontifice defuncto non passim pro libitu suo in earum rerum direptionem, quas obiens derelinquit, quisquis irruat domumque subvertat, sed sacerdos qui exsequiarum tempore adest omnia quæ ad utilitatem et conservationem pertinent debeat diligenti circumspectione munire: tamen quia hæc ipsa sanctio, quod pejus est, a multis clericis cognoscitur violari, ita ut occumbente sacerdote expectorato affectu totaque disciplinæ severitate posthabita immaniter quæ in domo pontificali reperiuntur invadant et abradant, id nunc omnes hujus placiti vel constituti inter nos censura placuit custodire: ut defuncto antistite vel etiam adhuc in supremis agente, nullas clericorum cujuslibet ordinis, officii gradusve sit, quidquam de domo auferre præsumat, vel de utilitate quæ instrumenti domus esse noscitur, id est mobili vel immobili rei ecclesiasticæ conetur invadere, nihil furto, nihil vi, nihil dolo suppressens, auferens atque abscondens, sed is cui domus commissa est, subjunctis sibi cum consilio cleri uno vel duobus fidelissimis, omnia usque ad tempus pontificis substituendi debeat conservare, vel his qui in domo inveniuntur clericis consuetam alimoniam administrare. Substitutus antistes suscepta ea, prout decessor suus ordinavit vel huic Deus imperaverit [U., inspiraverit], uti cum his debeat quos cognoverit disciplinæ et charitatis decessoris sui fideliter parvasse. Quod si quisquam post hæc cujuslibet ordinis, ut superius dictum est, clericus quacunque occasione de domo ecclesiæ vel de omni facultate quidpiam probatus

A fuerit abstrulisse vel forsitan dolo aliquo suppressisse, reus sacrilegii prolixiori anathemate condemnatur, et vix quoque peregrina ei communio animæ concedatur: quia durum est ut hi quos constat in servitio Domini cum primæ sedis antistite desudasse, illorum, qui suarum rerum incubatores vel utilitatibus servientes atque vacantes fuisse noscuntur, despectibus aliquatenus crucientur.

Sergis [U., Sergius] in Christi nomine episcopus has constitutiones, secundum quod nobis cum fratribus nostris Deo inspirante complacuit, relegi et subscripsi.

Justus in Christi nomine episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Carontius in Christi nomine episcopus his **317** constitutionibus interfui et subscripsi.

Joannes in Christi nomine episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Paterius in Christi nomine Ecclesiæ catholicæ Barcinonensis episcopus acquievi et subscripsi

Maurilio [B.R., T. 1. U., G., Maurilio] in Christi nomine Ecclesiæ catholicæ Dertosanæ episcopus acquievi et subscripsi.

318 Taurus [U., Maurus] in Christi nomine Ecclesiæ Egarensis [In Codd., Agarenis] episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Februarius in Christi nomine episcopus Herdensis his constitutionibus interfui et subscripsi.

Gratus in Christi nomine presbyter a domino meo Staphylis [T. 2, U., Stabili] episcopo his constitutionibus interfui et subscripsi.

XLV

CONCILIIUM VALLETANUM

SEX EPISCOPORUM, HABITUM ERA * DLXXXVII, ANNO XV THEODORICI [U., THEUDERICI] REGIS, SUB DIE II NONAS DECEMBERIS.

1. Ut Evangelium post Apostolum legatur.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Valles in concilio congregati dum de ecclesiastica regula tractarem, antiquos canones relegentes, inter cætera hoc censuimus observandum, ut sacrosancta Evangelia ante munerum illationem vel missam catechumenorum in ordine lectionum post Apostolum legantur, quatenus salutaria præcepta Domini nostri Jesu Christi vel sermonem sacerdotis non solum fideles sed etiam catechumeni ac poenitentes, sed et omnes qui e diverso sunt, audire licitum habeant: sic enim pontificum prædicatione audita nonnullos ad fidem attractos evidenter scimus.

II. Ut defuncto episcopo de rebus ipsius vel Ecclesiæ nullus quidquam præsumat.

Hoc etiam placuit, ut episcopo ab hoc sæculo, jubente Domino, arcessito, clerici ab omni omnino suppellectili vel quacunque in domo ecclesiæ vel epi-

C scopi in libris, in speciebus, utensilibus, vasculis, frugibus, gregibus, animalibus vel omni omnino rapaces manus abstineant et nihil latronum more diripiant; qui si nec canonum auctoritate cohibiti fuerint, omnia quæ pervaserint, metropolitani vel omnium comprovincialium sacerdotum districtione coacti, in pristinum statum redintegrare cogantur, ut nihil antistiti vel dispensatori futuro necessarium sub hac justa constitutione depereat. Quod ut confidentius justitia manente servetur, secundum Regiensis synodi constituta, episcopo a corpore recedente, vicinior illi accedat episcopus, qui ex more exsequiis celebratis statim Ecclesiæ ipsius curam districtissime gerat, ne quid ante ordinationem futuri pontificis intantum clericorum subversioni vel direptioni jam liceat: ita ut de repertis omnibus inspectio censu descriptioque fidelissima, si fieri potest, intra octavas defuncti sub diligenti præsentis episco-

* Æ., B.R., T. 1, 2, U., G., æra DLXXXIV.

pi peragatur : dehinc ad metropolitani notitiam habita ordinatio vel descriptio deferatur, **319** ut ejus electione talis persona ordinandæ domus ecclesiasticæ procuretur, quæ valeat consueta clericis stipendia dispensare, et creditarum sibi rerum, si forsitan tarditas in episcopo ordinando successerit, metropolitano congruis temporibus reddere rationem : ut sub hac salubri constitutione clerici stipendiis suis omnino contenti labores non diripiant episcopi decedentis, et ad vacuam ecclesiæ domum futurus pontifex non sine dolore succedat, sed magis de prædecessoris sui dimisso possit et ipse gaudere et aliis ministrare.

III. *Ut propinqui morientis episcopi de rebus ejus nihil usurpent sine metropolitani et comprovincialium consensu.*

Simili quoque modo parentibus et propinquis decedentis episcopi, si intestatus obierit, denuntiatur ut sine metropolitani vel comprovincialium sacerdotum consensu nihil de rebus defuncti occupare pertentent, ne forte in hæreditariis rebus etiam aliqua ad Ecclesiam pertinentia vel permixta usurpent, sed aut usque ad ordinationem futuri expectent antistitis aut certe si longum fuerit ad metropolitani, ut dictum est, ordinationem recurrant. Si quis autem immemor divini timoris contra hæc sancita synodica clericus quisque vel laicus venire improbamente tentaverit, et communione et consortio privetur Ecclesiæ, quia durum est ut ad illam conveniat quam exspoliare non metuit, nisi forte spiritu melliori correptus, dum a præsumptione cessaverit, recuperet indulgentiam : si autem rationabiliter modesteque unusquisque repetat quod sibi jure debetur, ei absque aliqua animadversione a metropolitano vel cui injunxerit aut res aut ratio non negetur. Hoc etiam omnes canone constringendi, qui in præteritum res Ecclesiæ vel episcopi usurpantes diripuerunt.

IV. *De exsequiis morientis episcopi qualiter humetur.*

Illud etiam provido consilio decernentes, ut quia sæpe sanctorum antistitum per absentiam commendatoris episcopi exsequiæ differuntur, ita ut veneranda pontificis membra, dum tardius funerantur, injuriæ omnino subiaceant, episcopus, qui post mortem fratris ad sepeliendum eum solet invitatus

^a *Æ.*, E. 3, *episcopus hæc capitula subscripsi, sicque in reliquis subscriptionibus.* B. R., *episcopus*

A occurrere, infirmum magis et adhuc in corpore positum admonitus visitare non differat : ut aut de relevatione consacerdotis amplius **320** gaudeat, aut certe de ordinatione domus suæ fratrem admoveat ejusque probabilem voluntatem in effectum transmittat, ac recedentem a sæculo post oblatum in ejus commendationem sacrificium Deo, mox sepultura tradat diligentissime et superius constituta canonica non differat adimplere. Si autem ut fieri solet antistes obitu repentino discesserit, et collimitanei sacerdotes de longinquo minime adesse poterint, uno die tantum cum nocte exanimatum corpusculum sacerdotis non sine fratrum ac religiosorum frequentia vel psallentium excubatione servatum a presbyteris cum omni diligentia in loco conditam seorsum non statim humetur, sed honorifice commendetur, donec sine mora invitato undecunque pontifice, ab ipso ut concedet solemniter tumuletur, ut et injuriæ tollatur occasio et mos antiquus in sepeliendis sacerdotibus servetur.

V. *De vagis et inobedientibus clericis.*

Hoc etiam placuit, ut vagus atque instabilis clericus sive etiam in diaconi ministerio vel presbyterii officio constitutus, si episcopi a quo ordinatus est præceptis non obedierit, ut in delegata sibi Ecclesia officium dependat assiduam, quousque in vitio permanserit et communione et honore privetur.

VI. *Ut clericum alienum nullus ordinet, nec sit clericus qui non sponderit locum ubi sit delegatus.*

C Ut nullus alienum clericum secundum decreta canonum sine consensu episcopi sui audeat ordinare, sed nec illum sanctorum sacerdotum quisquam ordinet, qui locum se futurum primitus non sponderit [G., ostenderit], ut per hoc nullus a regula vel disciplina ecclesiastica deviare permittatur impune.

Celsinus in Christi nomine episcopus subscripsi ^a.

Justinianus [T. 1, Justinus] in Christi nomine episcopus subscripsi.

Reparatus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Setabius in Christi nomine episcopus subscripsi.

Isaglus in Christi nomine episcopus subscripsi.

Ampelius in Christi nomine episcopus subscripsi.

Sallustius in Christi nomine archidiaconus vicarius domini mei Marcelli episcopi subscripsi.

hæc constituta subscripsi, sicque postmodum in cæteris.

XLVI

CONCILIIUM TOLETANUM

DECIMUM ET NOVEM EPISCOPORUM, ACTUM ARCADI ET HONORI TEMPORIBUS, SUB DIE VII IDUUM SEPTEMBRIUM, STILICONE CONSULE, ERA ^a CCCCLXXV.

321-322 Convenientibus episcopis in ecclesia Toletana (*Æ.*, Toletana) id est, Patruinus, Marcellus, Aphrodisius, Alacianus ^b, Jucundus, Severus, Leonas, Hilarus, Olympius, Florus, Orticius, Asturius,

^a *Æ.*, U., *Æra* CCCCLXXVIII. B. R., *Æra* CCCCLXXVI. T. 1, ², *Æra* CCCCLXX.

Lampius, Serenus, Leporius, Eustochius, Aurelianus, Lampadius, Exuperantius de Gallæria Lucensis conventus, municipii Celenis, omnes decem et novem isti sunt qui et in aliis gestis adversus Priscillian-

^b *Æ.*, U., G., *Lucianus*. B. R., *Lucianus*, T. 2, *Licianus*.

sectatores et hæresim, quam astruxerat, libellarem A direxere sententiam : consententibus presbyteris, assistantibus diaconibus et cæteris qui Intererant concilio congregatis, Patruinus episcopus dixit : Quoniam singuli cospimus in ecclesiis nostris facere diversa, et inde tanta scandala sunt, quæ usque ad schisma perveniunt, si placet communi consilio decernamus quid ab omnibus episcopis in ordinandis clericis sit acquendum : mihi autem placet et constituta primitus concilii Nicæni perpetuo esse servanda, nec ab his esse recedendum. Episcopi dixerunt : Hoc omnibus placet, ita ut si quis cognitis gestis concilii Nicæni aliud quam statutum est facere præsumpserit, et non in eo perseverandum putaverit, tunc excommunicatus habeatur, nisi per correptionem (Æ., correctionem) fratrum emendaverit errorem.

I. De presbyteris et diaconibus si post ordinationem filios genuerint.

Placuit, ut diacones vel integri vel casti sint et continentis vitæ, etiam si uxores habeant, in ministerio constituentur, ita tamen ut si qui etiam ante interdictum, quod per Lusitanos episcopos constitutum est, incontinenter cum uxoribus suis vixerint, presbyterii honore non cumulentur : si quis vero ex presbyteris ante interdictum filios susceperit, de presbyterio ad episcopatum non admittatur (T. 1, permittatur).

II. Ut penitens, si necessitas cogat, lector aut ostiarius fiat.

Item placuit, ut de penitente non admittatur ad clerum, nisi tantum necessitas aut usus exegerit inter ostiarios deputatur vel inter lectores, ita ut Evangelia et Apostolum non legat : si qui autem ante ordinati sunt subdiacones, inter subdiacones habeantur, ita ut manum non imponant aut sacra non contingant. Ex penitente vero dicimus de eo, qui post baptismum aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus gravissimisque peccatis publicam penitentiam gerens (Æ., agens), sub cilicio divino fuerit reconciliatus altarjo.

III. De his qui viduas acceperint ne diacones fiant.

Item constituit sancta synodus, ut lector fidelis, si viduam alterius uxorem acceperit, amplius nihil sit, sed semper lector habeatur aut forte subdiaconus.

IV. Ut subdiaconus, si defuncta uxore aliam duxerit, ostiarius fiat.

Subdiaconus autem defuncta uxore si aliam duxerit, et ab officio in quo ordinatus fuerat removeatur, et habeatur inter ostiarios vel inter lectores, ita ut Evangelium et Apostolum non legat, propterea ne qui ecclesiæ servierit publicis officiis servire videatur: qui vero tertiam, quod nec dicendum aut audiendum est, acceperit, abstantus biennio, postea inter laicos reconciliatus per penitentiam communicet.

323 V. Ut si cujuslibet ordinis clericus tardius ad ecclesiam venerit deponatur.

Presbyter vel diaconus, vel subdiaconus, vel quilibet ecclesiæ deputatus clericus, si intra civitatem fuerit vel in loco in quo est ecclesia, aut castellum, aut vicus

* Ab hac voce *peccaverint* incipit Codex E. 4.

aut villa, et ad ecclesiam ad sacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, si castigatus per satisfactionem veniam ab episcopo noluerit promereri.

VI. Ut religiosa puella rirorum familiaritatem non habeat.

Item ne qua puella Dei aut familiaritatem habeat cum confessore aut eum quolibet laico, sive sanguinis alieni, aut convivium sola, nisi ubi sit ætiorum frequentia, aut honestorum, aut viduarum honestarumque, ubi honeste confessor quilibet cum plurimorum testimonio convivio interesse possit : cum lectoribus autem in ipsorum domibus non admittendas penitus nec videndas, nisi forte consanguinea soror sit, vel uterina.

VII. Ut clericus cui uxor peccaverit, præter necem, potestatem habeat distringendi eam, et cum ea cibum non sumat.

Placuit, ut si cuicumque clericorum uxores peccaverint, ne forte licentiam peccandi plus habeant, accipiant mariti earum hanc potestatem præter necem custodiendi, ligandi in domo sua, ad jejunia salutaria non mortifera cogentes, ita ut invicem sibi clerici pauperes auxilium ferant, si servitia forte non habeant; cum uxoribus autem ipsis quæ peccaverint nec cibum sumant, nisi forte ad timorem Dei acta penitentia revertantur.

VIII. De eo qui post baptismum militaverit, ut ad diaconium non promoveatur.

Si quis post baptismum militaverit et chlamydem sumperit aut cingulum, etiam si gravia non admiserit, si ad clerum admissus fuerit, diaconii dignitatem non accipiat.

IX. Ut nulla professa vel vidua absente sacerdote in domo sua sacerdotale officium vel lucernale impleat.

Nulla professa vel vidua, absente episcopo vel presbytero, in domo sua antiphonas cum confessore vel servo suo faciat : lucernarium vero nisi in ecclesia non legatur, aut si legitur in villa, præsentem episcopo, vel presbytero, vel diacono legatur.

324 X. Ut nullus obligatum cuiquam absque consensu domini vel patroni clericum faciat.

Clericos, si obligati sunt vel pro æquatione, vel genere alicujus domus, non ordinandos, nisi probatæ vitæ fuerint et patronorum consensus accesserit.

XI. Ut si quis potentium quemlibet exspoliaverit et ammonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.

D Si quis de potentibus clericum aut quemlibet pauperiorem aut religiosum exspoliaverit, et mandaverit ad ipsam episcopus ut eum audiat et is contempserit, invicem mox scripta pereurrant per omnes provincie episcopos et quoscumque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur donec audiatur ut reddat aliena.

XII. Ut nullus clericus de episcopo suo recedat et ad altum se transferat.

Item, ut liberum ulli clerico non sit discedere de episcopo suo et alteri episcopo communicare, nisi forte ei, quem episcopus alius libenter habeat de hæreticorum schismate discedentem et ad fidem catho-

^b E. 4, T. 1, *potestatibus*.

licam revertentem. Si quis autem de catholicis discesserit, et in communione eorum vel palam vel occulte, qui vel excommunicati sunt, vel per sententiam jam notati, fuerint inventi, habeant illorum ad quos ire voluerunt etiam in damnatione consortium.

XIII. *De his qui in ecclesiam intrant et non communicant, ut excommunicentur.*

De his qui intrant in ecclesiam et deprehenduntur nunquam communicare, admoneantur ut si non communicant ad poenitentiam accedant; si communicant non semper abstineant; si non fecerint, abstineant.

XIV. *De eo qui acceperit eucharistiam et non sumpserit ut sacrilegus repellatur.*

Si quis autem acceptam a sacerdote eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur.

XV. *De his qui excommunicantur a sacerdotibus, ut nullus ad eos accedat.*

Quisquis laicus abstinetur, ad hunc vel ad domum eius clericorum vel religiosorum nullus accedat: similiter et clericus si abstinetur a clericis evitetur^a; si quis cum illo colloqui **325** aut convivare fuerit deprehensus, etiam ipse abstinetur: sed hoc pertinet ad eos clericos qui eius sunt episcopi, et ad omnes qui commoniti fuerint de eo qui abstinetur, sive laico quolibet, sive clerico.

XVI. *Ut devota si adulteraverit, decem annis poeniteat: si maritum duxerit non permittendam ad poenitentiam, nisi maritus discesserit.*

Devotam peccantem non recipiendam in ecclesiam, nisi peccare desierit et desinens egerit aptam poenitentiam decem annis: recipiat communionem: prius autem quam in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullius convivium Christianae mulieris accedat; quod si admissa fuerit, etiam haec quae eam receperit habeatur abstenta: corruptorem etiam par poena constringat. Quae autem maritum acceperit, non admittatur ad poenitentiam, nisi adhuc vivente ipso marito caste vivere coeperit, aut postquam ipse discesserit.

XVII. *De eo qui uxorem habet, si concubinam habuerit, ut non communicet.*

Si quis habens uxorem fidelis concubinam habeat, non communicet: caeterum is qui non habet uxorem et pro uxore concubinam habeat, a communione non repellatur; tantum aut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinae, ut ei placuerit, sit conjunctione contentus: alias vero vivens abjiciatur donec desinat, et per poenitentiam revertatur.

XVIII. *Si sacerdotis vidua vel levitae maritum acceperit, in fine tantum communicet.*

Si qua vidua episcopi, aut presbyteri, aut diaconi

^a *Æ.*, B.R., E. 3, 4, T. 1, 2, G., devitetur.

^b Ex *Æ.*, B.R., U., G. In E. 3, T. 2, sacramentum subveniat. In A., et reliquis: a sacramento subveniat, forte pro subveniatur.

^c *Æ.*, B.R., E. 4, secesserit.

^d B.R., E. 4, facere.

^e *Æ.*, diem festum Paschae. U., diem sanctum Paschae.

maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea convivium sumat; nunquam communicet, morientis tantum [T. 2, tamen] ei sacramenta^b subveniant.

XIX. *Si sacerdotis vel diaconi filia religiosa peccaverit, in fine tantum communicet.*

Episcopi, sive presbyteri, sive diaconi, filia si devota fuerit et peccaverit et maritum duxerit, si eam pater, vel mater in affectum receperint, a communione habeantur alieni: pater vero causas in concilio se noverit praestaturum; mulier autem non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit poenitentiam; si autem vivente eo recesserit^c **326** et poenituerit et petierit communionem, in ultimo die vitae deficiens accipiat communionem.

XX. *Ut praeter episcopum nullus chrisma conficiat.*

Quamvis pene ubique custodiatur ut absque episcopo chrisma nemo conficiat, tamen quia in aliquibus locis vel provinciis presbyteri dicuntur chrisma conficere, placuit ex hac die nullum alium nisi episcopum chrisma conficere^d et per dioeceses destinare, ita ut de singulis ecclesiis ad episcopum ante diem Paschae^e diaconi destinentur aut subdiaconi, ut confectum chrisma ab episcopo destinatum ad diem Paschae possit occurrere. Episcopum [T. 2, episcopo] sane certum est omni tempore licere chrisma conficere, sine conscientia autem episcopi nihil penitus faciendum: statutum vero est diaconem non chrismare sed presbyterem absente episcopo, praesente vero si ab ipso fuerit praecipuum. Hujusmodi constitutionem meminerit semper archidiaconus vel praesentibus, vel absentibus episcopis, suggerendam, ut eam aut episcopi custodiant aut presbyteri non relinquunt.

Patruinus episcopus subscripsi.

Marcellus episcopus subscripsi.

Aphrodisius^f episcopus subscripsi.

Licinianus^g episcopus subscripsi.

Jucundus episcopus subscripsi.

Severus episcopus subscripsi.

Leonas episcopus subscripsi.

Hilarius episcopus subscripsi.

Olympius episcopus subscripsi.

Orticus episcopus subscripsi.

Asturius episcopus subscripsi.

Lampius episcopus subscripsi.

Serenus episcopus subscripsi.

Florus episcopus subscripsi.

Leporius episcopus subscripsi.

Eustochius episcopus subscripsi.

Aurelianus episcopus subscripsi.

Lampadius episcopus subscripsi.

Exuperantius episcopus subscripsi.

^f *Æ.*, T. 1, 2, Aphrodisius, cum initio concilii scripserit Aphrodisius.

^g Perpendatur scriptorum oscitatio: Codices qui in praefatione concilii scripserant Alacianus, nunc Licinianus scribunt; qui antea Lucianus, postea Licinianus; quique ante Licianus, in subscriptionibus Lucianus.

Regulæ fidei catholicæ contra omnes hæreses et quam maxime contra Priscillianos, quas episcopi Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitani et Bælici fecerunt, et cum præcepto papæ Urbis a Leonis ad Balconium [B., R., Balaconium] episcopum Gallicie transmiserunt. Ipsi etiam et supra scripta viginti canonum capitula statuerunt in concilio Toletano.

Credimus in unum verum Deum Patrem, **327** et Filium; et Spiritum sanctum, visibilium et invisibilem factorem, per quem creata sunt omnia in cælo et in terra : hunc unum Deum et hanc unam esse divinæ substantiæ Trinitatem : Patrem autem non esse ipsum Filium, sed habere Filium qui Pater non sit : Filium non esse Patrem, sed Filium Dei de Patris esse natura : Spiritum quoque Paraclitum esse, qui nec Pater sit ipse, nec Filius, sed a Patre Filioque procedens. ^b Est ergo ingenitus Pater, genitus Filius, non genitus Paraclitus, sed a Patre Filioque procedens. Pater est cujus vox hæc est audita de cælis : *Hic est Filius meus in quo mihi bene complacui; ipsum audite.* Filius est qui ait : *Ego a Patre exivi et a Deo veni in hunc mundum.* Paraclitus Spiritus est de quo Filius ait : *Nisi abiero ego ad Patrem, Paraclitus non veniet ad vos.* Hanc Trinitatem personis distinctam, substantiam unitam virtute et potestate et majestate indivisibilem, indifferentem : præter hanc nullam credimus divinam esse naturam, vel angeli vel spiritus, vel virtutis alicujus quæ Deus esse credatur. Hunc igitur Filium Dei Deum natum a Patre ante omne omnino principium sanctificasse uterum Mariæ virginis, atque ex ea verum hominem sine virili generatum semine suscepisse, duobus duntaxat naturis, id est deitatis et carnis, in unam convenientibus omnino personam, id est Dominum nostrum Jesum Christum : nec imaginarium corpus aut phantasmatis alicujus in eo fuisse, sed solidum atque verum : hunc et esurisse, et sitisse, et doluisse, et flevisse, et omnes corporis injurias pertulisse : postremo a Judæis crucifixum et sepultum, et tertia die resurrexisse : conversatum postmodum cum discipulis suis, quadragesima post resurrectionem die ad cælum ascendisse : hunc Filium hominis etiam Dei Filium dici : filium autem Dei Deum hominis filium appellari. Resurrectionem vero futuram humanæ credimus carni : animam autem hominis non divinam esse substantiam aut Dei partem, sed creaturam dicimus divina voluntate creatam.

I. Si quis autem dixerit aut crediderit a Deo omnipotente mundam hunc factum non fuisse, atque ejus omnia instrumenta, anathema sit.

* B.R., T. 2, urbis Romæ Leonis. E. 4, urbis ad Balconium.

II. Si quis dixerit atque crediderit Deum Patrem eundem esse Filium vel Paraclitum, anathema sit.

328 III. Si quis dixerit vel crediderit Dei Filium eundem esse Patrem vel Paraclitum, anathema sit.

IV. Si quis dixerit vel crediderit Paraclitum vel Patrem esse vel Filium, anathema sit.

V. Si quis dixerit vel crediderit carnem tantum sine anima a Filio Dei fuisse susceptam, anathema sit.

VI. Si quis dixerit vel crediderit Christum innascibilem esse, anathema sit.

VII. Si quis dixerit vel crediderit deitatem Christi convertibilem fuisse, vel passibilem, anathema sit.

VIII. Si quis dixerit vel crediderit alterum Deum esse prisæ legis, alterum Evangeliorum, anathema sit.

IX. Si quis dixerit vel crediderit ab altero Deo mundum factum fuisse, et non ab eo de quo scriptum est : *In principio fecit Deus cælum et terram,* anathema sit.

X. Si quis dixerit vel crediderit corpora humana non resurgere post mortem, anathema sit.

XI. Si quis dixerit vel crediderit animam humanam Dei portionem vel Dei esse substantiam, anathema sit.

XII. Si quis dixerit vel crediderit alias scripturas, præter quas Ecclesia catholica recipit, in auctoritate habendas vel esse venerandas, anathema sit.

XIII. Si quis dixerit vel crediderit deitatis et carnis unam esse in Christo naturam, anathema sit.

XIV. Si quis dixerit vel crediderit esse aliquid quod se extra divinam Trinitatem possit extendere, anathema sit.

XV. Si quis astrologiæ vel mathesi existimat esse credendum, anathema sit.

XVI. Si quis dixerit vel crediderit conjugia hominum, quæ secundum legem divinam licita habentur, execrabilia esse, anathema sit.

XVII. Si quis dixerit vel crediderit carnes avium seu pecudum, quæ ad escam datæ sunt, non tantum pro castigatione corporum abstinendas, sed execrandas esse, anathema sit.

XVIII. Si quis in his erroribus Priscilliani sectam sequitur vel profitetur, ut aliud in salutari baptismo contra sedem sancti Petri faciat, anathema sit.

^b Deficit periodus hæc in BR.

* Ex T. 1. In A. et reliquis : in *salutare baptismi*.

XLVII CONCILIIUM TOLETANUM SECUNDUM.

OCTO EPISCOPORUM, HABITUM SUB DIE XV KALENDAS JUNIAS, ANNO QUINTO REGNI DOMINI
NOSTRI AMALARICI REGIS, ERA DLXV.

329-330 Cum in voluntate Domini apud Toletanam urbem sanctorum episcoporum presentia convenisset, et de institutis Patrum canonumque decretis commemoratio haberetur, id nobis in unum positum placuit: ut si qua in antiquis canonibus minime commemorata sunt, salubri tractatu ac diligenti consideratione instituantur; si qua vero in anterioribus conciliis sunt decreta, sed abusione temporum hactenus sunt neglecta, redivivæ ordinationis censuram obtineant, quatenus dum in his quæ ad cultum fidei pertinent studium religiosæ observationis impendimus, Dei nostri misericordiam facilius impetremus.

I. *De his quos parentes ab infantia clericatus officio manciparunt, si postea voluntatem habent nubendi.*

De his quos voluntas parentum a primis infantia annis clericatus officio mancipavit hoc statuimus observandum: ut mox detonsi vel ministerio electorum [BR., lectorum] cum traditi fuerint in domo ecclesie sub episcopali presentia a præposito sibi debeant erudiri; at ubi octavum decimum ætatis suæ compleverint annum, coram totius cleri plebisque conspectu voluntas eorum de expetendo conjugio ab episcopo perscrutetur, quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit et professionem castimonie suæ absque conjugali necessitate se sponderint servaturos, hi tanquam appetitores arctissimæ vitæ lenissimo Domini iugo subdantur, ac primum subdiaconatus ministerium habita probatione professionis suæ a vicesimo anno suscipiant; quod si inculpabiliter ac inoffense vicesimum et quintum annum ætatis suæ peregerint, ad diaconatus officium, si scienter implere posse ab episcopo comprobantur, promoveri. Cavendum tamen est his, ne quando suæ sponsonis immemores ad terrenas nuptias aut ad furtivos concubitus ultra recurrant; quod si forte fecerint, ut sacrilegii rei damnentur, et ab Ecclesia habeantur extranei: his autem quibus voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab apostolis sententiam auferre non possumus, ita ut cum provecætatis in conjugio positi renuntiaturos se pari consensu operibus carnis sponderint, ad sacros gradus aspirent.

II. *De clerico qui ad aliam ecclesiam transit et qui eum suscepit.*

Similiter placuit custodiri, ne qui de his qui tali educatione imbuuntur, qualibet occasione cogente, propriam relinquentes ecclesiam ad aliam transire

præsumant: episcopus vero qui eum suscipere absque conscientia proprii sacerdotis fortasse præsumperit, totius fraternitatis reum esse se noverit, quia durum est ut eum quem alius rurali sensu ac squalore infantie exiit, alius suscipere aut vindicare præsumat.

III. *Ut nullus a subdiaconatu et supra cum extranea habitet muliere.*

Illud vero præterea speciali ordinatione decrevimus quod nec antiqua concilia in universis pene canonibus siluerunt, ut nullus clericorum a gradu subdiaconatus et supra in consortii familiaritate habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, aut ancillam, sed si sunt ei hujusmodi servitia, matri vel sorori alique propinquitati contradat **331** et quidquid suis manibus profecerint proprio domino deferatur; aut si propinquitas memorata deest, alia domus ad earum habitaculum requiratur, dummodo nulla occasio introeundi domum clerici femine permittatur, unde aut laqueum possit incurrere, aut noxialis fama innocenti fortasse possit inuri. Sane si deinceps post hanc datam admonitionem quisquis harum consortio frui voluerit, noverit se non solum a clericatus officio retrahi vel ecclesie foribus pelli, sed etiam ab omnium catholicorum clericorum vel laicorum communione privari, nulla prorsus vel colloqui consolatione relicta, quatenus malæ consuetudinis abrasa rubigo in posteros radicis suæ veneno serpere non possit.

IV. *Ut quidquid de jure Ecclesie clerici tenuerint, post obitum eorum ad Ecclesiam revertatur.*

Si quis sane clericorum agella vel vineolas in terris ecclesie sibi fecisse probatur sustentandæ vitæ causa, usque ad diem obitus sui possideat; post suum vero de hac luce discessum juxta priorum canonum constitutiones jus suum Ecclesie sancte restituat, nec testamentario ac successorio jure cuiquam hæredum pro hæredumve relinquat, nisi forsitan cui episcopus pro servitiis ac præstatione Ecclesie largiri voluerit.

V. *De his qui proximis suis se copulant, ut a communione Christi separentur.*

Nam et hæc salubriter præcavenda sancimus, ne qui fidelium propinquam sanguinis sui, usquequo affluuntis lineamenta generis successione cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari, quoniam scriptum est: *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat ut revelet turpitudinem ejus: nec sine denuntiatione sententiæ, nam paulo post infert*

^a Æ., B.R., E. 3, 4, U., G., viæ.

^b Ex omnibus Codicibus, præter A., in quo: *ordine.*

et dicit : *Anima quæ fecerit de abominationis istis quid-
piam, peribit de medio populi sui.* Si quis ergo hujus
decreti nostri temerator exaliterit ac vetitum violare
presumpserit, tanto graviori se mulciandum sententia
recognoscat, quanto eam propinquiores cui copu-
lari se maluit suæ originis esse non ambigit, tan-
toque aanosioris excommunicationis tempore et a
Christi corpore et fraternitatis consortio sequestrat-
ur, quanto fuerit propinquioris sanguinis contagio-
ne pollutus. Hujus institutionis regulam qui subscri-
bitur irrefragabili auctoritate nos spondemus ser-
vatos : si quis autem tam nostram vel eorum qui
nunc sanctæ synodo ex hac provincia defuerunt
huic tam salubri 332 ordinationi obviare præ-
sumpserit vel solerter adimplere neglexerit, convic-
tus totius fraternæ charitatis aliquandiu habeatur
extraneus.

Sane juxta priorum canonum decreta concilium
apud fratrem nostrum Montanum episcopum, si Do-
minus voluerit, futurum pronuntiamus, ita ut frater
et coepiscopus noster Montanus, qui in metropoli
est, ad comprovinciales nostros Domini sacerdotes
litteras de congreganda synodo adveniente tempore
debeat destinare. Nunc ergo in nomine Domini finitis
his quæ in collationem venerunt, gratias agimus
omnipotentî Deo, deinde domino glorioso Amalarico
regi divinam clementiam postulantes, qui innumeris
annis regni ejus ea quæ ad cultum fidei perveniunt
peragendi nobis licentiam præstet. Amen.

Montanus, in Christi nomine episcopus, his consti-
tutionibus acquievi, relegi et subscripsi die et anno
quo supra.

Pancarius episcopus his constitutionibus acquievi,
relegi et subscripsi die et anno quo supra.

Canonius episcopus his constitutionibus acquievi,
relegi et subscripsi die et anno quo supra.

Paulus episcopus his constitutionibus acquievi,
relegi et subscripsi die et anno quo supra.

Domitianus episcopus his constitutionibus acquievi,
relegi et subscripsi die et anno quo supra.

Marcianus, in Christi nomine episcopus, ob cau-
sam fidei catholicæ in Toletana urbe exilio deputatus,
sanctorum fratrum meorum constitutionibus interfui,
relegi et subscripsi die et anno quo supra.

Nibradius, in Christi nomine episcopus ecclesiæ
catholicæ Egarensis, hanc constitutionem consecra-
torum meorum in Toletana urbe habitam, cum post
aliquantum temporis advenissem, salva auctoritate
præcorum canonum, relegi, probavi et subscripsi.

Justus, in Christi nomine ecclesiæ catholicæ Urge-
litane episcopus, hanc constitutionem consecratorum
meorum in Toletana urbe habitam, cum post ali-
quantum temporis advenissem, salva auctoritate
præcorum canonum, relegi, probavi et subscripsi.

^a *Æ.*, B.R., *Marrucinus*. E. 5, 4, T. 1, 2, U., *Mar-*
rucinus.

^b Desunt hæc epistolæ in *A.*, *Æ.*, E. 2. Desumptæ

^b *Domini dilectissimis fratribus filisque territorii
Palentini Montanus episcopus in Domino Deo æter-*
nam salutem.

Cunctarum ecclesiarum Domini potissimos præules
per Ezechielem prophetam terribilis illa communitorii
dicio sub speculatoris nomine concutit, dicens : *Fili
hominis, speculatorem dedi te domui Israel : audiens
ergo 333 ex ore meo sermonem annuntiabis eis ex
me. Si, dicente me ad implum : Impie, morte morieris :
non annuntiaveris ei, neque locutus fueris, ut avertatur
a via sua impia et vivat ; ipse quidem in iniquitate sua
moriatur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram :*
et cætera, quæ hujus lectionis ordo de admonitis
admonitique anima exquirendam ostendit. Hac ergo
voce permotus hujus officii necessitudinem me
suscepisse non nesciens studere curavi, ne cujusquam
perditi animam de manu mea Christus requirat
[T. 1, 2, inquirat], præsertim cum Toletanæ urbi
metropolitanum privilegium vetus consuetudo tradi-
derit, et eo magis non solum parochiarum, sed et
urbium cura hujus urbis sollicitet sacerdotem. Ergo,
ut Apostolus dicit : *Quid horum vultis ? in virga veniam
ad vos ? an in charitate et spiritu mansuetudinis ?* nova
namque præsumptio præsentium vobis presbytero-
rum nostros pulsavit auditus, si tamen nova tantum
et non detestabilis dici possit, quæ ab initio fidei
catholicæ nunquam præter nunc subrepisse [U.,
surrexisse] probatur, ut id quod per manus summi
pontificis trinæ divinitatis invocatio sanctificare
consuevit, presbyter ignarus disciplinæ conficere sibi
chrisma præsumeret. Hoc si ignavix est, tam demens
sacerdos esse non debuit ; si præsumptionis est, hunc
schismaticum esse quis nesciat, qui inauditam rem
et religioni contrariam, senescente jam mundo, talis
temerator inducat ? Revolvatur manibus vestris, o
presbyteri, sacratissimus Numeri liber, in quo vestri
officii in septuaginta seniorum personis auspiciatus
est honor, et invenietis quorum negotiorum vobis
prærogativa concessa sit. Adjutores vos Deus nostri
laboris secundo dignitatis gradu esse voluit, non
temeratores sacrarum quarundam rerum esse per-
misit. Sic Nadab et Abiud ignem offerentes alienum,
id est sui officii non debitum, divinus ignis absumpsit.
Sic Chore, Dathan atque Abiron Moysi Dei gratia et
divinis eloquiis perfruenti invidentibus ac dicentibus :
D *Non soli tibi locutus est Deus, quia omnis congregatio
sancta est, novis schismaticis interitus novæ perditio-
nis advenit, ut jejuno ore insatiabiliter terra sorbe-
ret, quos indignatio divina damnasset. Quid memo-
rem Oziam, qui non contentus regalibus fascibus, ne
fongeretur et sacerdotis officio contra jus fasque
potestatis velatus cothurno oblationem explationis
solis sacerdotibus debitam dum offerre pararet, sic
actione cælesti lepra perfunditur, ut munere sacer-
dotis et regni exosus usque ad obitum permaneret ?
Oziam pariter, quantum ad ipsum erat, devoto officio
jacentis calcitrantibus ne arca Dei laboretur susti-
sunt ex B.R., cum variantibus cæterorum lectio-
nibus.*

nere parantem divinitus percussio illata consumpsit, **334** ostendere scilicet volens, quia nullis omnino causis, nec sub occasione humilitatis præsumentibus, divina officia et sacramenta cœlestia ab eo, cui non incumbit officium, contingi aliquatenus debent. Caveant ergo, caveant hi qui sibi putant esse licitum quod aliis non ignorant esse illicitum, ne similis eos horum, quos memoravimus, poena percellat. An forsitan sanctorum Patrum regulas et constitutiones synodicas ignoratis, quibus præcipiuntur ut parochienses presbyteri non per viliores personas, sed aut per semetipsos, aut per rectores sacrariorum annuis vicibus chrisma a præsidente sibi episcopo petant? Credo quod qui petere jusserunt potestatem consecrandi penitus abstulerunt. Providebit ergo charitas vestra, ne post hujus humilitatis nostræ interdictum, donec et consuetus vobis a Domino præparatur antistes, quisquis vetita [E. 4, vetera] iterare præsumat et incipiat graviores ecclesiasticæ districtiois sustinere censuram. Utatur quisquis honoris sui concessio privilegio, quod proprium scit ordinis presbyterii, non quod summi pontificatus est improbus minister assumat. Quisquis post hanc admonitionem in hujusmodi rebus aliquatenus fuerit deprehensus, anathematis insolubili vinculo se noverit esse damnandum: cui in hoc ipsum non parum humanitatis conceditur, quod nunc eum transire patimur impunitum. Sane si Dominus voluerit, cum tempus paschalis festivitatis advenerit, si vobis ad petendum impossibile est, datis litteris vestris indicare debebitis, et nos sacri hujus liquoris ultro poterimus transmittere gratiam, dummodo non præsumatur illicita. Pari ratione cognovimus quod ad consecrationem basilicarum alienæ sortis a vobis episcopi invitentur, et licet sint unius fidei copula nobiscum in Christo connexi, tamen nec provincie privilegiis, nec rerum Domini noscitur utilitatibus convenire, quia jam ad ipsum hujusmodi fama perlata est; ideoque salubri ordinatione censuimus, ut si quando talis necessitas incubuerit, litteris nos informare debeatis, et aut per nos, aut per eum qui nobis ex fratribus et coepiscopis nostris visus fuerit et consecratio ecclesiarum, Deo auspice, poterit celebrari. Præterea perditissimam Priscillianistarum sectam non tam actis ^a quam nomine a vobis præcipue novimus honorari. Rogo, quæ est ista dementia in ejus amore superflue labi, quem in opere non velis imitari? Nam ut pauca de ejus spurcitiis in notitiam vestri deducam, exceptis iis quæ in divinitatem profanus erupit et ore sacrilego blasphemavit, omnium vitiorum in eodem congeries veluti in sordium sentina confluit, ut sectatricum pudorem impuderatus **335** adulter eriperet, et ut ad sceleris nefarii effectum facilius perveniret, maleficium usum gesta ejus assignant. Quid tamen id hoc religioni congruum fidelis cujusquam anima veneratur, qui non solum a sanctis sacerdotibus refutatus est, verum etiam mundani principes justitia legum suarum eum pro memorati sceleris qualitate damnarunt? Hunc

^a E. 4. T. 1, 2, sectam tam actis.

A talem fuisse plenius discet qui beatissimi ac religiosissimi viri Thuribii episcopi ad sanctum papam urbis Romæ Leonem libros editos legit, in quibus hanc sordidam hæresim explanavit, aperuit et occultam tenebris suis perfidiæque nube velatam in propatulo misit. Ex ipsis etenim libris, qualiter cavere, quid respondere contra sacrilegos possit pius lector inveniet. Unde quæso ut, perfidiam cum auctore damnantes atque anathematizantes, rectæ fidei regulam teneatis, et de omnibus suprascriptis cautiones exhibere vos procuretis, quo facilius nec mihi de taciturnitate possit esse damnatio, et vobis de obedientia fructum maximum coram Salvatore Deo nostro providere possitis. Pax Domini cum omnibus vobis. Amen.

B *Domino eximio præcipioque christicolæ domino et filio Thuribio Montanus episcopus.*

Alumnus te fidei catholicæ et sanctæ religionis amicum etiam in actis mundialibus conversantem valde et novimus et probavimus. Cum enim adhuc floresceres in sæculo, ita claritudinis tuæ vita perpatuit, ut secundum sententiam Domini et quæ sunt Cæsaris Cæsari non negares, et Deo quæ sua sunt devota mente persolveres. Jure etenim auctorem te divini cultus in hac præsertim provincia nominabo. Putasne quanta tibi apud Deum maneat merces, cujus solertia vel instinctu et idolatriæ error abscessit, et Priscillianistarum detestabilis ac pudenda ^b secta contabuit? si tamen adhuc ejus nomen honorare desistant, cujus per tuam admonitionem collapsa esse opera non ignorant. Nam de terrenorum dominorum fide quid loquar? cui ita tuum impendisti laborem, ut feroces cohabitantium tibi animos ad salubrem regulam et normam regularis disciplinæ perduceres. Præstabit divina clementia quia id quod summo labore conatus es, precibus **336** et oratione perficeres. Quæ tamen ex Palentino conventu ad vos pervenerint celsitudini vestræ indicare curavi, quo facilius per vestram inreparationem nefanda præsumptio in posterum conquiescat. Quidam ut ad nos perlatum est presbyteri ausu temerario res sacras non tam consecrare quam violare præsumunt, et cunctis ab initio fidei catholicæ sæculis inusitatum sui ordinis hominibus, nisi tantum summis pontificibus debitum, jus consecrationis chris-mæ, nescio quo typo an dementia dicam, indubitanter assumunt, quod quam sacrilegum sit, piissimam conscientiam tuam latere non credo, et ideo spero ut pro enervanda hac ipsa superfluitate severissimi sacerdotis auctoritate utaris, et tantæ rei temeratores districtioni inreparatione coerceas. Qui si post datam admonitionem nefas iterare præsumperint, contumacia eorum sententia convenienti damnabitur. Simili ratione cognovimus, eo quod necessitudine consecrandarum basilicarum fratres nostri alienæ sortis episcopi in locis istis invitati conveniant; et licet sit in toto orbe sponsæ Christi thalamus unus ejusque antistites una in eodem sint sibula charitatis et fidei unione connexi; quod tamen privilegium

^b E. 4, T. 1, 2, pudibunda.

decessori nostro, necnon dominis et fratribus nostris Carpetaniæ vel Celtiberiæ episcopis vester coepiscopus fecit, in exemplaribus charitati vestræ direximus ut scire possitis, improba petitio qualem potuisset habere profectum. Et certe municipia, id est Segobia, Brittablo et Cauca eisdem non quidem rationabiliter, sed pro nominis dignitate concessimus, ne collata benedictio, persona vagante, vilesceret. Quod ipsi tantummodo, dum adjuvit, præstitum fuisse cognoscite. Ille ergo providere volumus, ut

A consuetudinem antiquam nulla ratione prætermittere debeatis; quod si hæc nostra admonitio in vobis nihil profecerit, necesse nobis erit domini nostri exinde auribus intinare, pariter et filio nostro Ergani suggerere, et hujusmodi ausum præcepta culminis ejus vel districtio judicis non sine vestro detrimento severissime vindicabunt: tanta enim, tribuente Domino, ejus est pietas, ut nihil de hoc quod jus antiquum custodisse probatur, immutari permittat. Divina vos custodiat Trinitas. Amen.

XLVIII

CONCLIVM TOLETANUM TERTIVM.

SEXAGINTA DVORVM EPISCOPORVM, IN QVO ARIANA HERESIS IN HISPANIA CONDEMNATUR.

337-338 In nomine Domini nostri Jesu Christi, anno regnante quarto gloriosissimo atque piissimo et Deo fidelissimo domino Recaredo rege, die viii Iduum Maiarum, æra DCXXVII, hæc sancta synodus habita est in civitate regia Toletana ab episcopis totius Hispaniæ vel Galliæ qui infra scripti ^a sunt.

Cum pro fidei suæ sinceritate idem gloriosissimus princeps omnes regiminis [BR., E. 4, regni] sui pontifices in unum convenire mandasset, ut tam de ejus conversione quam de gentis Gothorum innovatione in Domino exsultarent, et diviniæ dignationi pro tanto munere gratias agerent, sanctissimus idem princeps sic venerandum concilium alloquitur dicens: « Non incognitum reor esse vobis, reverentissimi sacerdotes, quod propter instaurandam disciplinæ ecclesiasticæ formam ad nostræ vos serenitatis præsentiam devocaverim: et quia decursis retro temporibus hæresis imminens in tota Ecclesia catholica agere synodica negotia denegabat, Deus cui placuit per nos ejusdem hæresis obicem depellere admonuit instituta de more ecclesiastica reparare. Ergo sit vobis jucunditatis, et gaudii quod mos canonicus prospectu Dei per nostram gloriam ad paternos reducit terminos; prius tamen admoneo pariter et exhortor, jejuniis vos et vigiliis atque orationibus operam dare, ut ordo canonicus quem a sacerdotalibus sensibus detraxerat longa ac diuturna oblivio, quæ ætas nostra se nescire [BR., senescere] fatetur, divino vobis rursus dono patefiat. » Ad hæc autem gratias Deo agentes et religiosissimo principi, universo concilio in laudibus acclamante, triduanum est exinde prædicatum jejunium; sed cum die octava Iduum Maiarum in unum cætum [T. 2, agmen] Dei sacerdotes adessent, et oratione præmissa unusquisque sacerdotum competentis loco resedisset, ecce in medio eorum adfuit serenissimus princeps, seque cum Dei sacerdotibus orationi communicans, divino deinceps flamine plenus, sic ad loquendum exorsus est dicens: « Non credimus vestram latere sanctitatem quanto

B tempore in errore Arianorum laborasset Hispania, et non multos post disressus genitoris nostri dies quibus nos vestra beatitudo fidei catholicæ sanctæ cognovit esse socios, credimus generaliter magnum et æternum gaudium habuisse; et ideo, venerandi patres, ad hanc vos peragenda congregari decrevimus [T. 2, jussimus] synodum, ut de hominibus nuper advenientibus ad Christum ipsi æternas gratias Domino deferatis: quicquid vero verbis apud sacerdotium vestrum nobis agendum erat de fide atque spe nostra quam gerimus, in hunc totum conscripta atque allegata notescimus: relegatur enim in medio vestri, et judicio synodali examinata per omne succiduum tempus gloria nostra ejusdem fidei testimonio decorata clarescat. »

C Susceptus est autem ab omnibus Dei sacerdotibus offerente rege sacrosanctæ fidei tomus, et pronuntiante notario clara voce recensitus est ita: Quamvis Deus omnipotens pro utilitatibus populorum regni nos culmen subire tribuerit, et moderamentum gentium non paucarum regni nostræ curæ commiserit, meminimus tamen nos mortalium conditione præstringi, nec posse felicitatem futuræ hereditatis aliter promereri, nisi nos cultui veræ fidei deputemus, et Conditori nostro saltem confessione qua dignus ipse est placeamus; pro qua re quanto subditior gloria regali extollimur, tanto providi esse debemus in his quæ ad Deum sunt vel nostram spem augere vel gentibus a Deo nobis creditis consulere. Cæterum quid pro tantis beneficiorum collationibus ^a omnipotentis diviniæ valemus tribuere, quando omnia ipsius sunt et bonorum nostrorum nihil egeat, nisi ut in eum sic tota devotione credamus, quemadmodum per Scripturas sacras se ipse intelligi voluit et credi præcepit? id est ut consteamus esse Patrem qui genuit ^d ex sua substantia Filium, sibi corqualem et cœternum, non tamen ut ipse idem sit natus et genitor, sed persona **339-340** alius sit Pater qui genuit, alius sit Filius qui fuerit generatus, unius

^a *Æ.*, B.R., T. 1, subscripturi sunt. E. 3, T. 2, scripturi sunt. E. 4, subscripti sunt.

^b *Æ.*, B.R., E. 4, T. 1, 2, omnibus.

^c Ex *Æ.*, B.R., E. 4, T. 1, 2. In A. et reliquis consolationibus.

^d *Æ.*, B.R., E. 4, T. 1, 2, U., genuerit.

tamen uterque substantiæ divinitate subsistat : Pater ex quo sit Filius, ipse vero ex nullo sit alio Filius qui habeat Patrem, sed sine initio et sine diminutione in ea qua Patri coequalis et coeternus est divinitate subsistat : Spiritus æque sanctus confitendus a nobis et prædicandus est a Patre et Filio procedere, et cum Patre et Filio unus esse substantiæ ; tertiam vero in Trinitate Spiritus sancti esse personam, qui tamen communem habeat cum Patre et Filio divinitatis essentialiam : hæc enim sancta Trinitas unus est Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus, cujus bonitate omnis licet bona sit condita creatura, per assumptam tamen a Filio humani habitus formam a damnata progenie reformamur ad beatitudinem pristinam. Sed sicut veræ salutis indicium est Trinitatem in unitate, et unitatem in Trinitate sentire, ita erit consummata [T. 2, consummatio] iustitiæ si eandem fidem intra universalem Ecclesiam teneamus et apostolica monita in apostolico positi fundamento servemus. Vos tamen Dei sacerdotes meminisse oportet quanta lucusque Ecclesia Dei catholica per Hispanias adversæ partis molestiis laboraverit, dum et catholici constantem fidei suæ tenerent et defenderent veritatem, et hæreses pertinaciori animositate propriæ a niterentur perfidiæ : me quoque, ut re ipsa conspiciatis, calore fidei accensum in eo Dominus excitavit, ut depulsa obstinatione infidelitatis et discordiæ submoto furore populum, qui sub nomine religionis famulabatur errori, ad agnitionem fidei et Ecclesiæ catholicæ consortium revocarem. Adest enim omnis gens Gothorum inclita et fere omnium gentium genuina virilitate opinata, quæ licet suorum pravitate doctorum a fide hactenus vel unitate Ecclesiæ fuerit catholicæ segreta, toto nunc tamen mecum assensu concordans ejus Ecclesiæ communioni participatur, quæ diversarum gentium multitudinem materno sinu suscipit et charitatis uberibus nutrit, de qua propheta canente dicitur : *Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus*. Nec enim sola Gothorum conversio ad cumulum nostræ mercedis accessit, quinimo et Suevorum gentis infinita multitudo, quam præsidio cælesti nostro regno subjecimus; alieno enim licet in hæresim deductam vitio, nostro tamen ad veritatis originem studio revocavimus. Proinde, sanctissimi Patres, hæc nobilissimas gentes, quæ lucris per nos dominicis applicatæ sunt, quasi sanctum et placabile sacrificium per vestras manus æterno Deo offero; erit enim mihi immarcescibilis corona vel gaudium in retributione justorum, si hi populi qui nostra ad unitatem Ecclesiæ solertia transcucurrerunt, fundati in eadem et stabili permancant. Sicut enim divino nutu nostræ curæ fuit hos populos ad unitatem Christi Ecclesiæ pertrahere, ita sit vestræ decibilitatis catholicis eos dogmatibus insistere, que in toto cognitione veritatis instructi, noverint ex solido errore hæresis perniciosæ respuere, et veræ fidei tramitem ex charitate retinere, vel catholicæ Ecclesiæ commu-

^a T. 2, propriam niterentur vindicare perfidiam.

nionem desiderio avidiori complecti. Cæterum sicut facile ad veniam pervenisse confido quod necia lucusque tam clarissima erraverit gens, ita gravior esse non dubito, si agnitam veritatem dabo corde teneant atque a patenti lumine, quod absit, oculos suos avertant : unde valde pernecessarium esse prospexi vestram in unum convenire beatitudinem, habens sententiæ dominicæ fidem, quæ dicit : *Ubi fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ibi ero in medio eorum*. Credo enim beatam sanctæ Trinitatis divinitatem huic sancto interesse concilio; et ideo tanquam ante conspectum Dei, ita in medio vestri fidem meam protuli conscius admodum sententiæ divinæ dicentis : *Non celsi misericordiam tuam et veritatem tuam a congregatione multa* : vel apostolum Paulum Thimoteo discipulo præcipientem audivi : *Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam in qua vocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus* : vera est enim Redemptoris nostri ex Evangelio sententia, qua contentem se coram hominibus confiteri dicit coram Patre, et negantem se esse negaturum. Expediit enim nobis id ore confiteri ^b quod corde credimus, secundum cæleste mandatum quo dicitur : *Corde creditur ad justitiam, oris autem confessio fit ad salutem* : proinde sicut anathematizo Arium cum omnibus dogmatibus et complicitibus suis, qui unigenitum Dei Filium a paterna degænerem assererat esse substantiam, nec a Patre genitum, sed ex nihilo dicebat esse creatum, vel omnia concilia malignantium quæ adversus sanctam synodum Nicænam exstiterunt, ita in honorem et in laudem fidem sanctam Nicæni observo et honoro concilii, quam contra eundem rectæ fidei pestem Arium trecentorum decem et octo sancta episcopalis scripsit synodus; amplector itaque et teneo fidem centum quinquaginta episcoporum Constantinopoli congregatorum, quæ Macedonium Spiritus sancti substantiam minorantem, et Patris et Filii unitatem et essentialiam segregantem, jugulo veritatis interemit; primæ quoque Ephesinæ synodi fidem, quæ adversus Nestorium ejusque doctrinam lata est, credo pariter et honoro; similiter et Chalcedonensis concilii fidem, quam plenam sanctitate et eruditione adversus Eutychem et Dioscorum protulit, cum omni Ecclesia catholica reverenter suscipio; omnium quoque orthodoxorum venerabilium sacerdotum concilia, quæ ab his suprascriptis quatuor synodis fidei puritate non dissonant, pari veneratione observo. Properet ergo reverentia **341 342** vestra fidem hanc nostram canonicis applicare monumentis, et ab episcopis vel religiosis aut gentis nostræ primoribus solerter fidem, quam in Ecclesia catholica Deo crediderunt, audire, quam rem notatam apicibus vel eorum subscriptionibus roboratam futuris olim temporibus in testimonium Dei atque hominum reservate, ut hæc gentes quarum in Dei nomine regia potestate præcellimus, et quæ, deterso antiquo errore, per unctionem sacro-

^b E. B. R., E. 4, T. 2, profiteri.

sancti chrismatism vel manus impositionem Paraclitum intra Dei Ecclesiam perceperunt Spiritum, quem unum et æqualem cum Patre et Filio confitentes ejusque dono in sinu Ecclesiæ sanctæ catholicæ collocatæ sunt, si eorum aliqui hanc rectam et sanctam confessionem nostram minime credere voluerint, iram Dei cum anathemate æterno percipiant, et de interitu suo fidelibus gaudium et infidelibus sint in exemplum. Huic vero confessioni meæ sanctas superscriptorum conciliorum constitutiones contexui, et testimonio divino tota cordis simplicitate subscripsi.

Fides a sancto Nicæno concilio edita.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem : et ^a cætera. Ita perhibuit, ceu in Nicæno concilio constituta est a sanctis episcopis, Recareodus rex.

Fides quem exposuerunt ceteri Patres consensu magnæ Nicænæ synodo.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem : et ^b cætera.

Tractatus Chalcedonensis concilii.

Suffecerat quidem ad plenissimam pietatis : et reliqua ^c. Itaque hoc locutus est prædictus rex :

Ego Recareodus rex fidem hanc sanctam et veram confessionem, quam una per totum orbem catholica confititur Ecclesia, corde retinens, ore affirmans, mea dextera, Deo protegente, subscripsi.

Ego Baddo gloriosa regina hanc fidem, quam credidi et suscepì, mea manu de toto corde subscripsi.

Tunc acclamatum est in laudibus Dei et in favore principis ab universo concilio : Gloria Deo Patri et Filio et Spiritui sancto, cui cura est pacem et unitatem Ecclesiæ suæ sanctæ catholicæ providere : Gloria Domino nostro Jesu Christo, qui pretio sanguinis sui Ecclesiam catholicam ex omnibus gentibus congregavit : Gloria Domino nostro Jesu Christo, qui tam illustrem gentem unitati veræ fidei copulavit, et unum gregem, et unum pastorem instituit : Cui a Deo æternum meritum [*Æ.*, gaudium] nisi vero catholico Recareodo regi? Cui a Deo æterna corona nisi vero orthodoxo Recareodo regi? Cui præsens gloria et æterna nisi vero amatori Dei Recareodo regi? Ipse novarum plebium in Ecclesia catholica conquisitor : Ipse mereatur veraciter apostolicum meritum qui apostolicum implevit officium : Ipse sit Deo et hominibus amabilis qui tam mirabiliter Deum glorificavit in terris, præstante Domino Jesu Christo ^d qui cum Deo Patre vivit et regnat in unitate Spiritus sancti in sæcula sæculorum. Amen.

Fidei confessio episcoporum, presbyterorum vel primorum Gothicæ gentis qui infra scripserunt.

Præcipiente autem universo venerabili concilio atque jubente, unus episcoporum catholicorum ad

^a Scribitur integrum Nicænum symbolum in reliquis Codicibus præter A., in quo hæc ad marginem legitur nota : *Hoc invenies in synodo Nicæna.*

^b Habetur fides Constantinopolitanæ synodi in omnibus Codicibus excepto A., in quo ad marginem scribitur : *Similiter hoc reperies in Constantinopolitano concilio.*

A episcopos et religiosos vel majores natu ex hærese Ariana conversos ejusmodi allocutione exorsus est dicens : Officii nostri cura et fidelissimi atque gloriosissimi principis admonitione propellimur diligenter a vestra charitate perquirere, vel quid damnetis in hærese aut quid intra Dei sanctam catholicam credatis Ecclesiam : nam sicut dicente Psalmista didicimus, *Incipite Domino in confessione* ; optimum est vestræque saluti conveniens palam confiteri quod creditis, et sub auditu universorum anathematizare quod respuitis. Tunc prorsus optime poteritis evangelicæ atque apostolicæ fidei participes fieri, si eandem fidem catholicam ex confessione catholica incipiatis vel propria subscriptione firmetis, et sicuti Deo jam de bona consensione cogniti estis conscientia, ita proximis vos fidei sanctæ ad stipulationem monstretis : eo itaque fiet, ut et vos Christi esse corporis membra significetis et nostra exiguitas nihil dubium, nihil infidum unquam de vestra suspicetur fraternitate, dum patuerit vos tabem perfidiam Arianae cum omnibus dogmatibus, regulis, officiis, communionem, Codicibus prædamnare, et detestandam hæresim exspoliati contagione, innovati quodammodo intra Ecclesiam Dei splendide habitu veræ fidei claratis. Tunc episcopi omnes una cum clericis suis primoresque gentis Gothicæ pari consensione dixerunt : Licet hoc quod fraternitas **343** atque paternitas vestra a nobis cupit audire vel fieri, jam olim conversionis nostræ tempore egerimus, quando secuti gloriosissimum dominum nostrum Recareodum regem ad Dei Ecclesiam transivimus, et perfidiam Arianae cum omnibus superstitionibus suis anathematizavimus pariter et abjecimus ; nunc vero propter charitatem et devotionem, quam vel Deo, vel Ecclesiæ sanctæ catholicæ meminimus nos debere, non tantum hæc eadem quæ petitis promptissime egere properamus, sed et si qua adhuc congrua fidei esse prospicitis nobis de charitate persuadite ; nos etenim semel rectæ fidei amor in eam devotionem advexit, ut omne, quod nobis verius fraternitas vestra patefecerit, teneamus et liberali fateamur confessione.

I. Quis ergo qui fidem et communionem ab Ario venientem, et hucusque a nobis retentam adhuc tenere desiderat, et de tota cordis intentone non damnat, anathema sit.

II. Quicumque Filium Dei Dominum Jesum Christum negaverit a paterna substantia sine initio genitum, et æqualem Patri esse vel consubstantialem, anathema sit.

III. Quicumque Spiritum sanctum non credit aut non crediderit a Patre et Filio procedere, eumque

^c Latus exprimitur hic tractatus in cæteris Codicibus præter A. et Æ., in quibus hæc exhibentur ad marginem depicta verba : *Id integrè investigabis in Chalcedonensi concilio.*

^d Æ., T. 2, *Domino nostro Jesu Christo.*

^e Ex Æ., B.R. in A. et reliquis : *attestanda.*

non dixerit coæternum esse Patri et Filio et coessentiali, anathema sit.

IV. Quicumque in Patre et Filio et in Spiritu sancto et personas non distinguit, et unius divinitatis substantiam non agnoscit, anathema sit.

V. Quicumque Filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum et Spiritum sanctum esse Patre minoris assuerit et gradibus separaverit, creaturamque esse dixerit, anathema sit.

VI. Quicumque Patrem et Filium et Spiritum sanctum unius substantiæ, omnipotentis et æternitatis esse non crediderit, anathema sit.

VII. Quicumque nescire Filium Dei quæ Pater sciat dixerit, anathema sit.

VIII. Quicumque initium Filio Dei et Spiritui sancto deputaverit, anathema sit.

IX. Quicumque Filium Dei secundum divinitatem suam visibilem aut passibilem ausus fuerit profiteri, anathema sit.

X. Quicumque Spiritum sanctum, sicut Patrem et Filium, verum Deum et omnipotentem esse non credit, anathema sit.

XI. Quicumque alibi fidem et communionem catholicam præter Ecclesiam universalem esse credit, illam dicimus Ecclesiam quæ Nicæni, et Constantinopolitani, et primi Ephesini et Chalcedonensis concilii decreta tenet pariter et honorat, anathema sit.

XII. Quicumque Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum honore, et gloria, et divinitate separat et disjungit, anathema sit.

XIII. Quicumque Filium Dei et Spiritum **344** sanctum cum Patre non crediderit esse glorificandos et honorandos, anathema sit.

XIV. Quicumque non dixerit: Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui sancto, anathema sit.

XV. Quicumque rebaptizandi sacrilegum opus bonum esse credit aut crediderit, agit aut egerit, anathema sit.

XVI. Quicumque libellum detestabilem duodecimo anno Leovigildi regis a nobis editum, in quo continetur Romanorum ad hæresim Arianam transductio, et in quo gloria Patri per Filium in Spiritu sancto male a nobis instituta continetur; hunc libellum si quis pro vero habuerit, anathema sit in æternum.

XVII. Quicumque Ariminense concilium non ex toto corde respuerit et damnaverit, anathema sit.

XVIII. Constemur enim nos ex hærese Ariana toto corde, tota anima, et de tota mente nostra ad Ecclesiam catholicam fuisse conversos: nulli dubium est nos nostrosque decessores errasse in hærese Ariana, et fidem evangelicam atque apostolicam nunc intra Ecclesiam catholicam didicisse. Proinde fidem sanctam quam præfatus religiosissimus dominus noster patefecit in medio concilii et manu sua subscripsit, hanc et nos tenemus, hanc constemur pariter et suscipimus, hanc in populis prædicare atque docere promittimus. Hæc est vera fides quam

omnis Ecclesia dum per totum mundum tenet catholicam esse creditur et probatur: cui hæc fides non placet aut non placuerit, sit anathema Maranatha in adventu Domini nostri Jesu Christi.

XIX. Qui fidem spernit Nicæni concilii, anathema sit.

XX. Qui fidem concilii Constantinopolitani centum quinquaginta episcoporum veram esse non dixerit, anathema sit.

XXI. Qui fidem Ephesinæ synodi primæ et Chalcedonensis non tenet et delectatur, anathema sit.

XXII. Qui concilia omnium orthodoxorum episcoporum consona conciliorum Nicæni, Constantinopolitani, primi Ephesini et Chalcedonensis, non recipit, anathema sit.

B XXIII. Proinde damnationem hanc perfidiæ et communicationis Arianae et omnium conciliorum hæresim Arianam foventium cum anathemate eorum propria manu subscripsimus: constitutiones vero sanctorum conciliorum Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini et Chalcedonensis, quas gratissima aure audivimus et consensione nostra veras esse probavimus, de toto corde, et de tota anima, et de tota mente nostra subscripsimus, nihil ad cognitionem veritatis lucidius arbitrantes quam quod supradictorum conciliorum continent auctoritates. De Trinitate autem et unitate Patris et Filii **345** et Spiritus sancti nihil his verius, nihil lucidius unquam potest vel poterit demonstrari: de mysterio incarnationis unigeniti Filii Dei pro salute humani generis, quo et vera probatur humanæ naturæ sine peccati contagione susceptio et permanet incorruptæ in eo divinitatis plenitudo, dum et natura utraque non deperit et una sit ex utraque Domini nostri Jesu Christi persona, satis plena in his conciliis probatur patefieri veritate et a nobis creditur omni remota dubitatione. Si qui unquam hanc fidem sanctam depravare, corrumpere, mutare tentaverint aut ab eadem fide vel communionem catholicam, quam nuper sumus Deo miserante adepti, egredi, separari vel dissociari voluerint, sint Deo et universo mundo crimini infidelitatis in æternum obnoxii. Floreat autem Ecclesia sancta catholica per omnem mundum pacatissime et emineat doctrina, sanctitate et potestate: si qui intra eam fuerint, crediderint, communicaverint, hi audiant ad dexteram Patris positi: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est a constitutione mundi.* Si qui autem ab ea recesserint ejusque detraxerint fidei et communionem respuerint, hi audiant ore divino in die iudicii: *Discedite a me, maledicti, nescio vos, ite in ignem æternum qui paratus est a diabolo et angelis ejus.* Sint ergo damnata in cælo et in terra quæcunque per hanc catholicam fidem damnantur, et sicut accepta in cælo et in terra quæcunque in hanc fidem accipiuntur, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui cum Patre et Spiritu sancto est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Fides a sancto Nicæno concilio edita.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem ^a.

*Fides quam exposuerunt centum quinquaginta Patres
consensu magna Nicænæ synodo.*

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem ^b.

Tractatus Chalcedonensis concilii.

Suffecerat quidem ad plenissimam ^c.

346 *Damnatio ^d Arianae hæresis.*

Ugnas, in Christi nomine episcopus, anathematizans hæresis Arianae dogmata superius damnata, fidem sanctam hanc catholicam, quam in Ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Ubligiscus ^e, in Christi nomine episcopus, anathematizans hæresis Arianae dogmata superius damnata, fidem hanc sanctam catholicam, quam in Ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Murila, in Christi nomine episcopus, anathematizans hæresis Arianae dogmata superius damnata, fidem hanc sanctam catholicam, quam in Ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Sunnila, in Christi nomine civitatis Vesensis episcopus, anathematizans hæresis Arianae dogmata superius damnata, fidem hanc sanctam catholicam, quam in Ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Gardingus, in Christi nomine civitatis Tudensis, episcopus, anathematizans hæresis Arianae dogmata superius damnata, fidem hanc sanctam catholicam, quam in Ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Bechila ^f, in Christi nomine civitatis Lucensis episcopus, anathematizans hæresis Arianae dogmata superius damnata, fidem hanc sanctam catholicam, quam in Ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Arvius ^g in Christi nomine civitatis Portucalensis episcopus, anathematizans hæresis Arianae dogmata superius damnata, fidem hanc sanctam catholicam, quam in Ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi ^h.

Froisclus, in Christi nomine civitatis Dertosanae episcopus, anathematizans hæresis Arianae dogmata superius damnata, fidem hanc sanctam catholicam,

^a Exprimitur integre Nicænum symbolum in reliquis Codicibus præter A. et Æ., qui hanc exhibent marginalem notam: *Hoc plenius in concilio Nicæno invenies.*

^b Latius scribitur Constantinopolitanum symbolum in cæteris Codicibus, exceptis A. et Æ., in quibus ad marginem legitur: *Similiter inveniens hoc in Constantinopolitano concilio.*

^c Habetur late expressus hic tractatus in reliquis Codicibus, præter A., et Æ., in quibus hæc inscribitur marginalis nota: *Hoc in Chalcedonensi concilio reperies copiosius.*

^d Ex U. in A., Æ., *Ubi damnata est Ariana hære-*

sis. In reliquis deest hic titulus.

^e In omnibus Codicibus, excepto A., Murila præponitur Ubligisclo.

^f Ex reliquis præter A., in quo: *Tudesina.*

^g B.R., E. 4, T. 1, 2, *Beccila*, U., *Beccilla*.

^h E. 4, T. 1, 2, *Argiovitus*.

ⁱ Ex reliquis Codicibus præter A., in quo legitur: *signum feci.*

^j Æ., *Gusiani*, E. 4, T. 1, 2, *Quissini*.

^k B.R., T. 1, 2, *Agila*.

^l E. 4, T. 1, 2, *Eila*.

^m Æ., B.R., E. 3, 4, U., *communicationem*.

A quam in Ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Similiter et reliqui presbyteri et diacones ex hærese Ariana conversi subscripserunt.

Signum Gussini ⁱ viri illustris proceri.

Fonsa vir illuster anathematizans subscripsi.

347 Afri!a vir illuster anathematizans subscripsi ^k.

Aila vir illuster anathematizans subscripsi ^l.

Ella vir illuster anathematizans subscripsi.

Similiter et omnes seniores Gothorum subscriperunt.

Post confessionem igitur et subscriptionem omnium episcoporum et totius gentis Gothicæ seniorum

B gloriosissimus dominus noster Recaredus rex, pro reparandis simul et confirmandis disciplinæ ecclesiasticæ moribus, Dei sacerdotes taliter affatus est dicens: Regia cura usque in eum modum protendi debet et dirigi, quem plenam constet veritatis et scientiæ capere rationem; nam sicut in rebus humanis gloriosius eminet potestas regia, ita et prospiciendæ commoditati comprovincialium major debet esse et providentia. At nunc, beatissimi sacerdotes, non in eis tantummodo rebus diffundimus solertiam nostram quibus populi sub nostro regimine positi pacatissime gubernentur et vivant, sed etiam in adiutorio Christi extendimus nos ad ea quæ sunt cælestia cogitare, et quæ populos fideles efficiunt satagimus non nescire. Cæterum si totis nitendum est

C viribus humanis moribus modum ponere et insolentium rabiem regia potestate refrenare, si quieti et paci propagandæ opem debemus impedere, multo magis est adhibenda sollicitudo desiderare et cogitare divina, inhiare sublimia et ab errore retractis populis veritatem eis serena luce ostendere: sic enim agit qui multiplici bono se a Deo remunerari confidit; sic enim audit qui super id quam quod ei committitur auget, dum illi dicitur: *Quidquid supererogaveris ego cum rediero reddam tibi*. Ergo quia jam fidei nostræ, et confessionis formam plena serie vestra beatitudo recensuit, simulque et sacerdotum nostrorumque procerum fides atque confessio sanctitati vestræ perpauit, hoc adhuc necessario pro firmitate catholicæ fidei nostræ Deo simplex instituire decrevit auctoritas, ut propter roborandam gentis nostræ novellam conversionem omnes Hispaniarum et Galliæ Ecclesiæ hanc regulam servent: ut omnes sacrificii tempore autem communionem ^m

sis. In reliquis deest hic titulus.

^a In omnibus Codicibus, excepto A., Murila præponitur Ubligisclo.

^f Ex reliquis præter A., in quo: *Tudesina.*

^g B.R., E. 4, T. 1, 2, *Beccila*, U., *Beccilla*.

^h E. 4, T. 1, 2, *Argiovitus*.

ⁱ Ex reliquis Codicibus præter A., in quo legitur: *signum feci.*

^j Æ., *Gusiani*, E. 4, T. 1, 2, *Quissini*.

^k B.R., T. 1, 2, *Agila*.

^l E. 4, T. 1, 2, *Eila*.

^m Æ., B.R., E. 3, 4, U., *communicationem*.

corporis Christi vel sanguinis juxta orientalem partem morem unanimiter clara voce sacratissimum fidei recessant symbolum, ut primum populi quid credulitate teneant fateantur et sic corda fide purificata ad Christi corpus et sanguinem percipiendum exhibeant. Dum enim constitutio hæc fuerit perenniter conservata in Dei Ecclesia et fidelium ex solido corroboratur **348** credulitas, et perfidia infidelium confutata ad id quod repetitum sæpius recognoscit facillime inclinatur; nec se quisquam jam de ignorantia fidei excusabit a culpa, quando universorum ore cognoscit quid catholica teneat et credat Ecclesia. Omnibus ergo capitulis, quæ adhuc per vestram sanctitatem regulis ecclesiasticis adjicienda sunt, hoc pro fidei sanctæ reverentia et firmitate proponit^a, quod de proferendo symbolo nostra, Deo docente, decrevit serenitas: de cætero autem pro inhibendis insolentium moribus, mea vobis consentiente clementia, sententiis terminate districtioribus, et firmiori disciplina quæ facienda non sunt prohibite, et ea quæ fieri debent immobili constitutione firmate.

CAPITULA QUÆ IN DEI NOMINE SANCTA SYNODUS CONSTITUIT.

I *Ut conciliorum statuta et præsulum Romanorum decreta custodiantur.*

Post damnationem hæresis Arianae et fidei sanctæ catholicæ expositionem hoc sanctum præcepit concilium: ut quia in nonnullis vel hæresis vel gentilitatis necessitate per Hispaniarum ecclesias canonicus præterminatus est ordo, dum et licentia abundaret transgrediendi et disciplinæ optio negaretur, damque omnino excessus hæresis coveretur patrocinio, ut^b abundantiam mali temperet districtio disciplinæ, pace Ecclesie Christi misericordia reparata, omne quod priorum canonum auctoritas prohibet sit resurgente disciplinæ inhibendum, et agatur omne quod præcepit fieri; unquam in suo vigore conciliorum omnium constituta, simul et synodice sanctorum præsulum Romanorum epistolæ; nullus deinceps ad promerendos honores ecclesiasticos contra vetita canonum aspiret indignus; nihil ex hoc fiat, quod sancti Patres spiritu Dei pleni sanxerunt debere non fieri, et qui præsumpserit severitate priorum canonum distringatur.

II. *Ut in omnibus ecclesiis die dominica symbolum recitetur.*

Pro reverentia sanctissimæ fidei et propter corroborandas hominum invalidas mentes consuetu piissimi et gloriosissimi domini Recaredi regis sancta constituit synodus: ut per omnes ecclesias Hispaniæ, Galliæ vel Gallæciæ secundum formam orientalium ecclesiarum, concilii Constantinopolitani hoc est centum quinquaginta episcoporum symbolum **349** fidei recitetur, ut priusquam dominica dicatur oratio voce clara a populo prædicetur [T. 4, 2, recitetur], quo et fides vera manifestam testimonium habeat et ad

^a B.R., E. 4, præponit.

^b Ex cæteris Codicibus præter A. et E. 3, in quibus adest hæc lectio: et abundantia mali temperet districtio

A Christi corpus et sanguinem prælibandum pectora populorum fide purificata accedant.

III. *Ut ne quis extra necessitatem rem Ecclesie alienet.*

Hæc sancta synodus nulli episcoporum licentiam tribuit res alienare Ecclesie, quoniam et antiquioribus canonibus prohibentur: si quid vero quod utilitatem non gravet Ecclesie pro suffragio monachorum ad suam parochiam pertinentiam dederint, firmum maneat; peregrinorum vero vel clericorum et egenorum necessitati salvo jure Ecclesie præstare permittuntur pro tempore quo potuerint.

IV. *Ut liceat episcopo unam ex parochiis basilicam monasterium facere.*

Si episcopus unam de parochiis ecclesiis suis monasterium dicare [U., G., ditare] voluerit, ut in ea monachorum regulariter congregatio vivat, hoc de consensu concilii sui habeat licentiam faciendi; qui etiam si de rebus Ecclesie pro eorum substantia aliquid quod detrimentum Ecclesie non exhibeat eidem loco donaverit, sit stabile: rei enim bonæ statuendæ sanctum concilium dat assensum.

V. *Ut sacerdotes et levitæ caste cum uxoribus suis vivant.*

Compertum est a sancto concilio episcopos, presbyteros et diacones venientes ex hærese, casuali adhuc desiderio uxoribus copulari: ne ergo de cætero fiat, hoc præcipitur quod et prioribus canonibus terminatur: ut non liceat eis vivere libidinosa societate, sed manente inter eos fide conjugali communem utilitatem habeant, et non sub uno conclavi maneant, vel certe, si suffragat virtus, in aliam domum suam uxorem faciat habitare, ut castitas et apud Deum et homines habeat testimonium bonum. Si quis vero post hanc conventionem obscene cum uxore elegerit vivere, ut lector habeatur: qui vero semper sub canone ecclesiastico jacuerint, si contra veterum imperata in suis cellulis mulierum quæ infamem suspicionem possunt generare consortium habuerint, illi canonice quidem distringantur, mulieres vero ipsæ ab episcopis venundata pretium ipsum pauperibus erogetur^c.

350 VI. *Ut servus Ecclesie ab episcopo manumissus a patrocinio Ecclesie nunquam discedat, et ut liberti aliorum ab episcopo defendantur.*

De libertis autem id Dei præcipiunt sacerdotes: ut si qui ab episcopis facti sunt secundum modum cui canones antiqui dant licentiam, sint liberi, et tamen a patrocinio Ecclesie tam ipsi quam ab eis progeniti non recedant. Ab aliis quoque libertati traditi et ecclesiis commendati, patrocinio episcopali regantur, et ne cuiquam donentur a principe hoc episcopus postulet.

VII. *Ut ad mensam episcopi Scripturæ divinæ legantur.*

Pro reverentia Dei sacerdotum id universa sancta constituit synodus: ut quia solent crebro mensis disciplinæ.

^c B.R., E. 4, T. 1, ab episcopis emendata in monasterium puellorum servitura dabuntur omnibus.

otiosæ fabulæ interponi; in omni sacerdotali convi- A
vio lectio Scripturarum divinarum misceatur; per
hoc enim et animæ ædificantur ad bonum et fabulam
non necessariæ prohibentur [Æ., reprobantur].

VIII. *Ut clericus de familia fisci a principe non
donetur.*

Jubente [F. 1, innuente] autem atque consen-
tiente domino piissimo Recaredo rege id præcepit
sacerdotale concilium, ut clericos ex familia fisci
nullus audeat a principe donatos expetere, sed red-
dito capitis sui tributo Ecclesiæ Dei cui sunt alliga-
ti, usque dum vivant regulariter administrent.

IX. *Ut ecclesiæ Arianorum ad catholicum episcopum
in cujus diocesi sunt pertineant.*

Decreto hujus concilii hoc statuitur, ut ecclesiæ
quæ fuerunt in hæresi Ariana nunc autem sunt cat- B
holicæ, ad eos episcopos cum suis rebus pertineant,
ad quos parochiæ ipsæ in quibus ecclesiæ sunt per-
tinere videntur.

X. *Ut viduis pro castitate violentiam nullus inferat,
et ut mulier invita virum non ducat.*

Pro consulto castitatis quod maxime hortamento
concilii proficere debet, annuente gloriosissimo do-
mino nostro Recaredo rege, hoc sanctum affirmat
concilium, ut viduæ quibus placuerit tenere castita-
tem nulla vi ad nuptias iterandas venire cogantur;
quod si priusquam profiteantur continentiam nubere
351 elegerint, illis nubant quos propria voluntate
voluerint habere maritos. Similis conditio et de vir-
ginibus habeatur, nec extra ^a voluntatem parentum
vel suam cogantur maritos accipere: si quis vero C
propositum castitatis viduæ vel virginis impenderit,
a sancta communione et a liminibus ecclesiæ habe-
atur extraneus.

XI. *Ut pœnitens pœnitentiam agat.*

Quoniam comperimus per quasdam Hispaniarum
ecclesias non secundum canonem sed fœdissimè
b pro suis peccatis homines agere pœnitentiam, ut
quotiescunque peccare voluerint ^c toties a presby-
tero se reconciliari expostulent, ideo pro coercenda
tam execrabili præsumptione, id a sancto concilio
jubetur, ut secundum formam canonicam antiquo-
rum detur pœnitentia, hoc est ut prius eum quem
sui pœnitet facti a communione suspensum faciat
inter reliquos pœnitentes ad manus impositionem
crebro recurrere; expleto autem satisfactionis tem-
pore, sicuti sacerdotalis contemplatio probaverit
eum communioni restituat: hi vero qui ad priora
vitia vel infra pœnitentiæ tempus vel post reconci-
liationem relabuntur, secundum priorum canonum
severitatem damnentur.

XII. *De his qui pœnitentiam poscunt: si vir, prius
tondeatur; si femina, prius habitum mutet.*

Quicumque ab episcopo vel presbytero sanus vel
infirmus pœnitentiam postulat, id ante omnia episcopus
observet et presbyter, ut si vir est, sive
sanus, sive infirmus, prius eum tondeat et sic pœ-

nitentiam ei tradat: si vero mulier fuerit, non
accipiat pœnitentiam nisi prius mutaverit habitum;
sæpius enim laicis tribuendo desidiose pœnitentiam,
ad lamentanda rursus faciliora post acceptam pœ-
nitentiam relabuntur.

XIII. *Ut clerici qui sæculares iudices appetunt
excommunicentur.*

Diuturna indisciplina et licentiæ insolita præ-
sumptio usque adeo illicitis ausibus aditum pate-
fecit, ut clerici concletricos suos, relicto pontifice
suo, ad judicia publica pertrabant: proinde statui-
mus hoc de cætero non præsumi; sed si quis hoc
præsumperit facere, et causam perdat et a com-
munionem efficiatur extraneus.

352 XIV. *De Judæis.*

Suggerente concilio, id gloriosissimus dominus nos-
ter canonibus inserendum præcepit, ut Judæis non
liceat Christianas habere uxores, vel concubinas, ne-
que mancipium Christianum in usus proprios com-
parare: sed et si qui filii ex tali conjugio nati sunt
assumendos esse ad baptismum; nulla officia publica
eos opus est agere per quæ eis occasio tribuatur
pœnam Christianis inferre: si qui vero Christiani
ab eis Judaico ritu sunt maculati vel etiam circum-
cisi, non reddito pretio, ad libertatem et religionem
redeant Christianam.

XV. *Ut servi fisci qui ecclesias construunt dotem
faciant et a principe confirmetur.*

Si qui ex servis fiscalibus fortasse ecclesiæ con-
struxerint easque de sua paupertate ditaverint, hoc
procuret episcopus prece sua auctoritate regia con-
firmari.

XVI. *Ut episcopi cum iudicibus idola destruant, et ut
domini idolatriam servis prohibeant.*

Quoniam pene per omnem Hispaniam sive Galliam
idolatriæ sacrilegium inolevit, hoc cum consensu
gloriosissimi principis sancta synodus ordinavit, ut
omnis sacerdos in loco suo una cum iudice territorii
sacrilegium memoratum studiose perquirat, et ex-
terminari inventa non differat; homines vero, qui ad
talem errorem concurrunt, salvo discrimine animæ,
quæ potuerint animadversione coerceant: quod si
neglexerint, sciant ^d se utriusque excommunicationis
periculum esse subituros. Si qui vero domini extir-
pare hoc malum a possessione sua neglexerint vel
familix suæ prohibere noluerint, ab episcopo et ipsi
a communione pellantur.

XVII. *Ut episcopus cum iudicibus nequiores filiorum
acriori disciplina corripiat.*

Dum multæ querelæ ad aures sancti concilii de-
ferrentur, inter cætera tantæ crudelitatis est opus
runtiatum quantum ferre consentium aures sacer-
dotum non possent, ut in quibusdam Hispaniæ par-
tibus filios suos parentes interimant fornicationis
avidis, nescii pietatis; quibus si lædium est filios
numerosius augere ^e, prius se ipsos debent castigare
a fornicatione: nam dum causa propagandæ proli-

^a B.R., E. 4, T. 1, citra.

^b T. 2, fœdissime. U., fœdissimam.

^c In reliquis præter A., libuerit.

^d T. 2, sciant utique.

^e In reliquis, præter A. et E. 3, agere.

sortiantur conjugia, hi et parricidio et fornicationi tenentur obnoxii, qui fetus necando proprios decent se non pro **353** filiis sed pro libidine sociari. Proinde tantum nefas ad cognitionem gloriosissimi domini nostri Recaredi regis perlatam est, ejus gloria dignata est iudicibus eorundem partium imperare, ut hoc horrendum facinus diligenter cum sacerdote requirant ^a, et adhibita severitate prohibeant: ergo et sacerdotes locorum hęc sancta synodus dolentius convenit, ut idem scelus cum iudice curiosius quærant et sine capitali vindicta acriori disciplina prohibeant.

XXIII. Ut semel in anno synodus fiat et iudices et actores fieri presentes sint.

Præcipit hęc sancta et venerabilis ^b synodus, ut stante priorum auctoritate canonum quæ bis in anno præcepit congregari concilia, consulta itineris longitudine et paupertate ecclesiarum Hispaniæ, semel in anno in locum quem metropolitanus elegerit episcopi congregentur. Iudices vero locorum vel actores fiscalium patrimoniorum ex decreto gloriosissimi domini nostri simul cum sacerdotali concilio autumnali tempore die calendarum Novembrium in unum conveniant, ut discant quam pie et iuste cum populis agere debeant, ne in angariis aut in operationibus superfluis sive privatum onerent sive fiscalem gravent. Sint etenim prospectatores ^c episcopi secundum regiam admonitionem, qualiter iudices cum populis agant, ut aut ipsos præmonitos corrigant aut insolentias eorum auditibus principis innotescant; quod si correptos emendare nequiverint, et ab Ecclesia et a communione suspendant: a sacerdote vero et a senioribus deliberetur, quod provincia sine suo detrimento præstare debeat iudicium. Concilium autem non solvatur, nisi locum prius elegerint quo succedenti tempore iterum ad concilium veniatur, ut jam non necesse habeat metropolitanus episcopus pro congregando concilio litteras destinare, si in priori concilio tempus omnibus denuntiatur et locus.

XIX. Ut Ecclesia cum rebus ejus ad episcopi ordinationem pertineat.

Multi contra canonum constituta sic ecclesias quas ædificaverint postulant consecrari, ut dotem quam ei Ecclesiæ contulerint censeant ad episcopi ordinationem non pertinere, quod factum et in præterito displicet et in futurum prohibetur; sed omnia secundum constitutionem antiquam ad episcopi ordinationem et potestatem pertineant.

354 XX. Ut episcopus angarius vel indictiones in diocese non imponat.

Multorum querela hanc constitutionem exegit, quia cognovimus episcopos per parochias suas non sacerdotaliter sed et crudeliter deservire ^d, et dum scriptum sit: *Forma estote gregis neque dominantes in clero*, exactiones diocesi suæ vel damna infligunt: ideo excepto quod veterum constitutiones a parochiis habere jubent episcopos, alia quæ hucusque præsumpta

^a In cæteris, exceptis A. et E. 3, perquirant.

^b In reliquis, præter A. et E. 3, veneranda.

^c BR., prospectores. E. 4, T. 1, prospectores Christi.

A sunt denegentur, hoc est neque in angariis præbyteres aut diacones neque in aliquibus fatigent ^e indictionibus, ne videamur in Ecclesia Dei exactores potius quam Dei pontifices nominari. Ili vero clerici tam locales quam diocesani qui se a^b episcopo gravari cognoverint, querelas suas ad metropolitanum deferre non differant, qui metropolitanus non moretur ejusmodi præsumptiones districte coercere.

XXI. Ut non liceat iudicibus clericis vel servos Ecclesiæ in suis angariis occupare.

Quoniam cognovimus in multis civitatibus ecclesiarum servos et episcoporum vel omnium clericorum a iudicibus vel actoribus publicis in diversis angariis fatigari, omne concilium a pietate gloriosissimi domini nostri poposcit, ut tales deinceps ausus inhibeat, sed servi suprascriptorum officiorum in eorum usibus vel Ecclesiæ elaborent: si quis vero iudicum, aut actorum clericum, aut servum clericum vel Ecclesiæ in publicis ac privatis negotiis occupare voluerit, a communione ecclesiastica cui impedimentum facit efficiatur extraneus.

XXII. Ut religiosorum corpora psallendo tantum deducantur.

Religiosorum omnium corpora qui divina vocatione ab hac vita recedunt cum psalmis tantummodo et psallentium vocibus debere ad sepulcra deferri; nam funebre carmen quod vulgo defunctis cantari solet, vel peccatoribus se proximos aut familias cedere, omnino prohibemus. Sufficiat autem quod in spe resurrectionis Christianorum corporibus famolatus divinum impenditur canticorum; prohibet enim nos Apostolus nostros lugere defunctos dicens: *De dormientibus autem nolo vos contristari sicut et cæteri qui spem non habent*: et Dominus non flevit Lazarum mortuum, sed ad hujus vitæ ærumnas ploravit resuscitandum: si enim potest hoc episcopus, omnes Christianos agere prohibere **355** non moretur; religiosi tamen omnino aliter fieri non decere censemus, sic enim Christianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

XXIII. Ut in sanctorum natalitiis ballenatiæ prohibeantur.

Exterminanda omnino est irreligiosa consuetudo quam vulgus per sanctorum solemnitates agere consuevit, ut populi qui debent officia divina attendere **D** saltationibus et turpibus invigilent canticis, non solum sibi nocentes sed et religiosorum officii perstreptantes: hoc enim ut ab omni Hispania depellatur, sacerdotum et iudicium a concilio sancto curæ committitur.

Edictum regis in confirmationem concilii.

Gloriosissimus et piissimus dominus noster Recaredus rex: Universorum sub regni nostris potestate consistentium amatores nos suos divina faciens veritas nostris principaliter sensibus inspiravit, ut causa instaurandæ fidei ac disciplinæ ecclesiasticæ episcopos omnes Hispaniæ nostro præsentandos culmini jubere

^d E., 4, T. 1, 2, deservire.

^e Ex cæteris, præter A., in quo, fatigentur.

mus. Præcedenti autem diligenti et cauta deliberatione sive quæ ad fidem conveniunt, seu quæ ad morum correctionem respiciunt, cum omni sensu maturitate et intelligentiæ gravitate constat esse digesta. Nostra proinde auctoritas id omnibus hominibus ad regnum nostrum pertinentibus jubet, ut si qua definita sunt in hoc sancto concilio habito in urbe Toletana anno regni nostri feliciter quarto, nulli contemnere liceat, nullus præterire præsumat: capitula enim quæ sensibus nostris placita et disciplinæ congrua a præsentis conscripta sunt synodo, in omni auctoritate sive clericorum, sive laicorum, sive quorumcunque hominum observentur et maneat: id est:

I. De observatione priorum canonum.

II. De symbolo proferendo a populis in Ecclesia.

III. De episcopis, ut eis non liceat rem alienare Ecclesiæ.

IV. Ut episcopo liceat unam de parochiatis ecclesiis monasterium facere.

V. Ut episcopis, presbyteris et diaconibus ex hærese converis jam non liceat misceri uxoribus: vel quod hi qui semper catholici fuerunt in cellulis suis cum mulieribus extraneis non morentur.

VI. Quod liberti ab episcopis vel ab aliis facti et ecclesiis commendati permanere debeant liberi.

VII. Quod lectio in omnibus sacerdotalibus mensis legi debeat.

VIII. Quod clericos ex familiis fisci nostri nullus unquam a rege postulet, et qui acceperit irrita talis donatio maneat.

356 IX. De ecclesiis ab hærese translatis, ut ad eos episcopos in quorum sunt parochiis pertineant.

X. De viduis: quod quæ voluerint continentiam teneant, et quæ nubere elegerint quibus voluerint nubant: eaque et de virginibus.

XI. Quod poenitentes secundum modum canonum antiquorum debeant agere poenitentiam.

XII. Quod qui voluerint poenitentiam agere prius tonscantur aut habitum mutant.

XIII. Quod non liceat duos clericos in forum causare publicum.

XIV. Quod Judæis uxores vel concubinas Christianas habere, sive comparare mancipia Christiana, et judaizare non liceat, vel publica officia peragere.

XV. Quod manere debeat firmum si servi fisci nostri ecclesias fecerint easque de peculio suo ditaverint.

XVI. Quod idolatriæ cultura a sacerdotibus vel a iudicibus exquirenda est atque exterminanda.

XVII. Quod qui filios suos necaverint a sacerdotibus vel a iudicibus dstringantur.

XVIII. Quod semel in anno ad concilium sacerdotes et iudices, atque actores patrimonii nostri debeant convenire.

XIX. Quod ecclesiarum omnium dotes ad episcopi ordinationem debeant pertinere.

^a *E.*, B.R., E. 5, T. 4, 2, U., G., *Nigetius. E.* 4, *Nigetius.*

XX. Quod sacerdotes moderanter agere debeant per parochias suas.

XXI. Quod servi Ecclesiæ sive clericorum non debeant a iudicibus vel nostris actoribus in aliqua angaria fatigari.

XXII. Quod religiosorum corpora cum hymnis et canticis tantum deferenda sint ad sepulcra.

XXIII. Quod ballematiæ et turpes cantici prohibendi sunt a sanctorum solemnibus.

Has omnes constitutiones ecclesiasticas quas summatim breviterque præstrinximus, sicut plenius in canone continentur, manere perenni stabilitate sancimus: si quis ergo clericus aut laicus harum sanctionum obediens esse noluerit; si episcopus, presbyter, diaconus aut clericus fuerit; ab omni concilio excommunicationi subjaceat: si vero laicus fuerit et honestioris loci persona est, medietatem facultatum suarum amittat fisci viribus profuturam; si vero inferioris loci persona est, amissione rerum suarum multatus in exilium deputetur.

Flavius Recaredus rex hanc deliberationem quam cum sancta definivimus synodo confirmans subscripsi.

Masona in Christi nomine Ecclesiæ catholicæ Emeritensis metropolitanus episcopus provinciæ Lusitanicæ, his constitutionibus, quibus in urbe Toletana interfui, annuens subscripsi.

357 Enphemius in Christi nomine Ecclesiæ catholicæ Toletanæ metropolitanus episcopus provinciæ Carpetanæ, his constitutionibus, quibus in urbe Toletana interfui, annuens subscripsi.

Leander in Christi nomine Ecclesiæ catholicæ Hispalensis metropolitanus episcopus provinciæ Bæticæ, his constitutionibus, quibus in urbe Toletana interfui, annuens subscripsi.

Micetius ^a in Christi nomine Narbonensis Ecclesiæ metropolitanus episcopus Galliæ provinciæ his constitutionibus, quibus in urbe Toletana interfui, annuens subscripsi.

Pantardus ^b in Christi nomine Ecclesiæ catholicæ Bracharensis metropolitanus Gallæciæ provinciæ, episcopus, his constitutionibus, quibus in urbe Toletana interfui, annuens tam pro me quam pro fratre meo Nitigisio, episcopo de civitate Luci, subscripsi.

Ugnas in Christi nomine Barcinonensis Ecclesiæ episcopus, his constitutionibus, quibus interfui, annuens subscripsi.

Murila in Christi nomine Valentiniæ Ecclesiæ episcopus, his constitutionibus, quibus interfui, annuens subscripsi.

Andonius in Christi nomine Ecclesiæ Oretanæ episcopus his constitutionibus, quibus interfui, annuens subscripsi.

Sedatus in Christi nomine Beterrensis Ecclesiæ episcopus annuens subscripsi.

Palmatus in Christi nomine Ecclesiæ Pacensis episcopus subscripsi.

^b B.R., *Pantardius. E.* 4, T. 4, *Pantardus.*

Joannes in Christi nomine *Mentesanæ* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Mutto *Setabitanae* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Petrus *Ossonobensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Stephanus *Tarraconensis* ^a Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Cabinus *Oscensis* ^b Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Neufila *Tudensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Paulus *Olyssiponensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Sophronius *Egarensis* ^c Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Joannes *Egabrensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Benenatus *Elenensis* ^d Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Polybius *Herdensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Joannes *Dumiensis* Ecclesiæ ^e episcopus subscripsi.

358 Proculus *Segobriensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ermarius ^f *Laniobrensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Simplicius *Casaraugustanae* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Constantius *Portucalensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Simplicius *Urgellitanae* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Asterius *Aucensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Agapius *Cordubensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Stephanus *Hiberitanae* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Petrus *Arcavicensis* *Celtiberiæ* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ubiligisotus *Valentiæ* ^g episcopus subscripsi.

Joannes *Belensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Sunnila *Desensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Philippus *Lamecensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Aquilinus *Ansonensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Dominicus *Iriensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Sergius *Carcasonensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Basilus *Hiplensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Leutherius *Salamanticensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Eulalius *Italicensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

^a B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., *Tirassoneusis*.

^b *Æ.*, T. 2, *Ossonensis*.

^c E. 4, T. 1, *Agarensis*.

^d *Æ.*, E. 4, T. 1, 2, *Elenensis*.

^e *Æ.*, B. R., E. 3, 4, T. 1, 2, *monasterii*.

^f *Æ.*, T. 2, *Emericus*. T. 1, *Ermuricus*.

^g *Æ.*, B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., *Valentiæ*.

^h *Æ.*, T. 1, 2, U., G., *Froisclus*. B. R., *Froisclus*

Julianus *Dertosanæ* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Froisclus ^h episcopus subscripsi.

Theodorus *Basitanae* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Petrus *Hiberitanae* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Beccila *Lucensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Petrus *Segoviensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Gardingus *Tudensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Tigradius *Agathensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Argiovitus *Portucalensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Liliolus *Accitanae* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

359 Celsinus *Valentiæ* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Theodorus ⁱ *Castulonensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Vel. tus *Tuccitanae* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Protognes *Ecclesiæ Sagontinae* episcopus subscripsi.

Mumius *Calagurritanae* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Allicius *Gerondensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Posidonius *Emitensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Taladius *Astoricensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Agrippinus civitatis *Lutuvensis* ⁱ provinciae *Gallicæ* episcopus subscripsi.

Liliolus *Pampilonensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Hyacinthus *Cauriensis* Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Galanus archipresbyter *Emporitanae* Ecclesiæ, agens vicem domini mei *Fructuosi* episcopi, subscripsi.

Servandus diaconus *Ecclesiæ Astigitanae*, agens vicem domini mei *Pergasi* ^k episcopi, subscripsi.

Ildemirus archipresbyter *Auriensis* Ecclesiæ, agens vicem domini mei *Lopati* episcopi, subscripsi.

Genesis in Christi nomine archidiaconus *Ecclesiæ Magalonensis*, vicem agens domini mei *Basitii* episcopi, subscripsi.

Valerianus archidiaconus *Ecclesiæ Nemausensis*, agens vicem domini mei *Paladii* episcopi, subscripsi.

Homilia ^l *sancti Leandri in laudem Ecclesiæ ob conversionem gentis post concilium et confirmationem canonum edita.*

Festivitatem hanc omnium esse solemniorum festivitatum novitas ipsa significat, quoniam sicut nova est conversio tantarum plebium causa, ita et noviora

item ibi *ecclesiæ episcopus.*

¹ *Æ.*, T. 2, *Theudericus*.

² *Æ.*, T. 2, U., *Lutonensis*.

³ B. R., E. 3, *Pegasi*. T. 1, *Pegasi*. T. 2, *Pagari*.

⁴ Deest hæc homilia in A. et E. 3. Desumpta est ex Codice B. R. eum variantibus reliquorum lectionibus.

sunt solito Ecclesiæ gaudia. Nam multas solemnitates per anni decursum celebrat Ecclesia, in quibus tametsi habet gaudia consueta, nova vero sicut in hac non habet. Aliter enim gaudet de rebus semper possessis, aliter de lucris magnis his nuper inventis. Pro qua re et nos ideo majoribus gaudiis elevamur, quia repente novos Ecclesiam parturisse populos in tuemur, et quorum asperitatem quondam gemebamus, de eorum nunc gaudemus credulitate. Ergo materia gaudii nostri tribulationis præteritæ occasio fuit. Gemebamus dum gravaremur, dum exprobraremur, sed gemitus illi id egerunt, ut hi qui per infidelitatem **360** nobis erant sarcina fierent nostra per suam conversionem corona. Hoc denique gratulative profert in psalmis Ecclesia dicens: *In tribulatione dilatasti me*: et Sara dum sæpe a regibus concupiscitur, nec maculam pudicitiae sentit, et Abraham causa pulchritudinis suæ divitem facit: ab ipsis enim regibus Abraham ditatur a quibus Sara (concupiscitur. Condigne ergo Ecclesia catholica gentes, quas sibi æmulas senserit fidei suæ decore, ad sui eas sponsi, hoc est Christi lucra transducit, et per ea regna suum virum divitem reddit per quæ se inquietari persenserit. Sic enim dum ex initio lacessitur vel invidentium dentibus mordetur, dum premitur, eraditur, et dum insectatur, dilatatur, quoniam patientia sua æmulatores suos aut superat aut lucrat. Dicit enim ad eam divinus sermo: *Multe filiae congregaverunt divitias, tu autem supergressa es universas*. Non mirum quod hæreses filiae dicuntur, sed attendendum quod loco spinarum ponantur: filiae sunt eo quod ex semine Christiano generentur; spinæ sunt, eo quod foris a Dei paradiso, hoc est extra catholicam Ecclesiam nutriantur; et hoc non conjectura sensus nostri sed Scripturæ divinæ auctoritate probatur, dicente Salomone: *Sicut lilius inter spinas, sic amica mea inter filias*. Ergo ne magnum vobis videretur quod hæreses dixerim filias, continuo eas nominat esse spinas. Hæreses, inquam, aut in aliquem angulum mundi aut in unam gentem inveniuntur versari; Ecclesia vero catholica, sicut per totum mundum tenditur, ita et omnium gentium societate constituitur. Recto ergo hæreses in cavernis quibus latent congregant ex parte divitias: Ecclesia autem catholica in specula totius mundi locata prætergreditur universas. Exulta ergo et lætare, Ecclesia Dei; gaude et consurge, unum corpus Christi; induere fortitudine et juba exultatione, quoniam tui mœrores in gaudium sunt mutati, et tristitiæ habitum in amictum lætitiæ versum est. Ecce repente oblita sterilitatis et paupertatis tuæ uno partu populos innumeros genuisti Christo tuo, nam dispendiis tuis proficis tuoque damno subcrescis. Tantis denique est sponsus tuus, cujus imperio regeris, ut dum te patiaris deprædari ad modicum, rursum et prædara tuam ad te reducat, et hostes tuos tibi conquirit. Sic autem agricola, sic piscator [*Æ.*, pastor], dum lucra attendit futura, quæ se-

^a E. 4, T. 1, 2, locupletata.

minat et quæ hamo incesserit non imputat damna. Tu proinde jam ne fleas, ne lugeas temporaliter quosdam recessisse a te, quos cernis cum magna lucris rediisse ad te. Exulta ergo fidei confidentia et tui capitis merito fide esto **361** robusta, dum quæ recolis o'im repromissa nunc cernis ^b fuisse completa. Ait enim in Evangelio ipsa Veritas: *Uportebat Christum mori pro gente et non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi congregaret in unam*. Tu profecto in psalmis proclamans, odientibus pacem dicens: *Magnificate Dominum necum et exaltemus nomen ejus in unum*. Et rursum: *In conveniendo populos in unum et regna ut serviant Domino*. Quam dulcis sit charitas, quam delectabilis unitas, non nesciens per prophetica vaticinia, per evangelica oracula, per apostolica documenta, non nisi connexionem gentium prædicas, nisi unitatem populorum suspiras, nisi pacis et charitatis bona disseminas. Lætare ergo in Domino eo quod non sis fraudata desiderio tuo, nam quos tanto tempore gemitu teste et oratione continua concepisti, nunc post glacies hiemis, post duritiam frigoris, post austeritatem nivis, velut jucunditatem agrorum frugem, et lætos verni flores vel arridentes vinearum stipilibus palmites, repente in gaudio peperisti. Ergo, fratres, tota hilaritate animi exulemus in Domino, et jubilemus Deo Salvatori nostro. Hoc de cætero per ea quæ jam sublata sunt, ea quæ adhuc exspectantur implenda vera esse credamus. Quæ enim præfata sunt, Domino dicente: *Alias oves habeo quæ non sunt ex hoc ovili, et illas oportet ad me adduci, ut sit unus grex et unus pastor*; ecce contuemur fuisse completa. Pro qua re non dubitemus totum mundum posse in Christum credere, atque ad unam Ecclesiam convenire, quoniam rursus ipso testificante didicimus in Evangelio: *Et prædicabitur, inquit, hoc Evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus: et tunc, inquit, veniet consummatio*. Si ergo remanserit pars aliqua mundi vel gens barbara quam fides non irradiaverit Christi, profecto credituram atque in unam Ecclesiam esse venturam nullo modo dubitemus, si ea quæ Dominus dixit vera esse putamus. Ergo, fratres, reposita est loco malignitatis humilitas, et errori occurrit veritas, ut quia superbia linguarum diversitate ab unione gentes separaverat, eas rursus gremio germanitatis colligeret charitas, et quemadmodum unus possessor est totius mundi Dominus, ita et possessionis ejus esset unum cor et animus unus. *Pete a me, ait, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terræ*. Propterea et ex uno homine propagatum est omne hominum genus, ut qui ex illo uno procederent unum saperent, unitatem quærerent et diligerent. Ordo ergo naturalis exposcit, ut qui ex uno homine trahunt originem mutuam teneant charitatem, nec dissentiat a fidei veritate qui non disjungitur naturali propagine. Hæreses **362** vero et divisiones e fonte manant vitiorum: unde quisquis ad unitatem

^b Æ., repromissa, opere nunc cernis.

venit ex vitio ad naturam reddit; quia sicut natura est fieri ex pluribus unitatem, sic est vitii fraternitatis declinare dulcedinem. Erigamur ergo tota mente in gaudia, ut quia gentes studio decertandi perierant, sibi in amicitiam Christus unam Ecclesiam procuraret, in qua eas rursus reduceret concordia charitatis. De hac profecto Ecclesia vaticinatur propheta dicens: *Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus.* Et iterum: *Erit, in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes, et ibunt populi multi et dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini et ad domum Dei Jacob.* Mons enim Christus est: et domus Dei Jacob una Ecclesia est ejus, ad quam et gentium concursus et populorum pronuntiat confluere conventum. De qua rursum in alio loco dicit propheta: *Surge, illumine, Jerusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est; et ambulabunt, ait, gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui: leva in circuitu oculos tuos et vide: Omnes isti congregati sunt et venerunt tibi: et edificabunt, inquit, filii peregrinorum muros tuos, et reges eorum ministrabunt tibi.* Qui ut notesceret quæ ventura essent genti vel populo, quæ ab unius Ecclesiæ communionem recidissent, secutus est: *Gens enim et regnum quod non servierit tibi peribit.* Alio denique loco similiter ait: *Ecce gentem quam nesciebas vocabis, et gentes quæ non cognoverunt te ad te current.* Unus enim est Christus Dominus, cujus est una per totum mundum Ecclesia sancta possessio. Ille igitur caput, et ista corpus, de quibus in principio Genesis dicitur: *Erunt duo in carne una:* quod Apostolus in Christo intelligit et in Ecclesia. Dum ergo ex omnibus gentibus unam vult Christus habere Ecclesiam, quicumque

A extraneus est ab ea, licet Christiano nomine nuncupetur, Christi tamen corporis compage non tenetur. Hæresis enim quæ respuit catholicæ Ecclesiæ unitatem, eo quod adulterino amore diligit Christum, non uxoris sed concubinæ obtinet locum, quoniam vera duos dicit Scriptura esse in carne una, videlicet Christum et Ecclesiam, quo locum meretrix nullum invenit tertia. *Una est enim, ait Christus, amica mea, una est sponsa mea, una est genitricis suæ filia.* De quo item eadem Ecclesia pronuntiat dicens: *Ego dilecto meo et dilectus meus mihi.* Quærant nunc hæreses a quo constuprentur vel ejus sint prostibulum factæ, quoniam ab immaculato toro recesserunt Christi, a quo quanto pretiosam esse novimus copulam charitatis, tanto Deum hac celebritate laudemus, quod gentes, pro quibus **363** sanguis fusus est Unigeniti sui, non passus est extra unum ovile diaboli dentibus devorari. Lugeat igitur veterosus prædo suam prædam amisisse, quia impletum videmus quod propheta vaticinante audivimus: *Equidem, inquit, hæc captivitas a forte tollitur, et quod ablatum fuerat a robusto saltatur.* Parietem enim discordiæ quem fabricaverat diabolus pax Christi destruxit, et domus quæ divisione in mutuam certabat cædem, uno jam Christo lapide angulari conjungitur. Dicamus ergo omnes: *Gloria in **364** excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis:* nullum enim præmium charitati compensatur. Ideo omni gaudio præponitur, quia pax et charitas facta est, quæ omnium virtutum obtinet principatum. Superest autem C ut unanimiter unum omnes regnum effecti tam pro stabilitate regni terreni quam felicitate regni cœlestis Deum precibus adeamus, ut regnum et gens, quæ Christum glorificavit in terris, glorificetur ab illo non solum in terris sed etiam in cœlis. Amen.

XLIX

CONCILIIUM TOLETANUM QUARTUM.

SEXAGINTA SEX EPISCOPORUM HISPANIÆ ET GALLIÆ, ANNO TERTIO REGNANTE DOMINO NOSTRO GLORIOSISSIMO PRINCIPE SISENANDO, DIE NONARUM DECEMBRIS, ÆRA ^a DCLXXI.

Dum studio amoris Christi ac diligentia religiosissimi Sisenandi regis Hispaniæ atque Galliæ sacerdotes apud Toletanam urbem in nomine Domini convenissemus, ut ejus imperiis atque jussis communis a nobis ageretur de quibusdam Ecclesiæ disciplinis tractatus, primum gratias Salvatori nostro Deo omnipotenti egimus, post hæc antefato ministro ejus excellentissimo et glorioso regi, cujus tanta erga Deum devotio exstat ut non solum in rebus humanis sed etiam in causis divinis sollicitus maneat. Hic quippe dum in basilica beatissimæ et sanctæ martyris ^b Leonardiæ omnium nostrum pariter jam cœtus adesset, tali pro merito fidei suæ cum magnificentissimis et nobilissimis viris ingressus primum coram sacerdo-

tibus Dei humo prostratus cum lacrymis et gemitibus pro se interveniendum Deo ^c postulavit; deinde religiosa prosecutione synodum exhortatus est ut patrum decretorum memores ad conservanda in nobis jura ecclesiastica studium præberemus, et illa corrigere quæ dum per negligentiam in usum venerunt contra ecclesiasticos mores licentiam sibi de usurpatione fecerunt. Talibus igitur ejus monitis congregantes necessarium existit juxta ejus nostrumque votum tractare quæ competunt, sive in sacramentis divinis quæ diverso atque illicito modo in Hispaniarum ecclesiis celebrantur, seu quæ in moribus prave usurpata noscuntur: et quoniam generale concilium agimus, oportet primum nostræ vocis sermonem de

^a E. 4, T. 1, p. 378 DCLXX.

^b Æ., B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G. confessoris.

^c In reliquis, præter A. et E. 3, Domino.

Deo esse, ut post professionem fidei sequentia operis nostr. vota quasi super fundamentum firmissimum disponantur.

*I. De evidenti catholicæ fidei veritate *.*

Secundum divinas Scripturas et doctrinam quam a sanctis Patribus accepimus, Patrem et Filium et Spiritum sanctum unius deitatis atque substantiæ consistemur: in personarum diversitate Trinitatem credentes, in divinitate **365** unitatem prædicantes nec personas confundimus, nec substantiam separamus. Patrem a nullo factum vel genitum dicimus: Filium a Patre non factum sed genitum asserimus: Spiritum vero sanctum nec creatum nec genitum, sed procedentem ex Patre et Filio profitemur: ipsum autem Dominum Jesum Christum Filium Dei et Creatorem omnium ex substantia Patris ante sæcula genitum descendisse ultimo tempore, pro redemptione mundi, a Patre; qui nunquam desiit esse cum Patre; incarnatus est enim ex Spiritu sancto et sancta gloriosa Dei genitrice virgine Maria et natus ex ipsa solus; idem Christus Dominus Jesus unus de sancta Trinitate anima et carne perfectum sine peccato suspiciens hominem, manens quod erat, assumens quod non erat, æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patri secundum humanitatem, habens in una persona duarum naturarum proprietates; naturæ enim in illo duæ, Deus et homo, non autem duo filii et dii duo, sed idem una persona in utraque natura; perferens passionem et mortem pro nostra salute, non in virtute divinitatis sed in infirmitate humanitatis, descendit ad inferos, ut sanctos qui ibidem tenebantur erueret, devictoque mortis imperio resurrexit; assumptus deinde in cælos venturus est in futuro ad iudicium vivorum et mortuorum; cujus morte et sanguine mundati remissionem peccatorum consecuti sumus, resuscitandi ab eo in die novissima in ea qua nunc vivimus carne et in ea qua resurrexit idem Dominus forma, percepturi ab ipso, alii pro justitiæ meritis vitam æternam, alii pro peccatis supplicii æterni sententiam. Hæc est catholicæ Ecclesiæ fides: hanc confessionem conservamus atque tenemus, quam quisquis firmissime custodierit perpetuam salutem habebit.

II. De uno ordine in ministeriis vel officiis in cunctis ecclesiis celebrando.

Post rectæ fidei confessionem, quæ in sancta Dei Ecclesia prædicatur, placuit, ut omnes sacerdotes qui catholicæ fidei unitate complectimur, nihil ultra diversum aut dissonum in ecclesiasticis sacramentis agamus, ne quælibet nostra diversitas apud ignotos seu carnales schismatis errorem videatur ostendere, et multis existat in scandalum varietas ecclesiarum. Unus igitur ordo orandi atque psallendi a nobis per omnem Hispaniam atque Galliam conservetur, unus modus in missarum solemnitatibus, unus in vespertinis matutinisque officiis, nec diversa sit ultra in

* Ex *Æ.*, B. R., E. 3, T. 1, 2, deprompti sunt omnes canonum hujus concilii tituli, qui desunt in A. et reliquis.

nobis ecclesiastica consuetudo qui una fide contine- mur et regno; hoc enim et antiqui canones decreverunt, ut unaquæque **365** provincia et psallendi et ministrandi parem consuetudinem teneat.

III. De qualitate conciliorum, vel quare aut quando fiant.

Nulla pene res disciplinæ mores ab Ecclesia Christi depulit quam sacerdotum negligentia, qui, contemptis canonibus, ad corrigendos ecclesiasticos mores synodum facere negligunt: ob hoc a nobis universaliter definitum est, ut quia juxta antiqua Patrum decreta bis in anno difficultas temporis fieri concilium non sinit, saltem vel semel a nobis celebretur; ita tamen ut si fidei causa est, aut quælibet alia Ecclesiæ communis, generalis totius Hispaniæ et Galliæ synodus convocetur; si vero nec de fide nec de communi Ecclesiæ utilitate tractabitur, speciale erit concilium uniuscujusque provinciæ, ubi metropolitanus elegerit peragendum. Omnes autem qui causas adversus episcopos aut iudices vel potentes aut contra quoslibet alios habere noscuntur ad idem concilium concurrant, et quæcunque examine synodali a quibuslibet prave usurpata inveniuntur, regii executoris instantia justissime his quibus jura sunt reformentur, ita ut pro compellendis iudicibus vel sæcularibus viris ad synodum metropolitani studio idem exsecutor a principe postulatur. Quinto decimo autem calendarum Juniarum congreganda est in unaquaque provinciæ synodus propter vernale tempus, quando herbas terra vestitur et pabula germinum inveniuntur.

IV. Formula secundum quam debeat sancta synodus in Dei nomine fieri.

Hora itaque diei prima ante solis ortum ejiciantur omnes ab ecclesia, obseratisque foribus cunctis ad unam januam per quam sacerdotes ingredi oportet ostiarii stent: et convenientes omnes episcopi pariter introeant et secundum ordinationis suæ tempus resideant. Post ingressum omnium episcoporum atque concessum vocentur deinde presbyteres quos causa probaverit introire, nullus se inter eos ingerat diaconorum; post hos ingrediantur diacones probabiles quos ordo poposcerit interesse, et corona facta de sedibus episcoporum presbyteres a tergo eorum resideant, diacones in conspectu episcoporum stent; deinde ingrediantur laici qui electione concilii interesse meruerint; ingrediantur quoque et notarii quos ad recitandum vel excipiendum ordo requirit et obserentur januæ; sedentesque in diuturno silentio sacerdotes et cor totum habentes ad Deum, dicat archidiaconus: Orate: statimque omnes in terra prostrabuntur, et orantes ^b diutius **367** tacite cum fleatibus atque gemitibus, unus ex episcopis senioribus surgens orationem palam fundat ad Dominum, cunctis adhuc in terra jacentibus. Finita autem oratione et responso ab omnibus: Amen, rursus dicat diaconus: Erigite vos; et confestim omnes sur-

^b Recte scriptum fuisset *sedentibus.... sacerdotibus.... habitibus.... orantibus.*

gant, e: enim omni timore Dei et disciplina tam episcopi quam presbyteres sedeant, sicque omnibus in suis locis in silentio con-sedentibus diaconus alba indutus Codicem canonum in medium proferens, capitula de conciliis agendis pronuntiet, finitisque titulis metropolitanus episcopus concilium alloquatur dicens: Ecce, sanctissimi sacerdotes, recitatae sunt ex canonibus prae-scorum Patrum sententiae de concilio celebrando; si qua igitur quaequam vestrum actio commovet, coram suis fratribus proponat. Tunc si aliquis quaecunque querelam quae contra canones agit in audientiam sacerdotalem protulerit, non prius ad aliud transeat capitulum, nisi primum quae praeposita est actio terminetur; nam et si presbyter aliquis aut diaconus, clericus sive laicus, de his qui foris steterint concilium pro qualibet re crediderit appellandum, Ecclesiae metropolitanae archidiacono causam suam intimet, et ille concilio denuntiet: tunc illi et introeundi et proponendi licentia concedatur. Nullus autem episcoporum a coetu communi secedat antequam hora generalis secessionis adveniat: concilium quoque nullus solvere audeat nisi fuerint cuncta determinata, ita ut quaecunque deliberatione communi finiuntur episcoporum singulorum manibus subscribantur: tunc enim Deus suorum sacerdotum interesse credendus est, si, tumultu omni abjecto, sollicitate atque tranquille ecclesiastica negotia terminentur.

V. De annuntiatione Paschae ante Epiphaniam inter episcopos exquirenda.

Solet in Hispaniis de solemnitate paschali varietas existere praedicationis, diversa enim observantia laterculorum paschalis festivitatis interdum errorem parturit: proinde placuit, ut ante tres menses Epiphaniarum metropolitani sacerdotes litteris se invicem inquirant, ut communi scientia edocti diem resurrectionis Christi et comprovincialibus suis insinuent et uno tempore celebrandum annuntient.

VI. De trina et simpla in baptismo mersione.

De baptismi autem sacramento propter quod in Hispaniis quidam sacerdotes trinam, quidam simplicam mersionem faciunt, a nonnullis schisma esse conspicitur et unitas fidei scindi videtur; nam dum partes diverso et 369 quasi contrario modo agunt, alii alios non baptizatos esse contendunt: proinde quid a nobis in hac sacramenti diversitate sciendum [Br., finiendum] sit apostolicae sedis informemur praecipis, non nostram sed paternam institutionem sequentes. Beatae igitur memoriae Gregorius Romanae Ecclesiae pontifex, qui non solum partes Italiae illustravit sed et longe existentes ecclesias sua doctrina perducit, efflagitante sanctissimo Leandro episcopo de hac Hispaniae diversitate quid potius esset sequendum, inter cetera rescribens ei sic ait: De trina vero mersione baptismatis nihil respondi verius potest quam ipsi sensisset, quia in una fide nihil officit sanctae Ecclesiae consuetudo diversa. Nos autem quod tertio mergimus triduae sepulturae sacramenta signamus, ut dum tertio ab aquis infans educitur,

A resurrectio triduae temporis exprimitur: quod si quis forte etiam pro summae Trinitatis veneratione existimet fieri, neque ad hoc aliquid obstat baptizandum semel in aquis mergere, quia dum in tribus subsistentiis una substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismo vel ter vel semel mergere, quando et in tribus mersionibus personarum Trinitas et in una potest divinitatis singularitas designari. Sed si nunc usque ab haereticis infans in baptismo tertio mergebatur, sciendum apud vos esse non censeo, ne dum mersiones numerant divinitatem dividant, dumque quod faciebant faciunt, morem vestrum se vicisse gloriantur. Quapropter quia de utroque sacramento quod fit in sancto baptismo a tanta viro reddita est ratio quod utrumque rectum, utrumque irreprehensibile in sancta Dei Ecclesia habeatur, propter vitandum autem schismatis scandalum vel haeretici dogmatis usum simplicam teneamus baptismi mersionem, ne videantur apud nos qui tertio mergunt haereticorum approbare assertionem, dum sequuntur et morem, et ne forte cuiquam sit dubium huius simpli mysterium sacramenti, videat in eo mortem et resurrectionem Christi significari; nam in aquis mersio quasi in infernum descensio est, et rursus ab aquis emersio resurrectio est. Item videant in eo unitatem divinitatis et Trinitatem personarum ostendi, unitatem dum semel mergimus, Trinitatem dum in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizamus. Panditur huius singularis baptismatis mysterium etiam sanctarum Scripturarum exemplis, Paulo apostolo attestante: *Nolo vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt et omnes in Moysae baptizati sunt in nube et in mari: mare quippe Rubrum significat baptismum Christi sanguine consecratum, per quem populus Dei semel transit, ubi tamen tota erat Trinitas, 369 praecedente populum columna ignis et nubis; in igne quippe significabatur Pater, in columna Filius, in nube Spiritus sanctus. Jordanis quoque fluens cum arca populus Dei semel transit, per quod significatur simpla mersio baptismatis, cuius sacramento Ecclesia abluitur, et de saeculi huius laboribus per baptismum quasi per Jordanem ad terram caelestis re- missionis ingreditur.*

VII. De celebrando officio in feria sexta Paschae.

Comperimus quod per nonnullas ecclesias in die sexta feria passionis Domini clausis basilicarum foribus nec celebretur officium, nec passio Domini populis praedicetur, dum idem Salvator noster apostolis suis praecipiat dicens: *Passionem et mortem et resurrectionem meam omnibus praedicite*: ideoque oportet eodem die mysterium crucis, quod ipse Dominus cunctis annuntiandum voluit, praedicare, atque indulgentiam criminum clara voce omnem populum postulare, ut poenitentiae compunctione mundati venerabilem diem dominicae resurrectionis remissis iniquitatibus suscipere mereamus, corporisque

ejus et sanguinis sacramentum mundi a peccato sumamus.

VIII. *De non solvendis jejuniis in feria sexta Paschæ.*

Quidam in die ejusdem dominicæ passionis ab hora nona jejunium solvunt, conviviis abutuntur, et dum sol ipse eadem die tenebris pallatus lumen subduxerit, ipsaque elementa turbata mœstitiam totius mundi ostenderint, illi jejunium tanti diei poluunt, epulisque Inserviunt: et quia totum eundem diem universalis Ecclesia propter passionem Domini in mœrore et abstinentia peragit, quicumque in eo jejunium præter parvulus, senes et languidos, ante peractas indulgentiæ preces resolverit, a paschali gaudio depelletur [*Æ.*, *E.* 4, repellatur], nec in eo sacramentum corporis et sanguinis Domini percipiat, quia diem passionis ipsius per abstinentiam non honorat.

IX. *De benedicendo cereo et lucerna in pervigiis Paschæ.*

Lucerna et cereus in pervigiis Paschæ apud quasdam ecclesias non benedicuntur, et cur a nobis benedicantur inquirunt: propter gloriosum enim noctis ipsius sacramentum solemniter hæc benedicimus, ut sacræ resurrectionis Christi mysterium, quod tempore hujus votivæ noctis advenit, in benedictione sanctificati luminis suscipiamus; et quia hæc observatio per multarum loca terrarum regionesque Hispaniæ in ecclesiis commendatur, 370 dignum est ut propter unitatem pacis in Gallicanis ecclesiis conservetur: nulli autem impune erit qui hæc statuta contempserit, sed paternorum regulis subjacebit.

X. *De dominica oratione quotidie patenter pronuntianda.*

Nonnulli sacerdotum per Hispaniis reperiuntur qui dominicam orationem quam Salvator noster docuit et præcepit, non quotidie sed tantum die Dominica dicunt, et quia ut sine intermissione oremus Apostolos docuit; qualiter autem oremus Christus præcepit dicens: *Cum autem oratis, dicite: Pater noster, qui es in cælis*: quomodo ergo quotidie non dicitur quod sine intermissione dici jubetur? nam in tantum quotidie hæc oratio dicenda est, quantum et ipso titulo utitur dum vocatur oratio quotidiana; sic enim eam sancti Patres nuncupaverunt, quod etiam apud doctores quorum illustris doctrina est inventur. Sanctus quippe Cyrianus dicit: Ita que in oratione dominica panem nostrum, id est Christum dari nobis quotidie petimus, ut qui in Christo manemus et vivimus a sanctificatione et corpore ejus non recedamus. Sanctus Hilarius dicit: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: quid enim tam vult Deus quam ut quotidie Christus habitet in nobis, qui est panis vitæ et panis e cælo? et quia quotidiana oratio est, quotidie quoque ut detur oratur. Sanctus Augustinus dicit: De quotidianis autem brevibusque precibus, sine quibus vita hæc non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit: eorum est enim dicere:

^a B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., *terrarum.*

^b In *Æ.*, B. R., E. 4, U., G., desunt omnia ab his

A Pater noster, qui es in cælis; qui jam Patre tali regenerati sunt ex aqua et Spiritu sancto: delet igitur hæc quotidiana oratio minima quotidiana peccata, delet et illa a quibus vita fidelium etiam scelerata gesta pœnitendo in melius mutata discedit. Ergo sicut Christus præcepit, sicut Apostolus admonuit, et quemadmodum doctores ecclesiastici instituerunt, quia quotidie vel cogitatione vel verbo vel opere delinquimus, quotidie hanc orationem effundere in conspectu Dei debemus: quisquis ergo sacerdotum vel subjacentium clericorum hanc orationem dominicam quotidie aut in publico aut in privato officio præterierit propter superbiam, judicatus ordinis sui honore mulctetur.

XI. *De non cantando in Quadragesima Alleluia.*

B Item cognovimus quosdam Hispaniæ sacerdotes quod in quadragesimæ diebus Alleluia decantent præter in ultima hebdomada paschæ, quod deinceps fieri interdiximus, statuentes ut in omnibus prædictis quadragesimæ 371 diebus, quia tempus est non gaudii sed mœroris, Alleluia ideo non decantetur; tunc enim opus est fletibus ac jejuniis insistere, corpus cilicio et cinere in luere, animum mœroribus dejicere, gaudium in tristitiam vertere, quousque veniat tempus resurrectionis Christi, quando oporteat Alleluia in lætitia canere et mœrorem in gaudium commutare. Hoc enim Ecclesiæ universalis consensio [*T.* 2, consuetudo] in cunctis provinciarum a partibus roboravit, quod et a nobis omnibus ut conservetur per Hispanias Galliasque provincias oportebit: in temporibus quoque reliquorum calendarum Januariis, quæ propter errorem Gentilium aguntur, omnino Alleluia non decantabitur, in quibus etiam præter piscem et olus, sicut in illis quadraginta diebus, cæteris carnibus abstinetur et a quibusdam etiam nec vinum bibitur. Si quis igitur episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet ex ordine clericorum fuerit repertus, qui arbitrium suum huic constitutioni æstimat præferendum, ordinis sui officio carere cogatur et communionem ejusdem paschæ privetur.

XII. *Quod laudes non mox post Apostolum sed post Evangelium sint dicendæ.*

D In quibusdam quoque Hispaniarum ecclesiis laudes post Apostolum decantantur priusquam Evangelium prædicetur, dum canones præcipiant post Apostolum non laudes, sed Evangelium e pronuntiare, præsumptio est enim ut anteponantur ea quæ sequi debent; nam laudes ideo Evangelium sequuntur propter gloriam Christi quæ per idem Evangelium prædicatur; circa omnes igitur sacerdotes hic ordo deinceps retineatur: excommunicationis poenam suscepturi qui hunc ordinem perturbaverint.

XIII. *De hymnorum cantu non renuendo.*

De hymnis etiam canendis et Salvatoris et apostolorum habemus exemplum. nam et ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur, Matthæo evangelista tevocibus: in temporibus, usque ad illas: Si quis igitur. ^c *Æ.*, B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., *annuntiare.*

stante : *Et, hymno dicto, exierunt in montem Oliveti* : A **373** XVI. *De discretione Glorix in fine responsoriorum.*
 et Paulus apostolus ad Ephesios scripsit dicens : *Implemini Spiritu loquentes vos in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus.* Et quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei atque apostolorum et martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi quos beatissimi doctores Hilarius atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant pro eo quod de Scripturis sanctorum canonum vel apostolica traditione non existunt ; respiciunt **372** ergo et illum hymnum ab hominibus compositum, quem quotidie publico privatoque officio in fine omnium psalmodiarum dicimus : *Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui sancto in sæcula sæculorum.* Nam et ille hymnus quem nato in carne Christo angeli cecinerunt : *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis* : et reliqua quæ ibi sequuntur ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec idem in ecclesiis canendus est quia in sanctarum Scripturarum libris non est ? Componuntur ergo hymni, sicut componuntur missæ sive preces vel orationes sive commendationes seu manus impositiones, ex quibus si nulla dicantur in ecclesia, vacant officia omnia ecclesiastica. Admonet hæc fieri atque hortatur Timotheum Apostolus dicens : *Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et pro omnibus qui in sublimitate sunt.* Sicut igitur orationes ita et hymnos in laudem Dei compositos nullus nostrum ulterius improbet, sed pari modo Gallia Hispaniaque celebret : excommunicatione plectendi qui hymnos rejicere fuerint ausi.

XIV. *De hymno trium puerorum in cunctis missarum solemnibus decantando.*

Hymnum quoque trium puerorum, in quo universa cæli terræque creatura Deum collaudat et quem Ecclesia catholica per totum orbem diffusa celebrat, quidam sacerdotes in missa dominicorum dierum et in solemnitatibus martyrum canere negligunt : proinde hoc sanctum concilium instituit, ut per omnes ecclesias Hispaniæ vel Galliæ in omnium missarum solemnitate idem hymnus in pulpito decantetur : communionem amissuri qui et antiquam hujus hymni consuetudinem nostramque definitionem excesserint.

XV. *Ut in fine psalmodiarum : Gloria et honor Deo sit dicendum.*

In fine psalmodiarum non sicut a quibusdam lucusque *Gloria Patri, sed Gloria et honor Patri* dicatur, David propheta dicente : *Afferte Domino gloriam et honorem* : et Joannes evangelista in Apocalypsi audivit vocem cælestis exercitus dicentium : *Honor et Gloria Deo nostro sedenti in throno* : ac per hoc hæc duo sic oportet in terris dici, sicut in cælis resonant. Universis igitur ecclesiasticis hanc observantiam damus, quam quisquis præterierit communionis partem non habebit.

* *Æ.*, Ergo nec ipsi in ecclesiis canendi sunt, qui in sanctarum Scripturarum libris non inveniuntur?

Sunt quidam qui in fine responsoriorum *Gloriam* non dicant propter quod interdum inconvenienter resonat ; sed hæc est discretio, ut in lætis sequatur *Gloria*, in tristioribus repetatur principium.

XVII. *De Apocalypsis libro in omnibus recipiendo.*

Apocalypsis librum multorum conciliorum auctoritas et synodica sanctorum præsulorum Romanorum decreta Joannis evangelistæ esse præscribunt, et inter divinos libros recipiendum constituerunt : et quia plurimi sunt qui ejus auctoritatem non recipiunt atque in Ecclesia Dei prædicare contemnunt, si quis eum deinceps aut non receperit aut a Pascha usque ad Pentecosten missarum tempore in ecclesia non prædicaverit, excommunicationis sententiam habebit.

XVIII. *Quod post benedictionem populo datam communicare debeant sacerdotes.*

Nonnulli sacerdotes post dictam orationem dominicam statim communicant, et postea benedictionem populo dant, quod deinceps interdicimus ; sed post orationem dominicam et conjunctionem panis et calicis benedictio in populum sequatur, et tunc demum corporis et sanguinis Domini sacramentum sumatur, eo videlicet ordine ut sacerdos et levita ante altare communicent, in choro clerus, extra chororum populus.

XIX. *De ordinatione episcoporum.*

Perniciosa consuetudo nequaquam est reticenda, quæ majorum statuta præteriens omnem Ecclesiæ ordinem perturbavit, dum alii per ambitum sacerdotia appetunt, alii oblati muneribus pontificatum assumunt, nonnulli etiam sceleribus implicati vel sæculari militiæ dediti indigni ad honorem summi ac sacri ordinis pervenerunt ; de quorum scilicet casu atque remotione oportuerat quidem statuendum, sed perturbatio quamplurima Ecclesiæ oriretur. Præteritis omisis, deinceps qui non promoveantur ad sacerdotium ex regulis canonum necessario credimus inserendum : id est qui in aliquo crimine detecti sunt, qui infamie nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam pœnitentiam admisisse confessi sunt, qui in hæresim lapsi sunt, qui in hæresi baptizati aut rebaptizati esse noscuntur, qui semetipsos absciderunt, aut naturali defectu membrorum aut decessione aliquid minus habere noscuntur, qui **374** secundæ uxoris conjunctionem sortiti sunt aut numerosa conjugia frequentarunt, qui viduam vel marito relictam duxerunt aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas ad fornicationes habuerunt, qui servili conditioni obnoxii sunt, qui ignoti sunt, qui neophyti vel laici sunt, qui sæculari militiæ dediti sunt, qui curiæ nexibus obligati sunt, qui inscii litterarum sunt, qui nondum ad triginta annos pervenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non accesserunt, qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliantur, qui a decessoribus in sacer-

dotium eliguntur; sed nec ille deinceps sacerdos A erit, quem nec clerus, nec populus propriæ civitatis elegit, nec auctoritas metropolitani vel comprovincialium ^a sacerdotum assensio exquisivit. Quicumque igitur deinceps ad ordinem sacerdotii postulatur, et in his quæ prædicta ^b sunt, exquisitus in nullo horum deprehensus fuerit atque examinatus probabilis vita atque doctrina exstiterit, tunc secundum synodalia vel decretalia constituta cum omnium clericorum vel civium voluntate ab universis comprovincialibus episcopis aut: certe a tribus in sacerdotium die dominica consecrabitur, conniventibus cæteris, qui absentes fuerint, litteris suis, et magis auctoritate vel præsentia ejus, qui est in metropoli constitutus. Episcopus autem comprovincialis ibi consecrandus est ubi metropolitano elegerit: metropolitano autem non nisi in civitate metropoli, comprovincialibus ibidem convenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum ad gradum sacerdotii indignus aspirare contenderit, cum ordinatibus suis adepti honoris periculo subjacebit.

XX. De numero annorum quo sacerdotes et levitæ ordinentur.

In veteri lege ab anno vicesimo et quinto levitæ tabernaculo servire mandantur, cujus auctoritatem in canonibus et sancti Patres secuti sunt. Nos et divinæ legis et conciliorum præcepti inmemores, infantes et pueros levitas facimus ante legitimam ætatem, ante experientiam vitæ: ideoque ne ulterius fiat a nobis et divinæ legis et canonicis admonemus sententiis, sed a viginti quinque annis ætatis levitæ consecrentur, et a triginta presbyteres ordinentur, ita ut secundum apostolicum præceptum probentur primum, et sic ministrent nullum crimen habentes.

XXI. De castitate sacerdotum.

Quicumque in sacerdotio Dei positi sunt **375** irreprehensibiles esse debent, Paulo apostolo attestante: *Oportet episcopum irreprehensibilem esse: inoffensos igitur et immaculatos decet Dei existere sacerdotes, nec ullo eos fornicationis contagio pollui, sed caste viventes mundos semetipsos celebrandis exhibeant sacramentis. Abstineamus ergo nos ab omni opere malo, et ab omni inquinamento carnis liberi maneamus, ut mundi corpore, purgati mente, possimus ad sacrificium Christi digni accedere et Deum pro delictis omnium deprecari.*

XXII. Ut episcopus in conclavi suo idoneum testimonium habeat.

Quamvis conscientiam puram apud Deum nos habere oporteat, tamen et apud homines famam optimam custodire convenit, ut juxta præceptum apostolicum non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus vitæ sancte testimonium habeamus; quidam enim hucusque sacerdotum non modicum scandalum creaverunt, dum in accusatione luxuriæ, in conver-

satione vitæ non bonæ famæ existunt. Ut igitur excludatur deinceps omnis nefanda suspicio aut casus, et ne detur ultra sæcularibus obrectandi locus, oportet episcopos testimonium probabilem personarum in conclavi suo habere, ut et Deo placeant per conscientiam puram ^c et Ecclesiæ per optimam famam.

XXIII. Ut presbyter vel diaconus vitæ suæ habeant testimonium.

Non aliter placuit, ut quemadmodum antistites ita presbyteres atque levitæ quos forte infirmitas aut ætatis gravitas in conclavi episcopi manere non sinit, ut et iidem in cellulis suis testes vitæ habeant, vitamque suam sicut nomine ita et meritis teneant.

XXIV. De conversione clericorum: ut in uno conclavi sint.

Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum, nihil enim incertius quam vita adolescentium; ob hoc constituendum oportuit, ut si qui in clero puberes aut adolescentes existunt, omnes in uno conclavi atrii commorentur, ut lubricæ ætatis annos non in luxuria sed in disciplinis ecclesiasticis agant deputati probatissimo seniori, quem et magistrum doctrinæ et testem vitæ habeant: quod si aliqui ex his pupilli existunt, sacerdotali tutela foveantur, ut et vita eorum a criminibus intacta sit, et res ab injuria improborum. Qui autem his præceptis reluctaverint, monasteriis deputentur, ut vagantes **376** animi et superbi severiori regula distinguantur.

XXV. Ut sacerdotes Scripturarum sanctarum et canonum cognitionem habeant.

Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt: sacerdotes enim legere sancta Scriptura adinonet, Paulo apostolo dicente ad Timotheum: *Intende lectioni, exhortationi, doctrinæ, semper permane in his.* Sciant igitur sacerdotes Scripturas sanctas et canones, ut omne opus eorum in prædicatione et doctrina consistat, atque ædificent cunctis tam fidei scientia quam operum disciplina.

XXVI. De officiali libello parochianis presbyteris dando.

Quando presbyteres in parochias ordinantur, libellum officiale a sacerdote suo accipiant, ut ad ecclesias sibi deputatas instructi succedant, ne per ignorantiam etiam ipsis divinis sacramentis offendant, ita ut quando ad litanias vel ad concilium venerint, rationem episcopo suo reddant qualiter susceptum officium celebrant, vel baptizant.

XXVII. De professione parochitanorum presbyterorum.

Quando presbyteres aut diacones per parochias constituuntur, oportet eos professionem episcopo suo facere, ut caste et pure ^d vivant sub timore Dei, ut dum eos talis professio alligat ^e, vitæ sanctæ disciplina retineat.

XXVIII. De ordine quo depositi iterum ordinantur.

Episcopus, presbyter, aut diaconus, si a gradu suo

^a Ex cæteris Codicibus, præter A., in quo: *provincialiam.*

^b Ex reliquis præter A. et E. 3, in quibus: *prædicata.*

^c Æ., B. R., E. 4, T. 1, U., G., *per conversationem bonam.*

^d T. 2, *casti et puri.*

^e B. R. E. 4, T. 1, U., G., *obligat. T. 2, religat.*

injuste dejectus in secunda synodo Innocens reperiatur, non potest esse quod fuerat nisi gradus amissos recipiat, ut si episcopus fuerit recipiat coram altario de manu episcoporum orarium, anulum et baculum; si presbyter, orarium et planetam; si diaconus, orarium et albam; si subdiaconus, patenam et calicem; sic et reliqui gradus ea in reparationem sui recipiant, quæ cum ordinarentur perceperant.

XXIX. De clericis magos aut aruspices consulentibus.

Si episcopus quis, aut presbyter, sive diaconus, vel quilibet ex ordine clericorum, magos aut aruspices aut ariolos aut certe augures vel sortilegos vel eos qui profitentur artem aliquam, aut aliquos eorum similia exercentes, **377** consulere fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ depositus monasterii poenam excipiat, ibique perpetuæ poenitentiae deditus scelus admissum sacrilegii luat.

XXX. De sacerdotibus ad gentem extraneam nuntios mittentibus.

Constituti hostium sacerdotes, præter eos qui a regia potestate licentiam acceperunt, quodlibet mandatum ad gentem extraneam occulte accipere vel dirigere non præsumant: qui autem deprehenditur atque convincitur, denunciatus principi apud concilium condigna animadversione mulcabitur.

XXXI. De discretione causarum.

Sæpe principes contra quoslibet majestatis obnoxios sacerdotibus negotia sua committunt; sed quia sacerdotes a Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant regibus fieri iudices, ubi iurando supplicii indulgentia promittitur, non ubi discriminis sententia præparatur. Si quis ergo sacerdotem contra hoc commune consultum discusso in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, et apud Ecclesiam perdat proprium gradum.

XXXII. De cura populorum [T. 2, pupillorum] et pauperum.

Episcopi in protegendis populis [T. 2, pupillis] ac defendendis impositam a Deo sibi curam non ambigant, ideoque dum conspiciunt iudices ac potentes pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant; et si contempserint emendari, eorum insolentias regis auribus intiment, ut quos sacerdotalis admonitio non flectit ad justitiam, regalis potestas ab improbitate coercent. Si quis autem episcoporum id neglexerit, concilio reus erit.

XXXIII. Ne de facultatibus ecclesiarum, excepta tertia oblationum, episcopus aliquid auferat.

Avaritia radix cunctorum malorum, cujus sitis etiam sacerdotum mentes obliuet; multi enim fidelium in amorem Christi et martyrum in parochiis episcoporum basilicas construunt, oblationes conscribunt, sacerdotes hæc auferunt atque in usus suos convertunt: inde est quod cultores sacrorum deficiunt dum stipendia sua perdunt, inde labentium basilicarum ruinæ non reparantur, quia avaritia sacerdotum omnia auferuntur. Pro qua re constitu-

tum est a præsentis concilio episcopos ita dioceses suas regere, ut nihil ex earum jure præsumant auferre, sed juxta priorum auctoritatem conciliorum tam de **378** oblationibus quam de tributis ac frugibus tertiam consequantur: quod si amplius quidpiam ab eis præsumptum extiterit, per concilium restauretur, appellantibus aut ipsis conditoribus, aut certe propinquis eorum si jam illi a sæculo decesserunt. Noverint autem conditores basilicarum in rebus quas eisdem ecclesiis conferunt nullam potestatem habere, sed, juxta canonum constituta, sicut Ecclesiam ita et dotem ejus ad ordinationem episcopi pertinere.

XXXIV. De tricennii tempore et propter provincias causarum discretione.

Quicumque episcopus alterius episcopi diocesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit, quia secundum jus legis ejus jam videtur esse diocesis, admittenda non est contra eum actio resciscendi, sed hoc intra unam provinciam, extra vero nullo modo, ne dum diocesis defenditur provinciarum termini confundantur.

XXXV. De basilicis noviter constructis ad quem episcopum pertineant.

Sicut diocesim alienam tricennalis possessio tollit, ita territorii conventum non admittit, ideoque basilicæ quæ novæ conditæ fuerint ad eum procul dubio episcopum pertinebunt, cujus conventus esse constiterit.

XXXVI. De requisitione ab episcopis per singulos annos in parochiis peragenda.

Episcopum per cunctas dioceses parochiasque suas per singulos annos ire oportet, ut exquirat quid unaquæque basilica in reparationem sui indigeat; quod si ipse aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiverit, presbyteros probabiles aut diaconos mittat, qui et redditus basilicarum et reparationes et ministrantium vitam inquireant.

XXXVII. De promissi solutione ex rebus Ecclesiæ.

Quicumque episcopi suffragio cujuslibet aliquid ecclesiasticæ utilitati providerint et pro eo quodcumque modicum in remuneratione promiserint, promissi solutionem eos exsolvere oportebit, ita ut id ad concilium comprovinciale deductum eorum conniventia confirmetur, quia sicut Paulus apostolus ait: *Dignus est operarius mercedem suam accipere.*

XXXVIII. De suffragio fundatoribus ecclesiarum vel filiis eorum impertiendo.

Præbendum est a sacerdotibus vitæ solatium **379** indigentibus et maxime his quibus restituenda vicissitudo est: quicumque ergo fidelium de facultatibus suis Ecclesiæ aliquid devotione propria contulerint, si forte ipsi aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ecclesia suffragium vitæ pro temporis usu percipiant. Si enim clericis vel monachis seu peregrinis aut quamlibet necessitatem sustententibus pro solo religionis intuitu in usum res ecclesiasticæ largiuntur, quanto magis his consulendum est quibus retributione justa debetur?

XXXIX. De discretione presbyterorum et diaconorum, A
ut in utroque choro consistant.

Nonnulli diacones in tantam erumpunt superbiam, ut sese presbyteris antepont atque in primo choro ipsi priores stare præsumant, presbyteris in secundo choro constitutis : ergo ut sublimiores sibi presbyteris agnoscant, tam hi quam illi in utroque choro consistant.

XL. De uno orario a diaconibus utendo, nec ornato sed puro.

Orariis duobus nec episcopo quidem licet nec presbytero uti, quanto magis diacono qui minister eorum est? Unum igitur orarium oportet levitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est prædicat, dexteram autem partem oportet habere liberam, ut expeditus ad ministerium sacerdotale discurrat : caveant igitur amodo levitæ gemino uti orario, sed uno tantum et puro nec ullis coloribus aut auro ornato.

XLI. De qualitate tonsuræ a cunctis clericis vel lectoribus habenda.

Omnes clerici vel lectores sicut levitæ et sacerdotes, detonso superius toto capite, inferius solam circuli coronam relinquunt, non sicut hucusque in Galliciæ partibus facere lectores videntur, qui prolixis ut laici comis in solo capitis apice modicum circum tondunt, ritus enim iste in Hispaniis hæreticorum fuit; unde oportet ut pro amputando Ecclesiæ scandalo hoc signum dedecoris auferatur, et una sit tonsura vel habitus sicut totius Hispaniæ est usus. Qui autem hoc non custodierit fidei catholicæ reus erit.

XLII. De remotione mulierum a consortio clericorum.

Cum clericis extraneæ feminæ nullatenus habitent, nisi tantum mater et soror, filia vel amita, in quibus personis nihil sceleris æstimari fœdus naturæ permittit : id **380** enim et constitutio antiquorum Patrum decrevit.

XLIII. De venditione mulierum quæ clericis conjunctæ nascuntur.

Quidam clerici legitimum non habentes conjugium extranearum mulierum vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt, ideoque quæcunque clericis taliter adjunctæ sunt, ab episcopo auferantur et veniuntur, illis pro tempore religatis ad penitentiam quos sua libidine interfecerunt [*Æ. 4, interfecerunt*].

XLIV. De personis mulierum quæ non convenit clericis copulari.

Clerici qui sine consulto episcopi sui uxores duxerint, aut viduam vel repudiatam vel meretricem in conjugium acceperint, separari eos a proprio episcopo oportebit.

XLV. De clericis qui arma sumpserint.

Clerici qui in quacunque seditione arma volentes sumpserint aut sumpserunt, reperi amisso ordinis sui gradu, in monasterium penitentiam contradantur.

^a *Æ., B. R., E. 4, T. 4, conjunctæ.*

^b *Æ., B. R., E. 4, ligatis. T. 4, U., G., relegatis.*

XLVI. De clericis sepulcra demolientibus.

Si quis clericus in demolendis sepulcris fuerit deprehensus, quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vindicatur, oportet canonibus in tali scelere proditum a clericatus ordine subnovari et penitentiam triennio deputari.

XLVII. De absolute a laboribus vel indictionibus clericorum ingenuorum.

Præcipiente domino nostro atque excellentissimo Siseando rege, id constituit sanctum concilium, ut omnes ingenui clerici pro officio religionis ab omni publica indictione atque labore habeantur immunes, ut liberi Deo serviant nullaque præpediti necessitate ab ecclesiasticis officiis retrahantur.

XLVIII. De institutione œconomorum.

Eos quos œconomos Græci vocant, hoc est qui vice episcoporum res ecclesiasticas tractant, sicut sancta synodus Chalcedonensis instituit, omnes episcopos de proprio clero ad regendas ecclesias habere oportet; qui autem deinceps contempserit, obnoxius eidem magno concilio erit.

XLIX. De professione monachorum.

Monachum aut paterna devotio aut propria **381** professio facit; quidquid horum fuerit, alligatum tenebit : proinde eis ad mundum reverti intercludimus aditum, et omnem ad sæculum interdiciamus regressum.

L. De clericis qui monachorum propositum appetunt.

Clerici qui monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdicti propositum eorum qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

LI. De discretione potestatis episcoporum quæ in monasteriis habere possunt.

Nuntiatum est præsentî concilio quod monachi episcopali imperio servili opere mancipentur et jura monasteriorum contra instituta canonum illicita præsumptione usurpentur, ita ut pene ex cœnobio possessio fiat atque illustris portio Christi ad ignominiam servitutemque perveniat; quapropter monemus eos qui ecclesiis præsunt, ut ultra talia non præsumant, sed hoc tantum sibi in monasteriis vindicent sacerdotes quod præcipiunt canones : id est monachos ad conversationem sanctam præmonere, abbates aliaque officia instituere, atque extra regulam acta corrigere. Quod si aliquid in monachis canonibus interdictum præsumperint aut usurpare quidpiam de monasterii rebus tentaverint, non deerit ab illis sententia excommunicationis qui se deinceps nequaquam substulerint ab illicitis.

LII. De monachis vagis.

Nonnulli monachorum egredientes a monasterio non solum ad sæculum revertuntur, sed etiam et uxores accipiunt : hi igitur revocati in idem monasterium a quo exierunt penitentiam deputentur, ibique ^a deficiant crimina sua unde decesserunt.

^a Ab hoc voce : *ibique* usque ad finem canonis desunt omnia in A.

LII. *De religiosis vagis.*

Religiosi viri propriae regionis qui nec inter clericos nec inter monachos habentur, sive hi qui per diversa loca vagi feruntur [*Æ.*, vagitantur], ab episcopis in quorum conventu commanere noscuntur licentia eorum coercentur, in clero aut in monasteriis deputati, præter hos qui ab episcopo suo aut propter ætatem, aut propter languorem fuerint absoluti.

LIV. *De discretione pœnitentium.*

Hi qui in discrimine constituti pœnitentiam **382** accipiunt nulla manifesta scelera confitentes, sed tantum peccatores se prædicantes, huiusmodi si revaluerint possunt etiam pro morum probitate ad gradus ecclesiasticos pervenire; qui vero ita pœnitentiam accipiunt ut aliquod mortale peccatum perpetrasset publice fateantur, ad clerum vel honores ecclesiasticos pervenire nullatenus possunt, quia se confessione propria notaverunt.

LV. *De pœnitentibus viris ac viduis sive virginibus.*

Quicumque ex sæcularibus accipientes pœnitentiam se totonderunt, et rursus prævaricantes laici effecti sunt, comprehensi ab episcopo suo ad pœnitentiam ex qua recesserant revocentur; quod si aliqui per pœnitentiam ^a irrevocabiles sunt nec admoviti revertuntur, vere ut apostatæ coram Ecclesia anathematis sententia condemnentur. Non aliter et hi qui de tonsa a parentibus fuerint aut sponte sua, amissis parentibus, se ipsos religioni voverunt, et postea habitus sæculares sumpserunt, et idem a sacerdote comprehensi ad cultum religionis acti ^c pius pœnitentia revocentur; quod si reverti non possunt, vere ut apostatæ anathematis sententiæ subiciantur. Quæ forma servabitur etiam in viduis virginibusque sacris ac pœnitentibus feminis quæ sanctimonialium habitum induerunt, et postea aut vestem mutaverunt aut ad nuptias transierunt.

LVI. *De discretione viduarum sæcularium et sanctimonialium.*

Duo sunt genera viduarum, sæculares et sanctimonialia: sæculares viduæ sunt quæ adhuc disponentes nubere laicalem habitum non deposuerunt; sanctimonialia sunt quæ, jam mutato habitu sæculari, sub religioso cultu in conspectu sacerdotis vel ecclesiæ apparuerunt. Hæ si ad nuptias transierint, juxta Apostolum non sine damnatione erunt, quia se primum Deo voventes postea castitatis propositum abjecerunt.

LVII. *De discretione Judæorum: qui non, vel qui credere vi cogantur.*

De Judæis autem hoc præcepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre, Cui enim vult Deus miseretur et quem vult indurat; non enim tales inviti salvandi sunt sed volentes, ut integra sit forma justitiæ: sicut enim homo proprii arbitrii voluntate serpenti obediens perit, sic vocante gratia Dei propriæ mentis conversione homo quisque credendo salvatur. Ergo non vi sed **383** liberi ar-

^a *Æ.*, B. R., E. 4, per potentiam.

^b *Æ.*, B. R., E. 4, erraverunt.

A bitrii facultate ut convertantur suadendi sunt, non potius impellendi. Qui autem jam pridem ad Christianitatem venire coacti sunt, sicut factum est temporibus religio-issimi principis Sisebuti, quia jam constat eos sacramentis divinis associatos et baptismi gratiam suscepisse et chrismate unctos esse et corporis Domini et sanguinis exstitisse participes, oportet ut fidem etiam quam vi vel necessitate susceperunt tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, et fides quam susceperunt vilis ac contemptibilis habeatur.

LVIII. *De his qui contra fidem Christi Judæis munus et favorem præstant.*

Tanta est quorundam cupiditas, ut quidam eam appetentes juxta quod ait Apostolus etiam a fide erraverint ^b; multi quippe hucusque ex sacerdotibus atque laicis accipientes a Judæis munera perfidiam eorum patrocinio suo fovebant, qui non immerito ex corpore Antichristi esse noscuntur, quia contra Christum faciunt. Quicumque igitur deinceps episcopus sive clericus vel sæcularis illis contra fidem Christianam suffragium vel munus vel favore præstiterit, vere ut profanus et sacrilegus anathema effectus ab Ecclesia catholica et regno Dei efficiatur extraneus, quia dignum est ut a corpore Christi separetur qui inimicis Christi patronus efficiatur.

LIX. *De Judæis dudum Christianis, et postea in priorem ritum conversis.*

Plerique qui ex Judæis dudum ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes in Christum non solum Judaicos ritus perpetrasse noscuntur, sed etiam et abominandas circumcisiones exercere præsumperunt: de quibus consulto piissimi ac religiosissimi principis domini nostri Sisenandi regis hoc sanctum decrevit concilium, ut huiusmodi transgressores pontificali auctoritate correcti ad cultum Christiani dogmatis revocentur, ut quos voluntas propria non emendat animadversio sacerdotalis coerceat. Eos autem quos circumciderunt, si filii eorum sunt, a parentum consortio separentur; si servi, pro injuria corporis sui libertati tradantur.

LX. *De filiis Judæorum, ut a parentibus separati Christianis debeant deputari.*

Judæorum filios vel filias, ne parentum ultra involvantur errore ^c, ab eorum consortio separari decernimus deputatos aut monasteriis aut Christianis viris ac mulieribus **384** Deum timentibus, ut sub eorum conversatione cultum fidei discant atque in melius instituti tam in moribus quam in fide proficiant.

LXI. *De filiis fidelibus Judæorum, ne parentum prævaricatione a bonis suis exsules fiant.*

Judæi baptizati si postea prævaricantes in Christum qualibet pœna damnati exstiterint, a rebus eorum fideles filios excludi non oportebit, quia ut scriptum est: *Filius non portabit iniquitatem patris.*

^c *Æ.*, B. R., E. 4. T. 1, 2, U., erroribus.

LXII. De Judæis baptizatis, qui infidelibus Judæis se sociant.

Sæpe malorum consortia etiam bonos corrumpunt; quanto magis eos qui ad vitia proni sunt? Nulla igitur ultra communio sit Hebræis ad fidem Christianam translatis cum his qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne forte eorum participio subvertantur. Quicumque igitur amodo ex his qui baptizati sunt infidelium consortia non vitaverint, et hi Christianis donentur, et illi publicis cædibus deputentur.

LXIII. De Christianorum Judæorumque conjugis.

Judæi qui Christianas mulieres in conjugio habent admoneantur ab episcopo civitatis ipsius, ut si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur: quod si admoniti noluerint, separentur, quia non potest infidelis in ejus permanere conjunctione quam in Christianam translata est fides; filii autem qui ex talibus nati existunt, fidem atque conditionem matris sequantur: similiter et hi qui procreati sunt de infidelibus mulieribus et fidelibus viris Christianam sequantur religionem, non Judaicam superstitionem.

LXIV. De Judæis conversis et post prævaricationibus, ut ad testimonium non admittantur.

Non potest erga homines esse fidelis qui Deo extiterit infidus: Judæi ergo, qui dudum Christiani effecti sunt et nunc in Christi fidem prævaricati sunt, ad testimonium dicendum admitti non debent, quamvis sese Christianos annuntient, quia sicut in fide Christi suspecti sunt, ita et in testimonio humano dubii habentur. Infirmari ergo oportet eorum testimonium qui in fide falsi docentur, nec eis esse credendum qui veritatis a se fidem abjiciunt.

LXV. Ne Judæi officia publica agant.

Præcipiente domino atque excellentissimo Sisenando rege, id constituit sanctum concilium, ut Judæi, aut hi qui ex Judæis sunt, officia publica nulloatenus appetant, quia sub hac occasione Christianis injuriam faciunt: ideoque iudices provinciarum cum sacerdotibus eorum subreptiones fraudulenter elictas suspendant, et officia publica eos agere non permittant. Si quis autem iudicum hoc permiserit, velut in sacrilegum excommunicatio proferatur, et is qui subrepperit publicis cædibus deputetur.

LXVI. Ne Judæi mancipium Christianum habeant.

Ex decreto gloriosissimi principis hoc sanctum concilium, ut Judæis non liceat Christianos servos habere, nec Christiana mancipia emere, nec cujusequam consequi largitate: nefas est enim ut membra Christi serviant Antichristi ministris. Quod si deinceps servos Christianos vel ancillas Judæi habere præsumpserint, sublati ab eorum dominatu libertatem a principe consequantur.

LXVII. De libertis Ecclesiæ.

Et si qui nulla ex rebus suis pauperibus Christi distribuunt æterni iudicis voce in futurum condemnantur, quanto magis hi qui auferunt pauperibus

quod non dederunt? Quapropter episcopi qui nihil ex proprio suo Ecclesiæ Christi compensaverunt hanc divinam sententiam metuant, et liberos ex familiis Ecclesiæ ad condemnationem suam facere non præsumant; impium est enim ut qui res suas ecclesiis Christi non contulit damnum inferat et jus Ecclesiæ alienare intendat: tales igitur libertos successor episcopus absque aliqua oppositione ad jus Ecclesiæ revocabit, quia eos non æquitas sed improbitas absolvit.

LXVIII. De discretione manumissorum Ecclesiæ.

Episcopus qui mancipium juris Ecclesiæ non retento ecclesiastico patrocínio manumitti desiderat, duo meriti ejusdem et peculii coram concilio Ecclesiæ, cui præeminet, per commutationem subscribentibus sacerdotibus offerat, ut rata et justa inveniat definitio commutantis; tunc enim liberam manumissionem sine patrocínio Ecclesiæ concedere poterit, qui eum quem libertati tradere disponit jam juri proprio acquisivit. Hujusmodi autem liberto adversus Ecclesiam cujus juris exstitit accusandi vel testificandi denegetur licentia; quod si præsumpserit, placet ut stante commutatione in servitutem propriæ ecclesiæ revocetur, quam nocere conatur.

386 LXIX. Quod liberti ex familia Ecclesiæ pro compensatione acquisitæ rei possint fieri a sacerdotibus.

Consensus totius concilii defluivit, ut sacerdotes qui aut res suas Ecclesiæ relinquunt, aut nihil habentes aliqua tamen prædia aut familias ecclesiis suis conquirunt, licebit illis aliquos de familiis ejusdem Ecclesiæ manumittere juxta rei collatæ modum, quem antiqui canones decreverunt, ita ut cum peculio et posteritate sua ingenui sub patrocínio Ecclesiæ maneant, utilitates injunctas sibi juxta quod poterint prosequentes.

LXX. De professione libertorum Ecclesiæ.

Liberti Ecclesiæ, quia nunquam moriur eorum patrona, a patrocínio ejusdem nunquam discedant, nec posteritas quidem eorum, sicut priores canones decreverunt; ac ne forte libertas eorum in futura prole non pateat ipsaque posteritas naturali ingenuitate obnitens sese ab Ecclesiæ patrocínio subtrahat, necesse est ut tam idem liberti quam ab eis progeniti professionem episcopo suo faciant, per quam se ex familia Ecclesiæ liberos effectos esse fateantur, ejusque patrocínio non relinquunt, sed juxta virtutem suam obsequium ei vel obedientiam præbeant.

LXXI. De libertis Ecclesiæ ejusdem patrocínio relinquentibus.

Liberti Ecclesiæ qui a patrocínio ejus discedentes quibuslibet personis adhæserunt, si admoniti redire contempserint, manumissio eorum irrita sit, quia per inobedienciæ contemptum ingrati actione tenentur.

LXXII. De libertis patrocínio Ecclesiæ commendatis.

Liberti qui a quibuscumque manumissi sunt atque Ecclesiæ patrocínio commendati existunt, sicut re-

^a *Æ.*, B. R., E. 4, T. 1, 2, *infidelis*.

^b Ex reliquis, præter A., in quo: *relictas*.

^c T. 1, *Etsi hi qui nulla*. T. 2, *Si qui nulla*.

^d *Æ.*, B. R., E. 4, T. 1, *quia*.

gula antiquorum Patrum constituerunt, sacerdotali A defensione a cuiuslibet insolentia protegantur sive in statu libertatis eorum seu in peculio quod habere noscuntur.

LXIII. *De discretionem libertorum qui ad ecclesiasticos honores pervenire possunt.*

Quicumque libertatem a dominis suis ita percipiunt, ut nullum sibi in eis obsequium patronus retinet, isti si sine crimine sunt a clericatus ordinem libere suscipiuntur, quia directa manumissione absoluti noscuntur. Qui vero retento obsequio manumissi sunt, pro eo quod adhuc a patrono servituti **387** tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promovendi, ne quando voluerint eorum domini fiant ex clericis servi.

LXIV. *De libertis Ecclesie qui ad sacerdotium promoveantur.*

De familiis Ecclesie constituere presbyteres et diacones per parochias liceat, quos tamen vite rectitudo et probitas morum commendat, ea tamen ratione ut antea manumissi libertatem status sui percipiant et denuo ad ecclesiasticos honores succedant: irreligiosum est enim obligatos existere servitute, qui sacri ordinis suscipiunt dignitatem. Quidquid autem talibus aut per libertatem concessum aut successione exstitit debitum, aut a quolibet quoquomodo collatum, non licebit eis quidquam inde in extraneas personas transmitti, sed omnia ad jus Ecclesie, a qua manumissi sunt, post eorum obitum pertinere: his quoque sicut et ceteris Ecclesie libertis accusandi vel testificandi adversus Ecclesiam **C** aditus intercluditur; quod si aspiraverint, non solum libertatis beneficio carcant, sed etiam et honoris gradu quem non dignitate nature sed temporis necessitate ^a promeruerunt.

LXXV. *De commotione plebis ne in principes delinquatur: de electione principum: de commotione principum qualiter iudicent: atque de execratione Sarracenis et conjugis ac proles ejus: similiter et de Geitane germano ejus, ac rebus eorum.*

Post instituta quedam ecclesiastici ordinis vel decreta que ad quorundam pertinent disciplinam, postrema nobis cunctis sacerdotibus sententia est pro robore nostrorum regum et stabilitate gentis Gothorum pontificale ultimum sub Deo iudice ferre decretum: multarum quippe gentium, ut fama est, tanta exstat perfidia animorum, ut fidem sacramento promissam regibus suis observare contempnant, et ore simulent juramenti professionem dum retineant mente perfidie impietatem, jurant enim regibus suis et fidem quam pollicentur pravaricant; nec metuunt volumen illud iudicii Dei, per quod inducitur maledictio multa que pœnarum comminatio super eos qui jurant in nomine Dei mendaciter. Quæ igitur spe talibus populis contra hostes laborantibus erit? quæ fides ultra cum aliis gentibus in pace credenda? quod fœdus non violandum? quæ in hostibus jurata sponso permanebit, quando nec ipsi propriis regibus juratam fidem **388** conservant? Quis enim adeo fu-

riosus est qui caput suum manu propria deseret? Illi ut notum est immemores salutis suæ propria manu se ipsos interimunt, in semetipsos suosque reges proprias convertendo vires, et dum Dominus dicat: *Nolite tangere christos meos*; et David: *Quis, inquit, extendet manum suam in christum Domini et innocens erit?* Illis nec vitare metus est periculum nec regibus suis inferre exitium: hostibus quippe fides pacti datur nec violatur; quod si in bello fides valet, quanto magis in suis servanda est? Sacrilegium quippe est, si violetur a gentibus regum suorum promissa fides, quia non solum in eis fit pacti transgressio, sed et in Deum quidem in cuius nomine pollicetur ipsa promissio. Inde est quod multa regna terrarum cœlestis iracundia ita permutavit, ut per impietatem fidei et morum alterum ab altero solveretur: unde et nos cavere oportet casum huiusmodi gentium, ne similiter plaga feriatur præcipiti et pœna puniamur crudeli: si enim Deus angelis in se pravaricantibus non pepercit qui per inobedientiam cœlestis habitaculum perdiderunt, unde per Esaiam dicit: *Inebriatus est gladius meus in cœlo*; quanto magis nos nostræ salutis interitum timere debemus, ne per infidelitatem eodem sævientis Dei gladio pereamus? Quod si divinam iracundiam vitare volumus et severitatem ejus ad clementiam provocare cupimus, servemus erga Deum religionis cultum atque timorem et usque in mortem custodiamus erga principes nostros pollicitam fidei atque sponsonem: non sit in nobis sicut in quibusdam gentibus infidelitatis subtilitas impia, non subdola mentis perfidia, non perjurii nefas, nec conjurationum nefanda molimina; nullus apud nos præsumptione regnum arripiat; nullus excitet mutuas seditiones civium; nemo meditetur interitus regum, sed defuncto in pace principe primatus totius gentis cum sacerdotibus successorem regni consilio communi constituent, ut dum unitatis concordia a nobis retinetur, nullum patriæ gentisque discidium per vim atque ambitum oriatur. Quod si hæc admonitio mentes nostras non corrigit et ad salutem eamque nostram nequaquam perducit, audite sententiam nostram: Quicumque igitur a nobis vel totius Hispaniæ populis qualibet conjuratione vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque Gothorum statu vel **D** conservatione regni salutis pollicitus est, temeraverit aut regem nece atrectaverit, aut potestate regni exuerit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium usurpaverit, anathema sit in conspectu Dei Patris et angelorum, atque ab Ecclesia catholica quam perjurio profanaverit efficiatur extraneus et ab omni cœtu Christianorum **389** alienus cum omnibus impietatis suæ sociis, quia oportet ut una pœna teneat obnoxios quos similis error invenit implicatos. Quod iterum secundo replicamus dicentes: Quicumque amodo ex nobis vel cunctis Hispaniæ populis quolibet tractatu vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque Gothorum

^a *Æ., B. R., tempore necessitatis.*

statu vel conservatione regie salutis pollicitus est, violaverit aut regem necesse attrectaverit, aut potestate regni exuerit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium usurpaverit, anathema in conspectu Christi et apostolorum ejus sit, atque ab Ecclesia catholica quam perjurio profanaverit efficiatur extraneus et ab omni consortio Christianorum alienus, et damnatus in futuro Dei judicio habeatur cum participibus^a suis, quia dignum est qui talibus sociantur ipsi etiam damnationis eorum participationi obnoxii teneantur. Hoc etiam tertio acclamamus dicentes: Quicumque amodo ex nobis vel cunctis Hispaniæ populis qualibet meditatione vel studio sacramentum fidei suæ quod pro patriæ salute gentisque Gothorum statu vel incolunitate regie potestatis pollicitus est, violaverit aut regem necesse attrectaverit, aut potestate regni exuerit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium usurpaverit, anathema sit in conspectu Spiritus sancti et martyrum Christi, atque ab Ecclesia Christi catholica quam perjurio profanaverit efficiatur extraneus et ab omni communione Christianorum alienus, neque partem justorum habeat sed cum diabolo et angelis ejus æternis suppliciis condemnentur una cum eis qui eadem conjuratione nituntur, ut par poena perditionis constringat quos in perniciæ prava societas copulat: et ideo si placet omnibus qui adestis hæc tertio reiterata sententia, vestræ vocis eam consensu firmate. Ab universo clero vel populo dictum est: Qui contra hanc vestram definitionem præsumpsit, anathema Maranatha, hoc est perditio in adventu Domini sit, et cum Juda Isariote partem habeat et ipse et socii eorum. Amen.

Quapropter nos ipsi sacerdotes omnem Ecclesiam Christi ac populum adjuvamus, ut hæc tremenda et toties reiterata sententia nullum ex nobis præsentem atque æterno condemnet judicio, sed fidem promissam erga gloriosissimum dominum nostrum Sisenandum regem custodientes ac sincera illi devotione firmulantes, non solum divinæ pietatis clementiam in nobis provocemus, sed etiam gratiam antefati principis percipere mereamur. Te quoque præsentem regem futurosque ætatum sequentium principes humilitate qua debemus deprecamur, ut moderati et mitēs erga subjectos existentes cum **390** justitia et pietate et pietate populos a Deo vobis creditis regatis, bonamque vicissitudinem qui vos constituit largitori Christo respondeatis, regnantes in humilitate cordis cum studio bonæ actionis, nec quisquam vestrum solus in causis capitum aut rerum sententiam ferat, sed consensu publico cum rectoribus ex judicio manifesto delinquentium culpa pateat, servata vobis inoffensis mansuetudine, ut non severitate magis in illis quam indulgentia polleatis; ut dum omnia hæc auctore Deo pio a vobis moderamine conservantur, et reges in popu-

lis, et populi in regibus, et Deus in utrisque lætetur. Sane de futuris regibus hanc sententiam pronulgamus: Ut si quis ex eis contra reverentiam legum superba dominatione et fastu regio in ^b flagitiis et facinore sive cupiditate crudelissimam potestatem in populis exercuerit, anathematis sententia a Christo Domino condemnentur, et habeat a Deo separationem atque judicium propter quod præsumpsit prava agere et in perniciem regnum convertere.

De Suintilane vero qui scelera propria metuens se ipsum regno privavit et potestatis facultas exiit id cum gentis consensu decrevimus: Ut neque eundem vel uxorem ejus propter mala quæ commiserunt, neque filios eorum, unitati nostræ unquam consociemus, nec eos ad honores a quibus ob iniquitatem dejecti sunt aliquando promoveamus, quique etiam sicut fastigio regni habentur extranei, ita et a possessione rerum quas de miserorum sumptibus hauserant maneat alieni, præter in id quod pietate piissimi principis nostri fuerint consecuti. Non aliter et Cellanem memorati Suintilanis et sanguine et scelere fratrem, qui nec in germanitatis fœdere stabilis existit nec fidem gloriosissimo domino nostro pollicitant conservavit, hunc igitur cum conjugē sua, sicut et antefatos, a societate gentis atque consortio nostro placuit separari, nec in amissis facultatibus in quibus per iniquitatem creverant reduces fieri, præter in id quod consecuti fuerint pietate clementissimi principis nostri, cujus gratia et bonos donorum præmiis ditat et malos a beneficentia sua non separat.

Gloria autem et honor omnipotenti Deo ^c in cujus nomine congregati sumus; post hæc pax, salus et diuturnitas piissimo et amatori Christi domino nostro Sisenando regi, cujus devotio nos ad hæc decretum salutiferum convocavit, corroboraret Christi gloria regnum illius gentisque Gothorum in fide catholica, annis et meritis protegat illum usque ad ultimam senectutem summi Dei gratia, et post ^d præsentis regni gloriam ad æternum regnum transeat, ut sine fine regnet **391** qui intra sæculum fideliter ^e imperat, ipso præstante qui est rex regum et dominus dominorum ^f cum Patre et Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

Definitis itaque his quæ superius comprehensa sunt, annuente religiosissimo principe, placuit deinde nulla re impediēte a quolibet nostrum ea quæ constituta sunt temerari, sed cuncta salubri consilio conservare: quæ quia profectibus Ecclesiæ et animæ nostræ conveniunt, etiam propria subscriptione ut permaneant roboramus ^g.

I. Ego Isidorus in Christi nomine Ecclesiæ Hispaniæ metropolitanus episcopus hæc statuta subscripsi.

II. Ego Sclua ^h in Christi nomine Ecclesiæ Narbonensis metropolitanus episcopus subscripsi.

^a In reliquis, præter A., *comparticipibus*.

^b B. R., E. 4, *infatus*.

^c In reliquis, præter A. et E. 3, *Deo nostro*.

^d T. 2, *pro præsentis regni gloria*.

^e *Æ.*, B. R., E. 4. T. 1, 2, G., *feliciter*.

^f *Æ.*, *dominantium*.

^g In A. et E. 3 additur: *et subscripservunt omnes*.

^h Ex cæteris, præter A., in quo: *Isclua*.

III. Ego Stephanus in Christi nomine Ecclesiae A Emeritensis metropolitanus episcopus subscripsi.

IV. Ego Justus in Christi nomine Ecclesiae Tole-
tanæ metropolitanus episcopus subscripsi.

V. Ego Julianus in Christi nomine Ecclesiae Bra-
carensis metropolitanus episcopus subscripsi.

VI. Ego Audax in Christi nomine Ecclesiae Tar-
raconensis metropolitanus episcopus subscripsi.

Stephanus Ausonensis Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Petrus Ecclesiae Beterrensium episcopus subscripsi.
Acutulus Ecclesiae Elenensis episcopus subscripsi.
Nunnitus Ecclesiae Gerundensis episcopus sub-
scripsi.

Conantius ^a Ecclesiae Palentinæ episcopus sub-
scripsi.

Clarentius Ecclesiae Accitanæ episcopus sub-
scripsi.

Sisuldus Ecclesiae Emporitaneæ episcopus sub-
scripsi.

Vigintinus Ecclesiae Vigastrensium episcopus sub-
scripsi.

Bonifa Ecclesiae Cauriensium episcopus subscripsi.
Hilarius ^b Ecclesiae Complutensium episcopus sub-
scripsi.

Eusebius Ecclesiae Bastitanæ episcopus subscripsi.
Gabinus Ecclesiae Calagurritaneæ episcopus sub-
scripsi.

Joannes Ecclesiae Eleplensis episcopus subscripsi.
Sisiscus Ecclesiae Elborensium episcopus subscripsi.

392 Marcellus Ecclesiae Urcitanæ episcopus sub-
scripsi.

Deodatus Ecclesiae Egabrensis ^c episcopus sub-
scripsi.

Joannes Ecclesiae Dertosanæ episcopus sub-
scripsi.

Eusebius Ecclesiae Valeriensis episcopus sub-
scripsi.

Leudfredus Ecclesiae Cordubensis episcopus sub-
scripsi.

Jacobus Ecclesiae Mentesanæ episcopus sub-
scripsi.

Germanus Ecclesiae monasterii Dumiensium episco-
pus subscripsi.

Samuel Ecclesiae Iriensis episcopus subscripsi.

Profuturus Ecclesiae Lamicensis episcopus sub-
scripsi.

Servusdei Ecclesiae Calabriensis episcopus sub-
scripsi.

Montensis Ecclesiae Egitaniensis episcopus sub-
scripsi.

Remesarius Ecclesiae Nemausensis episcopus sub-
scripsi.

^a U., G., *Calantius*.

^b Desumpta hujus episcopi subscriptio ex B. R.,
E. 4, T. 1, 2, G., cum desit in reliquis.

^c Ex B. R., G. In A., E. 3, *Gabriensis*. E. 4, T. 1,
2, *Segabrensis*. U., *Agabrensis*. Deest in *Æ*.

Concordius Ecclesiae Asturicensium episcopus sub-
scripsi.

Ranarius Ecclesiae Urgellitanæ episcopus sub-
scripsi.

Eugenius Ecclesiae Egarensium episcopus sub-
scripsi.

Florentius Ecclesiae Setabitanæ episcopus sub-
scripsi.

Theodoigius Ecclesiae Abilensis episcopus sub-
scripsi.

Abentius ^d Ecclesiae Astigitanæ episcopus sub-
scripsi.

Pimenius Ecclesiae Asidonensis episcopus sub-
scripsi.

Ætherius Ecclesiae Eliberitanæ episcopus sub-
scripsi.

Anatholius Ecclesiae Lutiphensis ^e episcopus sub-
scripsi.

Fructuosus Ecclesiae Ilerdensium episcopus sub-
scripsi.

Perseverantius Ecclesiae Castulonensis episcopus
subscripsi.

Musitacius Ecclesiae Valentianæ episcopus sub-
scripsi.

Wiaricus Ecclesiae Olyssiponenis episcopus sub-
scripsi.

Antonius ^f Segobriensis ^g Ecclesiae episcopus sub-
scripsi.

Ansulphus Ecclesiae Portucalensis episcopus sub-
scripsi.

Serpentinus Ecclesiae Illicitanæ episcopus sub-
scripsi.

393 Suabila [T. 1, Suabia] Ecclesiae Oretanensis
episcopus subscripsi.

Metopius Ecclesiae Britanniensis episcopus sub-
scripsi.

Anastasius Ecclesiae Tudensis episcopus subscripsi.

Elpidius Ecclesiae Tirasonensis episcopus sub-
scripsi.

Osdulfus Ecclesiae Oscensis episcopus subscripsi.

Braulio Ecclesiae Cæsaraugustanæ episcopus sub-
scripsi.

Ansericus Ecclesiae Segobiensis episcopus sub-
scripsi.

D Ildisclus Ecclesiae Segontiensis episcopus sub-
scripsi.

Eparchius Ecclesiae Italicensis episcopus sub-
scripsi.

Lausus Ecclesiae Vesensis episcopus subscripsi.

Modarius Ecclesiae Pacensis episcopus subscripsi.

Hiccila Ecclesiae Salamenticensis episcopus sub-
scripsi.

394 Vasconius Ecclesiae Lucensis episcopus sub-
scripsi.

^d B. R., *Habentius*.
^e B. R., *Lutevensis*. E. 4, T. 1, 2, *Lutuensis*.
^f Desumpta hujus episcopi subscriptio ex B. R.,
E. 4, T. 1, 2, U., G., cum desit in reliquis.
^g U., G., *Egobriensis*.

Egila Ecclesiæ Oxomensis episcopus subscripsi.

Centaurus ^a Ecclesiæ Tuccitanæ presbyter, agens vicem domini mei Fidentii episcopi, subscripsi.

Renatus Ecclesiæ Conimbriensis archipresbyter, agens vicem domini mei Ermulfi episcopi, subscripsi.

Marcus Ecclesiæ Auriensis presbyter, agens vicem domini mei David episcopi, subscripsi.

Joannes Ecclesiæ Barcinonensis presbyter, agens

^a B. R., E. 4, T. 1, 2, G., Centaurus presbyter vicarius Fidentii Tuccitani episcopi subscripsi; hacque formula utuntur hi Codices in reliquis subscriptionibus.

A vicem domini mei Severi [Æ., Eusebii] episcopi, subscripsi.

Domarius Ecclesiæ Arcavicensis archidiaconus, agens vicem domini mei Carterii episcopi, subscripsi.

Stephanus Ecclesiæ Magalonensis archidiaconus, agens vicem domini mei Genesis episcopi, subscripsi.

Domnellus Ecclesiæ Carcasonensis archidiaconus, agens vicem domini mei Sollemnii episcopi, subscripsi.

L

CONCILIIUM TOLETANUM QUINTUM.

VIGINTI QUATUOR EPISCOPORUM, HABITUM ÆRA ^a DCLXIV, ANNO PRIMO DOMINI NOSTRI CHINTILANI REGIS.

Apud urbem Toletanam diversis ex provinciis Hispaniæ sacerdotes Domini in uno pacis collegio in basilica sanctæ martyris ^b Leocadiæ qui consedimus gratiarum actiones omnipotenti Domino persolvimus propter suam magnam misericordiam, cujus nutu in hanc convenimus concordiam, et gloriosi principis nostri Chintilani ^c regis initia, ob cujus salutis et felicitatis constantiam supernam Imploramus clementiam, qui in medium nostri cœtus ingressus cum optimatibus et senioribus palatii sui supplex se omnium orationibus commendavit, suosque fideles ita facere sancta exhortatione [*U., G., oratione*] coegit, atque hanc institutionem, quam ex præcepto ejus et decreto nostro sancimus, divina inspiratione præmisit.

395 I. De institutione novarum litaniarum.

Scilicet ut in cuncto regno a Deo sibi concesso specialis et propria hæc religiosa omni tempore teneatur observantia, ut a die iduum Decembrium litanæ triduo ubique annua successione peragantur et indulgentia delictorum lacrymis impetretur; quod si dies dominica intercesserit, in sequenti hebdomada celebrentur, ut quoniam abundante iniquitate et deficiente charitate eo usque protelatur malitia ut nova exerceantur facinora, nova quoque hæc ipsa surgat consuetudo quæ possit ante omnipotentis oculos nostra esse purgatio.

II. De custodia salutis regum et defensione prolis presentium principum.

Summa autem nobis vigilantia et grandi religionis cura providendum est, ut mala quæ assidue prohibita perpetrantur circuminspecta disciplina ecclesiastica extirpentur, non enim incassum scriptum est: *Pestilenti flagellato stultus sapientior erit.* Quamobrem quoniam præponderante onere delictorum experientia pene semper ac sæpe fieri discimus quod magnopere vitare debemus, quodque etiam custodituros nos cum divinis sacramentis spondimus temeritate violamus, ideo frequenter est compescendum quod

^a Ex B. R., E. 4, T. 1, 2. In A. et reliquis, æra CCLXXIV.

^b B. R., E. 4, T. 1, 2, confessoris.

B crebro invenitur transgressum. Sed ne succedentes præcedentibus ac deinde sequentes invadeant anterioribus, ut cuncta quieta et pacata permaneant, hæc nostri concilii communiter considerata defertur sententia: Ut servatis quæcumque in universali et magna synodo provisæ conscriptaque circa principum salutem et utilitatem sunt, hæc quoque adjecta custodiantur: videlicet, ut omni benignitate omnique firmitate circa omnem posteritatem principis nostri Chintilani regis teneatur dilectio et præbeatur rationabile defensionis adminiculum, ne rebus juste provisæ aut etiam parentum digna provisione procuratis vel juris proprietate injuste fraudentur, ne a quoquam causæ illicitæ et exquisitæ lædendi eos præbeantur, ne quocumque modo quibuslibet rebus sprete dilectione molestantur; hæc enim licentia efficit et principes in subjectis suspectos et subjectos in bonis principum cupidos. Quocirca ne hæc præmissa temerentur et ut cupiditas radix omnium malorum auferatur, **396** contestamur omnes præsentis et absentis vel etiam futuris temporibus subsequentes coram Deo et angelis ejus, quod si quisquam nostræ contestationis temerator exstiterit atque contemptor et quacumque argumentatione odiose eos molestare aut in aliquo fuerit conatus lædere, sit anathema in Christianorum omnium cœtu atque superno condemnatur iudicio, sit exprobrabilis omnibus catholicis et abominabilis sanctis angelis in ministerio Dei constitutis, sit in hoc sæculo perditus et in futuro condemnatus, quia tam rectæ provisioni noluit præbere consensum.

III. De reprobatione personarum quæ prohibentur adipisci regnum.

Inexpertis et novis morbis novam decet invenire medelam: quapropter quoniam inconsiderate quorundam mentes et se minime capientes, quos nec origo ornat nec virtus decorat, passim putant licenter ad regni potestatis ^d pervenire fastigia, hujus

^c B. R., E., 4, T. 1, 2, Chintilæ.

^d In reliquis, præter A. et E. 3, majestatis.

rei causa nostra omnium cum invocatione divina A profertur sententia : Ut quisquis talia meditatus fuerit, quem nec electio omnium provehit, nec Gothicæ gentis nobilitas ad hunc honoris apicem trahit, sit a consortio catholicorum privatus et divino anathemate condemnatus.

IV. *De his qui sibi regnum blandiuntur spe rege superstitite.*

Ergo quia et religioni inimicum et omnibus ^a constat esse superstitiosum futura illicite cogitare et casus principum exquirere ac sibi in posterum providere, cum scriptum sit : *Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ Pater in sua posuit potestate* : hoc decreto censemus, ut quisquis inventus fuerit talia perquisisse et vivente principe in alium attendisse pro futura regni spe, aut alios in se propter id B attraxisse, a conventu catholicorum excommunicationis sententia expellatur ^b.

V. *De his qui principes maledicere præsumunt.*

Sed et hoc pro pestilentiosis hominum moribus salubri deliberatione ^c censemus, ne quis in principem maledicta congerat, scriptum est enim a legislatore : *Principem populi tui ne maledixeris* : quod si quis fecerit, excommunicatione ecclesiastica plectatur, nam **397** si maledici regnum Dei non possidebunt, quanto magis talis ab Ecclesia necessario pellitur qui divinæ violator sententiæ invenitur ?

VI. *Ut regum fideles a successoribus regni a rerum jure non fraudentur pro servitutis mercede.*

Simili providentia pro fidelibus regum ^d nostra datur sententia : Ut quisquis superstes principum extiterit juste in rebus prodigatis aut largitate ^e principis acquisitis nullam debeat habere jacturam ; nam si licenter et injuste fidelium perturbetur meritum, nemo optabit promptum ac fidele præbere obsequium dum cuncta nutant in incertum et in futuro discriminis formidatur causa : sed saluti et rebus eorum principalis pietas debeat præbere suffragia ; exemplis enim cæteri provocantur ad finem, cum fideles non fraudantur mercede.

VII. *Quod in celebritate cunctorum conciliorum synodus Toletana temporibus Sisenandi habita per pronuntiationem vocis clare ob custodiam sui cunctis debeat innolescere.*

Propter malarum mentium facilitatem et memoriz oblivionem hoc sacratissima statuit synodus : Ut in omni concilio episcoporum Hispaniæ universalis concilii decretum quod propter principum nostrorum est salutem constitutum, peractis omnibus in synodo publica voce debeat pronuntiari, quatenus sæpe replicato auribus vel assiduitate iniquorum mens territa corrigatur, quæ ad prævaricandum et oblivione et facilitate perducitur.

^a *Æ., B. R., E. 4, U., G., hominibus.*

^b *Æ., B. R., E. 4, G., repellatur.*

^c *Br., E. 4, T. 1, 2, ordinatione.*

^d *Æ., regum ex consilio religiosissimi principis nostra.*

VIII. *De indulgentia principum noxiis reservata.*

In his omnibus quæ præmissimus potestatem indulgentiæ in culpis delinquentium principi reservamus ut juxta bonitatis et pietatis suæ moderamen et emendationem perspexerit mentium, veniam tribuat culpæ.

IX. *De favore principis concilii acclamatione concesso.*

His vero omnibus finem et robor subscriptione nostra facientes gloriam et laudem omnipotenti Domino, in quantum mortalium valetudo sinit, reddimus ; post hæc gratias excellentissimo et glorioso principi nostro **398** Chintilano regi peraginus, cujus ardor fidei et studium bonæ intentionis et unanimitati concordiam nobis tribuit et fiduciam charitatis. Donec ei Dominus et de inimicis triumphum et de beatitudinis gaudium : custodiat eum protectione assidua et muniat bonæ voluntatis suæ circuminspektione tutissima, cujus regnum maneat in sæcula sæculorum Amen.

Ego Eugenius ^f Dei miseratione Toletanæ Ecclesiæ provinciæ Carthaginis metropolitanus episcopus his communibus decretis annuens subscripsi.

Ego Conantius Ecclesiæ Palentinæ episcopus subscripsi.

Ego Braulio Ecclesiæ Cæsaraugustanæ episcopus subscripsi.

Ego Oya ^g Barcinonensis episcopus Ecclesiæ subscripsi.

Ego Clarentius Ecclesiæ Accitanæ episcopus subscripsi.

Ego Viginus Vigastrensis episcopus subscripsi.

Ego Eusebius Ecclesiæ Bastitanæ episcopus subscripsi.

Ego Hilarius Ecclesiæ Complutensis episcopus subscripsi.

Ego Marcellus Ecclesiæ Urcitanæ episcopus subscripsi.

Ego Florentius Ecclesiæ Setabitanae episcopus subscripsi.

Ego Elpidius Ecclesiæ Tirasonensis episcopus subscripsi.

Ego Mustacius Ecclesiæ Valentiniæ episcopus subscripsi.

Ego Wiarius Ecclesiæ Olyssiponensis episcopus subscripsi.

Ego Jacobus Ecclesiæ Montesanae episcopus subscripsi.

Ego Eusebius Ecclesiæ Valeriansis episcopus subscripsi.

Ego Serpentinus Ecclesiæ Illicitanæ episcopus subscripsi.

Ego Suavila Ecclesiæ Oretanæ episcopus subscripsi.

^e *Æ., B. R., E. 4, T. 1, 2, et juxta largitatem.*

^f Episcoporum nomina non eundem in omnibus Codicibus ordinem aut locum servant.

^g *Æ., Bola permittente Deo Ecclesiæ Barcinonensis episcopus. T. 1, 2, G. Ola.*

Ego Amantius ^a Ecclesiæ Aucensis episcopus subscripsi.

Ego Egila Ecclesiæ Oxoniensis episcopus subscripsi.

Ego Ansericus Ecclesiæ Segobiensis episcopus subscripsi.

Ego Ildleclus Ecclesiæ Segontiensis episcopus subscripsi.

Ego Antonius Ecclesiæ Vianseuensis episcopus subscripsi.

Ego Asfalius presbyter, agens vicem domini mei Persverantii episcopi, subscripsi.

Ego Petrus diaconus, agens vicem domini mei Antonii episcopi subscripsi.

399 *In nomine Domini Flavius Chintila rex* ^b.

Cum boni principis cura omni nitatur vigilantia providere patriæ gentisque suæ commoda, tunc potissimum non existit infructuosa, si etiam sua industria placatur divina clementia; ideoque nostræ mansuetudinis collectis in urbe Toletana ex provinciis diversis episcopis adhortationis existit instantia, ut tempore congruo hæc religionis per eorum sententiam institueretur observantia, ut a die iduum Decembrium, secundum quod eorum decrevit sanctitas,

^a B. R., E. 3, T. 1, 2, U. G., *Amanungus*.

^b Hæc concilii per Chintilam confirmatio desumpta est ex *Æ.* cum desit in reliquis.

litanix per omnes regni nostri provincias omni debeant celebrari devotionis cura. Quæcirca tam sacratissimæ electioni et omni desiderio amplectendæ regali auctoritate faventes et quæcunq; in eadem synodo definita sunt confirmantes decernimus: Ut in triduo conscripto juxta quod reverentissimorum virorum continet decretum ab omni **400** anima Christiana cælorum Domino humilitatis satisfactio dependatur, et pro facinoribus atque flagitiis quibus quotidie grassante diabolo irretimur, lacrymis jejuniisque digna obsequia rependamus. Verumtamen, ut vobis certius præfatorum Patrum sententia innotescat, eam subter connecti præcipimus: oraculis autem nostris sancimus, ut hi quorum in quibuslibet rebus patriæ nostræ invigilat cura, id est, tam optimatum quam comitum judicium etiam cæterorumque ordinum præcipua sollicitudo existat, ut his diebus ab omni omnino inquietudine vel qualibet negotiorum actione omnis conditio, ætas et sexus debeat vacare, ut otio sancto mancipati potiores erga Deum reddi possint colestem implorando misericordiam consequi: ergo ut omnes hoc præcepto nostro præmoneantur sacerdotum industriæ delegamus. Datum sub die pridie calendas Julias anno feliciter primo regni nostri Toletæ.

LI.

CONCILIUM TOLETANUM SEXTUM

QUADRAGINTA ET OCTO EPISCOPORUM ^a.

Convenientibus nobis Hispaniarum Galliarumque pontificibus summi orthodoxi et gloriosissimi Chintilani regis salutaribus hortamentis, atque in prætorio Toletano in ecclesia sanctæ Leocadiæ martyris ^b debitis sedibus collocatis, sub die quinto idus Januariæ anno præfati principis et triumphatoris in Christo secundo, æra sexcentesima septuagesima sexta ^c, hoc decretum fidei prius sancimus.

1. De plenitudine fidei catholicæ.

Cum primum omnipotenti Domino pro corona fratrum tam numerosæ gratiæ a nobis fuissent peractæ, nihil melius nihilque salubrius omnium incedit animis, quam more synodi universalis post solemniam perfunctæ orationis quod mente ruminabamus lingua maneremus, et quod corde credebamus ore ructaremus, supernæ faventes sententiæ: *Eruclavit cor meum verbum bonum*, quod juxta prophetam fecit Dominus abbreviatum super terram: quamobrem ex abundantia nostri cordis sit confessio vocis, ut fidem quam omnium mens intrinsecus gestat in confessione interpret lingua foras effundat. Itaque credimus et confitemur sacratissimam et omnipotentissimam Trinitatem, Patrem et Filium

et Spiritum sanctum, unum Deum solum non solitarium, unius essentiæ, virtutis, potestatis, majestatis uniusque naturæ, discretam inseparabiliter personis, indiscretam essentialiter substantia deitatis, creatricem omnium creaturarum; Patrem ingentum, increatum, fontem et originem totius **401** divinitatis; Filium a Patre intemporaliter ante omnem creaturam sine initio genitum, non [*G.*, nec] creatum, nam nec Pater unquam sine Filio nec Filius existit sine Patre, sed tamen Filius Deus de Patre Deo, non Pater Deus de Filio Deo, Pater Filii, non Deus de Filio; ille autem Filius Patris et Deus de Patre, per omnia coæqualis Patri, Deus verus de Deo vero; Spiritum vero sanctum neque genitum neque creatum, sed de Patre Filioque procedentem utriusque esse Spiritum: ac per hoc substantialiter unum sunt, quia et unus ab utroque procedit. In hac autem Trinitate tanta est unitas substantiæ, ut pluralitate careat et æqualitatem teneat; nec minor in singulis quam in omnibus, nec major in omnibus quam in singulis maneat personis. Ex his igitur tribus divinitatis personis solum Filium fatemur ad redemptionem humani generis propter culparum debita quæ per inobedientiam

^a *Æ.*, B. R., E. 4, T. 1, 2, *episcoporum universale habitum in nomine Domini Jesu Christi feliciter*.

^b B. R., *confessoris*. E. 4, T. 1, 2, *virginis*.

^c B. R., E. 4, T. 1, 2, *æra DCLXVI*.

Adæ originaliter et nostro libero arbitrio contraxeramus resolvenda, a secreto Patris arcanoque prodississe, et hominem sine peccato de sancta semper virgine Maria assumpsisse, ut idem Filius Dei Patris esset Filius hominis, Deus perfectus et homo perfectus, ut homo et Deus esset unus Christus naturis in duabus, in persona unus, ne quaternitas Trinitati accederet, si in Christo persona geminata esset. Ergo a Patre et Spiritu sancto inseparabiliter discretus est persona, ab homine autem assumpto natura; item cum eodem homine unus exstat persona, cum Patre et Spiritu sancto natura, ac sicut diximus ex duabus naturis et una persona unus est Dominus noster Jesus Christus, in forma divinitatis æqualis Patri, in forma servi minor Patre: hinc enim est vox ejus in psalmo: *De ventre matris meæ Deus meus es tu*. Natus itaque a Deo sine matre, natus a virgine sine Patre solus [Æ., cujus] Verbum caro factum est et habitavit in nobis; et cum tota cooperata sit Trinitas formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis, solus tamen accepit hominem in singularitate personæ, non in unitate divinæ naturæ, in id quod est proprium Filii non quod commune Trinitati: nam si naturam hominis Deique alteram in altera confudisset, tota Trinitas corpus assumpsisset, quoniam constat naturam Trinitatis esse unam, non tamen personam. Sic igitur Dominus Jesus Christus missus a Patre suscipiens quod non erat, nec amittens quod erat, inviolabilis de suo, mortalis de nostro venit in hunc mundum peccatores salvos facere et credentes justificare, faciensque mirabilia traditus est propter delicta nostra, mortuus est propter expiationem nostram, resurrexit propter justificationem nostram, cujus livore sanati, cujus morie Deo Patri reconciliati, 402 cujus resurrectione sumus resuscitati: quem etiam venturum in fine exspectamus sæculorum et cum resurrectione omnium æquissimo suo judicio redditurum justis præmia et impiis pœnas. Ecclesiam quoque catholicam credimus sine macula in opere et absque ruga in fide corpus ejus esse, regnumque habiturum cum capite suo omnipotenti Christo Jesu, postquam hoc corruptibile induerit incorruptionem et mortale immortalitatem, ut sit Deus omnia in omnibus. Hac fide corda purificantur, hac hæreses extirpantur, in hac omnis Ecclesia collocata jam in regno cœlesti, et degens in sæculo præsentis gloriatur: et non est in alia fide salus, nec enim nomen aliud est sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos salvos fieri.

W. De observatione litaniarum.

Religiosissimi principis nostri devotionem et nostrorum consacerdotum primo anno regni sui constitutionem cum magna reverentia et veneratione suscipientes, quam jam constat in omni regno suo annua vice celebrari, placuit etiam nostra assensione firmari: proinde universalis auctoritate censemur concilii, ut hi dies litaniarum qui in synodo præmis-

* Æ., T. 1, 2, prævidetur. G., providetur.

sa sunt instituti, eodem in tempore quo jussi sunt excoli anno recursum omni observatione habeantur celeberrimi, ut pro illis quibus nunc usque stant implicati sumus delictis sit nostra expiatio ante oculos Dei omnipotentis.

III. De custodia fidei Judæorum.

Inflexibilis Judæorum perfidia deslexa tandem videtur pietate et potentia superna; hinc enim liquet quod de spiramine summi Dei excellentissimus et christianissimus princeps ardore fidei inflammatus cum regni sui sacerdotibus prævaricationes et superstitiones eorum eradicare elegit funditus, nec sinit degere in regno suo eum qui non sit catholicus: ob cujus fervorem fidei gratias omnipotenti Deo cœlorum regi, eo quod ejus tam illustrem creaverit animam et sua repleverit sapientia, donet ei præsentis ævi diuturnam vitam et in futuro gloriam æternam. Illud autem provida nobis cura et valde est decernendum vigilantia solertia, ne ejus calor et noster labor quandoque in posteris tepidatus liqueat; quocirca consonam cum eo corde et ore promulgamus Deo placituras sententiam, simul etiam cum suorum optimatum illustriumque virorum consensu ex deliberatione sancimus: Ut quisquis succedentium temporum regni sortierit apicem non ante conscendat regiam sedem, quam inter reliqua conditionum sacramenta 403 pollicitus fuerit hanc se catholicam non permissurum eos violare fidem; sed et nullatenus eorum perfidiæ favens vel quolibet neglectu aut cupiditate illectus tendentibus ad præcipitia infidelitatis aditum præbeat prævaricationis, sed quod magno opere nostro est tempore conquisitum, debeat illibatum perseverare in futurum; nam incassum bonum agitur, si non ejus perseverantia videtur. Ergo postquam ordine præmisso ad gubernacula accesserit regni, si ipse temerator extiterit hujus promissi, sit anathema Maranatha in conspectu sempiterni Dei et pabulum efficiatur ignis æterni, simul cum eo damnatione percussus quicumque sacerdotum vel quilibet Christianorum ejus implicati fuerint errore; nos enim ita præsentia decernimus, ut præterita quæ in universali synodo de Judæis conscripta sunt confirmemus, quoniam quæque necessaria pro eorum salvatione scribi potuerunt in eadem esse cautum scimus, quapropter quæ tunc decreta sunt vilitura censemur.

IV. De damnatione clericorum per pecuniam ecclesiasticos gradus assequentium.

Sæpe pullulantia pravitate germina licet sæpissime Patrum justa noverimus severitate damnata, tamen quia crebris conspiciantur denuo vigere radicibus, justitiæ acriori vigore radicitus ea amputare sancimus juxta quod in præteritis canonibus scriptum est anathema danti et accipienti. Proinde quicumque Simonis imitator simoniacæ quoque hæresis extiterit auctor, ut ecclesiasticorum ordinarum gradus non dignitate morum obtineat, sed munerum

† B. R., E. 4, T. 1, 2, isto.

impensione conquirat et per oblata munera capiat, A quibus hunc nec rationis ordo nec dignitas morum ulla commendat, talis inventus sacrorum ordinum apices penitus adipisci nullo modo permittatur; sed si et adeptus fuerit, communione privatus cum ordinatoribus suis propriorum honorum [Æ., graduum] amissione damnetur, quia ^a non pro amore Dei, sed pro ambitione honoris tonsuram suscepisse anseuntur.

V. *De stipendiis clericorum ne a jure alienentur Ecclesiæ.*

Sæpe fit ut proprietati originis obsistat longinquitas temporis; quapropter providentes decernimus, ut quisquis clericorum vel aliarum quarumlibet personarum stipendium de rebus Ecclesiæ cujuscunque episcopi percipiat largitate, sub precariæ nomine B debeat professionem scribere, ut nec per 404 tentationem diuturnam præjudicium afferat Ecclesiæ, et quæcumque in usum perceperit debeat utiliter laborare, ut nec res divini juris videantur aliqua occasione negligi, et subsidium ab ecclesia cui deserviunt percipere possint clerici: quod si quis eorum contempserit facere, ipso se stipendio suo videbitur privare.

VI. *De viris ac feminis sacris propositum transgredientibus sacrum.*

Proclivis cursus est ad voluptatem et imitatrix naturæ vitiorum; quamobrem quique virorum vel mulierum habitum semel induerint vel induerunt spontaneæ religiosum, aut si vir deditus ecclesiæ choro vel femina fuerit aut fuit deligata puellarum monasterio, in utroque sexu prævaricator ad propositum invitatus reverti cogatur, ut vir detondeatur, et puella monasterio redintegretur. Si autem quolibet patrocini desertores permanere voluerint, sacerdotali sententia ita de Christianorum cœtu habeantur extorres, ut nec locutio cum eis ulla sit communis. Videæ quoque, sicut universis jam dudum statuit synodus, professionis vel habitus sui desertrices superiori sententia condemnentur.

VII. *De pœnitentibus transgressoribus.*

Quamvis priora nunquam siluerint de tantis facinoribus ^b concilia, ratio tamen poscit ut ea quæ frequenti prævaricatione iterantur frequenti sententia condemnentur: et ideo quoniam tanta existit perversitas hominum, ut hi quos sub religioso habitu pœnitentiæ professio pro peccatorum venia ad manum sacerdotis deducit vel adduxit, iterum rediviva malitia ad vitæ pristinæ sordes revocet, hujus rei causa sancta synodus decernit: Ut si qui ingenitorum utriusque sexus sub nomine pœnitentiæ in habitu religioso sunt conversati, post hæc autem comam nutritios vel vestimenta sæcularia sumentes, ad id quod reliquerant redierint aut redierint, ab episcopo civitatis, in cujus territorio sunt conversi, comprehensi, rursus legibus pœnitentiæ in monasteriis subdantur inviti: quod si facere propter ali-

quem potestatis vigorem difficile fuerit, tunc sicut friscorum canonum statuerunt decreta, quousque ad dimissum ordinem revertantur excommunicati habeantur, sed et hi qui post commotionem vel interdictum cum ipsis communicaverint. Sacerdos autem ad quem pertinere noscuntur, si eos quolibet munere vel favore 405 aut negligentia admonere noluerit, ut aut revertentes suscipiat aut contemnetes de Ecclesia rejiciat, simili sententia plectatur, quousque emendationis eorum ab eo sententia promulgetur.

VIII. *Quod quibusdam pœnitentibus pristina recedantur conjugia.*

Antiqui et sanctissimi est Patris sententia papæ Leonis, ut is qui in ætate adolescentiæ positus, dum mortis formidat casum, pervenerit ad pœnitentiæ remedium, si conjugatus et forte fuerit incontinentens, ne postea adulterii incurrat lapsum, redeat ad pristinum conjugium quousque possit adipisci temporis maturitate continentiam statum: quod nos sicut de viris, ita et de feminis æquo modo censemus non quidem generaliter et legitime præceptum, sed constat a nobis pro humana fragilitate indultum, ea duntaxat ratione, ut si is qui pœnitentiæ non est legibus deditus ante ab hac vita discesserit quam ex consensu ad continentiam eorum fuerit regressus, superstiti non liceat denuo ad uxoris transire amplexus: sin autem illius vita exstiterit superstes, qui non accepit benedictionem pœnitentis nubat, si se continere non potest, et alterius consorcio fruatur uxoris: quod de utroque sexu pari modo a nobis manifestum est decrevisse, ita videlicet ut in his omnibus sacerdotis ordinatio expectetur, ut juxta quod ætatem actam prospexerit, continentiam, absolutionis vel districtioris tribuat legem.

IX. *De professionibus et obedientia libertorum Ecclesiæ.*

Longinquitate sæpe fit temporis, ut non pateat conditio originis; unde jam decretum est in anteriori universalis concilii canone, ut professionem suam liberti Ecclesiæ debeant facere, qua profiteantur se et de familiis Ecclesiæ manumissos et Ecclesiæ obsequium nunquam relicturos. Unde his quoque nos adjicimus, ut quoties cursum vitæ sacerdos impleverit et de hac vita migraverit, mox successor ejus advenerit, omnes liberti ejus ecclesiæ vel ab eis progeniti carthulas suas in conspectu omnium debeant ipsi substituto pontifici publicare et professiones suas in conspectu Ecclesiæ renovare, quatenus status sui vigorem et illi obtineant, et obedientia eorum Ecclesia non careat. Si autem aut scripturas libertatis suæ intra annum ordinationis novi pontificis manifestare contempserint aut professiones suas renovare noluerint, vacuæ et inanes carthulæ ipso remaneant, et illi origini suæ redditi sint perpetuo servi.

^a Ab hac voce *quia* usque ad finem canonis desunt omnia in reliquis Codicibus præter A.

^b In cæteris, præter A. et E. 3, *tanto facinore.*

406 X. *De progenie libertorum Ecclesiae, ne eis vel pro nutritione ab ecclesia liceat evagare.*

Etenim decet, ut hi quorum parentes titulum libertatis de familiis Ecclesiae percoperunt, intra Ecclesiam cui obsequium debent causa eruditionis enutriantur: contemptus quippe est patronorum si ipsis neglectis aliis ad educandum deor progenies manumissorum. Itaque censemus, ut sine sui status praepudicio ab episcopis habeantur in doctrinae obsequium, quatenus et illi debitum reddant famulatum et nullum patiantur ingenuitatis suae detrimentum: eos vero, qui aliter quam sententia nostra decrevit agere tentaverint, invitos jubemus ab episcopis ad hoc ipsum reduci. Quod si forte parentes eorum eos pontificibus suis dare contempserint et alios sibi patronos adoptaverint, ingratorum feriantur lege libertorum.

XI. *Ne sine accusatore legitimo quisquam condemnatur.*

Dignum est ut vita innocentium non maculetur pernicie accusantium: ideo quisquis a quolibet criminatur non antea accusatus supplicio deditur, quam accusator praesentetur, atque legum et canonum sententiae exquirantur, ut si indigna ad accusandum persona invenitur, ad ejus accusationem non judicatur, nisi ubi pro capite regiae majestatis causa versatur.

XII. *De confugientibus ad hostes.*

Pravarum audacia mentium saepe aut malicia cogitationum aut causa culpae refugium appetit hostium: unde quisquis patratorem causarum exstiterit talium, virtutes enitens defendere adversariorum, et patriae vel genti suae detrimenta intulerit rerum, in potestate principis ac gentis reductus, excommunicatus et retrusus longinquioris poenitentiae legibus subdatur. Quod si ipse mali sui prius remittens ad ecclesiam fecerit confugium, intercessu sacerdotum et reverentia loci regia in eis pietas reserveur comitante justitia.

XIII. *De honore primatum palatii.*

Qui primatum dignitate atque reverentiae vel gratiae ob meritum in palatio honorabiles habentur, his a junioribus modestus honor per omnia deferatur, qui etiam minores a senioribus et dilectionis amplectantur affectu et utilitatis imbuantur exemplo.

XIV. *De remuneratione collata fidelibus regum.*

Præmium fraudare fidelibus non solum **407** inhumanum, sed etiam existit injustum: ideoque cum fidei meritum tam in rebus divinis quam in humanis non habeatur ingratum, dignum videtur ut sacerdotali sententia consulamus fidelibus regis. Proinde, ut anno primo serenissimi principis nostri decrevit concilium sanctum, omnes qui fidei obsequio et sincero servitio voluntatibus vel jussis paruerint principis totaque intentione salutis ejus custodiam vel vigilantiam habuerint, a regni successoribus nec a dignitate nec a rebus pristinis causa repellantur injusta; sed et nunc ita pro uniuscujusque utilitate

A principis moderentur discretionem, sicut eos prospererit necessarios esse patriae; et sic illis impertiat benignitas, ut in ceteris maneat gratiae potestas: quatenus ita omnia in rebus juste conquistata lucrentur, ut posteris relinquendi vel quibus voluntas eorum decreverit conferendi spontaneo fruantur arbitrio. Cæterum si infidelis quisquam in capite regio aut inuillis in rebus commissis praesenti piissimo domino nostro Chintilano regi exstiterit, in clementiae ejus manu et in potestatis nutu constet hujusmodi moderatio; nefas est enim in dubium inducere ejus potestatem, cui omnium gubernatio superno constat delegata iudicio. Quod si post ejus discessum quisquam repertus fuerit ejus vitae fuisse infidelis, quidquid largitate ipsius in rebus habuit conquistatis careat confiscandum et fidelibus largiendum.

XV. *De collatis rebus ecclesiis ut in earum jure perdurent.*

Quia his qui principibus digne deserviunt atque deferentibus fidele illis obsequium constat nos optimum ministrasse suffragium, dum juste a principibus adquisita in eorum jure persistere sancimus indivulsa, æquum est et maxime ut rebus ecclesiarum Dei adhibeatur a nobis providentia opportuna. Adeo quaecunque rerum ecclesiis Dei a principibus juste concessa sunt vel fuerint vel cujuscunque alterius personae quilibet titulo illis non injus collata sunt vel exstiterint, ita in eorum jure persistere firma jubemus, ut evelli quocunque casu vel tempore nullatenus possint; opportunum est enim ut sicut fidelium hominum servitia non existere censuimus ingrata, ita ecclesiis collata quae proprie sunt pauperum alimenta eorum jure pro mercede offerentium maneant inconvulsa.

XVI. *De incolumitate et adhibenda dilectione regiae prolis.*

Sicut insolentia malorum regum odiosa semper et execrabilis existit subjectis, ita honorum provida utilitas amabilis efficitur populis. **408** Quocirca quis ferat aut quis tolerantur Christianus videat regis soboles aut posteritatem exspoliari rebus aut privari dignitatibus? quod ne fiat cum generalis promatur de filiis principis sententia nostra, id est, de praesenti excellentissimi et gloriosissimi principis Chintilani regis posteritate dantur aperta a nobis decreta: ut ea quae synodus praeterito anno in hac ecclesia habita constituit circa omnem posteritatem ejus, universitas regni sui conservet, hoc est ut praebeatur filiis ejus dilectio benigna et firma, et tribuantur ubi loci opportunitas exhiberit defensionis adminicula justa; ne de rebus juste prodigatis aut parentum dignitate procuratis vel largitate principis aut alicujus impensis aut etiam proprietate debitae fraudentur qualibet insidia calliditatis; neque a quocunque laedendi eos praebentur argumenta machinationis, quia dignum est ut cujus regimine habemus securitatem, ejus posteritati decreto concilii imper-

* *E.*, B. R. R., E. A., T. 1, 2, U., *deducere.*

tiamus quietem. Denique tanta erga nos nostri principis exstant beneficia ut longum sit sigillatim ea promerere lingua; ipso enim auctore Deo nobis pacem, ipse quasi captivam reduxit charitatem; ipsius ope quieti, ipsius sumus largitione ditati, ipse medicamine bonitatis suæ et reis pepercit et rectos sublimavit, cui si dignis voluerimus respondere beneficiis, non tantis exstamus copiis virtutis quanto voto sufficimus voluntatis.

XVII. *De his qui rege superstite aut sibi aut aliis ad futurum provident regnum, et de personis quæ prohibentur ad regnum accedere.*

Quamquam in concilio anteriori quod anno primo gloriosi principis nostri habitum est de hujusmodi re fuerit promulgata sententia, tamen placet iterare quod convenit custodire. Itaque regis vita constante nullus sibi aliquo opere vel deliberatione seu cuiuscunque dignitatis latus, seu gradu episcopatus, presbyterii aut diaconii consecratus cæterisque clericatus officiis deditus regem provideat contra viventis regis utilitatem et procul dubio voluntatem, nullo blandimento vel suasionem pro eadem spe aut alios in se trahat aut ipse in alium acquiescat; iniquum enim et valde execrabile Christianis debet haberi futuris temporibus illicita prospicere et vitæ suæ ignarus ventura disponere. Quod si quisquam jam talia iniqua deliberatione cum quocunque est meditatus, hoc sibi noverit esse sacerdotali moderatione concessum, ut veniabiliter possit hoc sine mora præsentis principis auribus publicare: si autem obstinata deliberatione sua machinamenta noluerit dicere, pessimo plectatur anathemate. Rege vero defuncto nullus tyrannica præsumptione regnum assumat, nullus sub religionis habitu detonsus aut turpiter decalvatus aut servilem originem trahens vel extraneæ gentis homo, nisi genere Gothus et moribus dignus provehatur ad apicem regni: temerario autem hujus præceptionis sanctissimæ feriat perpetuo anathemate.

XVIII. *De custodia vitæ principum et defensione præcedentium regnum a sequentibus adhibenda.*

Jam quidem in antecedenti universali synodo pro salute nostrorum principum constat esse consultum, sed libet iterare bene sancita et digna auctoritate munire salubriter ordinata; ideoque contestamur coram Deo et omni ordine angelorum, et coram prophetarum atque apostolorum vel omnium martyrum choro, coram omni Ecclesia catholica et Christianorum cœtu, ut nemo intendat in interitum regis, nemo vitam principis neceatretet, nemo regni eum gubernaculis privet, nemo tyrannica præsumptione apicem regni sibi usurpet, nemo quolibet machinamento in ejus adversitatem sibi conjuratorum manum associet.

^a Ex reliquis, præter A. et E. 3, in quibus: *probetur.*

^b T. 1, 2, *Chintilano principi nostro.*

^c *Æ., pronn. B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., proba.*

^d In *Æ., B. R., E. 4, T. 1, 2, præponitur nomini- bus episcoporum pronomen ego.*

^e *Æ., B. R., E. 4, T. 1, Sclua etsi indignus Ecclesiæ Narbonensis episcopus his constitutionibus a nobis edi-*

Quod si in quidpiam horum quisquam nostrorum temerario ausu præsumptor extiterit, anathemate divino percussus absque ullo remedii loco habeatur condemnatus æterno judicio: is autem qui ejus sedem fuerit assecutus, si vult tanto expiari piaculo, quasi proprii patris ejus ulciscatur interitum, in cujus defensionis auxilium universi regni Gothorum consentiat fortitudo; si autem desidi cura et minori zelo tam funestum noluerint vindicare scelus, sint omnes ex nostra sententia opprobrium cæteris gentibus.

XIX. *De gratiarum actionibus in confirmatione concilii Deo et principi datis.*

His omnibus rite dispositis et diuturna collatione deliberatis, benedictionem, gloriam et honorem invisibili omnium auctori rependimus luminum Patri, et in his consecrandis ejus imploramus opem suffragii, ut constitutionibus nostris roborem tribuat suæ virtutis fragilitatemque humanam ita huic dispositioni reddat efficacem, ut non judicet prævaratricem. Nos igitur omnia supra scripta, salva auctoritate priscorum canonum, subscriptione nostra firmamus, et gratias agimus Christianissimo et gloriosissimo Chintilano regi principi nostro cujus studio advocati et instantia sumus collecti, cujus voluntas probata et ordinatio exstitit religiosa: donet ei Dominus ut optimo principi diuturnum in sæculo præsentis triumphum et in parte justorum perpetuum regnum felicesque annos: felix ipse longa felicitate fruatur et divinæ dexteræ protectione ubique muniatur.

Ego ^d Sclua ^e Ecclesiæ Narbonensis episcopus subscripsi.

Julianus Ecclesiæ Bracarensis episcopus subscripsi.

Eugenius ^f Ecclesiæ Toletanæ episcopus subscripsi.

Honoratus Ecclesiæ Hispalensis episcopus subscripsi.

Protasius ^g Ecclesiæ Tarraconensis (*Æ., T. 2, Valentianæ*) episcopus subscripsi.

Conantius (*T. 2, Canantius*) Ecclesiæ Palentinæ episcopus subscripsi.

Leudefredus Ecclesiæ Cordubensis episcopus subscripsi.

Vigintinus Ecclesiæ Vigastrensis episcopus subscripsi.

Acutulus Ecclesiæ Elenensis episcopus subscripsi.

Joannes Ecclesiæ Iliplensis episcopus subscripsi.

Bonifa Ecclesiæ Cauriensis episcopus subscripsi.

Eugenius (*Æ., T. 2, Eusebius*) Ecclesiæ Vastitanæ episcopus subscripsi.

Hilarius Ecclesiæ Complutensis episcopus subscripsi.

Jacobus Ecclesiæ Mentesanæ episcopus subscripsi.

Joannes Ecclesiæ Dertosanæ episcopus subscripsi.

Sisisclus Ecclesiæ Elborensis episcopus subscripsi.

his subscripsi: hæcque forma utantur hi Codices in quibusdam posterioribus subscriptionibus.

^f *B. R., E. 4, T. 1, Ego Eugenius Dei miseratione ecclesiæ Toletanæ metropolitanus subscripsi.*

^g *B. R., E. 4, T. 1, In nomine Domini ego Protasius sanctæ primæ sedis Tarraconensis immerito episcopus subscripsi.* Desunt reliquæ subscriptiones in his Codicibus.

- David Ecclesiae Aurensis episcopus subscripsi. A Anastasius Ecclesiae Tudensis episcopus subscripsi.
 Elpidius Ecclesiae Tirasonensis episcopus subscripsi. Egila Ecclesiae Oromensis episcopus subscripsi.
 Osulfus Ecclesiae Oscensis episcopus subscripsi. Ildiscus Ecclesiae Segontiensis episcopus subscripsi.
 Fructuosus Ecclesiae Ilerdensis episcopus subscripsi. 412 Vasconius Ecclesiae Lucensis episcopus subscripsi.
 Deodatus Ecclesiae Egabrensis episcopus subscripsi. Amanuncus Ecclesiae Causensis episcopus subscripsi.
 Profuturus Ecclesiae Lamicensis episcopus subscripsi. Eparchius Ecclesiae Italicensis episcopus subscripsi.
 Servusdei Calabriensis Ecclesiae episcopus subscripsi. Renatus Ecclesiae Conimbricensis episcopus subscripsi.
 411 Pimenius Ecclesiae Asidonensis episcopus subscripsi. Tunila Ecclesiae Malacitanæ episcopus subscripsi.
 Anatholius Ecclesiae Lutebensis episcopus subscripsi. Oscandus Ecclesiae Asturicensis episcopus subscripsi.
 Suabila Ecclesiae Oretanæ episcopus subscripsi. Justus Ecclesiae Accitanæ episcopus subscripsi.
 Montensis Ecclesiae Egiditanæ episcopus subscripsi. B Dominus Ecclesiae Ausonensis episcopus subscripsi.
 Ilcila Ecclesiae Salamauticensis episcopus subscripsi. Gottomarus Ecclesiae Iriensis episcopus subscripsi.
 Anulfus Ecclesiae Portucalensis episcopus subscripsi. Farmus Ecclesiae Vasensis episcopus subscripsi.
 Serpentinus Ecclesiae Illicitanæ episcopus subscripsi. Gutiscus presbyter, agens vicem Oronii episcopi Emeritensis Ecclesiae, subscripsi.
 Braulio Ecclesiae Caesaraugustanæ episcopus subscripsi. Domarius presbyter, agens vicem Carterii episcopi Arcavicensis Ecclesiae, subscripsi.
 Oya Ecclesiae Barcinonensis episcopus subscripsi. Wamba diaconus, agens a vicem Antonii episcopi Segobriensis (Æ. Segobricensis) Ecclesiae, subscripsi.
 Ansericus Ecclesiae Segobiensis episcopus subscripsi. Citronius presbyter, agens vicem Gavini episcopi Calagurritanæ Ecclesiae, subscripsi.
 Viaricus Ecclesiae Olyssiponensis episcopus subscripsi. Severinus diaconus, agens vicem Musitacii episcopi Valentianæ Ecclesiae, subscripsi.
 Guda Ecclesiae Tuccitanæ episcopus subscripsi.

^a Æ., T. 2, U., G., diaconus, qui et Petrus, agens. C

LII

CONCILIIUM TOLETANUM SEPTIMUM

TRIGINTA EPISCOPORUM, GESTUM ANNO QUINTO, CLEMENTISSIMO DOMINO NOSTRO CHINDASVINDO REGE REGNANTE, DIE XV KALENDARUM NOVEMBERIUM, ERA DCLXXIV.

I. De refugis atque perfidis clericis sive laicis.

Cum in sanctæ nomine Trinitatis pro quibusdam disciplinis ecclesiasticis tam nostra devotione quam studio serenissimi et amatoris Christi Chindasvindi regis noster apud Toletanam urbem conventus adesset, competenter 413 visum est mutua collatione decernere quod sollicite conservatum et presentibus et futuris commodis nimium ut confidimus prodesse constabit magis; quia semper est magnopere providendum quidquid vel ecclesiasticis moribus vel utilitati publicæ, sine qua quieti non vivimus, opportunum esse perpenditur. Nam licet tantæ constitutiones canonum exstant, quæ ad omnem possint correctionem sufficere si quis eas dignetur libenter attendere, tamen quia luminis claritas tanto amplius emicat quanto fuerit studiosius sæpissime contractata, non parum proficit ad emendationem multorum si dum ea quæ constituta sunt per fraternam collationem ad memoriam reducuntur, illa magis adjiciantur quæ aut desesse videntur aut omnino constituenda competenter existimantur. Quis enim nesciat quanta sint hac-

tenus per tyrannos et refugas transferendo se in externas partes illicite perpetrata, et quam nefanda eorum superbia jugiter frequentata, quæ et patriæ diminutionem afferrent et exercitui Gothorum insipientem laborem imponerent? Quod quidem laicorum insania factum tolerandum nobis forsitan aliquoties videretur: illud tamen est vehementius stupendum, quia quod pejus est tanti ex religionis proposito in hac interdum præsumptione præcipites efferuntur, ut non ad levem confusionem nostram pertineat si res ullatenus inulta remaneat, quam et mundana lege et ecclesiastica convenit instanter disciplina corrigere. Ideoque placuit nunc concordâ sententia definire: Ut quisquis in ordine clericatus a maximo gradu usque ad minimum constitutus in alienæ gentis regionem se quacunquē occasione transduxerit, ut exinde superbiendo vel reditum suum vel quodlibet aliud videatur expetere, sive etiam quod gentem Gothorum vel patriam aut regera specialiter sub hac occasione possit nocere vel fieri disposuerit vel aliquatenus fecerit, sed et qui cum

juxta quod ejusdem pontificis admonitionem acceperint, singulis per annum mensibus in eadem urbe debeant commorari, messivis tamen ac vindemialibus feriis relaxatis. Nos autem immortalis Deo et glorioso Chindasvindo principi, ob cujus votum in hac urbe sancta devotione convenimus, gratias unanimiter referentes optabili adnixu deposcimus, ut sanctæ Ecclesiæ catholicæ fidei semper ac pacis cumuletur affectu, et memorato principi cum prosperitate præsentis regni futuri etiam largiantur præmia gaudii, ipso præstante quid in Trinitate unus Deus vivit et gloriatur in sæcula sæculorum. Amen.

Orontius in Christi nomine sanctæ Ecclesiæ Emeritensis metropolitanus episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Antonius Dei misericordia sanctæ Hispalensis Ecclesiæ metropolitanus episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Eugenius sanctæ Ecclesiæ Toletanæ episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Protasius Ecclesiæ Tarraconensis metropolitanus episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Bilarius gratia Christi episcopus Ecclesiæ Complutensis hæc statuta definiens subscripsi.

Deodatus in Christi nomine Ecclesiæ Egabrensis episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Eparchius Dei misericordia Ecclesiæ Ialicensis episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Stephanus Dei misericordia Ecclesiæ Astigitanæ episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

419 Tagontius Deo miserante Ecclesiæ Valerientis episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Egila in Christi nomine Ecclesiæ Oxomeusis episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Rchimirus sanctæ Ecclesiæ Dumienensis episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Stiscus in Christi nomine Ecclesiæ Elborensis episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Ansericus in Christi nomine Ecclesiæ sanctæ Segontiensis episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Widericus sanctæ Ecclesiæ Segontiensis episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Winibal Dei miseratione sanctæ Ecclesiæ Illicitanæ, qui et Egotanæ, episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Maurusius in Christi nomine Ecclesiæ Ortanæ episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Eustochius in Christi nomine Ecclesiæ Abilensis episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Joannes Dei gratia Ecclesiæ Cauriensis episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Egeredus Ecclesiæ sanctæ Salamanticensis episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Servus-Dei sanctæ Ecclesiæ Calabriensis episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

^a B. R., *gloriatur per infinita semper sæcula sæculorum. Amen.*

^b B. R., E. 1, T. 1, 2, *Anianus.*

A pus hæc statuta definiens subscripsi.

Vasconius etsi indignus Ecclesiæ Lucensis episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Gottomarus sanctæ Ecclesiæ Iriensis etsi indignus episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Farmus sanctæ Ecclesiæ Vesensis etsi indignus episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Sonna sanctæ Ecclesiæ Brittanensis etsi indignus episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Godesteus sanctæ Ecclesiæ Auriensis episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

420 Witericus sanctæ Ecclesiæ Lamaccensis episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Armenius sanctæ Ecclesiæ Egiditanæ episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Ademirus sanctæ Ecclesiæ Tudensis episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Anesius ^b sanctæ Ecclesiæ Valentianæ Dei miseratione episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Donum-Dei sanctæ Ecclesiæ Empuritanæ episcopus hæc statuta definiens subscripsi.

Valentinianus archipresbyter, agens vicem domini mei Leudefredi Cordubensis Ecclesiæ episcopi, hæc statuta definiens subscripsi.

Crispinus abbas, agens vicem domini mei Nulfredi ^c episcopi Olyssiponensis Ecclesiæ, hæc statuta definiens subscripsi.

Willensius presbyter, agens vicem domini mei Pimeni Asidonensis Ecclesiæ episcopi, hæc statuta definiens subscripsi.

421 Paulus presbyter, agens vicem domini mei Candidi Asturiensis Ecclesiæ episcopi, hæc statuta definiens subscripsi.

Magnus presbyter, agens vicem domini mei Marci episcopi Castulonensis Ecclesiæ, hæc statuta definiens subscripsi.

Constantius presbyter, agens vicem domini mei Teuderedi episcopi Pacensis Ecclesiæ, hæc statuta definiens subscripsi.

Reparatus presbyter, agens vicem domini mei Ætherii episcopi Eliberitanæ Ecclesiæ, hæc statuta definiens subscripsi.

Clemens diaconus, agens vicem domini mei Joannis episcopi Iliplensis Ecclesiæ, hæc statuta definiens subscripsi.

422 Ambrosius diaconus, agens vicem domini mei Givoci episcopi Mentesanæ Ecclesiæ, hæc statuta definiens subscripsi.

Egila diaconus, agens vicem domini mei Viginii episcopi Vigantensis Ecclesiæ, hæc statuta definiens subscripsi.

Matthacollus diaconus, agens vicem domini mei Dutiliani ^d episcopi Malacitanæ Ecclesiæ, hæc statuta definiens subscripsi.

^c B. R., *Nebriidii. E. 4, T. 1, 2, Nefridii.*

^d B. R., E. 4, T. 1, 2, *Dutiliani.*

LIII

CONCILIIUM TOLETANUM OCTAVUM

QUINQUAGINTA DUORUM PONTIFICUM IN URBE REGIA CELEBRATUM, DIE XVII KALENDARUM JANUARIUM, ERA DCXCI, ANNO QUINTO ORTHODOXI ATQUE GLORIOSI ET VERA CLEMENTIÆ DIGNI TATE PRÆCIPUI A RECCESVINTHI REGIS.

421-422 Cum nos omnes divinæ ordinatio voluntatis ejusdem principis serenissimo jussu in basilicam sanctorum apostolorum Petri et Pauli ad sacrum synodi coegisset aggregari conventum, dies tandem fatidice appetitu diutissime præoptatus et gratus adfuit et jucundus, tanto nostri pectoris avidiori voto susceptus, quanto ad remedium salutis exultat anhelantium præcordiis exquisitus: cumque ex more unusquisque nostrorum ordine suo sedes debitas occupasset et eventum rei tranquillæ intentionis expectatio sustineret, adest serenissimus princeps pia religione plenis imus et summo laudum titulo gloriosus, qui sese nostro cœtui reddens acclinis ut hunc omnipotenti Domino præcibus commendaremus, attentis dulcissimis cohortatus est verbis, grates referens Deo virtutum quod suæ jussionis implentes decretum in unum fuisset adunati concilium. Sed cum tam pie humilem cognovissemus ejus sanctæ animæ voluntatem et tam sublimis gloriæ celsitudinem sublimius videremus acclinem, tanta sumus in Dei gloriam exultatione succenssi, ut grates illi debitas et honorem et læti humiles redderemus et cernui; sed quanto extulerat principem humilitatis ordo, sublimius tanto ad exercitia summæ virtutis instruebant exempla sacratissimi principis formam nostræ religionis. Tunc relatis Deo laudibus de unitatis æternæ proveniunt magna nos cum tranquillitatis gratia allocutus est dicens: Etsi summus auctor rerum me divinæ memoriæ domini et genitoris mei temporibus in regni sedem subvexit atque ipsius gloriæ participem fecit, nunc tamen cum ipse requiem æternarum adeptus est mansurum, ea quæ in me totius regiminis transfusa jura reliquit ex toto divina mihi potentia subjugavit. Unde quia regendorum membrorum causa salus est capitis, et felicitas populorum non nisi mansuetudo est principum, votive decrevi vobis coram positis et votorum meorum deliberationem sanctione patula reserare et studiorum vera sincera exhibitione deferre. At vero quia anhelum pectus sese in promissorum complementa diffundit nec pigredine fessam retardationis oneribus sese summittit, longam prosecutionem compendio brevitatis adstrinxi, et quidquid productionibus loquelarum in concione diffundere potui, totum in tomi hujus complicamento respersum calamo vestræ sanctitudinali offerre decrevi, id magno præcætu deliberationis exhortans, ut quæcunque illic delinuntur ascripta valido attendatis intuitu, sagaci præserutivani studio, ac de his quæcunque extiterint placita Deo vestri oris ad nos sacro referantur oraculo. Ac-

A cepto dehinc oblato nobis tomo agentes Domino gratias acclamavimus: Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Post hujus exultationis beatæ gaudium et cœlestis gloriæ hymnum ei em sacro principi benediximus, reseratoque dein volumine tomi ^b hæc inibi contexta reperimus.

In nomine Domini Flavius Reccesvinthus rex reverentissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus: Sancti Spiritus admirabili dono regulam fidei meæ solidam tenens **423** et instructam agnoscens atque in honorem ejus diadema gloriæ cum cordis humilitate prosternens, illo lætus auditu quod omnes reges terræ serviunt et obediunt Deo, en, reverendi Patres excelsiori mihi venerationis honore sublimes, coram vobis advenio, in gratiam mansuetudinis meæ vestræ beatitudinis testimonium convocans et ad testimonium visionis vestræ memet coram omnipotentis Dei nutibus tremendis acclinans, referens illi corde læto gratias opulentas, quod vos clementia voluntatis ipsius ex nostræ celsitudinis jussu ad hujus sanctæ congregationis votivum dignatus est deducere cœtum, confidens tam mihi quam vobis et in præsentium serie temporum et in futurorum longitudine sæculorum ejus adesse gratiæ præmium, quoniam et vestræ concordie in conveniendo unanimem ac religiosum demonstratis affectum et dispositionis meæ in regendis populis quam pium sit properatis patenter agnoscere votum. Nunc igitur quia momenti locutio longæ dictionis non capit excessum, quid de sancta fide noverim quam cœlitus illapsam mihi per sanctorum apostolorum sequentiumque Patrum ora cognovi, seu quid de securis negotiis pro quibus hunc conventum vestræ congregationis coadunare percensui intinere decreverim, in hujus tomi serie conscripta tenete ac relecta prænoscite, et cunctis quæ tenori ejus nostræ amplitudinis potestas impressit vestræ beatitudinis gravitas effectum tam prompte ac miseranter impendat, quam nostræ mansuetudinis serenitas hæc vobis implenda commendat. Exordium itaque allocutionis meæ ex definitione sanctæ fidei inchoans, cætera quæ futuris sunt prosecutionibus intinanda velut supra soliditatem petræ constructurus annectam, ut operis mei ædificium congressurus eo sequentia validius ponam quo decentius firmissima prætulerim prima. Itaque coram se reverentia vestra habeat quod nosse non ambigit, me orthodoxæ fidei veram, sanctam et sinceram regulam de corde puro et conscientia bona plenissime habere, veraciter scire, et firmissime retinere, atque eam ita complecti, venerari atque diligere, sicut eam

^a T., U., G., perspicui.

^b Æ., I. 4, U., involuto tomo. B. R., E. 4, 2, involucro.

apostolica traditio dedit, sicut eam sancta synodus Nicæna constituit, sicut Constantinopoli sanctorum Patrum congregatio definivit, sicut Ephesini primi cœtus unitas affirmavit, sicut Chalcedonen-^{is} concilii definitio protulit, hanc cum fidelibus servans, ad hanc salvandos infideles advitans [B. R., invitans], in hac subjectos populos regens, hanc propriis gentibus tenendam insinuans, hanc populis alienis annuntians, ut in illa glorificandi Deum et in tempore mortalium me summæ divinitatis felicitas assequatur, et in terra viventium **424** hæreditas a me gloriæ capiatur. En, reverentissimi Patres, quantum ad veritatem fidei sanctæ pertinuit ex toto animam meam sæpe confessionis titulos explicuisse honorificentia vestra pensavit. Jam nunc magnopere arbitror esse mihi opportunius enitendum societati ejusdem veræ fidei studia sanctæ operationis innectere, ne hanc aut sine operibus mortuam habeamus aut non plenitudinis suæ dignitate perspicua decidat inhonesta, dum Scriptura non silente de quibusdam infertur qui dicunt se nosse Deum, factis autem negant. Ut ergo hanc fidem supra lapidem illum solidatam quem repronaverunt quidem ædificantes, idem tamen a Domino factus est in caput anguli, et est admirabile in oculis nostris, plenius habeamus ejusque insignibus decentius exornemur, attendite cujus o. eris fructum cujusque operationis augmentum studii: hujus sanctæ fidei consociare velimus et innectere quamocius præoptemus. Itaque revolutis retro temporibus ita vos omnemque populum jurasse recolimus, ut cujuscunque ^C rdinis vel honoris persona in necem regiam excidiumque Gothorum gentis ac patriæ detecta fuisset vel cogitasse noxia vel egisse, irrevocabilis sententiæ mulctatus atrocitate nusquam mereretur veniæ remedium vel alienius temperantiæ perciperet qualecunque subsidium. At nunc quia grave onerosumque censetur, dum pietatis acibus gravi contradictione hæc sententia resultare perpenditur et sic funditus damnationis astipulatio retineatur, ne pietati quæ Apostolo præcinnente ad omnia utilis est quocunque aditus reseretur, vestris hæc committo fidenti animo sacris pertractanda judiciis ac dirimenda sententiis. Unde jam vestrum erit inspirante vobis misericordione divina ita utriusque discriminis temperare mensuram, ne aut juramenti conditio teneat reos aut ^D impietatis ultio habeat inhumano, sicque vestri nos instruat forma judicii, ut subjectos populos nec in profanationibus habeam subditos, nec impietatis vinculis doleam comminutos: post hujus conventionis alloquium sequentium nectens causas negotiorum similique subjungimus vos intendere attentione. Decernimus attestantes universitatem vestram per summæ divinitatis coæqualem, et coæternam, et inseparabilem Trinitatem, atque illius mysteria sacramenti, quod incarnatum Dei Filium de Spiritu sancto et Maria virgine pro salute mundi vera fides in toto orbe denuntiat, atque ejusdem adventum Jesu Christi, filii Dei, Domini nostri, quo perimendi sunt im-

^a In reliquis, præter A. et E. 5, cunctæ.

pii, et regnum ejus quo glorificandi sunt sancti, ut quæcunque negotia de quorumlibet querela vestris auditibus exstiterint patefacta, cum justitiæ vigore misericorditer et cum temperamento **425** misericordione justissime cum nostra conniventia terminetis; in legum sententiis quæ aut depravata consistunt, aut ex superfluo vel indebito conjecta videntur, nostræ serenitatis accommodante consensu, hæc sola quæ ad sinceram justitiam et negotiorum sufficientiam conveniunt ordinetis: canonum obscura quædam et in dubium versa in meridiem lucidæ intelligentiæ reducatis, omniumque negotiorum conventus ordinumque status qui in vestram exstiterint devoluti præsentiam ita majorum regulis concordantes justissime, pie ac temperanter constituere studeatis, ut et ^B mihi quia studiorum fructum bonorum anhelio pars beatorum adveniat, et vos quoniam implentes voluntatem Dei me non spernitis imprecantem regio beatitudinis æternæ suscipiat, et visio delectationis Dei sibi perenniter inhaerere concedat. Vos etiam illustres viros, quos ex officio palatino huic sanctæ synodo interesse mos primævus obtinuit ac nobilitas expectabilis honoravit et experientia æquitatis plebium rectores exegit, quos in regimine socios, in adversitate fidus et in prosperis amplexor strenuos, per quos justitia leges implet, misericordione leges inflectit, et contra justitiam legum moderatio æquitatis temperantiam legis extorquet, adjurans obtestor per omne illud admirabile et solem unius sanctæ fidei sacramentum, quo venerabilem omnium sanctorum Patrum sum obtestatus conventum, ut ad tantæ ^A veritatis ac discretionis justissimæ formulam ita animos dirigatis, ut nihil a consensu præsentium Patrum sanctorumque virorum aliorum mentis ducentes obtutum quidquid innocentiam vicinum, quidquid justitiæ proximum, quidquid a pietate non alienum vel soli Deo cognoveritis existere placitum, instanter, modeste et cum omni dignemini intentione complere, scientes quia in eo quod hæc mea salubria vota completis, vos Deo amabiles assignatis, et in eo quod de reatorum vestrorum edicta favoris exhibitione corroboro, me vobiscum simul Deo placiturum assigno. In commune jam vobis cunctis et ex divino cultu ministris idoneis et ex aula regia rectoribus decenter electis, divini nominis adjuratione constrictis, adjicio consensionis meæ verum purumque promissum, ut quodcunque justitiæ aut pietati salutarique discretioni vicinum decernere seu adimplere cum nostro consensu elegeritis, omnia favente Deo perficiam et adversus omnimodam controversiarum querelam principali auctoritate muniam ac defendam. Præmissis illis quæ ad domesticos fidei regula veritatis pertinuisse probavit, adhuc aliud a beatitudinis **426** vestræ conventu ejusdem fidei avidus as sancta deposcit, connectente me in sequestrationis confinio causam quæ a nostro dogmate probatur extranea, quam licet per me lucrari Christus exoptet, inimicam sibi tamen esse non ambigit, donec quod ardentem

optat evidenter obtineat : Judæorum scilicet et vitam moresque denuntio, quorum tantummodo novi terram regiminis mei pollutam esse peste contagii ; nam cum Deus omnipotens omnes ex hac regione radicitus extirpaverit hæreses, hoc solum sacrilegii dedecus remansisse dignoscitur, quod aut nostræ devotionis instantia corrigat aut ulionis suæ vindicta disperdat. Ex his enim quosdam traditionis errore vetustæ video retinere jura perfidiæ, quosdam vero sacri baptismatis expiatis ablutione ita in apostasiæ dolo relapsos errorem, ut detestabilior inveniat in eis profanatio blasphemix, quam in illis quos nondum constat purificatos esse regenerationis sacræ liquore. Pro quo bonæ intentionis ^a agone et lucro fidei veræ obsecro reverentiam bestitudinis vestræ atque per supra taxatum contestor tremendæ conjurationis tenorem, ut absque omni favore, absque omni personarum parvis ipsorum acceptione quidquid ad Domini et Redemptoris mei Jesu Christi veram filium verumque pertinet ad honorem ^b, de his jubeat ^c ardentem et verissime Deo ac fidei meæ placitam sententiam dare, ut sicut nihil divina pietas regimen fidelium dedit cum quibus se a me glorificari cognoscit, ita quoque infidelium assequi tribuat lucrum, in quibus et voluntatis suæ fieri bonum et ejus adventu congaudeam venerabile regnum. Datum sub die xvii calendarum Januariarum anno feliciter quinto gloriæ regni nostri.

In nomine Domini Flavii Reccesvinthus rex hanc fidei et bonæ voluntatis meæ deliberationem manu mea subscripsi.

I. Relecta ^c tomi ^d pagina vel finita, cum glorificassemus Deum de fidei principalis auditu et de bonæ voluntatis ejus affectu, ad peragendum causarum negotium cæterarum statim vertimus animum simulque sumus exorsi iudicium. Tunc primæ narrationis exorta in veræ fidei nobis tractatus occurrit, ut incipientes de illa primitus loqui, inde soliditatis auspiciemur exordium, unde sacræ sumpsimus nati-vitatis initium, quatenus asserti-num nostrarum fori præmissa sententia quidquid subsequenter ad-venit de actis negotiorum fortiori subsistere valeat serie decretorum. Itaque unius sacræ fidei veram professionem veramque regulam tenere nos tota virtute animi et profitemur et acclamamus, canctis-que percipiendam ac ^d27 retinendam plena delibe-ratione incessanter prædicamus et pandimus, sicut a sanctis apostolis ostensa docetur, sicut a sequen-tibus Patribus orthodoxe disserta probatur, sicut etiam in sanctis illis synodalibus gestis verissime confirmata dignoscitur, in quibus Arii, Macedonii, Nestorii vel Eutychetis insanissimus error et dilucide proditur et radicitus extirpatur, sicut denique in sacris missarum solemnitatibus concordia voce profite-mur ac dicimus :

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem,

^a Ex reliquis, præter A., in quo, *actionis*.

^b In reliquis, præter A. et E. 3, *amorem*.

A factorem celi et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem : et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, hominison Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cælo et quæ in terra, qui propter nos et propter nostram salutem descendit et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine homo factus, passus sub Pontio Pilato, sepultus tertia die resurrexit, ascen-dit in cælos, sedet ad dexteram Patris, inde [B. R., iterum] venturus in gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis : credimus et in Spiritum sanctum dominum et vivificantem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glori-ficandum, qui locutus est per prophetas : in unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam : confitemur unum baptismum in remissionem peccatorum, expectamus resurrectionem mortuorum et vitam futuri sæculi. Amen.

Hujus sanctæ fidei regula idcirco nunc tractatum non recipit aperturam, quia et a sacris doctoribus abunde constat expositam, et iuventium causarum negotia nos ad alia pertrahunt peragenda.

II. Secundæ disputationis occursum adluit negotium tam difficile quam et grave, in quo de refugis atque perfidis disputatione commota, utrumne posset eorumdem temperari sententia damnatorum, magno satis conatu est exquisitum. Sed cum illarum scri-Conditionum, ad quas decursis non longe temporibus pro eorum penuria hostilitatis vastitas nos jurare coegerat, nostris esset auditibus recensita, tantam reperimus obligationis illic inesse texturam, ut macularum suarum nodositas non tantum videretur prohibitionem dedisse transgressionum, quantum conclusisse viscera pietatum. Aderat enim quod in utroque pavor agebat, et ne sancti nominis profanatio fieret et ne miserationis operatio interiret, quia et ex Dei nominis profanatione non aberat quod terrebat et ex prohibitione pietatis aderat quod tædebat, dumque alterno periculorum objectu ^d28 se prolata sententiæ compugnarent, periclitabamur aucipites in hido partium dissidentium calle, quo direptionis tramite iudicium properaret ; sed cum gressibus disputationis nostræ sese difficultatis con-gressio devia objecisset, properandi tandem relicto discrimine, cum fragore singultuum et imbribus lacrymarum ad Deum qui pietatis fons est verba simul et corda convertimus.

Aspira, sancte Spiritus, et ducto nos in portum voluntatis tuæ, sedatis fluctibus ignorantix nostræ : ecce enim periculorum syrtis in litore cursus nos-sri pervenimus atque hinc de obviantibus naufragiorum obicibus quo dispositionis nostræ vela pandamus attentionis consideratione non cernimus. Sed

^c E. 4, *Relata*.

^d Ex reliquis, præter A. et E. 3, in quibus : *omni*.

apostolica traditio dedit, sicut eam sancta synodus Nicæna constituit, sicut Constantinopoli sanctorum Patrum congregatio definiuit, sicut Ephesini primi cœtus unitas affirmavit, sicut Chalcedonenſis concilii definitio protulit, hanc cum fidelibus servans, ad hæc salvandos infideles aditans [B. R., invitans], in hæc subjectos populos regens, hanc propriis gentibus tenendam insinuans, hanc populis alienis annuntians, ut in illa glorificans Deum et in tempore mortalium me summæ divinitatis felicitas assequatur, et in terra viventium 424 hæreditas a me gloriæ capiatur. En, reverentissimi Patres, quantum ad veritatem fidei sanctæ pertinuit ex toto animam meam suæ confessionis titulos explicuisse honorificentia vestra pensavit. Jam nunc magnopere arbitrator esse mihi opportunius enitendum societati ejusdem veræ fidei studia sanctæ operationis innectere, ne hanc aut sine operibus mortuam habeamus aut non plenitudinis suæ dignitate perspicua decidat inhonesta, dum Scriptura non silente de quibusdam infertur qui dicunt se nosse Deum, factis autem negant. Ut ergo hanc fidem supra lapidem illum solidatam quem repronaverunt quilem ædificantes, idem tamen a Domino factus est in caput anguli, et est admirabile in oculis nostris, plenius habeamus ejusque insignibus decensius exornemur, attendite cujus o. eris fructum cujusque operationis augmentum studii: hujus sanctæ fidei consociare velimus et innectere quantum ocus præoptemus. Itaque revolutis retro temporibus ita vos omnemque populum jurasse recolimus, ut cujuscunque ordinis vel honoris persona in necem regiam excidimque Gothorum gentis ac patriæ detecta fuisset vel cogitasse noxia vel egisse, irrevocabilis sententiæ mulctatus atrocitate nusquam mereretur veniæ remedium vel alicujus temperantiæ perciperet qualecunque subsidium. At nunc quia grave onerosumque censetur, dum pietatis actibus gravi contradictione hæc sententia resultare perpenditur et sic funditus damnationis astipulatio retineatur, ne pietati quæ Apostolo præcinente ad omnia utilis est quocunque aditus reseretur, vestris hæc committo fidenti animo sacris pertractanda judiciis ac dirimenda sententiis. Unde jam vestrum erit inspirante vobis miseratione divina ita utriusque discriminis temperare mensuram, ne aut juramenti conditio teneat reos aut impietatis ultio habeat inhumanos, sicque vestri nos instruat forma judicii, ut subjectos populos nec in profanationibus habeam subditos, nec impietatis vinculis doleam comminatos: post hujus conventionis alloquium sequentium nectens causas negotiorum similique jungimus vos intendere attentione. Decernimus attestantes universitatem vestram per summæ divinitatis cœqualem, et cœternam, et inseparabilem Trinitatem, atque illius mysteria sacramenti, quod incarnatum Dei Filium de Spiritu sancto et Maria virgine pro salute mundi vera fides in toto orbe denuntiat, atque ejusdem adventum Jesu Christi, filii Dei, Domini nostri, quo perimendi sunt im-

^a In reliquis, præter A. et E. 3, cunctæ.

A pii, et regnum ejus quo glorificandi sunt sancti, ut quæcunque negotia de quorumlibet querela vestris auditibus exstiterint patefacta, cum justitiæ vigore misericorditer et cum temperamento 425 miserationis justissime cum nostra conniventia terminetis; in legum sententiis quæ aut depravata consistunt, aut ex superfluo vel indebito conjecta videntur, nostræ serenitatis accommodante consensu, hæc sola quæ ad sinceram justitiam et negotiorum sufficientiam conveniunt ordinetis: canonum obscura quædam et in dubium versa in meridiem lucidæ intelligentiæ reducatis, omniumque negotiorum conventus ordinumque status qui in vestram exstiterint devoluti præsentiam ita majorum regulis concordantes justissime, pie ac temperanter constituere studeatis, ut et B mihi quia studiorum fructum bonorum anhele pars beatorum adveniat, et vos quoniam implentes voluntatem Dei me non spernitis imprecantem regio beatitudinis æternæ suscipiat, et visio delectationis Dei sibi perenniter inhaerere concedat. Vos etiam illustres viros, quos ex officio palatino huic sanctæ synodo interesse mos primævus obtinuit ac nobilitas expectabilis honoravit et experientia æquitatis plebium rectores exegit, quos in regimine socios, in adversitate fidos et in prosperis amplector strenuos, per quos justitia leges implet, misratio leges inflectit, et contra justitiam legum moderatio æquitatis temperantiam legis extorquet, adjurans obtestor per omne illud admirabile et solem unius sanctæ fidei sacramentum, quo venerabilem omnium sanctorum Patrum sum obtestatus conventum, ut ad tantæ C veritatis ac discretionis justissimæ formulam ita animos dirigatis, ut nihil a consensu præsentium Patrum sanctorumque virorum aliorum mentis ducentes obtutum quidquid innocentiae vicinum, quidquid justitiæ proximum, quidquid a pietate non alienum vel soli Deo cognoveritis existere placitum, instanter, modeste et cum omni dignemini intentione complere, scientes quia in eo quod hæc mea salubria vota completis, vos Deo amabiles assignatis, et in eo quod de rectorum vestrorum edicta favoris exhibitione corroboro, me vobiscum simul Deo placiturum assigno. In commune jam vobis cunctis et ex divino cultu ministris idoneis et ex aula regia rectoribus D decenter electis, divini nominis adjuratione constrictis, adjicio consensionis meæ verum purumque præmissum, ut quocunque justitiæ aut pietati salutarique discretioni vicinum decernere seu adimplere cum nostro consensu elegeritis, omnia favente Deo perficiam et adversus omnimodam controversiarum querelam principali auctoritate muniam ac defendam. Præmissis illis quæ ad domesticos fidei regula veritatis pertinuisse probavit, adhuc aliud a beatitudinis 426 vestræ conventu ejusdem fidei avidi ac sancta deposcit, connectente me in sequestrationis confinio causam quæ a nostro dogmate probatur extranea, quam licet per me lucrari Christus exoptet, inimicam sibi tamen esse non ambigit, donec quod ardentem

adstruat execrabilius violanda? Stabunt ergo sacre auctoritatis vivida jussa nec vana profanatione erunt aliquatenus temeranda; verum ne juramenta quæ data sunt videantur in nos ita penitus miserationum conclusisse præcordia, ut nullam de pietatis affectu auitæ viscera concipiant indulgentiam parituram, sic stabilitis contractibus juramenti sinum misericordiæ aperimus, atque ita cunctis Deo placita devotione misereri censemus, ut nos nec juramenti tenent cautio reus, nec inhumanitas faciat execrandos. Occurrere certe miserorum ruinis debet subsidio unusquisque quo valet, et revelatione alienæ vindictæ a se Dei removere vindictam: libat enim Domino prospera qui ab afflictis pellit adversa. Inde Job ante passionis experientiam impendens patientibus quod in passionis suæ patientia memorabat, suarum virtutum catalogum texens inter cætera sic connectit: *Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum*: et paulo post: *Flebam quondam super eum qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi*. Hinc et Salomon: *Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad infernum liberare non cesses*. Quibus sanctæ auctoritatis instructi decretis, nec sanctum nomen profanasse nos constat, quod nullatenus profanandum vox nostræ prædicationis in-**431**nuat, et indulgentiæ visceribus adaperis, licet oris sui professione damnati difficile mererentur absolvi juxta quod scriptum est: *Sanguis tuus super caput tuum, os enim tuum locutum est adversum te*: et iterum: *Ex ore tuo justificaberis, et ex ore tuo condemnaberis*; tamen pietatis intuitu et parcendi viam primum et misericordiam prorogamus; hujus sane promissionis incaute crudam cruentamque temperare sententiam illa quam maxime compellimur causa, quod hæc duo mala licet sint omnino cautissime præcavenda, tamen si periculi necessitas ex his unum temerare compulerit, id debemus resolvere quod minori nexu noscitur obligare. Quid autem ex his levius, quidve sit gravius pro rationis acumine vestigemus; etenim dum perjurare compellimur, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus; cum vero noxia promissa complectimur, et Dei jussa superbe contemnimus et proximis impia crudelitate nocemus, et nos ipsos crudeliori mortis gladio trucidamus: illic enim duplici culparum telo percutimur, hic tripliciter jugulamur. Restat ergo ut eo nostra pergat sententia quo misericordiæ patuerit via, quæ ita Domino probatur accepta, ut plus eam copiat quam sacrificia veneranda, dicente ipso: *Misericordiam volui et non sacrificium*. Hac indulgentiæ concessa licentia miserationis ipsius opus in gloriosi principis potestatem redigimus, ut quia Deus illi miserendi aditum patefecit, remedia pietatis ipse quoque non deneget, quæ ita principali discretionem moderata consistant, ut et illis sit aliquatenus misericordia contributa et nusquam gens aut patria per eosdem aut periculum quodcumque perferat aut jacturam, hæc miserationis obtentu

• Ex reliquis, præter A., in quo: *religione*.

temperasse sufficiat. Cæterum quæcumque juramenta pro regis potestatis salute vel contumatione gentis et patriæ vel hactenus sunt exacta vel deinceps extiterint exigenda, omni custodia omnique vigilantia insolubili decernimus observanda, a membrorum truncatione mortisque sententia religione penitus absoluta. Sed ne pravatum mentium versuta nequitia nosmet ad perjurii quandoque devocet culpam, nec a sanctæ fidei regula hæc asserat venire sententiam, tam divinæ auctoritatis oracula, quam præcedentium Patrum assera huic narrationi curavimus innectenda. Etenim incommutabilis idemque semper existens Dei summi natura præcellens sua sæpe in sacris litteris legitur mutasse promissa, et pro misericordia temperasse sententiam: unde quamlibet sit impassibilis atque immutabilis idem quidem deitate firmissima, crebro tamen ejus et juramenta leguntur et pœnitentia, quæ sacris exstant mysteriis adoperta. **432** Jurare namque Dei est a se ipso nullatenus ordinata convellere, pœnitere vero eadem ordinata cum voluerit inmutare. Sic enim per Jeremiam dicit: *Repente loquar adversum gentem et adversum regnum, ut eradicem et destrnam et disperdam illud: si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum adversum eam, agam et ego pœnitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei*. Et per Ezechielem: *Si dixerit justo quid vita vivat et confans in justitia sua fecerit iniquitatem, omnis justitiæ ejus oblivioni tradentur, et iniquitate sua quam operatus est in ipsa morietur: Si autem dixerit impio: Morte morieris, et egerit pœnitentiam a peccato suo, vita vivet et non morietur*. Si ergo nostra conversio sic divinam mutat sententiam, cur miserorum tantæ lacrymæ vel pressura tam crudam non temperet ex miseratione vindictam? Hinc etiam populo Israelitico sæpe ultio promissa suspenditur, et Ninivitarum perditio divinæ sententiæ permutatione sedatur.

At vero illustri laudum titulo præclarus auctor Ambrosius in libro de Officiis primo hujusmodi rei causa sic loquitur: *Et etiam contra officium, nonnunquam promissum solvere, sacramentum custodire, ut Herodes qui juravit quoniam quidquid petitus esset daret filiæ Herodiadis, et necem Joannis præstitit ne promissum negaret. Nam de Jephthæ quid dicam qui immolavit filiam quæ sibi victori primum occurrerat, quo votum implet quod spopo daret ut quidquid sibi primum occurrisset offerret Deo? Melius fuerat nihil tale promittere quam promissum solvere parricidio*. Item in libro tertio: *Purum igitur ac sincerum oportet esse affectum, ut unusquisque simplicem sermonem proferat, vas suum in sanctitate possideat, nec fratrem circumscriptione verborum inducat, nihil promittat inhonestum, ac si promiserit, tolerabilius est promissum non facere quam facere quod turpe sit. Sæpe plerique constingunt se jurisjurandi sacramento, et cum ipsi cognoverint promittendum non fuisse, sacramenti tamen contemplatione faciunt quod spoponderint; sicut de Herode supra scripsimus, qui saltatrici præmium turpiter pro-*

misit, crudeliter solvit, turpe quod regnum pro saltatione promittitur, crudele quod mors prophetæ pro jurisjurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tale fuisset perjurium sacramento? Et post pauca de Jephthe disserens: *Miserabilis, inquit, necessitas quæ solvitur parricidio. Melius est non votere quam votere id quod sibi is cui promittitur nolit exsolvi.* Et post paululum: *Non semper igitur promissa solvenda omnia sunt. Denique ipse Dominus, sicut Scriptura indicat, frequenter suam mutat sententiam.* Vir quoque sanctissimus Augustinus vestigationis acumine cautus, inveniendi **433** arte præcipuus, assereudi copia profluens, eloquentiæ flore venustus, sapientiæ fructu secundus, hæc in suis narrat affatibus: *Duo sunt omnino genera mendaciorum in quibus non magna culpa est; sed tamen non sunt sine culpa cum aut jocamur aut quod promisimus mentimur.* Illud primum in jocando idcirco non est perniciosissimum quia non fallit, novit enim ille cui dicitur joci causa esse dictum. Secundum autem idcirco mitius est, quia retinet nonnullam benevolentiam. Idem ipse: *Non auferat, inquit, veritas misericordiam, nec misericordia impediatur veritatem; si enim pro veritate aut quasi rigida veritate oblitus fueris misericordiam, non ambulabis in via Domini, in qua misericordia et veritas obviaverunt sibi.* Beatus etiam papa Gregorius et libris et meritis honorandus, atque in ethicis assertionibus pene cunctis merito preferendus, sic in libris infert moralibus: *Quia ergo behemoth iste ita inexplicabilibus nodis ligatus, ut plerumque mens in dubio adducta unde se a culpa solvere nititur inde in culpa arctius adstringatur, recte dicitur: Nervi testicularum ejus perplexi sunt. Argumenta namque machinationum illius quasi collaxantur ut relinquunt, eo magis implicantur ut teneant. Est tamen quod ad destruendas ejus versutias utiliter fiat, ut cum mens inter minora et maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet, minora semper eligantur, quia et qui murorum undique ambitu ne fugiat clauditur, i se in fugam præcipitat ubi brevior murus invenitur.* Nostri quoque sæculi doctor egregius, Ecclesiæ catholice novissimum decus, præcedentibus ætate postremus, doctrinæ comparatione non infimus, et quod majus est in sæculorum sine doctissimus, atque cum reverentia nominandus Isidorus in libro Sententiarum secundo hæc pro tali narrat negotio: *Non est conservandum sacramentum quo malum incaute promittitur, veluti si quispiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur: tolerabilius est enim non implere sacramentum, quam permanere in stupri flagitio.* Similiter in Synonymis: *In nullis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum quod incaute vovisti non facias. Impia est promissio quæ scelere adimpitur.* Hæc de sacris paginis auctoribusque præcipuis brevissime sufficit prælibasse, nam plurima colligere poterit qui hæc attentius legendi quæsierit: cæterum quibus hæc nequaquam sufficiunt, vel hinc

^a *Æ., B. R., T. 1, 2, aut proximis mentimur. U., G., aut quod promisimus proximo mentimur.*

sumant cum robore scientium, quia optamus ut vaselectionis anathema esse Christo pro fratribus nostris, quam perdurare crudelibus in delictis.

III. Tertius ratiocinationis alloquio doluimus contra priorum monita Patrum vota **434** perniciosissima posteriorum, nam quanto frequentius illi noxia vetuerunt, tanto studiosius isti perpetrare vetita non quiescunt; sicque per contrarium quod penitus occumbere debuit insultare non desinit, et res quæ tot excelsa decretis arecere potuit, ad vicem lenæi capitis ut ferunt fabula truncata virecit. Denique, quod non sine magno dolore dicendum est, reperiuntur quamplurimi negotio muneris perituri mercari velle gratiam Spiritus sancti, dum vile præmium donant ut pontificalis ordinis sublime culmen accipiant, oblitii verborum Petri, quæ dixit ad Simonem: *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti per pecuniam possidere.* Proinde quia et usitatum est tale malum, et majorum frequenter exstat mucrone succisum, nos quoque huic vulnere canceroso ignitum quod superest adhuc injicimus ferrum, decernentes omnimodo, ut quicumque deinceps pro percipienda sacerdotii dignitate quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse, ex eodem tempore se noverit anathematis opprobrio condemnatum atque a perceptione Christi corporis et sanguinis alienum, quo illum constat hoc execrabile Christo perpetrasse flagitium. Quod si aliquis existerit qui accuset, ille qui hunc ordinem munerum fuerat acceptione lucratus et suscepti honoris gradu privetur, et in monasterio sub perenni pœnitentia religetur: illi vero qui pro hac causa munerum acceptores existerint, si clerici fuerint, honoris amissione multentur, si vero laici, anathemate perpetuo condemnentur.

IV. Quartæ congressionis eventu obivus sese nobis intulit pontificalis culminis lapsus, quem ante flere quam disponere compulsi ex ordine sumus; nam cum secundum carnis assumptæ mysterium Ecclesiæ suæ fuerit dignatus caput existere Christus, merito in membris ejus intentio episcoporum officia peragere cernitur oculorum. Ipsi enim de sublimiori celsitudine ordinum regunt et disponunt subjectas multitudines plebium. Unde quanto ipsi sunt sequentium ductores, tanto meritorum lumine debent esse fulgentes. Quapropter omnes episcopi inter cæterarum ornamenta virtutum nitore carnis debent propensius eniti, ut ex hoc audientes munditiam appetant ex quo doctores immunditia non deturpat. Adeo si deinceps episcopi detecti fuerint execrabilibus flagitiis cum quibuslibet feminis pollui ac familiari peculiaritate versari, noverint se irrevocabili sententia Patrum ulcisci, id est et loci et ordinis sui dignitate privati.

V. Quintæ actionis impulsu peruenit ad totius concilli sacrum auditum quosdam sacerdotes et ministros, obliviscentes majorum **435** vetera

^b Ex reliquis, præter A., in quo: *hydræ.*

constituta, aut uxorum aut quarumcumque feminarum se immunda societate et execrabili contagione turpari, pessimi cordis ob-tinatione tam sacris litteris quam Patrum regulis obviantes, nec levi quidem respiramine memoriæ commendantes quod scriptum est : *Sancti estote, quoniam et ego sanctus sum*, dicit Dominus : et illud apostolicum : *Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, id est fornicationem et immunditiam, concupiscentiam malam et avaritiam* : quibus quanto est pertinacior [B. R., perniciosior] usus in malis, tanto austerioribus convenit obviare decretis. Propter quod flagitii dedecus specialiter hoc a sancto concilio definitur, ut omnes episcopi id ipsum in suis quærere sollicite curent, et cum hoc verissime reperire potuerint, omnes placiti cautione tali constringant ^a, ut nusquam ulterius tam abominanda committant. Mulieres vero seu liberae sint seu ancillæ, hac illis turpitudine sociatæ, ita omnimodis separentur aut certe vendantur, ut ulterius ad concios [B. R., consocios] sui criminis revertendi omnem habeant aditum denegatum : illi vero si omnimodo coerceri nequiverint, usque ad exitum vitæ sum monasteriis deputati pœnitentiæ disciplinis maneant omnino subjecti.

VI. Sextæ discussionis objectu quorundam male sibi consciorum patuit denotatum elogium : nam relatum est nobis quosdam subdiacones, postquam ad sacri hujus ordinis pervenerint gradum, non solum carnis immunditia sordidari, cum scriptum sit : *Mundamini qui fertis vasa Domini* : sed etiam, quod dietu quæque nefas est, novis uxoribus copulari, asserentes hoc ideo sibi licere, quia benedictionem a pontifice se nesciunt percepisse. Proinde omni excusationum discisso velamine id præcipimus observari, ut cum iidem subdiacones ordinantur, cum vas ministerii benedictio eis ab episcopo datur, sicut in quibusdam ecclesiis vetustas tradit antiqua, et sacra dignoscitur consuetudo substare prolata, omni penitus ab illis sorde mulierum ac familiaritate remota. Quod si hoc vulnere deinceps fuerint sanciat, mox erunt sub pœnitentiæ oneribus usque ad extremum vitæ monasteriis religandi.

VII. Septimæ assertionis accessu adiit costum nostrum tam inverecunda progressio quam ignobilis ac detestanda præsumptio : quosdam enim aut eventu necessitatum aut metu periculorum adeptis fuisse novimus ecclesiasticarum officia dignitatum, et quoniam cum illis imponerentur id sibi fieri noluisse testantur, ideo hæc spernere atque ad pristina pertentant conjugia moresque ⁴³⁶ redire, tam nequiter cœlestia jura solventes quam prompte sæcularibus exstant illecebris intiantes. Qua de re nosse nos convenit quod episcopalis eminentiæ culmen non immerito sacris omnibus esse summa percensuit, quæ cæteris sacerdotibus exercenda prohibuit : scilicet templorum Dei sacrationem, chrismatis benedi-

^a In reliquis, præter A., *distingant*.

^b B. R., E. 4, T. 1, 2, *separantur, et monasterio tradantur, ut ulterius*.

ctionem, sacrorumque ordinum institutionem, quæ tandiu valenter ^b ordinata persistent quam excellentissime conferuntur, qui et tanto ab eis singulariter impenduntur, quanto eidem summo culmini peragenda servantur. Quomodo ergo qui ea in se recipit a se rejicere poterit, cum hæc a nullo altero conferri quam a solis pontificibus novit, a quibus nec ligata solvi nec soluta poterunt ab aliquo religari? Sic enim ad Petrum Veritas ait : *Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in celo, et quodcumque solveris super terram erit solutum et in celo*. Nequaquam ergo aliquando poterit profanari quod divinæ ^c jussionis simulque apostolicæ traditionis auctoritate sacrum noscitur existisse : verum sicut sanctum chrisma collatum et altaris honor evelli non queunt, ita quoque sacrorum decus honorum quod ^{bis} compar habetur et socium, qualibet fuerit occasione perceptum, manebit omnimodis inconvulsus. Ad extirpandum vero radicitus hujus callidæ machinationis inutile argumentum, id sibi rationabiliter dari noverint in objectu, quod sacrosancti baptismatis inappretiable donum et semper et sæpe non solum nolentibus, verum etiam, quod majus est, nescientibus imperitur; sed hoc a nullo penitus profanari permittitur. Quod si et hic opponitur secum rationis capaces existere qui hoc probantur accipere, hinc omnimodo conticescant, quia si majores impune non deserunt quod parvuli vel nesciendo vel nolendo percipiunt, quanto magis non convenit violari quod pro mortis aut pœnarum evadenda pernicie occulta Dei dispensatione dignoscitur obvenisse? Recedant ergo talium desideriorum impuderi fautores, et licet iuv ti perceperint quod non merebantur habere, libenter tamen ob hoc cœleste retineant præmium, quod nolendo pro terrenæ consecuti sunt necessitatis eventa, ut tandem invit appetant bona diligere quæ sponte videntur desides impugnare. Quod si quis post hoc perennis dispositionis edictum non sinceriter sacris inhæserit cultibus, et abiciens a se gratiam quam accepit relabi ad conjugia moresque sæculi attentaverit vel eum redire consiterit, mox omni ecclesiastici ordinis dignitate privatus vere ut apostata a sanctæ Ecclesiæ liminibus et societate ⁴³⁷ fidelium habeatur prorsus exclusus, monasterii claustris donec advixerit sub pœnitentiâ retrudendus.

VIII. Octavæ disceptationis affectu reperimus quosdam divinis officiis mancipatos tanta nescientiæ socordia plenos, ut nec illis probentur iustucti competenter ordinibus, qui quotidianos versantur in usus. Proinde sollicite constituitur atque decernitur, ut nullus cujuscumque dignitatis ecclesiasticæ deinceps percipiat gradum, qui non totum psalterium vel canticorum usualium et hymnorum sive baptizandi perfectie noverit supplementum. Illi sane qui jam honorum dignitate funguntur, hujusce tamen

^c Ex E. 4, T. 1, 2. In A. et reliquis : *aliter*.

^d A., B. R., E. 4, T. 1, 2, *divina jussione*.

ignorantiæ cæcitate vexantur, aut sponte sumant intentionem necessaria perdiscendi aut a majoribus ad lectionem exercitia cogantur inviti.

IX. Nonæ intentionis admonita detecta est ingluvies horrida voracium, quæ dum fræno parcimoniæ non astringitur religioni contraire censetur, nam dicente Scriptura : *Qui spernit minima paulatim decidet in maxima*; illi tanto edacitatis improbæ sumptu grassantur, ut cælestia et pene summa contemnere videantur. Etenim cum quadragesimæ dies anni totius decimæ deputentur, quæ in oblationem jejunii Domini consecrantur, quibus etiam saluberrime conditio humani generis explatur, dum a quatuor mundi partibus ad hanc homo religionem crediturus adducitur, et quatuor elementis formatus propter transgressionem decalogi quater decies convenienter affligitur, illi ausu temerario hæc omnia contemnescentes nec voracitatis ingluviem frænant, et, quod pejus est, paschalia festa illicitorum eorum perceptione profanant : quibus ex hoc adeo acerrime interdicitur, ut quisquis absque inevitabili necessitate atque fragilitatis evidenti languore, seu etiam ætatis impossibilitate, diebus quadragesimæ esum carniæ præsumperit attentare, non solum reus erit resurrectionis dominicæ, verum etiam alienus ab ejusdem diei sancta communione, et hoc illi cumuletur ad pœnam, ut ipsius anni tempore ab omni esu carniæ abstinereat gulam, quia sacris diebus abstinentiæ oblitus est disciplinam. Illi vero quos aut ætas incurvat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat, non ante prohibita violare præsumant quam a sacerdote permissum accipiant.

X. Decimæ collocaionis assensu molestis actibus, quos sagax indagatio pietati obviare detexit, et non bene regendi licentiæ quam se mansuetudo impugnasse probavit, satis, ut opinamur, et lege gloriosi principis et decreto sanctæ synodi hujus contradictum esse conspeximus. Ita enim sanctus Spiritus per utrasque definitiones mortalium corda perfavit, ut vitali flatu verborum in posterum **438** omnem exureret male concupiscentium rabiem animorum. Actum namque est in definitionibus ipsis, ut quia pietatis divinæ incomprehensibilis et ignota natura sese conditioni mortalium in unione personæ conjunxit mysterio redemptionis humanæ, nos quoque a membris capitis hujus et perfidiæ malum et concupiscentiam quæ radix malorum est omnium, et avaritiam quæ invenit servitus idolorum, pari simul igne ac mucrone totoque artificio radicibus evellamus ac desecemus. Abhinc ergo et deinceps ita erunt in regni gloriam præficiendi rectores, ut aut in urbe regia aut in loco ubi princeps decesserit cum pontificum majorumque palatii omnimodo eligantur assensu, non forinsecus aut conspiratione paucorum aut rusticarum plebium seditioso tumultu; erunt catholicæ fidei assertores eamque et ab hæc

A quæ imminet Judæorum perfidia et a cunctarum hæresum injuria defendentes; erunt actibus, judiciis et vita modesti; erunt in provisionibus rerum tam parci amplius quam extenti, ut nulla vi aut factione Scripturarum vel definitionum qualiumcunque contractus a subditis vel exigant vel exigendos intendant; erunt in conquisitis oblationis gratissimæ rebus non prospectantes proprii jura commodi, sed consulentes patriæ atque genti; de rebus congregatis ab eis illis tantum sibi vindicent partes quas dicaverit auctoritas principalis; verum quæcunque inordinata reliquerint hæreditabunt gloriam successores, propria eorum et ante regnum justissimo conquisita aut filii aut hæredes capiant jure proximitatis. De affinium successione vel munere quamvis inordinata relicta, aut primum tantum filiis aut hæredibus sequenter proficiant vel propinquis, atque ita in eorum cunctis actibus, moribus atque rebus præfata legis erit auctoritas valitura, ut et perenniter maneat inconvulsa. Et non prius apicem regni quisque percipiat, quam se illam per omnia suppleturum jurisjurandi taxatione desinat: cui etiam legi vel decreto episcopali non solum in futuro sed etiam in præsentem reverentiam apponentes decernimus, ut quicumque detractor et non potius venerator decreti ejusdem atque legis esse maluerit, sive religiosus ille sit, sive laicus, non solum ecclesiastica excommunicatione plectatur, veram et sui ordinis dignitate privetur.

XI. Undecimæ occasionis articulo decretorum universalium perenne dedimus firmamentum, scientes quod multimoda semper Deus oppositione judiciorum ærumnam relevet oppressorum, et sicut malis exigentibus hominum permittit exerceri penurias ultionum, ita, cum voluerit, gravedines relevat pressurarum. Hinc et decreta præcedentium **439** Patrum ad contentionis jurgium radicibus evellendum rite synodalem fieri censuere conventum, ut illic diversitate judiciorum protensæ lites habeant terminum ubi sanctus Spiritus universalem condunaverit cœtum. Ab hoc ergo Spiritu sancto succensum ne quilibet in posterum aut impune valeant commoveri aut generalia statuta convellere plena decernimus unanimitate connexi, ut quæcunque pro fidei causis ecclesiasticisque negotiis aut in præteritis gestis, aut in præsentibus constitutis, aut futuris etiam in decretis, vel sunt vel fuerint definitione conscripta universalis auctoritatis, nullus his deinceps contradicere audeat, nullus ea reverberare præsumat, nullus non implere contendat. Nam si quis ex religione contra hæc inobediens aut assurrans aut certe lacerator aut invidus, ac non potius eorumdem fautor exstiterit gratosus, et honoris sui et communionis sanctæ lugeat amissione mulctatus. Cum vero quælibet sancta synodus agitur aut pacifice inter episcopos quidpiam definitur, si puciores per nescientiam vel

^a Ex omnibus, præter A. et E. 3, in quibus: *successores proprii eorum.*

^b *Æ., B. N., E. 4, T. 4, 2, pontifices. U., G., pontifices ac laicos.*

contemtionem ^a forte dissentiant, aut commoniti A plurimorum sententiæ cedant, aut ab eorum cœtu cum dedecore confusionis abscedant et excommunicationis annuæ sententiam luant.

XII. Duodecima quæ est finalis et ultima sacratissimi principis obsecratione piissima pro Judæorum abominabili ac nefanda perfidia execranda nostro cœtui perpatuit causa, quam idcirco in fine sententiarum censuimus esse ponendam; quoniam eandem gentem delicti sui merito retroductam per divinæ sanctionis oracula a capite positam deflemus in candam. Sed quia Christus ut pro nobis ita quoque pro illis est mortuus juxta quod ipse ait: *Non sum missus nisi ad oves quæ perierant domus Israel*, necessarium duximus summam pro eis impendere curam pro quibus suam Christus ponere non dedignatus est animam; ideoque principali clementiæ devotissime præfavescentes, quæ ob hoc sui regni apicem a Domino solidari præoptat, si catholicæ fidei pereuntium turmas acquirat, indignum reputans orthodoxæ fidei principem sacrilegis imperare, fiduliumque plebem infidelium societate polluere, nihil aliud pro his ex nostra sententia definitur, quam ut decreta concilii Toletani, quod divinæ memoriæ Sisenandi regis aggregatum est tempore, a nobis ac posteris omnimoda suppleantur intentione: quisquis autem ab ejusdem synodi voluerit sententia dissentire, ut vere sacrilegum se noverit condemnari.

Divinæ Trinitatis inseparabile nomen sicut inspiratione mirabili nostrorum tractatum primordia lineavit, ita consummatione **440** sublimi eadem C jam perficiendo concludit, ut in illo sit nostrum explicuisse a quo nobis adfuit inchoasse. Dams ergo gloriam et honorem eidem sanctæ atque indivisibili Trinitati, quæ nobis et ex se dicere contulit et in se dicta complevit, quæ reformavit in extremitate sæculorum remedia pietatum et resolvit ligamina vinculorum collationibus gratiarum. Salus et benedictio ab exercituum Domino super serenissimum Reccesvinthum principem gloriosissimum: gratiarum actio et reverentiæ plenitudo a nobis omnibus in commune ipsi clementissimo principi bonorum gratifico largitori, cujus votorum instantia benigna Deus attulit complementa, cujus ^b dispositio piissima pressurarum removit exitia, cujus temporibus conferat vigere justitiam et exuberare misericordiam opulentam, cui post præsentis ævi tempora diuturnam cum sanctis omnibus tribuat in remuneratione coronam. Nos autem omnes hanc decretorum nostrorum seriem ex rectæ fidei vel pietatis ac justitiæ fonte manantem coram Deo et sanctis angelis ejus, orthodoxis omnibus et nunc et in futurum impensissime commendamus, obsecrantes enixius ut hanc et reverenter adimpleant et ab æmulis benigne [Æ., enixe] defendant; et contemnentibus eam divinæ severitatis ultio pavenda proveniat, observantibus autem misericordia profluens, pax perpetua et gloria sempiterna contingat. Hujus quoque senten-

tiæ fortitudine vel valore decreti nostri seriem, quam in serenissimi domini nostri Reccesvinthi regis edidimus nomine, pro rebus a divinæ memoriæ patre suo quolibet titulo conquisitis decernimus omnino constare. Legem denique, quam pro coercenda principum horrenda cupiditate idem clementissimus edidit princeps, simili robore firmanus, atque ut in futuris retro temporibus modis omnibus observetur pa i sententia definimus. Quæ etiam ne taciturna temporum vel obliosa vetustate depereant huic nostræ constitutioni utraque decrevimus innectenda, in cunctorum memoriæ commendanda, ut a cunctis regulis superius ordinatis nusquam maneant segregata. Cætera quoque decretorum nostrorum judicia quæ ab hac sancta synodo noscuntur esse confecta si quis convellere forsitan decreverit aut temeranter implere neglexerit vel infringere quandoque voluerit, per judicium Dei omnipotentis anathema sit. Sali autem Deo nostro gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Interfuerunt huic sancto concilio Pontifices:

Orontius Emeritensis metropolitanus episcopus.

441 Antonius Hispalensis metropolitanus episcopus.

Eugenius regie urbis metropolitanus episcopus.

Potamius Bracarensis metropolitanus episcopus.

Gabinus Calagurritanus episcopus.

Eparchius Italicensis episcopus.

Dunila Malacitanus episcopus.

Stephanus Astigitanus episcopus.

Donumdei Ampuritanus episcopus.

Joannes Cauriensis episcopus.

Egeredus Salamanticensis episcopus.

Georgius Agathensis episcopus.

Sclua Egitaniensis episcopus.

Candidatus Asturicensis episcopus.

Athanasius Setabitanus episcopus.

Maurusius Oretanus episcopus.

Filimirus Lamecensis episcopus.

Aya Eliberitanus episcopus.

Amanungus Abilensis episcopus.

Froila Mentisanus episcopus.

Ansericus Segobiensis episcopus.

Tayo Gerundensis episcopus.

Tagontius Valeriensis episcopus.

Winibal Elicitanus episcopus.

Floridius Segobricensis episcopus.

Marcus Castulonensis episcopus.

Vincentius Tuccitanus episcopus.

Witericus Segontinus episcopus.

Dadila Complutensis episcopus.

Gosericus Ausonensis episcopus.

Abientius Elborensis episcopus.

Sylvester Carcasenensis episcopus.

Wadila Vesensis episcopus.

Afrila Dertanus episcopus.

Bacauda Egabriensis episcopus.

Felix Valentinus episcopus.

Ascaricus Palentinus episcopus.

^a E. 4, T. 1, *contentionem*.

^b Æ., B. R., E. 4, T. 1, *dispositione*.

Sonna Auriensis episcopus.
 Tayo Cæsaraugustanus episcopus.
 Fosforus Cordubensis episcopus.
 Ermenfredus Lucensis episcopus.
 Julianus Accitanus episcopus.
 Valdivigius Arcabicensis episcopus.
 Maurellus Urgelitanus episcopus.
 Litorius Aucensis episcopus.
 Sisebertus Conimbriensis episcopus.
 Adeodatus Pacensis episcopus.
 Giberlus Bigastrensis episcopus.
 Celedonius Calabriensis episcopus.
 Servus dei Vasilitanus episcopus.
 Eusebius Oscensis episcopus.

Abbates.

Eumerius abbas.
 Fugitivus abbas.
 Eusychius abbas.
 Sempronius abbas.
 Cyriacus abbas.
 Joannes abbas.

442 Marcellinus archipresbyter [B. R., T. 1, abbas] Toletanus.

Siliculus primicerius [B. R., T. 1, abbas].
 Ildephonsus abbas.
 Anatolius abbas.
 Eumerius abbas.
 Morarius abbas.
 Secundinus abbas.

Vicarii episcoporum.

Absalius archipresbyter.
 Guterius diaconus.
 Osdulzus abbas Riccimiri episcopi Ecclesiæ Dumiensis.
 Servandus archipresbyter Vincentii episcopi Ecclesiæ Egarensis.
 Conantius diaconus Maurelli episcopi Ecclesiæ Dianiensis.
 Godescalcus presbyter Egilanis episcopi Ecclesiæ Oxomensis.
 Daniel diaconus Marcelli episcopi Ecclesiæ Urctanensis.
 Sindigis diaconus Vincibilis episcopi Ecclesiæ Iriensis.
 Sagarellus diaconus Saturnini episcopi Ecclesiæ Ossonovensis.
 Mactericus presbyter Sosani * episcopi Ecclesiæ Britanniensis.
 Victorinus presbyter beati episcopi Ecclesiæ Tundensis.

Ex viris illustribus officii palatini.

Hodoagrus comes Cubiculariorum et dux.
 Offio comes Cubiculariorum et dux.
 Adulfus comes Scanciarum et dux.
 Babilo comes et procer.
 Astaldus comes et procer.
 Ataulfus comes.
 Ella comes et dux.

* B. R., E. 4, Sonani. U., Sosanis.

A Paulus comes Notariorum.
 Evantius comes Scanciarum.
 Euredus comes et procer.
 Riquira comes Patrimoniorum.
 Afrila comes Scanciarum.
 Wenedarius comes Scanciarum et dux.
 Fandila comes Scanciarum et dux.
 Cunefrendus comes Spatariorum.
 Froila comes et procer.
 Riccila comes Patrimoniorum.

Decretum iudicii universalis editum in nomine principis.

Soliditatem reddidisse fracturæ atque fecisse consurgere quod exstiterat concidisse et incrementum est usitatæ mercedis et plenitudo consummatæ perfectionis : ponderi etenim collidentis ruinæ si æqualium proximorum curam convenit obviare, quanto grandioris erit culpæ prælatos incuriæ discrimen incurere, si non quo valent excommunicationis onere commissos procurent populos sublevare ? Properandum ergo est inter 443 ruinas collisionum catervas eripere collisorem, ut ex hoc jugiter et ultra nec vigorem nocendi habeat exsecranda pressura, et omnis compressus noverit sanctæ sanctionis esse sacrosibi collata remedia. Cum decursis ergo temporibus duræ dominationis sese potestas gravis attolleret, et in subjectis populis imperium dominantis non formaret jura regiminis sed excidia ultionis, aspeximus subditorum statum non ex ordine vegetari rectoris, sed dejecti ex gravitudine potestatis : contraxerant enim leges elata fastigia in bifronti discidio motionis, et aut in culpis lex ardua sæviebat aut in spoliis favorem lex voluntaria commodabat : inde mœstos animos non spes fovebat ex munere, sed tolerantia vexabat in funere. Unde jam in reparationis occurso non tantum nos abire sola ratio cogit, verum et ipsa commotio rerum impellit, ut ex omnium animorum de liberatione concordia illa emanet sententia dicti, quæ et finem ausibus rite ponat illicitis et consultum salvandis jure ferat in populis. Quosdam namque conspeximus reges postquam fuerint regni gloriam assequentes extenuatis viribus populorum rei propriæ congerere lucrum, et oblitum quod regere sunt vocati defensionem in vastationem convertunt qui vastationem defensione pellere debuerant, illud gravius innectentes quod ea quæ videntur acquirere non regni deputant honori vel gloriæ, sed ita malunt in suo jure confundi, ut veluti ex debito decernant hæc in liberorum posteritatem transmitti ; quam itaque ob rem in proprietatis illa conantur redigere sinu quæ pro solo constat illos imperiali percepisse fastigio ? aut quo libitu in juris proprii collocant antro quod publicæ utilitatis acquisitum esse constat obtentu ? Nam nunquid ad illos aut populorum adventus aut rerum poterat concurrere sensus, nisi exaltissent gloriæ sublimati culminibus ? aut ab æqualibus illi potuerunt rerum coacervatione ditari, nisi subjectis glorioso apice potuissent attoni ? Omnia certe |Æ..

T. 1, 2, tamen] totius plebis membra subjecta dum ad principale caput relevant attentum debitæ visionis obtutum, ab illo negotiorum prospectant remedium cui modo gratum modo debitum irrogant censum. Regalis proinde ordo ex hoc cuncta sibi deberi convincit ex quo se regere cuncta cognoscit, et inde conquisita non alteri quam sibi iuste defendit; unde non personæ sed potentiæ suæ hæc deberi non ambigit. Regem etenim jura faciunt, non persona, quia nec constat sui mediocritate sed sublimitatis honore: quæ ergo honori debent honori deserviant, et quæ reges accumulavit regno relinquunt, ut quia eos gloria regni decorat, ipsi quoque gloriam regni non extenuent sed exornent. Habeant deinceps jure **444** eonditi reges in regendo corda sollicita, in operando facta modesta, in decernendo judicia justa, in parcendo pectora prompta, in conquirendo studia parca, in conservando vota sincera, ut tanto gloriam regni cum felicitate retentent quanto jura regiminis et mansuetudine conservaverint et æquitate direxerint promissæ præmiû dictionis [T. 2, dilectionis]. Ne non prodisse putetur ex fomite rationis, revelare convenit evidentissimam speciem operis, ut ex illo nos idoneos assertores habeat probitas veritatis ex quo se per semetipsam reservaverit qualitas actionis. Ecce etenim ita ex gentis nostræ mediocribus majoribusque personis multos hæcenus corruisse reperimus et deflemus, ut, eorum agnitis ruinis, non aliud possimus quam divinæ judicia considerare permissionis, quorum quidem domorum spolia et potentiarum divitias simul ac prædia ita conspicimus **C** prorsus exinanita, et nec fisci usibus commoda nec palatinis officiis reperiantur in remedium salutare collata. Cujus rei ex utroque concurrente defectu, dum et adjudicatos sententia judiciorum elisit et eorum bonis ad ipsorum vicem munificatus nemo surrexit, pene non res ista disciplinam in ordine sed defectum posuisse pensatur in gente, illo majori salutis dispendio cumulato, quod tam hæc quæ adjudicatis vigor judiciorum abstraxerat, quam illa quæ qualiscunque proventus ordine profligationis congesterat, tota proprietatis principum amplitudo in sinum suæ receptionis incluserat; sicque solo principali ventre suppleto cuncta totius gentis membra vacuata languescerent ex defectu; unde evenit ut nec subsidium mediocres nec dignitatem valeant obtinere majores, quia dum solius potestatis vigor maxima occupavit, totius plebis status nec minima jure defendit. Adeo cum omni palatino officio simulque cum majorum minorumque conventu nos omnes tam pontifices quam etiam sacerdotes et universi sacris ordinibus famulantes concordi definitione decernimus et optamus, ut omnis conquisitionis profligatio in omnium rerum viventium ac non viventium, immobilium quoque et moveri valentium corpore vel specie, forma vel genere, quæ a gloriosæ memoriæ Chindasvintho rege a die quo in regnum dignoscitur conscendisse reperi-
tus, quolibet modo exstiterit augmentasse, omnia in

serenissimi atque clementissimi domini nostri Reccesvinthi principis perenni transeant potestate et perpetuo deputentur in jure, non habenda parentali successione, sed possidenda regali congressione, ita ut iuste sibi debita quisque percipiat, et de reliquis ad remedia subjectorum quæcunque elegerit principis voluntas exerceat, illis tantundem exceptis quæ memoratus **445** divinæ memoriæ Chindasvinthus princeps ante regnum aut ex propriis aut ex justissime conquisitis visus est habuisse; in quibus cunctis filiis ejus una cum glorioso domino nostro Reccesvintho rege permaneat et divisio libera et possessio pice plenissima: sed et illæ res quas prædictus princeps de justis proventibus filiis suis vel quibuslibet justissime visus est contulisse vel reliquisse, omnes in **B** eorum jure maneant inconvulse, illa negotii hujus veritate servata, ut quia grata voluntas gloriosi domini nostri Reccesvinthi regis reddere decernit unicuique justissime debita, nemo invasionis calumniam moveat aut damna requirat, propter quod gloriosæ memoriæ genitorem ejus quædam indebite abstulisse constiterat.

Lex edita in eodem concilio a Reccesvintho principe glorioso.

In nomine Domini Flavius Reccesvinthus rex. Eminentia celsitudo terrenæ tunc salubrius sublimia probatur appetere, cum saluti proximorum pia cernitur compassione prodesse; unde solet contingere ut plus commodi de aliena salute conquirat quam de propria utilitate quisque percipiat. In multis enim quia multorum salus attenditur majoris lucri summa percipitur: in se autem quia privati commodi fructus appetitur, non satis est si unius beneficii præmia conquirantur. Hinc et illa regendarum tantundem salus est plebium quæ non suos fines privata voluntate concludit, sed quæ universitatis limites communi prosperitatis lege defendit. Quapropter ne salutaris ordo imperialibus videatur verbis potius obtineri quam factis, de sublimitatis obtentu reclinamus ad vota supplicum tranquillæ visionis aspectum, ut inde salutaris compassio habeat commodum unde turmæ plebium adeptæ fuerint supplicationis effectum. Cum igitur præcedentium serie temporum immoderatio aviditas principum sese prona diffunderet in **D** spoliis populorum, et auget rei propriæ censum ærumma flebilis subjectorum, tandem supernæ respectiois afluat nobis est divinitus inspiratum, ut quia subjectis leges reverentiæ dederamus, principum quoque excessibus retinaculum temperantiæ ponereamus. Proinde sincera mansuetudinis deliberatione tam nobis quam cunctis nostræ gloriæ successoribus adfuturis, Deo mediante, legem ponimus decretumque divalis observantiæ promulgamus, ut nullus regum impulsiois suæ quibuscunque motibus aut factionibus scripturas de quibuslibet rebus alteri debitis ita extorqueat vel extorquendas instituat, quatenus injuste ac nolenter debitorum sibi quisque privari possit dominio rerum. Quod si alicujus gratissima volun-

tato quidpiam de rebus a quocunque perceperit vel A pro evidenti præstatione lucratus aliquid fuerit, in eadem 446 scriptura patens voluntatis ac præstiti conditio annotetur, per quam aut impressio principis aut conferentis fraus evidentissime detegatur: et si patuerit a nolente fuisse scripturam exactam, aut re-ipsicat improbitas principis et evacuet quod male contraxit, aut certe post ejus mortem ad eum cui exacta est scriptura, vel ad hæredes ejus, res ipsæ sine cunctatione debeant revocari. Illæ autem res quæ seclusa omni compressionis argumentatione directo modo transierint in principis potestatem, in ejus perenniter jure perdurent; et quicquid ex rebus ipsius idem princeps ordinare voluerit, suæ potestatis arbitrio subiacebit. Verum ut omne hujus negotium actionis roboraret sinceritas veritatis, cum quarum- B cunque rerum scripturæ in principis nomine extiterint factæ, mox testes qui in eadem scriptura subscriptores accesserint ab his quos elegerit princeps diligentissime perquirantur, si non aliquod indicium aut de impressione principis aut de fraude scripturam facientis modo quocunque cognoverint, ut sic aut rite facta series scripturæ permaneat, aut irritè confecta vanescat. Similis quoque ordo de terris, vineis atque familiis observetur, si sine scripturæ textu tantummodo coram testibus qualibet facta fuerit definitio. De rebus autem omnibus a tempore Suintilani regis hucusque a principibus acquisitis aut deinceps si provenerit acquirendis quæcunque forsitan princeps inordinata sive reliquit seu reliquerit, quoniam C pro regni apice probantur acquisita fuisse, ad successorem tantumdem regni decernimus pertinere, ita habita potestate ut quicquid ex his elegerit facere liberum habeat velle. In illis autem rebus quæ ipsi aut de bonis parentum aut de quorumcunque provenerint successionebus proximorum, ita eidem principi ejusque filii aut si filii defuerint hæredibus quo-

que legitimis hæreditatis jura patebunt, sicut etiam et cæteris lege vel successione patere noscuntur. Quod si aliquid ex rebus de quorumcunque parentum aut proximorum non solum successione sed etiam qualibet collatione aut quocunque contractu ad jus ipsius pervenisse patuerit, si contingat hæc inordinata relinqui, non ad successorem regni sed ad filios vel hæredes ejus qui conquisivit specialiter omnis eadem conquisitio pertinebit. Nam et de illis rebus quæ eidem princeps ante regnum aut ex proprio aut ex justissime conquisito dignoscitur habuisse, irrevocabili ordine aut faciendi quod voluerit potestatem habebit, aut certe filii ejus successio plena patebit; quod si filii defuerint, legitimis hæredibus ex his quæ inordinata reliquerit hæreditatem adire B licebit. Hujus sane legis sententia in solis erit principum negotiis observanda, atque ita perpetim valitura, ut non ante qui piam solium regale conscendat, quam juramenti 447 lædere hanc legem se in omnibus implere promittat. Quicumque vero aut per tumultuosas plebes, aut per absconsa dignitati publicæ machinamenta adeptum esse constiterit regni fastigia, mox idem cum omnibus tam nefarie sibi consentientibus et anathema fiat, et Christianorum communionem amittat, tam diræ percussione ultione collisus, ut omnis divini ordinis cultor, qui illi communicare præsumpserit, simili cum ipso damnatione dispareat et pœna tabescat. Nam et 448 si quis legis hujus seriem ex officio palatino malevole detrahendo lacerare voluerit, aut evacuandam quandoque vel silenter C musitans vel aperte resultans proloqui detectus extiterit, cunctis palatinæ dignitatis et consortiis et officiis mox nudatus omnium rerum suarum dimidiam partem amittat, et in deputato sibi loco redactus a totius palatii maneat societate seclusus: religiosus etiam qui se in eadem culpa devolverit, simili rerum proprietatis suæ dispendio subiacebit.

LIV

CONCILIIUM TOLETANUM NONUM

SEXDECIM EPISCOPORUM, ANNO FELICITER VII REGNI SERENISSIMI ATQUE CLEMENTISSIMI DOMINI NOSTRI RECCESVINTHI REGIS, ERA DCCXIII.

Dum canonicæ definitionis edicto in Toletana urbe D pro peragendo concilio post diem Kalendarum Novembrium anno septimo Reccesvinthi principis gloriosissimi in basilicam sanctæ Mariæ semper virginis in unum fuisset, Domino favente, collecti, id communi definitione decrevimus, ut capitula quæ in præcis canonibus minime habebantur inserta pari promulgarentur sententia, et antiquis jungerentur regulis perenni jugitate mansura et omni reverentia conservanda. Sed quia nequaquam recte subditos judicet qui non seipsum prius justitiæ censura castigat, aptum nobis et expedibile visum est ante nostris excessibus imponere modum et sic errata corrigere subditorum. Tunc namque melius judiciorum exordia

diriguntur, cum vita judicium ante disponitur, eoque potius judicii forma completur quo negotiorum principis æquitas judicantium antefertur: adeo exordium æquitatis inchoari a iudicibus debet, ut perfectio juris causarum limitem aptius formet.

I. *Ut de rebus Ecclesiæ nihil episcopi auferant, et qualiter proximi fundatoris ecclesiarum sollicitudinem gerant.*

Omnis itaque rei ecclesiasticæ quantitas sicut remedium veniæ tribuit conferenti, ita damnum rite præparat fraudatori: et ideo nullus sacerdotum vel ministrorum ex rebus Ecclesiæ, quæ in quibuscunque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat vel juri suo aut cathedræ propriæ unitati connectat.

Devoto enim uniuscujusque, sicut gratanter votum contulit Deo, ita definit quod plenitudo votorum conservaretur in loco, in quo vel ut si collata tenentur maneat gratia offerentis, ita si frustrantur imminet pernicies defraudantis. Verum ut rei hujus potior soliditas habeatur, condignis filiis vel nepotibus honestioribusque propinquis ejus qui construxit vel ditavit ecclesiam licitum sit hanc bonæ intentionis habere solertiam, ut si sacerdotem seu ministrum aliquod ex collatis rebus præviderit defraudare, aut commotionis honesta conventionem conpescant, aut episcopo vel judici corrigenda denuntient: quod si talia episcopus agere tentet, metropolitano ejus hæc insinuare procurent: si autem metropolitanus talia gerat, regis hæc auditibus intimare non differant. Ipsi tamen **449** hæredibus in eisdem rebus non liceat quasi juris proprii potestatem præferre, non rapinam et fraudem ingerere, non violentiam quamcumque præsumere, sed hoc solum in salutarem sollicitudinem adhibere, quod aut in nullam noxam operatio nocens attingat aut vel in mulctam vel in aliquam partem salutaris mærces assumat. Si quis vero deinceps hæc monita temerare voluerit, et male rapta cum confusione restituat et excommunicationis annuæ sententiam sustinebit.

II. *Ut fundatores ecclesiarum quousque advixerint earum habeant curam, ipsique illic ministros eligant servituros.*

Cum sæpe sit solitum etiam illa quæ non debentur prece supplicationis et vi quodammodo extorqueri doloris, quanto jam sine obstaculo concedi debent exquisita simul et ordine juris et dolore compassionis? Quia ergo fieri plerumque cognoscitur ut ecclesiarum parochiales vel sacra monasteria ita quorundam episcoporum vel insolentia vel incuria horrendam decidant in ruinam, ut gravior ex hoc oriatur ædificandis labor quam in construendo gaudii existerat labor, adeo pia compassione decernimus, ut quandiu earumdem fundatores ecclesiarum in hac vita superstites exstiterint pro eisdem locis curam permittantur habere sollicitam, et sollicitudinem ferre præcipuam, atque rectores idoneos in eisdem basilicis idem ipsi offerant episcopis ordinandos. Quod si tales forsitan non inveniuntur ab eis, tunc quos episcopus loci probaverit Deo placitos sacris cultibus instituat cum eorum conniventia servituros. Quod si spreto eisdem fundatoribus rectores ibidem præsumpserit episcopus ordinare, et ordinationem suam irritam noverit esse, et ad verecundiam sui alios in eorum loco quos idem ipsi fundatores condignos elegerint ordinari.

III. *Si de rebus ecclesiarum pro præstatione aliquid dari dicatur, causa præstiti cognoscatur.*

Si sacerdos vel minister de rebus ecclesiarum suarum quidpiam alicui sub præstationis obtentu concedat, in serie instrumenti causam præstiti evidenter exponat, ut ex hoc aut juste confecta transactio innotescat, aut fraus incompetens quæ latet appareat. Aliter

A vero pro hujus negotii causa deinceps scriptura confecta non valeat.

IV. *Quæ de acquisitis rebus inter ecclesiam et sacerdotis hæredes divisio fiat.*

Sacerdotes vel quicumque illi sunt quibus ecclesiasticarum rerum cura commissæ est, quæcumque administrationis suarum tempore emerint, si de rebus propriis vel vile **450** vel parum habuerint, ad ecclesiarum nomen cui præsumunt chartarum conficere instrumenta procurent; non enim convenit ut ecclesiarum quæ suscepit externum efficiat in alieno divitem et in suo retineat fraudatorem. Hi vero qui suarum rerum noscuntur habere compendium, ex omni re quam post ordinationis suarum diem visi sunt acquisisse, sive nulla sive aliqua sint instrumenta confecta, compensata tam juris sui quam ecclesiasticarum rerum ambitione, si se utriusque rei quantitas exæquaverit, inter ecclesiam et decedentis hæredes æquo jure acquisitio pertinebit: si autem quælibet pars majori cumulo sui juris exereverit, majorem etiam portionem in divisione percipiet. Quicumque vero de prædictis sacerdotibus vel ministris pro sui utilitate atque amicitia vel præstatione aut quocumque modo aut per scripturæ seriem meruerit a quolibet collata percipere, in rebus ecclesiasticis non poterunt numerari, sed quod exinde voluerint facere ipsorum voluntatis arbitrio subiacebit. Quod si hoc post eorum mortem inordinatum fortasse remanserit, ecclesia hoc sibi cui præfuit vel minister exstitit in perpetuo vindicabit.

V. *Si episcopus monasterium faciat vel parochianam ecclesiam ditet, quantum partem de rebus ecclesiarum conferat.*

Donæ rei dare consuetum et præsentis habetur vitæ subsidium et æternæ remunerationis expectari cernitur præmium. Quisquis itaque episcoporum in parochia sua monasterium construere forte voluerit, et hoc ex rebus ecclesiarum cui præsidet ditare decreverit, non amplius ibidem quam quinquagesimam partem dare debet, ut hac temperamenti æquitate servata et cui tribuit competens subsidium conferat, et cui tollit damna gravia non infligat. Ecclesiam vero quæ monasticis non informabitur regulis aut quam pro suis munificare voluerit sepulturis, non amplius quam centesimam partem census ecclesiarum, cui præsidet, ibidem conferre licebit, ea tamen cautela servata, ut unam tantummodo quæ placuerit ex his duabus remunerandam assumat.

VI. *Ut episcopus tertiam ecclesiasticarum rerum sibi debitam cui elegerit conferat.*

Cum præteritis sanctionibus notissimum habeatur, quæ de rebus parochialium ecclesiarum pars episcopo conferatur, opportune duximus decernendum, ut si episcopus tertiam, quam de rebus eisdem sanctione paterna sibi debitam novit, aut ipsi ecclesiarum cujus res esse patescit aut alteri ecclesiarum cui elegerit conferre decreverit, et licitum maneat, et irrevocabile robur ejus sententia ferat.

451 VII. *Ne extra constitutum ordinem morientis sacerdotis hæredes rem ejus adire præsumant.*

Propinqui morientis episcopi nihil de rebus ejus absque metropolitani cognitione usurpare præsumant; quod si is qui recessit metropolitanus fuerit, hæres ejus aut successorem illi us aut concilium sustinebit, ne passim hæreditatis adeundæ data licentia, de rebus ecclesiæ aut non reddatur ratio plena aut fraus non [In A. deest non] inveniatur illata: quod si presbyter aut diaconus fuerit quos obiisse constituerit, non sine cognitione sui episcopi rem ejus hæredibus adire licebit. Quisquis sane post hæc transgressor inventus exstiterit, pro his quæ non expectato hoc ordine adierit invasionis damno legis sententiæ subiacet.

VIII. *Ut scripturæ quas sacerdotes vel ministri injuste fecerint, post mortem eorum habeant annorum numerum computatum.*

Si sacerdos vel minister, dum gubernacula ecclesiarum administrare videntur, contra Patrum sanctissimas sanctiones de rebus ecclesiæ definisse aliqua dignoscatur, non ex die quo talia scribendo decrevit, sed ex quo talia moriendo definita reliquit supputationis ordo substabit. Nunquam etenim poterit ad tricennium temporis pertinere vita irrite judicantis, quia status contractuum initia non assumpsit ab origine æquitatis.

IX. *Quantum commodum sibi episcopus tollat de Ecclesia cujus tumulaverit sacerdotem.*

Plerique, dum rapinis inhiant ut non debent, aut miserationis opus condigne non implent aut indebita ipsi miserationi damna permiscunt. Ideoque ne amplius misericordiæ opus execrabile dilabatur in seculum, id communi decreto sancimus, ut cum pontificem mori contigerit, episcopus qui ad humandum corpus ejus advenerit de scriptis thesauris atque domorum internis, si locuples decedentis Ecclesia fuerit, non amplius quam libram auri in rebus quibus ei placuerit, exceptis ornamentis ecclesiæ, cum gratia offerentium auferre pertentet. Si vero minor rebus exstiterit, dimidiam libram sibi licenter usurpet: nam et hæc ipsa usurpare ratio nulla permetteret, nisi ejus qui convenit sacerdotis injuriæ contemplatione antiquitas hoc usu acta servasset. Porro brevem descriptorum rerum sub fideli relatione idem qui descripsit dirigere metropolitano curabit: metropolitanus autem ex eadem morientis Ecclesia nihil prorsus auferre præsumat, sed solam quæ ad eum pertinet salvationis curam impendat.

452 X. *De damnatione filiorum qui ex sacerdotibus et ministris geniti comprobantur.*

Cum multæ super incontinentiam ordinis clericorum hactenus^a emanaverint sententiæ Patrum et nullatenus ipsorum formari quiverit correctio morum, usque adeo sententiam judicantium protrahere commissa culparum, ut non tantum ferretur ultio in actoribus scelerum, verum et in progenie damnatorum. Ideoque quilibet ab episcopo usque ad subdia-

^a In reliquis, præter A, usque hactenus.

^b Æ., B. R., E. 4, T. 1, 2, U. causa conjunctionis

conum deinceps vel ex ancillæ vel ex ingenuæ detestando connubio in honore constituti filios procreaverint, illi quidem ex quibus geniti probantur canonica censura damnentur; proles autem tali nata pollutione non solum parentum hæreditatem nunquam accipiet, sed etiam in servitute ejus ecclesiæ de cujus sacerdotis vel ministris ignominia nati sunt jure perenni manebunt.

XI. *Quod servilibus clericis dare debeant episcopi libertatem.*

Qui ex familiis Ecclesiæ servituri devocantur in clerum ab episcopis suis libertatis necesse est percipiant donum, et si honestæ vitæ claruerint meritis, tunc demum majoribus fungantur officiis: quos vero flagitii sordidaverit incorrigibilis noxa, perpetua servitus conditionis religet in catenam.

XII. *Quod post mortem sacerdotis in libertate servis collata annorum tempus debeat computari.*

Si sacerdos libertatem servis Ecclesiæ conferre voluerit, non a die confectionis suæ scriptura tempus annorum computatum tenebit, sed ex quo eum qui scripturam confecit verius obiisse constituerit.

XIII. *Ut ex libertis Ecclesiæ et ex personis ingenuis geniti ab obsequiis ecclesiæ non recedant.*

Excessibus libertorum Ecclesiæ plerumque patronam vidimus Ecclesiam convexari, et bicipiti coacti sumus lædio condolere, uno dum per superbiam reluctantis auctor contemnitur libertatis, altero dum libertas superbientis in conditionem relabi cogitur servitutis; adeo cum jam præteritis Patrum regulis multæ super hoc diversæ constitutionis emanaverint sanctiones, tamen quoddam ad plenitudinem rei aptum conspeximus adhuc innectere complementum. Igitur sicut legum reverenda sanctio censuit, ita servari totius generis nobilitas debet, ut in nullo aliena commistio maculet quod per totum **453** generositas propria decoravit: unde cunctis ecclesiarum libertis tam viris quam feminis eorumque propagini interdicitur judicio generali, ne deinceps causa^b connubii aut Romanis ingenuis copulentur aut Gothis. Quod si hoc factum quandoque patuerit, permistione tali genita proles nunquam merebitur jus indebitæ dignitatis nec Ecclesiæ unquam carebit obsequiis, cujus beneficio donum meruisse noscitur libertatis.

XIV. *Quod si liberti Ecclesiæ ad eam reverti non velint, omnis eorum rescula juri applicetur Ecclesiæ.*

Si contingat quemcunque de libertis Ecclesiæ eorumque prosapia contra primævas modernasque Patrum regulas aut Gothis aut Romanis ingenuis copulari^c, tam illis quam eorum stirpi non licebit ab Ecclesiæ patrocinio evagari, sed aut ad debita obsequia reverti cogendi sunt, aut si redire noluerint, quæcunque vel parentes eorum vel ipsi ab Ecclesia sunt adepti vel in ejus patrocinio visi sunt conquisisse insistente pontifice in ditionem propriæ reducantur Ecclesiæ.

XV. *De obsequio et disciplina libertorum Ecclesiæ.*

Ecclesiæ liberti eorumque progenies eidem basilicæ

quibualibet copulentur personis ingenuis.

^c Æ., B. R., quibuslibet personis ingenuis copulari.

Devotio enim uniuscujusque, sicut gratanter votum contulit Deo, ita definitur quod plenitudo votorum conservaretur in loco, in quo vel ut si collata tenentur maneat gratia offerentis, ita si frustrantur imminet pernicies defraudantis. Verum ut rei hujus potior soliditas habeatur, condignis filiis vel nepotibus honestioribusque propinquis ejus qui construxit vel ditavit ecclesiam licitum sit hanc bonæ intentionis habere solertiam, ut si sacerdotem seu ministrum aliquod ex collatis rebus præviderit defraudare, aut commotionis honesta conventionem compescant, aut episcopo vel judici corrigenda denuntient: quod si talia episcopus agere tentet, metropolitano ejus hæc insinuare procurent: si autem metropolitanus talia gerat, regis hæc auditibus intimare non differant. Ipsis tamen **449** hæredibus in eisdem rebus non liceat quasi juris proprii potestatem præferre, non rapinam et fraudem ingerere, non violentiam quamcunque præsumere, sed hoc solum in salutarem sollicitudinem adhibere, quod aut in nullam noxam operatio nocens attingat aut vel in multam vel in aliquam partem salutaris merces assumat. Si quis vero deinceps hæc monita temerare voluerit, et male rapta cum confusione restituat et excommunicationis annuæ sententiam sustinebit.

II. Ut fundatores ecclesiarum quousque advixerint earum habeant curam, ipsique illic ministros eligant servituros.

Cum sæpe sit solitum etiam illa quæ non debentur prece supplicationis et vi quodammodo extorqueri doloris, quanto jam sine obstaculo concedi debent exquisita simul et ordine juris et dolore compassionis? Quia ergo fieri plerumque cognoscitur ut ecclesiarum parochiales vel sacra monasteria ita quorundam episcoporum vel insolentia vel incuria horrendam decidant in ruinam, ut gravior ex hoc oriatur ædificantibus mærorum quam in construendo gaudii existerat labor, adeo pia compassione decernimus, ut quando earumdem fundatores ecclesiarum in hac vita superstites exstiterint pro eisdem locis curam permittantur habere sollicitam, et sollicitudinem ferre præcipuam, atque rectores idoneos in eisdem basilicis item ipsi offerant episcopis ordinandos. Quod si tales forsitan non inveniuntur ab eis, tunc quos episcopus loci probaverit Deo placitos sacris cultibus instituat cum eorum conniventia servituros. Quod si spreto eisdem fundatoribus rectores ibidem præsumpserit episcopus ordinare, et ordinationem suam irritam noverit esse, et ad verecundiam sui alios in eorum loco quos idem ipsi fundatores condignos elegerint ordinari.

III. Si de rebus ecclesiarum pro præstatione aliquid dari dicatur, causa præstiti cognoscatur.

Si sacerdos vel minister de rebus ecclesiarum suarum quidpiam alicui sub præstationis obtentu concedat, in serie instrumenti causam præstiti evidenter exponat, ut ex hoc aut juste confecta transactio innotescat, aut fraus incompetentis quæ latet appareat. Aliter

A vero pro hujus negotii causa deinceps scriptura confecta non valeat.

IV. Quæ de acquisitis rebus inter ecclesiam et sacerdotis hæredes divisio fiat.

Sacerdotes vel quicumque illi sunt quibus ecclesiasticarum rerum cura commissa est, quæcunque administrationis suæ tempore emerint, si de rebus propriis vel vile **450** vel parum habuerint, ad ecclesiarum nomen cui præsumunt chartarum conficere instrumenta procurent; non enim convenit ut ecclesia quæ suscepit externum efficiat in alieno divitem et in suo retineat fraudatorem. Hi vero qui suarum rerum noscuntur habere compendium, ex omni re quam post ordinationis suæ diem visi sunt acquisisse, sive nulla sive aliqua sint instrumenta confecta, compensata tam juris sui quam ecclesiasticarum rerum ambitione, si se utriusque rei quantitas exæquaverit, inter ecclesiam et decedentis hæredes æquo jure acquisitio pertinebit: si autem quælibet pars majori cumulo sui juris excreverit, majorem etiam portionem in divisione percipiet. Quicumque vero de prædictis sacerdotibus vel ministris pro sui utilitate atque amicitia vel præstatione aut quocunque modo aut per scripturam seriem meruerit a quolibet collata percipere, in rebus ecclesiasticis non poterunt numerari, sed quod exinde voluerint facere ipsorum voluntatis arbitrio subiacebit. Quod si hoc post eorum mortem inordinatum fortasse remanserit, ecclesia hoc sibi cui præfuit vel minister exstitit in perpetuo vindicabit.

V. Si episcopus monasterium faciat vel parochianam ecclesiam ditet, quantum partem de rebus ecclesiarum conferat.

Donæ rei dare consultum et præsentis habetur vitæ subsidium et æternæ remunerationis expectari cernitur præmium. Quisquis itaque episcoporum in parochia sua monasterium construere forte voluerit, et hoc ex rebus ecclesiarum cui præsidet ditare decreverit, non amplius ibidem quam quinquagesimam partem dare debet, ut hac temperamenti æquitate servata et cui tribuit competens subsidium conferat, et cui tollit damna gravia non infligat. Ecclesiam vero quæ monasticis non informabitur regulis aut quam pro suis munificare voluerit sepulturis, non amplius quam centesimam partem census ecclesiarum, cui præsidet, ibidem conferre licebit, ea tamen cautela servata, ut unam tantummodo quæ placuerit ex his duabus remunerandam assumat.

VI. Ut episcopus tertiam ecclesiasticarum rerum sibi debitam cui elegerit conferat.

Cum præteritis sanctionibus notissimum habeatur, quæ de rebus parochialium ecclesiarum pars episcopo conferatur, opportune duximus decernendum, ut si episcopus tertiam, quam de rebus eisdem sanctione paterna sibi debitam novit, aut ipsi ecclesiarum cuius res esse patescit aut alteri ecclesiarum cui elegerit conferre decreverit, et licitum maneat, et irrevocabile robur ejus sententia ferat.

451 VII. *Ne extra constitutum ordinem morientis A sacerdotis hæredes rem ejus adire præsumant.*

Propinqui morientis episcopi nihil de rebus ejus absque metropolitani cognitione usurpare præsumant; quod si is qui recessit metropolitanus fuerit, hæres ejus aut successorem illius aut concilium sustinebit, ne passim hæreditatis adeundæ data licentia, de rebus ecclesiæ aut non reddatur ratio plena aut fraus non [In A. deest non] inveniat illata: quod si presbyter aut diaconus fuerit quos obiisse hæreditibus adire licebit. Quisquis sane post hæc transgressor inventus exstiterit, pro his quæ non expectato hoc ordine adierit invasionis damno legis sententiæ subjacebit.

VIII. *Ut scripturæ quas sacerdotes vel ministri injuste fecerint, post mortem eorum habeant annorum numerum computatum.*

Si sacerdos vel minister, dum gubernacula ecclesiarum administrare videntur, contra Patrum sanctissimas sanctiones de rebus ecclesiæ definitæ aliqua dignoscatur, non ex die quo talia scribendo decrevit, sed ex quo talia moriendo definita reliquit supputationis ordo substabit. Nunquam etenim poterit ad tricennium temporis pertinere vita irritè judicantis, quia status contractuum initia non assumpsit ab origine æquitatis.

IX. *Quantum commodum sibi episcopus tollat de Ecclesia cujus tumulaverit sacerdotem.*

Plerique, dum rapinis inhiant ut non debent, aut miserationis opus condigne non implent aut indebita ipsi miserationi damna permittunt. Ideoque ne amplius misericordiæ opus execrabile dilabatur in scelus, id communi decreto sancimus, ut cum pontificem mori contigerit, episcopus qui ad humandum corpus ejus advenit descriptis thesauris atque domorum internis, si lucubres decedentis Ecclesia fuerit, non amplius quam libram auri in rebus quibus ei placuerit, exceptis ornamentis ecclesiæ, cum gratia offerentium auferre pertentet. Si vero minor rebus exstiterit, dimidiam libram sibi licenter usurpet: nam et hæc ipsa usurpare ratio nulla permetteret, nisi ejus qui convenit sacerdotis injuriæ contemplatione antiquitas hoc usu acta servasset. Porro brevem descriptarum rerum sub fidei relatione idem qui descripsit dirigere metropolitano curabit: metropolitanus autem ex eadem morientis Ecclesia nihil prorsus auferre præsumat, sed solam quæ ad eum pertinet salvationis curam impendat.

452 X. *De damnatione filiorum qui ex sacerdotibus et ministris geniti comprobantur.*

Cum multæ super incontinentiam ordinis clericorum hactenus^a emanaverint sententiæ Patrum et nullatenus ipsorum formari quiverit correctio morum, usque adeo sententiam judicantium protrahere commissa culparum, ut non tantum ferretur ultio in actoribus scelerum, verum et in progenie damnatorum. Ideoque quilibet ab episcopo usque ad subdia-

conum deinceps vel ex ancilla vel ex ingenuæ detestando connubio in honore constituti filios procreaverint, illi quidem ex quibus geniti probabuntur canonica censura damnentur; proles autem tali nata pollutione non solum parentum hæreditatem nunquam accipiet, sed etiam in servitute ejus ecclesiæ de cujus sacerdotis vel ministris ignominia nati sunt jure perenni manebunt.

XI. *Quod servilibus clericis dare debeant episcopi libertatem.*

Qui ex familiis Ecclesiæ servituri devocantur in clerum ab episcopis suis libertatis necesse est percipiant donum, et si honestæ vitæ claruerint meritis, tunc demum majoribus fungantur officiis: quos vero flagitii sordidaverit incorrigibilis noxa, perpetua servitus conditionis religet in catenam.

XII. *Quod post mortem sacerdotis in libertate servis collata annorum tempus debeat computari.*

Si sacerdos libertatem servis Ecclesiæ conferre voluerit, non a die confectionis suæ scriptura tempus annorum computatum tenebit, sed ex quo eum qui scripturam confecit verius obiisse constiterit.

XIII. *Ut ex libertis Ecclesiæ et ex personis ingenuis geniti ab obsequiis ecclesiæ non recedant.*

Excessibus libertorum Ecclesiæ plerumque patronam vidimus Ecclesiam convexari, et bicipiti coacti sumus tædio condolere, uno dum per superbiam reluctantis auctor contentitur libertatis, altero dum libertas superbientis in conditionem relabi cogitur servitutis; adeo cum jam præteritis Patrum regulis multæ super hoc diversæ constitutionis emanaverint sanctiones, tamen quoddam ad plenitudinem rei aptum conspeximus adhuc innectere complementum. Igitur sicut legum reverenda sanctio censuit, ita servari totius generis nobilitas debet, ut in nullo aliena commistio maculet quod per totum **453** generositas propria decoravit: unde cunctis ecclesiarum libertis tam viris quam feminis eorumque propagini interdicitur judicio generali, ne deinceps causa^b connubii aut Romanis ingenuis copulentur aut Gothis. Quod si hoc factum quandoque patuerit, permistione tali genita proles nunquam merebitur jus indebitæ dignitatis nec Ecclesiæ unquam carebit obsequiis, cujus beneficio donum meruisse noscitur libertatis.

XIV. *Quod si liberti Ecclesiæ ad eam reverti non velint, omnis eorum rescula juri applicetur Ecclesiæ.*

Si contingat quemcunque de libertis Ecclesiæ eorumque prosapia contra primævas modernasque Patrum regulas aut Gothis aut Romanis ingenuis copulari^c, tam illis quam eorum stirpi non licebit ab Ecclesiæ patrocinio evagari, sed aut ad debita obsequia reverti cogendi sunt, aut si redire noluerint, quemcunque vel parentes eorum vel ipsi ab Ecclesia sunt adepti vel in ejus patrocinio visi sunt conquisisse insistente pontifice in ditionem propriæ reducantur Ecclesiæ.

XV. *De obsequio et disciplina libertorum Ecclesiæ.*

Ecclesiæ liberti eorumque progenies eidem basilicæ

^a In reliquis, præter A, usque hactenus.

^b Æ., B. R., E. 4, T. 1, 2, U. causa conjunctionis

quibuslibet copulentur personis ingenuis.

^c Æ., B. R., quibuslibet personis ingenuis copulari.

de qua libertatis gratiam meruerunt, obsequia prompta sinceraque parabunt, qui sicut hoc in obsequium pro possibilitate sui quod utiles ingenui dabunt, ita quoque in emendatione culparum quod inutiles ingenui sustinebunt.

XVI. *Quod libertis Ecclesie nihil de rebus suis in alienum liceat transferre dominium.*

Libertis Ecclesie eorumque propagini ex omnibus rebus, quae de jure Ecclesie noscuntur habere, nihil licebit in extraneum dominium transactione quacunque deducere; sed si ex his quaelibet vendere fortasse voluerint, sacerdoti ejusdem Ecclesie offerant convenienter emenda, earumque rerum pretia ut eis placuerit aut dispensent aut habeant: nam in dominium partis alterius rei suae censum nullomodo transire permittimus. Suis autem filiis vel propinquis eidem Ecclesie vel servitio vel patrocinio subjugatis quaecunque vendere vel donare voluerint aditus omnino patebit.

XVII. *Ut baptizati Judaei cum episcopis celebrent dies festos.*

Baptizati Judaei, quocunque loco caetero **454** tempore conversentur, festis tamen praecipuis Novi Testamenti serie consecratis ac diebus illis, quos olim sanctione Veteris legis sibimet censebant esse solemnes, in civitatibus publicisque conventibus cum summis Dei sacerdotibus celebrare praecipimus, ut eorum conversationem ac fidem & pontifex approbet et veritas servet. Hujus vero temerator edicti prout aetas permisit aut flagris aut abstinentiae subjacebit.

Expletis omniibus quae ad honestatis regulam in collationem venero fraternam, grates exsolvimus **C** immortalis Domino soli, cujus dispositione mirabili ad hunc sanctae congregationis coetum meruimus adunari, ut et communis visio prosperitatem nostram ostenderet et par definitio concordiam assignaret; obsecrantes ejus misericordiam largam, ut serenissimo **A** domino et amabili Christo Recesvintho principi glorioso ita praesentis vitae felicitatem impendat, ut angelicae beatitudinis gloriam post tempora longeva concedat, atque ita nos ejusdem felicitate laetos semper efficiat, ut in terram viventium remuneratos attollat; antiquitatis debinc ordinem saluberrimo retinentes, postquam rationem festi paschalis fraternitas

^a E. 4, T. 1, *reverentissimo.*

^b Desunt subscriptiones in A. Desumptae sunt ex **D** B. R. cum variantibus caeterorum lectionibus.

vestra cognovit, noverit se anno venturo die kalendarum Novembrium causa peragendi concilii in hac urbe favente Domino congregari, ut simili disceptatu aut quae prospexerimus congrua decernamus, aut solius pacis conventu laetetur. Consummatum est hoc sanctum concilium die VIII Kalendarum Decembrium anno feliciter septimo regni serenissimi atque clementissimi domini nostri Recesvinthi regis, aera **DCXCII.**

Interfuerunt ^b huic sancto concilio Pontifices:

Eugenius regiae urbis metropolitanus episcopus.
Tayo Caesaraugustanus episcopus.
Marcus Castulonensis episcopus.
Winibal Illicitanus episcopus.
Witericus [*U.*, Guidericus] Segontinus episcopus.
Maurusius Oretanus episcopus.
Dadila Complutensis episcopus.
Felix Valentinus episcopus.
Valdingius Arcavicensis episcopus.
Maurellus Urgelitanus episcopus.
Eupsyehius Segobricensis episcopus.
Athanasius Setabitanus episcopus.
Giberius [*U.*, *G.*, Guiberius] Bigastrensis episcopus.
Waldefredus Mentisanus episcopus.
Maguarius Arcitanus episcopus.
Stephanus Valeriensis episcopus.

455 *Abbatas.*

Fugitivus abbas.
Ildephonsus abbas.
Emerius abbas.
Morarius abbas.
Joannes abbas.
Item Joannes abbas.
Marcellinus abbas ^c.
Silicolus abbas ^d.

456 *Vicarii episcoporum.*

Daniel diaconus Marcelli episcopi ecclesiae Urcitanae.
Viri illustres officii palatii.
Paulus comes Notariorum.
Etherius ^e comes Cubiculariorum.
Ella comes et dux.
Riccula comes Patrimoniorum.

^e E. 4, U., G., *archipresbyter Toletanus.*

^d T. 1, *Primicerius.* T. 2, U., G., *Primicerius.*

^e E. 4, T. 1, 2, *Hemeterius.*

LV

CONCILIIUM TOLETANUM DECIMUM

VIGINTI EPISCOPORUM, HABITUM DIE KALARUM DECEMBRIUM, ANNO VIII GLORIOSI DOMINI RELIGIOSISSIMI RECESVINTHI PRINCIPIS, AERA DCXCIV.

Gratulationem nobis spiritualem divina contulit gratia, quando tribuit uti nos et salutaris disciplinae frequentia et convenire ad pacificorum votorum studia praepitata. Congregatis ergo nobis et in concor-

diam animi et in conventum loci, referentes gratias invisibili Deo et glorioso rerum domino Recesvintho regi, cujus sacratissimo voto retenta paternitatis sanctae traditione ad sacrum quivimus aduari con-

ventum, has subter annexas regulas concordie definitione prolatas aeterna statuimus manere lege præfixas.

I. De celebritate festivitatis dominicæ matris.

Cum nihil fidei sinceritas per diversitatem adversum incurrat et unitatem catholicæ regulæ varietas nulla decerpatur, est tamen quod nisi temporum unitate servetur et discidium indiscissæ unitati parturiat et sacramentorum unitate constare non valeat. Hinc est quod paschale festum nisi uno die celebremus et tempore in Judaicum decidamus errorem: hinc adventum sancti Spiritus post resurrectionem Dei nisi expectemus tempore definito dierum simul et numero, non possumus impleri ejusdem Spiritus dono, quoniam si caret plenitudinis numero, credere potest et mysterii sacramento: hinc nativitatibus dominicæ sacram, quo evidenter de utero virginali Verbum prodiit caro factum, absque dubio servat et temporis cursum, repræsentat specialis diei et momentum. Si ergo Nativitatis et mortis incarnati hujus Verbi dies absque immutatione ita certus habetur, ut absque diversitate in orbe toto terrarum ab omni concorditer Ecclesia celebretur, cur non festivitas gloriosæ Matris ejus eadem observantia uno simul ubique die similique habeatur honore? Invenitur etenim in multis Hispaniæ partibus hujus sanctæ Virginis festum non uno die per omnes annorum circulos agi, quoniam transducti homines diversitate temporum, **457** dum varietatem sequuntur, unitatem celebritatis non habere probantur. Qua de re quoniam de qua invenitur angelus Virgini Verbi conceptum et nuntiasset verbis et indidisse miraculis eadem festivitas non potest celebrari condigne, cum interdum quadragesimæ dies vel Paschale festum videtur incumbere in quibus nihil de sanctorum solemnitatibus, sicut ex antiquitate regulari cautum est, convenit celebrari; cum etiam et ipsam incarnationem Verbi non conveniat tunc celebritatibus prædicari, quando constat idipsum Verbum post mortem carnis gloria resurrectionis attonari; adeo speciali constitutione sancitur, ut ante octavum diem quo natus est Dominus, genitricis quoque ejus dies habeatur celeberrimus et præclarus. Ex pari enim honore constat ut sicut Nativitatem Filii sequentium dierum insequitur dignitas, ita festivitatem matris tot dierum sequatur sacra solemnitas; nam quid festum est matris nisi incarnatio Verbi? cuius utique ita debet esse solemnitas, sicut est et ejusdem nativitas Verbi. Quod tamen nec sine exemplo decentis moris, qui per diversas mundi partes dignoscitur observari, videtur institui; in multis namque Ecclesiis a nobis et spatio remotis et terris hic mos agnoscitur retineri. Proinde ut de cætero quidquid est dubium sit remotum, solemnitas dominicæ matris in die xv Kalendarum Januariarum omnimodo celebretur et nativitas Filii ejus Salvatoris nostri die octavo Kalendarum earumdem, sicut mos est, solemnitas in omnibus habeatur.

* Ex *Æ.*, T. 1, 2. In A. et reliquis: *utique debet.*

II. De non violandis juramentis in salutem regiam datis.

Frequentium molestiarum nocens impulsus contemni quidem magnitudine decentis poterat gravitatis; sed quia levitas labens facile ad præcipitia vana corda reclinat, bene honesta sollicitudo cohibere properat quod frequentata usitatio vitare non curat. Adeo cum et quorundam paternorum sanctionibus decretorum et institutionibus sit legalibus cautum, ne contra salutem principum gentisque aut patriæ quisquam meditari conetur adversum, hoc unum specialiter nunc depromitur observandum, ut si quis religiosorum ab episcopo usque ad extremi ordinis clericum sive monachum generalia juramenta in salutem regiam gentisque aut patriæ data reperiat violasse voluntate profana, mox propria dignitate privatus et loco et honore habeatur exclusus, eo miserationis obtentu tantummodo servato, ut an locum an honorem an utraque possideat concedendi jus licentiaque principalis potestas obtineat.

458 III. Non permittendum laicis imperare religiosis.

Reverentiæ totius auditum, quia res adiit dura, non frustra cogimur hanc durioris extirpare censura: agnovimus enim quosdam pontifices præcepti principis apostolorum, qui ait: *Pascite qui in vobis est gregem, non coacte sed spontaneæ, neque dominantes in clero sed forma facti gregis*, ita esse immemores ut quibusdam monasteriis parochialibusque ecclesiis aut suæ consanguinitatis personas aut sui favoris participes iniquum sæpe statuunt in prælatum, ita illis providentes commoda inhonesta ut eisdem deferantur aut quæ proprio episcopo dare justus ordo potuisset aut quæ rapere deputati exactoris violentia potuerit. Proinde decenter omnibus placet et in præsentem tale rescindere factum et non esse de cætero faciendum: nam quisquis pontificum deinceps aut sanguine propinquis aut favore sibi personis quibuscumque devinctis talia commodare lucra tentaverit ausu nefandæ præsumptionis, et quod jussum fuerit devocetur in irritum, et qui ordinavit auctoritatem excommunicationis ferat excidium. Quæ vero ablata fortasse fuerint, ab eo qui tulit reddantur in duplum.

IV. De professione ac veste religiosarum viduarum.

Bene per Spiritum Dei possumus cum sancto apostolo dicere non ignorare nos astutias Satanz, quia impellimur zeli domus Dei ardore cremari. Videmus enim ad tanta fraudum studia convalescentem excrevisse perniciem, ut et primæva Patrum constitutio a quibusdam æstimetur illud et nova iudicium putetur intentio falli: nam inveniuntur nonnullæ viduæ diversis excusationibus se adeo contegentes ut blandiant [*Rectius, blandiantur*] sibi, non se Patrum plena religionis alligatas institutione teneri. Unde antiquis inconcusse permanentibus regulis hoc adjicitur novo oraculo sanctionis, ut vidua quæ sanctæ religionis obtinere propositum voluerit, sacerdoti vel ministro ad quem aut ipsa venerit aut quem ad se venire contigerit, scriptis professionem faciat a se aut signo

aut subscriptione notatam, continentem se et religionis propositum velle et hoc pereuniter inviolate servare, ac tunc accepta a sacerdote vel ministro apta religionis usui veste seu lectulo quiescens sive quocunque loco consistens incunctanter utatur; nec diversi coloris aut diversæ partis eadem sit notabilis vestis, nisi religiosa et non suspecta quæ careat et varietatibus colorum et diversitatibus partium, adeo ut absque ulla suspitione transgressionis maneat usui tantum apta sanctæ religionis; et sui sexus competens ad testimonium probitatis. Ut autem deinceps nihil devocetur in dubium, palleo purpurei vel nigri coloris caput contegat ab initio susceptæ religionis, ut dum illic intulerit signum probabilis sanctitatis ubi nullius falli poterit visio intuentis, nusquam attentetur ausus detestandæ præsumptionis.

V. De remotis excusationibus viduarum transgressionem religionis sequentum.

Omnes feminæ quæ jam in præterito religionis veste fuisse probantur indutæ, nihil ad excusationem valeat oppositionum quælibet objectio, quamvis diversis aut callidis adumbrare se velint fallaciæ argumentis, sed ad sacratissimas sanctiones disciplina sanctior eas teneat religatas atque subnixas: commoneantur sane sacerdotis auctoritate ut sponte recedant; quæ si redire noluerint impulsu sacerdotis ad religionis habitum reducantur, et in monasteriis reductæ excommunicationis condignæ sententia feriuntur. Illic idem quoque ordo in illarum condemnatione manebit, quæ quamlibet a sacerdote vel ministro sanctimoniam vestem non accepissent, ipsæ tamen aut indutæ sunt aut illo indui habitu consenserunt qui religionis esse cultus ab intuentibus crederetur, sicque coram ecclesia vel sacerdote aut etiam competentibus testibus quandoque indutæ visæ certis indicibus aut testimoniis approbantur. Omnes hæc tamen seu venientes ad primam religionem, seu post transgressum resumentes iteratam conversionem, sicut præmissum est, et palleo capita contegant et conscriptam roboratamque professionis faciant scripturam, per quam ulterius non sinantur relabi ad prævaricationis audaciam: quæ vero ex omnibus his fuerint repertæ animum aut vestem in transgressione dedisse, et excommunicationis sententiam ferant, et rursus mutato habitu in monasteriis donec diem ultimum claudant sub ærumnis arduæ pœnitentiæ maneanat religatæ.

VI. De his qui in parva ætate coram parentibus religionis habitum tenuerint.

Quoniam hucusque dissolutæ operationis effectus interdum mutare fecit honestæ constitutionis edictum, dum incondite resolvi putatur quod indissolubile sanctionis auctoritate tenetur, adeo quidquid obvium ex incerto concurrat evidenter abjici decet et de cætero nihil supersit quod in dubium nutet: ideoque si in qualibet minori ætate vel religionis tonsuram vel religioni debitam vestem **460** in utroque

Deest septimus hic canon in A., Æ., E. 3, U., G. Desumptus est ex B. R. cum variantibus cæterorum lectionibus, in quibus hæc canonis animadversio præ-

seu filiis aut unus aut ambo parentes dederint, certe aut nolentibus vel nescientibus susceptam non mox visam in filiis abdicaverint, sed vel coram se vel coram ecclesia palamque in conventu eosdem filios talia habere permiserint, ad sæcularem reverti habitum ipsis filiis quandoque penitus non licebit, sed convicti quod tonsuram aut religiosam vestem aliquando habuerint, mox ad religionis et cultum hujuscemodi observantiæ inservire cogantur. Parentibus sane filios suos religioni contradere non amplius quam usque ad decimum ætatis eorum annum licentia poterit esse, postea vero an cum voluntate parentum an suæ devotionis sit solitarium votum, erit filiis licitum religionis assumere cultum. Quisquis autem vel abolitione tonsuræ vel sæcularis vestis assumptione detectus fuerit attigisse transgressionem, et excommunicationis censuram accipiat et religioni semper inhæreat.

VII. Ut nullus ex sacerdotibus, levitis vel ex catholicorum cœtu audeat mancipia Christiana Judæis vel Gentilibus vendidare.

Septimæ collationis objectu immansuetum et infandum operationis studium nunc sanctum nostrum adiit concilium, quod plerique ex sacerdotibus et levitis, qui pro sacris ministeriis et pietatis studio gubernationisque augmento sanctæ Ecclesiæ deputati sunt officio, malunt imitari turbam malorum potius quam sanctorum Patrum insistere mandatis: ut ipsi etiam qui redimere debuerant, venditiones facere intendant, quos Christi sanguine præsciunt esse redemptos, ita duntaxat, ut eorum dominio quæ sunt empti in ritu Judaismi convertantur oppressi, et sit execrabile commercium ubi nitente Deo jussum est sanctum adesse conventum: quia majorum canones vetuerint, ut nullus Judæorum conjugia vel servitia habere præsumat de Christianorum cœtu, sed sacra fidei sibi cohærentia tam conjugia quam servitia, favente Deo, unice adhæreant, dicente propheta: *Qui habitare facit unanimes in domo.* Nam revera nos advertunt primum, quid Dominus præceperit per Moysen dicens: *Si quis furaverit [Rectius, furatus fuerit] hominem et vendiderit, convictusque morte moriatur.* Et iterum: *Si fratrem tuum Hebræum redemeris, serviet tibi septem annis, et liberum abire permittet:* quod sine dubio ab eis præscimus impleri. Quid enim deteriorius, quidve in præceptis, dum ipsi quos novimus Dei insectatores ita malunt sibi concessa implere præcepta **461** ut nulla prorsus ratione maneat evitata, quanto magis nos, qui redemptos nos congaudemus pretio sanguinis sacri, convenit custodire omnia præcepta? Quid igitur sacerdos ille vel levita, seu etiam omnis athleta Christi sibi vindicare velit, dum Dominum et Redemptorem nostrum non vult imitari, secundum quod ipse vaticinantibus prophetis ait: *Vos sacerdotes et levitæ afferte, aram Domini Dei ponitur: Septimæ igitur aggressionis jura in oblivionem reducta hic subter curavimus inserenda, quæ omni-bus patet esse custodienda.*

Israel ad locum qui ei paratus est : sit timor Domini vobiscum et cum diligentia cuncta facite : levate sacrificium et venite in conspectu ejus, et adorare Dominum in decore sancto? Et alibi : Perfectio tua et doctrina tua viro sancto tuo, Domine, ut ponat thymiama in furore tuo, et holocausta super altare tuum. Et illud : Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem de ore ejus exquirunt, quia angelus Domini est. Lex veritatis in ore ejus et iniquitas non est inventa in labiis ejus : in pace dirigens ambulavit, et multos convertit ab iniquitate. Nec non et David : Sacerdotes tui, Domine, influantur justitiam, et sancti tui lætentur. Viduam ejus benedicens benedicam, et pauperes ejus saturabo panibus. Sacerdotes ejus induant salutari, et sancti ejus exultatione exultabunt. Quod et ipse Dominus et Salvator apostolis suis præcepit dicens : Euntes per universum mundum prædicate Evangelium regni, appropinquavit enim regnum caelorum. Dæmonia ejicite, claudos curate, leprosos mundate, mortuos suscitete. Et iterum : Quis, putas, est fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam ut det illis cibum in tempore opportuno? Beatus ille servus, quem cum venerit dominus ejus invenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Nam et Petro dixit : Simon Petre, si diligis me, pascere oves meas. Unde et apostoli in unum commorantes possessiones proprias et substantias vendebant, et non quidem credentium animas evertabant, sed magis unicuique prout opus erat fidelium dividebant. Quod et beatus admonet Petrus dicens : Pascite qui in vobis est gregem Dei; non coacte, sed spontanee secundum Deum, neque turpis luc i gratia, sed voluntarie, ut cum princeps pastorum apparuerit, percipiatis immarcescibilem gloriæ coronam. Nam et Paulus ita ad Titum ait : Exemplo esto fidelium in verbo, in conversatione, in fide, in charitate et castitate, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Quia sive Judæi, sive Græci, sive servi, sive liberi, unum spiritum in Christo potati sumus, et semetipsum pro nobis tradidit factus pro nobis maledictus, ut in nobis benedictio Abraham fieret. Jacobus igitur ita loquitur : Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem hæc est : visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc sæculo. Dicat nunc quisquis ille est sectator interminabilis vertigo testationis, qui ex apostolis sanctis vel ex omni turba credentium, quos advocavit Dominus, quemquam vendidisse aliquatenus hominum, dum ipse Dominus in Evangelio dicit : Venit enim Filius hominis quærere et salvum facere quod perierat? Audi namque Zachæum Domino dicentem : Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Quorum exempla apostoli et omnis toga sanctorum martyrum et confessorum impleverunt, et nobis implenda insinuaverunt, dicente apostolo Paulo : Imitatores mei estote, sicut et ego per omnia Christi [1 Tim. iv, 12]. Nam qua fronte, qua etiam conscientia quisquis ille est prioris illius imitator proditoris, ut post hujus nefanda commissa Domino Deo præsumat offerre libamina aut perceptionis suscipiat sacra mysteria, quæ nobis est concessum in ablutione peccatorum nostrorum, dum dicit : Non licet eos mittere in carbonem, quoniam pretium sanguinis est? Corbona [T. 1, 2, Corban] enim nostrorum est arcana pectorum [T. 1, peccatorum], in quo sanctum suscipimus corpus; et maxime nobis est custodiendum de talibus commerciiis, ne inquinemur mentibus nostris, et proruramur cum Juda negotiatore cordibus cæcis, secundum quod Dominus dicit : Væ homini illi per quem Filius hominis tradetur in manibus peccatorum : bonum erat illi, si natus non fuisset homo ille. Quod non tantum pro Juda, sed pro omnibus, scilicet qui hujus mercimoniis deserviunt, et ipsi illi in diem judicii erunt condemnati, per quem venundati in hæresem ceciderunt Judaice, aut etiam præsentis sæculo male suscipiant secundum propheticum sermonem : Ecce furor Domini egrediens, procella ruens in capite impiorum conquiescet. Et iterum : Propheta namque et sacerdos polluti sunt, et in domo mea invenimur eorum, ait Dominus : Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris, impellentur enim et corruent in ea : afferam enim super eos mala, annum visitationis eorum, ait Dominus. Et per Isaiam : Dedi populum meum in manu tua : non posuisti eis misericordiam : aggravasti jugum tuum valde : descende in pulvere : sede, tace, et intra in tenebras : veniet super te malum et nescies, et irruet super te repente calamitas quam non poteris expiare. Et iterum in Evangelio Dominus dicit : Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et illud : Cavete ab his, qui devorant domus viduarum, simulantes longam orationem : hi accipient damnationem majorem. Et iterum : Neminem concutatis neque calumniam faciatis, et contenti estote stipendiis vestris. Quia si quis scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut ligetur c. llo ejus mola asinaria et projiciatur in mare. Unde et in Actibus apostolorum ita Dominum legimus dixisse : Saule, Saule, quid me persequeris? nunquid in cœlum ascenderat Saulus, ut ibidem persecutionem ejus sustineret Dominus? sed in servis suis habitans hanc prolatus est sententiam, sicut ipse dicit : Qui vos spernit, me spernit : et qui me spernit, eum spernit qui me misit. Et illud : Qui non est mecum contra me est, et qui non congregat mecum spargit. Quod etiam dudum per prophetam dixit : Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas et mandata hominum. Et in Evangelio : Quid enim prodest homini si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiat? Ecce paterfamilias plantavit vineam, id est, Ecclesiam, et locavit eam agricolis, id est, sacerdotibus. Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Malos male perdet, et vineam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructus temporibus suis. Nam dicit ipse :

Vigilate et orate ne intretis in tentationem, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Si autem dixerit malus servus Hie in corde suo : Moram facit dominus meus venire, et cœperit percutere conservos suos et ancillas, manducet autem et bibat cum ebriis, veniet dominus servi illius in die qua non sperat, et hora qua nescit^a, et inutilem servum mittet in tenebras exteriores : ibi erit fletus et stridor dentium. Si quis enim post hanc definitionem talia agere tentaverit, noverit se extra Ecclesiam fieri, et præsentis et futuro iudicio cum Juda simili pœna percelli, dummodo Dominum denuo proditiōnis pretio maluit ad iracundiam provocari.

Opitulante miseratione divina et gloriosissimi Recessvinti principis inhærente voluntate religiosa, his gesti decentissime alligatis et in pace connexis, ex totis præcordiorum abditiis damus gloriam et honorem soli æterno et immortalis Deo Patri et Filio et Spiritui sancto, cujus dono collatum nobis agnoscimus pro ejus Ecclesiæ statu et prompte gerere curam et posse sacri regiminis competentia disponere jura, a quo petimus et optamus, ut porrecta in longitudinem felicitium dierum sacratissimi principis vita et omni gloriarum decore perpetim pollente salute, nobis quoque tribuat susceptum Ecclesiæ suæ regimen in æquitate disponere, in sollicitudine gubernare et in pace tenere, ut post mundi hujus suscepta pericula pervenire possimus ad cœlestia regna. Amen.

464 Interfuerunt huic sancto concilio :

Eugenius indignus Toletanæ sedis metropolitanus episcopus.

Fugitivus indignus Hispalensis sedis metropolitanus episcopus.

Fructuosus indignus sedis Bracarenensis metropolitanus episcopus.

Marcus Ecclesiæ Castulonensis episcopus.

Witericus Segontiensis Ecclesiæ episcopus.

Maurusius Ecclesiæ Oretanæ episcopus.

Wittarius Ecclesiæ Elenensis episcopus.

Dadila Ecclesiæ Complutensis episcopus.

Egeredus Salamanticensis Ecclesiæ episcopus.

Cyricus Ecclesiæ Barcinonensis episcopus.

Cæsarius Ecclesiæ Olyssiponensis episcopus.

Athanasius Setabitanæ Ecclesiæ episcopus.

Balduigius Arcavicensis Ecclesiæ episcopus.

Euseyrius Ecclesiæ Segobricensis episcopus.

Hermefredus Lucensis Ecclesiæ episcopus.

Magnarius Accitanæ Ecclesiæ episcopus.

Elpidius Astoricensis Ecclesiæ episcopus.

Zosimus Ecclesiæ Elborensis episcopus.

Stephanus Ecclesiæ Valeriensis episcopus.

Flavius Ecclesiæ Portucalensis episcopus.

Vicarii episcoporum.

Argefredus abbas, agens vicem Egilani episcopi Oxoniensis Ecclesiæ.

^a E. 4, T. 1, 2, ignorat.

^b Æ., Eugila. BR., E. 4, Egila.

^c Deest hæc decretum in B. R., E. 4, T. 1, 2,

Martinus abbas, agens vicem Waldefredi episcopi Ecclesiæ Mentesanæ.

Fugila^b presbyter, agens vicem Giberici episcopi Bigastrensis Ecclesiæ.

Agricius diaconus, agens vicem Winibalis episcopi Illicitanæ Ecclesiæ.

D. niel diaconus, agens vicem Marcelli episcopi Ecclesiæ Urcitanæ.

Decretum^c pro Potamio episcopo in eodem concilio.

Assumere poteramus canoram in cantu fraternæ lætitiæ tibiam, quia divina pietas conventum nostrum ad concordiam convocaverat studia, et convenerat abnuere mœstitiam vitæ, quoniam usitatione disciplinæ videbamur paternas regulas innovasse; sed gravius collisi threnum pro cimbalo sumimus et funus pro carmine decantamus, gementesque cum Jeremiæ questibus dicimus : *Dissolutum est gaudium cordis nostri, versus est in luctum cherus noster.* Unde et ræ coram nobis esse conspicimus, quoniam cecidisse coronam capitis nostri videmus, dum tam nobile in infimum curruit quod in tam sublime sanctitatis optimum stetit. Ecce etenim tractantibus nobis in pace Dei de ecclesiasticis **465** regulis, delatum est conventui nostro epistolium confusæ confessionis et abolendæ subscriptionis, quod Potamius Bracarenensis Ecclesiæ episcopus de factis propriis suis verbisque annotarat articulis. Quo reserato quid obliteranda pagina et abolenda litterarum panderent elementa fictibus potius quam sermonibus lacrymanda cognitio recensuit. Tunc solitarie tantum secretimque adunatis pontificibus Dei prædictum episcopum adesse fecimus coram nobis, quem singulibus aggredientes amplius quam loquelis reseratam illi suæ deformitatis et nostræ confusionis protulimus scripturam, quam accipiens ac recurrens sciscitantibus nobis, utrum sui operis suæque annotationis intimatio esset, illico suum actum sui que oris eloquium suorumque digitorum esse robur asseruit quod illic relegendo prævidit. Rursum sub divini nominis contestatione hunc adjurantes obtestati sumus, ut si non aut de se sponte mendacium diceret aut alicujus violentiæ proventu perterritus talia enarraret, veraciter indicaret. Qui mox flebili voce luminibusque ploratu madentibus et fragore singultuum cum unius Dei nominis juramento clamavit se et vera eadem mala de se confiteri et ad hæc confitenda nulla se violentia prægravari : unde etiam et ferme per novem menses sponte deseruisse regimen Ecclesiæ suæ et ergastulo quodam ob admissum flagitium acturus poenitentiam se conclusisse prædixit. Tunc per fidelem confessionem ejus agnito quod tanto femineo sordidisset stupro, et licet hunc antiquitas paterna sacris regulis dejicere ab honore decerneret, nos tamen miserationis jura servantes non abstulimus nomen honoris, quod ipse sibi sui criminis confessione jam tulerat.

U., G. Ast in Æ. non hoc loco sed ad calcem concilii Toletani decimi tertii inscribitur.

red valida auctoritate decrevimus perpetuæ pœnitentiæ hunc inservire officiis et ærumnis, providentes melius illum per asperam et dumosam pœnitentiæ solitudinem quandoque pervenire ad refrigerii mansionem, quam relictum in voluptatis suæ latitudine ad præcipitium dejici æterna damnatione. Tunc venerabilem Fructuosum Ecclesiæ Dumiensis episcopum communi omnium nostrorum electione constituimus Ecclesiæ Bracarenensis gubernacula continere, ita ut omnem metropolim provinciæ Galliciæ cunctosque episcopos populosque conventus ipsius omnemque curam animarum et rerum Bracarensis Ecclesiæ gubernanda suscipiens ita componat atque conservet, ut et Dominum nostrum de rectitudine operis sui glorificet, et nobis de incolumitate ejus Ecclesiæ gaudium præstet. Quia vero ad futurum prospicere convenit, ne exoriri in statu pacis possit quædam commotio litis, Patrum sententiam quæ jam dictum Potamium episcopum **466** rectitudine damnat, huic decreto connectere vigilantia nostra procurat.

Nec illud, fratres, scribere alienum ab Ecclesiæ utilitate censuimus, ut sciretis quicumque sub ordinatione vel diaconatus vel presbyterii vel episcopatus mortali crimine dixerint se esse pollutos, a supradictis ordinationibus submovendos, reos scilicet vel veri confessione vel mendacio falsitatis: neque enim absolvi potest in his si in se ipsos edixerint quod dictum in alios puniretur, cum omnis qui sibi fuerit mortis causa major homicida sit. Multæ quidem et aliæ sententiæ huic poterant innecti decreto, quæ prædictum Potamium episcopum savissima austeritate abjicere jubent, sed ex omnibus hanc conscriptam ponere sententiam maluimus, ne si tota condemnationis edicta replicassemus, gravissimæ ultionis auctores existere videremur.

Factum decretum sub die Kalendarum Decembrii, anno feliciter octavo regni gloriosissimi domini nostri Reccesvinthi regis. Omnes sacerdotes prædicti concilii hoc stabiliter sancivimus.

Aliud decretum^a.

Vividis tractatibus invenire quod justum est, et experientia esse judicantium comprobatur, et justum summa judicii plenior invenitur. Adeo mentis intentionem orisque simul studia deducentes agnitione audiendi negotii delatum est ad nos in conventu sancti concilii ex directo gloriosi domini nostri Reccesvinthi regis per illustrem viram Wambanem testamentum gloriosæ memoriæ sancti Martini Ecclesiæ Bracarensis episcopi, qui et Dumiense monasterium visus est construxisse, ut reserato eo quid illic memoratus beatissimus vir decrevisset nostræ cognitioni pateret: quo testamento in omnium conventu relecto comperimus hunc ex ordine a memorato principe ad nos esse directum, quoniam idem gloriosæ memoriæ sanctissimus vir ita decreverat, ut succedentibus per ordinem regibus ad comple-

^a Deest hoc decretum in B R., E. 4, T. 1, 2, U., G. Ast in Æ. ad calcem concilii Toletani decimi ter-

mentum ejus ipsius testamenti constitutio commendata maneret. Tunc deinde illatum est nobis testamentum Ricchimirii memoratæ Dumiensis Ecclesiæ episcopi, quod de rebus suis in eadem Ecclesia decreverat examinatione veridica dirimendum: quo relato cognovimus eundem auctorem suum illic diversæ constitutionis edidisse condiciones, inter quas unam validam conatus est religatione constringere, deputans et illationes tributorum et pretia frugum absque aliqua diminutione annua vice pauperibus erogare, nihilque esse absque deliberatione relictum quod usibus Ecclesiæ posset quadam liberalitate **467** servire. Tunc ex voce partis Ecclesiæ Dumiensis astructum est quod universæ speciei, generis et corporis rem quæ in ejusdem Ecclesiæ domo intrinsecus ad usus domesticos et tempore suæ ordinationis idem episcopus Ricchimirus invenit, et quæ ipse aut de opere utriusque sexus artificum familiarum Ecclesiæ potuit habere confecta atque illata aut quæ sua provisione habuisse visus est acquisita, omnia moriens jussisse pauperibus erogare, quædam vero ita viliori pretio vendere ordinasse, ut negotiatio earum rerum perditio potius quam mercatio censeretur; edidisse quoque quosdam liberos ex ejusdem Ecclesiæ familiis, quibus etiam cum aliis ad se pertinentibus amplius quam quingenta reperitur utriusque sexus dedisse mancipia. Quibus damnis ita cognitis, quia et cuncta remedia intrinsecus domus tam indiscrete largita fuerant, ne quid ad dignitatem Ecclesiæ reliquum esset, cum nulla imminens causa pauperum necessitatis existeret, quæ in hoc sancta lex tam exanimum erogare deprehensa est, atque pro libertis illis nihil secundum canonicam sanctionem datum in commutationem pateret, sed nec pro mancipiis et reliquis rebus eisdem libertis collatis aliquid in repensatione relictum Ecclesiæ innotesceret, verum et rem suam ita in nomine pauperum relegasset, ne aliquid remedii ex hoc ecclesiastico usus attingeret, ducti sumus tam rationis intuitu **468** quam paternarum sanctionum edicto ipsius testamenti seriem, etsi non usquequaque, in irritum rationabili temperamento deducere: scilicet ut quia tantorum dispendiorum damnis a memorato Ricchimirio episcopo factis res ecclesiastica dignoscitur subjacere, omnis res ejus, quam alligatam reliquit pauperum homini, tandiu Dumiensi Ecclesiæ plena deserviat facultate donec omne hoc damnum quod in utensilibus domus sustinuit valeat evidentius reparari, ac tunc completa restitutione damni observetur sicut decreta est series testamenti. Libertos vero qui ex familiis Ecclesiæ facti sunt, seu res universa quæ in mancipiis aliisque corporibus vel illis vel suis hominibus collata esse dignoscitur, cuncta in discretionem venerabilis fratris nostri Fructuosi episcopi disponenda relinquimus, ut quia hæc evidens ordo Patrum in irritum devocat, illius temperamentum hoc ad misera-

tionem adducat, qualiter nec regulam paternam A
modus excedat, et miserationem severitas non ex-
stinguat, ut secundum meritum servientium et liber-
tatis præmia et rerum donaria vel subtrahat vel con-
cedat. Editum decretum sub die Kalendarum Decem-

brium, anno feliciter octavo regni gloriosi domini
nostri Reccesvinthi regis.

Eugenius indignus Toletanæ sedis Ecclesiæ me-
tropolitani episcopus et cæteri sacerdotes memo-
rati hoc iudicii nostri decretum scribimus.

LVI

CONCILIIUM TOLETANUM UNDECIMUM

DECIMUM ET SEPTEM EPISCOPORUM, HABITUM ANNO QUARTO REGNI GLORIOSI PRINCIPIS WAMBANIS,
SUB DIE SEPTIMO IDUUM NOVEMBERIUM, ERA DCCXXIII.

In nomine sanctæ Trinitatis collectis in unum
Carthaginis provinciæ sacerdotibus in Toletana urbe
in beatæ matris Domini Mariæ virginis sede, anno
quarto excellentissimi et religiosi Wambanis prin-
cipis, sub die septimo Idus Novembris, res votiva
gaudii et dies nimium optatæ gratulationis occurrit,
in quo nobis datum est conspiciere pariter et de-
dere quid lacrymarum de præteritis Domino debere-
mus. Erant enim lucusque prolapsæ sæculi
469—470 colluvione instabiles, quia annosa
series temporum subtracta luce conciliorum non
tam vitia auxerat quam matrem omnium errorum
ignorantiam otiosas mentibus ingerebat. Cerneba-
mus enim quomodo Babylonice confusionis ulla
succensa nunc tempora conciliorum averteret, nunc
sacerdotes Domini de resolutis moribus irretiret;
purpuratæ enim meretricis sequebantur invitamenta,
quia ecclesiastici conventus non aderat disciplina,
nec erat qui errantium corrigeret partes cum sermo
divinus haberetur extorris, et quia non erat adunan-
dorum pontificum ulla præceptio, crescebat in ma-
jus vita deterior. Cum tandem divina nos clementia
ex alto respiciens et tempori ætatis nostræ se occur-
suram præbuit et salutem, præparans nostris sæculis
religiosi principis mentem devotam pariter et in-
structam, cujus servidæ sollicitudinis voto et in-
conciliorum renovata resplenduit et alterna charitas
se mutuo in corrigendis vel instruendis moribus
excitavit, dum et aggregandi nobis hortatu principis
religiosi facultas est data et opportuna corrigendis
præparata est disciplina, ut qui decursis longe ante
temporibus post decem et octo scilicet labentium
annorum excursus in unum meruimus aggregari
conventum, mederi possemus speciali gratia sani-
tatum. Neque enim numerus iste alienus est a
salute: sic quippe mulier illa in Evangelio tersenis
annorum excursibus curva, quæ figuram totius gene-
ris humani gestabat, sub sacramento hujus numeri
saluti pristinae a Salvatore donatur. Nos igitur per
tot annos curvo nostri ordinis persistente statu in
eo quod nulla nos conciliorum definitio jungeret,
nullus etiam conventus ecclesiastici ordinis aduna-
ret, tandem divinæ voluntatis imperio et religiosi
principis jussu evocati in Toletanam urbem conveni-
mus. Qui cum in ecclesia beatæ virginis Mariæ
debitis in sedibus locaremur, inter cætera quæ
subterius discreto capitulorum ordinæ sunt digesta

non aliunde primum cœpimus habere sermonem
quam de nostræ fidei puritate, ut quia initiandæ
ad beatam vitam hominibus hæc prima semper
est via salutis, prævia quoque nostris fieret et
institutis pariter et præceptis. Unde de sacro hujus
instructionis arcano sanctorum patrum Nicæni scilicet
et Constantinopolitani, Ephesini atque Chalcedo-
nensis conciliorum monita amplectentes per quæ
et radicibus hæreticorum falsa concinnabula [*Fortè*,
conciabula] destruuntur et fidei catholicæ limpor
evidens declaratur, aut communi alternoque ani-
morum iudicio definitivimus ut hanc ipsam nostræ
fidei regulam verbis simplicibus niteremur alter-
natim nobis singulariterque referre: ita ut quid-
quid per triduum de hujusmodi quæstionibus uni-
cuique nostrorum lectionis memoria ministrasset,
prout animis vel memoriæ occurrisset, omni so-
brietatis compendio simplici notaretur stilo, relatio
tamen ipsius sacramenti pura et evidens a capite
primum inciperet, et sic ad membra reliqua perve-
niret, nullas obscuritatis in se lineas habens, nullas
etiam inusitatæ locutionis regulas continens, sed
puritas sola esset clara sermonum, quæ posset
evidentiam exprimere sensuum, quo exercitationes
nos ad intelligendum redderet verborum simplex
collatio, quam relata condensæ lectionis instru-
ctio; quia et re vera tantæ rei mysterium ita sa-
cerdotes Dei convenit nosse, ut non superficio
verborum efferantur incogniti, sed sensibus sane
intelligentiæ reperiantur instructi, ut in disserendo
præcipue hujus sanctæ Trinitatis arcano plus evi-
dentia quam eloquentia eos efficiat saporatos. Sic
enim et divini muneris dono est actum, ut juxta vo-
tum definitionis alteræ promissio monstraretur in
eper: unde quod primo die præsentis metropoli-
tani lingua profudit, die tertia omnium nostrorum
vox singillatim collative repetiit. Iste ergo est tenor
fidei nostræ qui et a capite copiose profudit et a
membris prolatus gloriose emicuit:

Constemur et credimus sanctam atque ineffabilem
Trinitatem Patrem et Filium et Spiritum sanctum
unum Deum naturaliter esse unius substantiæ, unius
naturæ, unius quoque majestatis atque virtutis; et
Patrem quidem non genitum, non creatum, sed
ingenitum profitemur; ipse enim a nullo originem
ducit, ex quo et Filius nativitatem et Spiritus sanctus
processionem accepit; fons ergo ipse et origo ea

totius divinitatis : ipse quoque Pater est essentialis suæ, qui de ineffabili substantia Filium ineffabiliter genuit, nec tamen aliud quam quod ipse est genuit, Deus Deum, lux lucem; ab ipso ergo est omnis paternitas in cœlo et in terra. Filium quoque de substantia Patris sine initio ante sæcula natum [Æ., T. 2, genitum], nec tamen factum esse fateamur, quia nec Pater sine Filio, nec Filius aliquando existit sine Patre; et tamen non sicut Filius de Patre, ita Pater de Filio, quia non Pater a Filio sed Filius a Patre generationem accepit; Filius ergo Deus de Patre, Pater autem Deus sed non de Filio, Pater quidem Filii, non Deus de Filio; ille autem Filius Patris et Deus de Patre, æqualis tamen per omnia Filius Deo Patri, quia nec nasci cœpit aliquando nec desinit; hic etiam unius cum Patre substantiæ creditur, propter quod et homousion Patri dicitur, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ; homo enim Græcè unum, ousia vero substantia dicitur, quod utrumque conjunctum sonat una substantia; neque enim de nihilo neque de aliqua alia substantia, sed de Patris utero, id 471 est, de substantia ejus idem Filius genitus vel natus esse credendus est: sempiternus ergo Pater, sempiternus et Filius; quod si semper Pater fuit semper habuit Filium cui Pater esset: et ob hoc Filium de Patre natum sine initio confitemur, nec enim eundem Filium Dei pro eo quod de Patre sit genitus disiectæ naturæ particulam nominamus; sed perfectum Patrem, perfectum Filium sine diminutione, sine dissectione genuisse asserimus, quia solius divinitatis est inæqualem Filium non habere; hic etiam Filius Dei natura est Filius, non adoptio, quem Deus Pater nec voluntate nec necessitate genuisse credendus est, quia nec ulla in Deo necessitas capit nec voluntas sapientiam prævenit. Spiritum quoque sanctum, qui est tertia in Trinitate persona, unum atque æqualem cum Deo Patre et Filio credimus esse Deum unius substantiæ, unius quoque esse naturæ, non tamen genitum vel creatum sed ab utrisque procedentem amborum esse Spiritum; hic etiam Spiritus sanctus nec ingenuus nec genitus creditur, ne aut si ingenitum dixerimus duos patres dicamus, aut si genitum duos filios prædicare monstremur; qui tamen nec Patris tantum nec Filii tantum sed simul Patris et Filii Spiritus dicitur, nec enim de Patre procedit in Filium vel de Filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul ab utrisque processisse monstratur, quia charitas sive sanctitas amborum esse agnoscitur: hic igitur Spiritus sanctus missus ab utrisque sicut Filius creditur, sed minor a Patre et Filio non habetur, sicut Filius propter assumptam carnem minorem se Patre et Spiritu sancto esse testatur. Hæc est sanctæ Trinitatis relata narratio, quæ non triplex sed Trinitas et dici et credi debet: nec recte dici potest ut in uno Deo sit Trinitas, sed unus Deus Trinitas: in relativis vero personarum nominibus Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Spi-

ritus sanctus ad utrosque refertur: quæ cum relative tres personæ dicantur, una tamen natura vel substantia creditur; nec sicut tres personas ita tres substantias prædicamus, sed unam substantiam, tres autem personas; quod enim Pater est non ad se sed ad Filium est, et quod Filius est non ad se sed ad Patrem est, similiter et Spiritus sanctus non ad se sed ad Patrem et Filium relative refertur in eo quod Spiritus Patris et Filii prædicatur. Item cum dicimus Deus non ad aliquid dicitur, sicut Pater ad Filium vel Filius ad Patrem vel Spiritus sanctus ad Patrem et Filium, sed ad se specialiter dicitur Deus, nam etsi de singulis personis interrogemur Deum necesse est fateamur. Deus ergo Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus singulariter dicitur, nec tamen tres Dii sed unus est Deus. Item et Pater omnipotens, et Filius omnipotens, et Spiritus sanctus omnipotens singulariter 472 dicitur, nec tamen tres omnipotentes sed unus omnipotens, sicut et unum lumen unumque principium prædicatur: singulariter ergo et unaquæque persona plenus Deus et totæ tres personæ unus Deus confitetur et creditur, una illis vel indivisa atque æqualis deitas, majestas sive potestas, nec minoratur in singulis nec augetur in tribus, quia nec minus aliquid habet, cum unaquæque persona Deus singulariter dicitur, nec amplius cum totæ tres personæ unus Deus enuntiat. Hæc ergo sancta Trinitas, quæ unus et verus est Deus, nec recedit a numero nec capitur numero: in relatione enim personarum numerus cernitur, in divinitatis vero substantia quid numeratum sit non comprehenditur: ergo hoc solum numerum insinuant quod ad invicem sunt, et in hoc numero carent quod ad se sunt, nam ita huic sanctæ Trinitati unum naturale convenit nomen, ut in tribus personis non possit esse plurale; ob hoc ergo credimus illud in sacris litteris dictum: *Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus, et sapientiæ ejus non est numerus.* Nec quia tres has personas esse diximus unum Deum, eundem esse Patrem quem Filium vel esse Filium eum qui est Pater, aut eum qui Spiritus sanctus est vel Patrem vel Filium dicere poterimus; non enim ipse est Pater qui Filius, nec Filius ipse qui Pater, nec Spiritus sanctus ipse qui est vel Pater vel Filius, cum tamen ipsum sit Pater quod Filius, ipsum Filius quod Pater, ipsum Pater et Filius quod Spiritus sanctus, id est natura unus Deus. Cum enim dicimus non ipsum esse Patrem quem Filium, ad personarum distinctionem refertur; cum autem dicimus ipsum esse Patrem quod Filium, ipsum Filium quod Patrem, ipsum Spiritum sanctum quod Patrem et Filium, ad naturam qua Deus est vel substantiam pertinere monstratur, quia substantia unum sunt; personas enim distinguimus, non deitatem separamus: trinitatem igitur in personarum distinctione agnoscimus, unitatem propter naturam vel substantiam profitemur. Tria ergo ista unum sunt, natura scilicet, non personæ: nec tamen tres istæ personæ separabiles æstimandæ sunt, cum nulla ante aliam,

nulla post aliam, nulla sine alia vel existisse vel quidpiam operasse aliquando credatur; inseparabiles enim inveniuntur et in eo quod sunt et in eo quod faciunt, quia inter generantem Patrem et generatum Filium vel procedentem Spiritum sanctum nullum fuisse credimus temporis intervallum, quo aut genitor genitum aliquando præcederet aut genitus genitori deesset aut procedens Spiritus Patri vel Filio posterior appareret: ob hoc ergo inseparabilis et inconfusa hæc Trinitas a nobis et prædicatur et creditur. Tres igitur personæ istæ dicuntur juxta quod **473** majores definiunt [T. 1, definiunt] ut agnoscantur non ut separantur; nam si attendamus illud quod Scriptura sancta dicit de sapientia: *Splendor est lucis æternæ*, sicut splendorem luci videmus inseparabiliter inhaerere, sic confitemur Filium a Patre separari non posse: tres ergo illas unius atque inseparabilis naturæ personas sicut non confundimus ita separabiles nullatenus prædicamus, quandoquidem ita nobis hoc dignata est ipsa Trinitas evidenter ostendere, ut etiam in his nominibus [*Æ., B. R., T. 2, omnibus*], quibus voluit singillatim personas agnoscere, unam sine altera non permittat intelligi; neque enim Pater absque Filio cognoscitur nec sine Patre Filius invenitur. Relatio quippe ipsa vocabuli personæ personas separari vetat, quas etiam dum non simul nominat simul insinuat; nemo autem audire potest unumquodque istorum nominum, in quo non intelligere cogatur et alterum. Cum igitur hæc tria sint unum, et unum tria, est tamen unicuique personæ manens sua proprietas: Pater enim æternitatem habet sine nativitate, Filius æternitatem cum nativitate, Spiritus vero sanctus processionem sine nativitate. De his tribus personis solam Filii personam pro liberatione humani generis hominem verum sine peccato de sancta et immaculata Maria virgine credimus assumpsisse, de qua novo ordine novaque nativitate est genitus: novo ordine, quia invisibilis divinitate visibilis monstratur in carne; nova autem nativitate est genitus, quia intacta virginitas et virilem coitum nescivit et secundata per Spiritum sanctum carnis materiam ministravit: qui partus virginis nec ratione colligitur nec exemplo monstratur: quod si ratione colligitur, non est mirabile; si exemplo, non erit singulare. Nec tamen Spiritus sanctus Pater esse credendus est Filii pro eo quod Maria eodem Spiritu sancto obumbrante concepit, ne duos Patres Filii videamur asserere, quod utique nefas est dici. In quo mirabili conceptu, ædificante sibi Sapientia domum, Verbum caro factum est et habitavit in nobis; nec tamen Verbum ipsum ita in carne conversum atque mutatum est, ut desisteret Deus esse qui homo esse voluisset, sed ita Verbum caro factum est, ut non tantum ibi sit Verbum Dei et hominis caro, sed etiam rationalis hominis anima, atque hoc totum et Deus dicatur propter Deum, et homo propter hominem: in quo Dei Filio duas credimus esse naturas, unam divinitatis, alteram humanitatis, quas ita in se una Christi persona univit ut nec divinitas ab humanitate nec humanitas

a divinitate possit aliquando seungi: unde perfectus Deus, perfectus et homo in unitate personæ unus est Christus. Nec tamen quia duas diximus in **474** Filio esse naturas, duas causabimus in eo esse personas, ne Trinitati, quod absit, accidere videatur quaternitas; Deus enim Verbum non accepit personam hominis sed naturam, et in æternam personam divinitatis temporalem accepit substantiam carnis. Item cum unius substantiæ credamus esse Patrem et Filium et Spiritum sanctum, non tamen dicimus ut hujus Trinitatis unitatem Maria virgo genuerit, sed tantummodo Filium, qui solus naturam nostram in unitate personæ suæ assumpsit. Incarnationem quoque hujus Filii Dei tota Trinitas operasse credenda est, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis: solus tamen Filius formam servi accepit in singularitate personæ non in unitate divinæ naturæ, in id quod est proprium Filii non quod commune Trinitati; quæ forma illi ad unitatem personæ coaptata est, id est ut Filius Dei et filius hominis unus sit Christus. Item idem Christus in his duabus naturis tribus exstat substantiis: Verbi, quod ad solius Dei essentiam referendum est; corporis et animæ, quod ad verum hominem pertinet. Habet igitur in se geminam substantiam, divinitatis suæ et humanitatis nostræ. Hic tamen per hoc quod de Deo Patre sine initio prodiiit natus tantum, neque factus, neque prædestinatus accipitur; per hoc tamen, quod de Maria virgine natus est et natus et factus et prædestinatus esse credendus est. Ambæ tamen in illo generationes mirabiles, quia et de Patre ante sæcula sine matre est genitus, et in fine sæculorum de Matre sine Patre est generatus. Qui tamen secundum quod Deus est creavit Mariam, secundum quod homo creatus est a Maria: ipse et pater Mariæ matris et filius. Item per hoc quod Deus est, et æqualis Patri, per hoc quod homo, minor est Patre: item et major et minor se ipso esse credendus est, in forma enim Dei etiam ipse Filius se ipso major est propter humanitatem assumptam, qua divinitas major est; in forma autem servi se ipso minor est, id est, humanitate, quæ minor divinitate accipitur; nam sicut per assumptam carnem non tantum a Patre sed et a se ipso minor accipitur, ita secundum divinitatem quæ æqualis est Patri et ipse et Pater major est homine quem sola Filii persona assumpsit. Item in eo quod quaeritur utrum posset Filius sic æqualis et minor esse Spiritu sancto, sicut Patri nunc æqualis nunc minor creditur esse, respondemus: secundum formam Dei æqualis est Patri et sancto Spiritui, secundum formam servi minor est et a Patre et ab Spiritu sancto; quia nec Spiritus sanctus nec Deus Pater, sed sola Filii persona suscepit carnem, per quam minor esse creditur illis personis duabus. Item hic Filius a Deo Patre et Spiritu **475** sancto inseparabiliter discretus creditur esse persona ab homine autem assumpta natura, item cum homine unus exstat persona, cum Patre vero et Spiritu sancto natura divinitatis sive substantia. Misus tamen Filius non solum a Patre, sed ab Spiritu

sancto missus esse credendus est in eo quod ipse per prophetam dicit : *Et nunc Dominus misit me et Spiritus ejus* : a se ipso quoque missus accipitur pro eo quod inseparabilis non solum voluntas, sed et operatio totius Trinitatis agnoscitur. Hic enim qui ante sæcula unigenitus est vocatus, temporaliter primogenitus factus est : unigenitus propter deitatis substantiam, primogenitus propter assumptæ carnis naturam, in qua suscepta hominis forma juxta evangelicam veritatem sine peccato conceptus, sine peccato mortuus creditur qui solus pro nobis peccatum est factus, id est sacrificium pro peccatis nostris, et tamen passionem ipsam salva divinitate sua pro delictis nostris sustinuit, mortique adjudicatus et cruci veram carnis mortem excepit, tertio quoque die virtute propria suscitatus a sepulchro surrexit. Hoc ergo exemplo capitis nostri confitemur veram fieri resurrectionem carnis omnium mortuorum nec in aërea vel qualibet alia carne, ut quidam delirant, resurrecturos nos credimus, sed in ista qua vivimus, consistimus, et moveamur. Peracto hujus sanctæ resurrectionis exemplo, idem Dominus noster atque Salvator paternam ascendendo sedem repetiit de qua nunquam per divinitatem discessit; illic ad dexteram Patris sedens expectatur in fine sæculorum iudex omnium vivorum et mortuorum, inde cum sanctis omnibus veniet ad faciendum iudicium reddere unicuique mercedis propriæ debitum, prout quisque gesserit in corpore positus sive bonum sive malum. Ecclesiam sane catholicam pretio sui sanguinis comparatam cum eo credimus in perpetuum regnaturam, in ira cujus gremium consituti unum baptismum credimus et confitemur in remissionem omnium peccatorum; sub qua fide et resurrectionem mortuorum veraciter credimus et futuri sæculi gaudia spectamus. Hoc tantum orandum nobis est et petendum, ut cum peracto finitoque iudicio tradiderit Filius regnum Deo Patri, participes nos efficiat regni sui, ut per hanc fidem qua illi inhæsimus cum illo sine fine regnemus.

Hæc est confessionis nostræ fides exposita, per quam omnium hæreticorum dogmata perimitur, per quam fidelium corda mundantur, per quam etiam ad Deum gloriose acceditur, cujus sacrosanctum saporis sub triduo dierum jejuniis continua relationum collatione ructantes ad ea quæ subnixæ sunt sequenti die decernenda transivimus.

476 I. De ^b concilii damnatione derisorum vel obstrepentium.

In loco benedictionis consedentes Domini sacerdotes nullis debent aut indiscretis vocibus præstrepere aut quibuslibet tumultibus proturbari, nullis etiam vanis fabulis vel risibus agi, et, quod est deterius, obstinatis concertationibus tumultuosas voces effundere. Si quis enim, ut Apostolus ait, putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio : cultum enim suum iustitia perdit, quando silentia iudicii obstrepentiam

^a Ab his verbis : *Hoc ergo exemplo*, deest folium in E. 3.

turba confundit, dicente propheta : *Erit cultus justitiæ silentium*. Debet ergo quidquid aut consedentium collationibus agitur aut accusantium parte proponitur sic mitissima verborum relatione proferri, ut nec contentiosis vocibus audientiam turbent, nec iudicantium vigorem de tumultu enervent. Quicumque ergo in conventu concilii hæc quæ præmissa sunt violanda crediderit et contra hæc interdicta aut tumultu aut contumeliis vel risibus concilium perturbaverit, juxta divinæ legis edictum quo præcipitur : *Ejice derisorem et esurit cum eo jurgium*; et cum omni confusionis dedecore abstractus, a communi coetu secedat et trium dierum excommunicationis sententiam perferat.

II. Non debere metropolitanam a consinitimorum instructione cessare.

Quantum quis præcelsi culminis obtinet locum, tantum necesse est præcedat cæteros gratia meritum, ut in eo quod præsidet singulis singulariter ornetur eminentia sanctitatis, habens semper et in ore gladium veritatis et in opere efficientiam luminis, ut juxta Paulum potens sit exhortari in doctrina sana et contradicentes revincere. Nos proinde nostri ordinis gradum vel suscepti regiminis modum magnopere cogitare debemus, ut qui officium prædicationis suscepimus nullis curis a divina lectione privemur. Nam quorundam mentes pontificum ita torporis otio a lectionis gratia secluduntur, ut quid doctrinæ subditis exhibeat gregibus non inveniat præco mutus. Insistendum ergo semper erit majoribus, ut quos sub regiminis sui cura tænentur fame Dei verbi perire non sinant. Sic metropolitanis in consinitimos cæterosque ecclesiasticis ordinibus quæditos, sic consinitimis in commisso sive religiosorum numero vigilandum est, qualiter nescientia talium divinæ legis traditionibus imbuatur, ita ut fudesinente sollicitudine prælatus quisque subditos quærens aut profectum eorum lætabundus agnoscat, aut nescientiam sine arrogantia instruat. Placuit ergo de talibus juxta instituta Toletani concilii hoc specialiter definire, ut aut sponte sumant intentionem necessariam perdiscendi, aut a majoribus ad lectionis exercitia cogantur invitari.

III. Ut in una provincia diversitas officiorum non teneatur.

De his qui contra Apostoli voluntatem circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic sancto concilio ut metropolitanæ sedis auctoritate coacti uniuscujusque provinciæ pontifices rectoresque ecclesiarum unum eundemque in psallendo teneant modum, quem in metropolitana sede cognoverint institutum, nec aliqua diversitate cujusque ordinis vel officii a metropolitana se patiantur sede disjungi. Sic enim justum est ut inde unusquisque sumat regulas magisterii unde honoris consecrationem accepit, ut juxta majorum decreta sedes quæ unicuique sacerdotalis mater est dignitatis sit et ecclesiasticæ magistræ rationis. Abbatibus sane indeltis officiis, quæ juxta voluntatem sui episcopi regulariter illis implen-

^a In reliquis, præter A. et E. 3, *Ne tumultu concilium agitur*.

da sunt, cætera officia publica, id est vesperam, A
matutinum sive missam aliter quam in principali
Ecclesia celebrare non liceat. Quisquis autem horum
decretorum violator exstiterit, sex mensibus com-
munionis privatus apud metropolitanum sub pœni-
tentia censura permanens corrigendus, qualiter apud
illam et præteritæ transgressionis culpam lacrymis
dilatet, et necessariam officiorum doctrinam studiose
addiscat. Sub ista ergo regula disciplina non solum
metropolitanus totius suæ provinciae pontifex vel
sacerdotes astringat, sed etiam cæteri episcopi sub-
jectos sibi ecclesiarum rectores his obtemperare
institutionibus cogant.

IV. De discordia sacerdotum.

Sicut omnis qui diligit fratrem suum ex Deo, ita B
omnis qui odit proximum ex diabolo est: dilectione
enim sola discernitur quis ex quo genitus approbe-
tur, dicente Joanne: *In hoc manifesti sunt filii Dei
et filii diaboli; omnis qui non facit justitiam non est
de Deo, non diligit fratrem suum, quoniam hæc est
annuntiatio quam audistis ab initio ut diligamus alter-
utrum: et post paululum: Omnis qui odit fratrem
suum homicida est; et scitis quoniam omnis homicida
non habet vitam æternam in se manentem.* Ecce homi-
cida esse probabiliter declaratur qui a fraterna so-
cietate dividitur; nam etsi manus non moveat ad
occidendum, pro eo tamen quia immitis est ad igno-
scendum jam a Deo homicida tenetur: vivit ille, et
iste jam interfector esse 478 convincitur. Cum
igitur his præceptis beatus apostolus Paulus consona C
prædicatione concordet dicens: *Non occidat sol
super iracundiam vestram, et nolite locum dare diabolo;*
relatæ sunt nobis quorundam sacerdotum personæ
in tantam obstinationis effervuisse discordiam, ut
non solum illos ab ira occasus solis non revocet, sed
ne annosa quidem transactio temporum ad bonum
charitatis reclinet, quippe in quorum cordibus ita
sol justitiæ Christus occubuit ut ad lumen charitatis
redire vix possint. Horum igitur et similium discor-
dantium fratrum oblationes juxta antiqui canonis de-
finitionem nullo modo recipiendas esse censuimus:
de personis tamen discordantium id speciali defini-
tione præcipimus, ut antequam eos reconciliatio vera
innectat, nullus eorum accedere ad altare Domini
audeat vel gratiam communionis sanctæ percipiat, D
sed geminato tempore per pœnitentiam compensa-
bunt quo discordiæ servierunt. Quod si unus eorum
alio contemne ad satisfactionem charitatis cur-
rerit, ex eo tempore ut pacificus intra ecclesiam re-
cipiatur a quo ad concordiam festinasse convin-
citur, sententia tamen superiori servata, ut tempus
quod quisque in iram expendit geminatum in pœni-
tentia satisfactione persolvat.

V. De compescendis excessibus sacerdotum.

Nullis vita præsulum perturbari debet excessibus
motionum, quia valde indignum est ut qui thronus
b Dei vocantur levi motione turbentur, et qui debent

a *Æ.*, B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., *recipitur.*

esse arca justitiæ ipsi efficiantur seminarium litis
atque rapinæ. Quando ergo hujusmodi juxta Apo-
stolum irreprehensibiles erunt, qui non solum re-
prehensibilia faciunt, sed mortifera potius et exse-
cranda committunt? Relati enim nobis sunt quidam
ex sacerdotibus, quod omni gravitate sacerdotalis
ordinis prætermissa audientiam judicii furore præ-
veniant, et excessu solius inhonestæ motionis adire
pro quibus eos oportuerat æquitatis judicia sustine-
re. Dum enim de honoris sibi culmine blandiuntur
patientiam habere fugiunt, et qui inconcussa de-
buerant veritatis conservare statum, subito religio-
nis mutant propositum et præcipiti furore judicium
antecedunt, sicque in quo decuerat eos judicii sus-
tinere conventum prævariatione agunt, unde præsum-
ptionibus contumantur. Qui tamen aut damno pariter
et excommunicatione plectendi sunt, aut omnis com-
positionibus rerum sola satisfactione pœnitentiæ cura-
buntur: illi enim qui rei propriæ facultate suffulti
sunt, aut qui rem suam jam antea in nomine eccle-
siæ cui præsumunt transfudisse [*Æ.*, T. 2, transtulisse]
noscuntur, si aut per se aut per subditos seu 479
per quemlibet aliena diripiunt vel præsumptionis
seu cædis quidquam agunt tam in rebus fisci-
libus quam etiam in quorumlibet dominio consti-
tutis, et prævasa vel præsumpta de rebus pro-
priis juxta leges excellentissimi principis sarciant,
et pro excessu religioni contrario, quo inhonesti
ante judicium paruerunt duarum hebdomadarum
excommunicatione plectendi sunt. Illi autem qui et
hujusmodi excessibus serviunt et nihil proprietatis
habere videntur magna discretionis arte medendi
sunt, quo necausus illicitos ecclesiarum facultatibus
redimant, nec ipsi penitus extorres a pœna peris-
tant: nec enim justum est ut pro pravis actibus sa-
cerdotum ecclesiæ quibus præminent sustineant
damnum, ut pro excessibus talium satisfactio ab ec-
clesiis exigatur, cum Ecclesia cultores suos non ad
litem, sed ad honestatem informet. De talibus ergo
placuit definire, qui nul is habitis rebus propriis aut
in quocunque pervasores exstiterint aut quibuslibet
personis cædes vel quodcumque præsumptionis intul-
erint, nulla eos incurvatione status sui servitati
hominum debere addici, sed juxta quod præsumptio-
sus quisquis ille exstiterit, ita et pœnitentiæ legibus
subjacebit; id est si in decem solidorum summam
præsumptor esse convincitur, viginti dierum pœni-
tentiæ satisfactione purgetur, ita ut sive minoris sive
majoris summæ excessum peregerit, similiter ge-
minata hoc semper satisfactione pœnitentiæ recom-
pense. Servos tamen ecclesiarum qui hujusmodi
excessus operasse noscuntur ad leges sæculares au-
diendos remittimus. Et hæc quidem de generali ex-
cessu dicta sufficiant. Cæterum specialitatis ordinem
persequentes, si quis episcoporum magistis cujus-
quam uxorem, filiam, neptem seu quolibet illi gradu
altero pertinentem quacunque fraude vel sublimitate
adulterina pollutione lædaverit, et honoris proprii

b In reliquis, præter A., *throni.*

gradum amittat et sub exsilii relegatione perpetuam excommunicationis sententiam perferat, qui tamen circa finem vitæ communio. nis remedio adjuvandus est. Hanc sane et illi sententiam merebuntur qui aut volentes homicidium fecerint aut primatibus palatii generosisque personis seu nobilioribus quibusque mulieribus vel puellis illud aut per eadem aut per quamcumque irrogatam injuriam visi fuerint intulisse; unde eos juxta legum sæcularium instituta aut talionem recipere, aut traditionem de eis fieri vel proscriptioem oporteat.

VI. *Non licet sacerdotibus qualibet in ecclesiæ familiis truncationes membrorum facere, nec aliquid quod morte plectendum est judicare.*

His a quibus Domini sacramenta tractanda sunt judicium sanguinis agitare non licet. 480 Ideo magnopere talium excessibus prohibendum est, ne indiscretæ præsumptionis motibus agitati aut quod morte plectendum est sententia propria judicare præsumant, aut truncationes qualibet membrorum in quibuslibet personis aut per se inferant aut inferenda præcipiant. Quod si quisquam horum immemor præceptorum aut in ecclesiæ suæ familiis aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, et concessi ordinis honore privatus et loco sub perpetuo damnationis teneatur religatus ergastulo, cui tamen communio exenti ex hac vita non neganda est propter Domini misericordiam, qui non vult peccatoris mortem, sed ut convertatur et vivat.

VII. *Quæ debeat discretio ecclesiarum rectoribus esse, ne per inconditam disciplinam subeant homicidii notam.*

Cum juxta antiquæ institutionis edictum plus erga corrigendos agere debeat benevolentia quam severitas, plus cohortatio quam commotio, plus charitas quam potestas, relatum nobis est quod quidam ex fratribus plus livore odii quam correctionis studio subditos insequentes, dum se simulant spirituales eis adhibere correctionem, indiscretam subito afferant mortem, cum inauditos a se projiciunt et occultis eos judiciis sub poenitentia puniunt. Non ergo de cætero perversis voluntatibus sit liberum simulare quod fingunt, sed quotiescunque quilibet ex subditis corrigendus est aut publica a sacerdote debet disciplina curari, aut si aliter rectoribus placet dæorum vel trium fratrum spiritualium testimonio peculiariter adhibito et modus criminis agnoscat et modus poenitentiae irrogetur; ita tamen ut si exsilio vel retrusione dignum eum esse qui deliquit judicium peculiare decreverit, modus poenitentiae quem coram tribus fratribus sacerdos transgressorum iudixerit, speciali debeat ejus qui sententiam protulit manus propriæ subscriptione notari, sicut fiet ut nec transgressores sine testimonio exilia vitæ suæ incurrant, nec rectores accusatos se de quorumlibet interemptionibus erubescant.

VIII. *Ne quidquam præmii pro divinis sacramentis accipiatur.*

Quidquid invisibilis gratiæ collatione tribuitur, nunquam quaestu vel quibuslibet præmiis venditari

penitus non debetur, dicente Domino: *Quod gratiæ accepistis, gratis date.* Et ideo quicumque deinceps in ecclesiastico ordine constitutus aut pro baptizandis consignandisque fidelibus aut pro collatione christians vel promotionibus graduum præmia quælibet vel pretia voluntarie oblata pro hujusmodi ambitione susceperit, equidem si, sciente loci episcopo, tale quidquam 481 a subditis perpetratur, idem episcopus duobus mensibus excommunicationi subjaceat, pro eo quia et scita mala contextit, et correctionem necessariam non adhibuit; sin autem suorum quispian eodem nesciente quodcumque pro supradictis capitulis accipiendum sibi esse crediderit: si presbyter est, trium mensium excommunicatione plectatur, si diaconus quatuor; subdiaconus vero vel clericus his cupiditatibus serviens et competenti verberet et debita excommunicatione plectendus est.

IX. *Quid custodiri debeat ne per præmium quis episcopus fiat, vel qua sententia feratur qui post honorem acceptum per præmium ordinatus fuisse delegitur.*

Multæ super hoc capitulum Patrum sententiæ manaverunt, scilicet ne inappretiablem sancti Spiritus gratiam donis vel muneribus quis æstimet comparandam. Sed, quod non sine gravi dolore dicendum est, quanto hæc res frequenti decretorum est præceptione prohibita, tanto novis fraudibus cognoscitur iterata, dum hi qui tali pretio mercari nituntur gratiam Spiritus sancti aut ordinationis suæ tempora præveniunt munere, aut post acceptum honorem promissum aliis conferunt apparitoribus turpis lucri mercedem. Et ideo ut horum et similium argumentorum deinceps amputetur occasio, hoc sancta synodus definivit, ut cum quisque pontificale culmen ante Domini altare percepturus accesserit, sacramenti se taxatione adstringat, quod pro conferenda sibi consecratione honoris nulli personæ cujuslibet præmii collationem vel jam dedisset vel aliquando ad futurum dare procurat, sicut aut mundus ab hoc contagio prælationis consecrationem accipiat, aut implicitus huic sceleri manifeste denotatus coram Ecclesia ad honorem quem mercari voluit non accedat. Illos tamen quos deinceps post prælationem per præmium ordinatos fuisse patuerit sub definitis poenitentiae legibus ut vere simoniacos ab Ecclesia separandos esse censemus, id est ut duorum annorum spatio exsilio relegati et digna satisfactionis vel excommunicationis sententia coerciti honoris gradum, quem præmiis emerant, lacrymis conquirere et reparare intendant: unde si digna eos satisfactio poenitentiae commendaverit, peracto iudicæ poenitentiae tempore non tantum communioni, sed et loco et totius ordinis officiis, a quibus separati fuerant, restaurandi sunt.

X. *Ut omnes pontifices rectoresque ecclesiarum tempore quo ordinandi sunt sub cautione promittant quam justissime vivere debeant.*

Quaquam omnis qui sacris mancipatur 482 ordinibus canonicis regulis teneatur adstrictus, expedibile tamen est ut promissionis suæ vota sub cautione spondeant quos ad promotionis grades eccle-

siastica provehit disciplina; solet enim plus timeri quod singulariter pollicetur quam quod generali in-
 nexione concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio, ut unusquisque qui ad ecclesiasticos gradus est accessurus non ante honoris consecrationem accipiat, quam placiti sui innodatione [E. 4, T. 1, in-
 notatione] promittat, ut fidem catholicam sincera cordis devotione custodiens juste et pie vivere debeat, et ut in nullis operibus suis canonicis regulis contradicat, atque ut debitum per omnia honorem atque obsequii reverentiam præeminenti sibi unicuique dependat juxta illud beati papæ Leonis edictum: Qui scit se quibusdam esse præpositum non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam quam exigit etiam ipse dependat. Pœna tamen juxta ecclesiasticæ consuetudinis morem et placitis talium inserenda et ab hiis qui transgressores fuerint persolvenda est.

XI. *De lucidatione antiqui canonis quo præcipitur ut si quis acceptam a sacerdote eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur.*

Cum nihil in divino canone debeat esse confutum, nihil dubium, nihil etiam indiscretum, in collationem nostri cœtus relatus est canon Toletani concilii primi in quo præceptum est, ut si quis acceptam a sacerdote eucharistiam non sumpserit, ut sacrilegus propellatur; nec adjecta est ibi discretio voluntatum, cum et infidelis hæc talia infideliter agat, et fidelis fidenter accipiat quod naturalis illum necessitas deglutire non sinat. Solet enim humanæ naturæ infirmitas in ipso mortis exitu prægravata tanto siccitatis pondere deprimi, ut nullis ciborum illationibus refici sed vix tantumdem illati delectetur poculi gratia sustentari: quod etiam in multorum exitu vidimus, qui optatum suis votis sacræ communionis expectantes viaticum collatam sibi a sacerdote eucharistiam rejecerunt, non quod infidelitate hoc agerent, sed quod præter Dominici calicis haustum traditam sibi non possint eucharistiam deglutire: non ergo hujus modi a corpore Ecclesiæ separandi sunt qui talia non infidelitate sed necessitate fecerunt, præsertim hi de quibus nihil fidei sinistra sentitur. Placuit ergo definire quod nec fidei officiat nec infideli inultum existat: quicumque ergo fidelis inevitabili qualibet infirmitate coactus eucharistiam perceptam rejecerit, in nullo ecclesiasticæ damnationi subjaceat; similiter nec illos cujusquam punitionis censura redarguet, qui talia aut tempore infantiæ faciunt 483 aut in qualibet mentis alienatione positi quid fecerint ignorare videntur. Jam vero quicumque aut de fidelium aut de infidelium numero corpus Domini absque inevitabili, ut dictum est, infirmitate projecit, si fidelis est, perpetua communione privetur, si infidelis, et verberibus subdatur et perpetuo exilio relegatur. Quod si horum quilibet hujusmodi excessus digna pœnitentiæ satisfactione deserverit, post quinquennium licitum erit illum communioni pristinae reformare.

XII. *Ne in confinio mortis pœnitens a reconciliatione distine suspendatur, et ut oblatio ejus qui pœnitens, nec tamen reconciliatus de hac vita exierit, ab Ecclesia receptetur.*

Qui pœnitentiam in mortis agit periculo non distine a reconciliationis gratia differendus est, sed si pro certo mortis urget periculum, pœnitentia per manus impositionem accepta statim et reconciliatio adhibenda est, ne prius ab humanis rebus æger abscedat quam donum reconciliationis percipiat, sicque superstitionibus quodammodo doloris videatur case perpetui, si præcisum [Æ., præcisum] ab Ecclesiæ membris eum, qui utique reconciliari non meruit, raptim a præsentis vita mors maturata subduxerit. Unde juxta papæ Leonis edictum hiis, qui in tempore necessitatis et in periculi urgentis instantia præsidium pœnitentiæ et mox reconciliat[i]onis implorant, nec satisfactio interdicenda est nec reconciliatio deneganda, quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere nec tempora definire. De his autem qui accepta pœnitentia antequam reconciliantur ab hac vita recesserint, quanquam diversitas præceptorum de hoc capitulo habeatur, illorum tamen nos sententiam placuit sequi, qui multiplices numero de hujusmodi humanius decreverunt, ut et memoria talium in ecclesiis commendetur et oblatio pro eorum dedicata spiritibus accipiatur.

XIII. *De sacerdotibus qui vexantes cadere videntur.*

Bene siquidem majorum regulis definitum est, ut dæmoniis aliisque similibus passionibus irretitis ministeria sacra tractare non liceat: cui præcepto consensu rationis adhibito id communiter definivimus, ut nullus de his qui aut in terram arrepti a dæmonibus eliduntur aut quolibet modo vexationis incurribus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altariis vel indiscusso se divinis ingerant sacramentis, exceptis illis qui variis corporum incommoditatibus dediti sine hujusmodi passionibus in terram approbantur elisi, 484 qui tamen et ipsi tandiu erunt ab officii sui ordine et loco suspensi quousque unius anni spatio per discretionem episcopi inveniantur ab incurso dæmonum alieni.

XIV. *Ut hi qui Domino canunt atque sacrificant post se semper habeant adjutoria constituta.*

Ut illud divini oraculi momentis singulis præcaventes quo scribitur: *Væ soli, quia cum ceciderit non habet sublevantem*, summopere curandum est nobis et cavendum, ne horis illis atque temporibus quibus Domino psallitur vel sacrificatur ulcuique divinis singulariter officiis instanti perniciosa passio vel corporis quælibet valetudo occurrat, quæ aut corpus subito subruat faciat aut mentem alienatione vel terrore confundat. Pro hujusmodi duximus instituere, ut ubi temporis vel loci sive cleri copia suffragatur habeat semper quisquis ille canens Deo atque sacrificans post se vicini solaminis adiutorem, ut si aliquo casu ille qui officia impleturus accedit turbatus fuerit vel

ad terram elisus, a tergo semper habeat qui ejus A vicem exsequatur intrepidus.

XV. *De institutione certi temporis quo concilium agitur.*

Peractis omnibus quæ ad correctionem nostri ordinis in hoc concilio promulgata sunt, placuit definire, ut paternis institutionibus obsequentes omni anno ad peragendam celebritatem concilii in metropolitana sede, tempore quo principis vel metropolitani electio defuerit, devotis semper animorum studiis confluamus, nec quibuslibet requisitis occasionibus absentemur, sed in præfata die quo indictum fuerit adunatis in metropolitana sede omnibus provinciæ pontificibus, concilium Deo præsule celebretur. Quisquis autem episcoporum excepta inevitabili causa vel necessitate de peragendo se concilio absentaverit unius anni excommunicatione plectendus est. Quod si deinceps absque celebratione concilii anni unius meta transierit, omnes in commune pontifices Carthaginis provinciæ superioris censuræ sententia obnoxios retinebit, id est si nulla sibi impediende principis potestate solius propriæ voluntatis libitu sese ad celebrandum concilium non collegerint.

XVI. *De relatione gratiarum pro consummatione concilii.*

His igitur constitutionibus nostris quæ necessario decernendas credimus finalem manus 485 nostræ subscriptionem adjecimus, immortalī Deo nostro et Domino gloriam et honorem reddentes, qui nos de conventu alternæ visionis lætos effecit, qui os nostrum in confessione laudis suæ aperuit, qui etiam decreta hujus nostri concilii honesto fine complevit. Post hæc religioso domino et amabili principi nostro Wambani regi gratiarum actiones persolvimus, cujus ordinatione collecti, cujus etiam studio aggregati sumus; qui ecclesiasticæ disciplinæ his nostris sæculis novus reparator occurrens omissos conciliorum ordines non solum restaurare intendit, sed etiam annuis recursibus celebrandos instituit, ut ad alternam morum correctionem annuo tempore alacriter concurrentes, juxta prophetæ vaticinium, quod in nobis defractum est alligetur, et quod abjectum est reducat. Det ergo eidem principi Dominus pro hujus sacræ sollicitudinis voto et cursum præsentis vitæ in pace transigere, et post diutina tempora ad se in pace remissis iniquitatibus pervenire, qualiter et hic felicia tempora ducat et felix cum omnibus quibus principatur ad Christum sine confusione perveniat, ut quia per eum corona nostri ordinis in melius restauratur, coronam futuri regni capiat ex hoc in regione vivorum regnans cum Christo in sæcula sæculorum. Amen.

Pontifices.

Ego Quiricus urbis ^a regis metropolitanus episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

^a *Æ.*, T. 2, *urbis regis ecclesiæ sanctæ Mariæ*

^b Annotatum suscriptio desumpta est ex B. R., E. 1, T. 1, U., G., deest in reliquis.

^c Vicariorum subscriptiones depromptæ sunt ex

Ego Athanasius Setabitanæ Ecclesiæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Argemundus Oretanæ Ecclesiæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Joannes Bigastrensis Ecclesiæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Godiscalus Oxomensis Ecclesiæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Leander Ecclesiæ Ilicitanæ, qui et Elotanae episcopus, hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Palmacius Urcitanæ Ecclesiæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Concordius Palentinæ Ecclesiæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Ætherius Vastitanæ Ecclesiæ episcopus 486 hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Atisclus Complutensis Ecclesiæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Felix Dianiensis Ecclesiæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Riccila Accitanæ Ecclesiæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Rugatus Viatiensis Ecclesiæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Suintericus Ecclesiæ Valentianæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Memorius Segobricensis Ecclesiæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Egica Segontiensis Ecclesiæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Gaudentius Valerianensis Ecclesiæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Abbatibus b.

Julianus indignus abbas hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Involatus [U., G., Inviolatus] Dei nutu abbas similiter.

Annita Deo miserante abbas similiter.

Vicarii episcoporum c.

Liberatus diaconus, agens vicem domini mei Sinduiti Ecclesiæ Segobriensis episcopi, hæc gesta consentiens subscripsi.

Egila diaconus, agens vicem domini mei Munuli Ecclesiæ Carthaginensis episcopi, hæc gesta consentiens subscripsi.

Julianus ^d ecclesiæ monasterii sancti Michaelis abbas hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Valderedus ecclesiæ monasterii sanctæ Leocadiæ abbas hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Gratinidus ecclesiæ monasterii sanctorum Cosmæ et Damiani abbas hæc gesta synodalia a nobis edita subscripsi.

Absalio ecclesiæ monasterii sanctæ Crucis abbas hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Æ., T. 1, 2, cum desint in cæteris.

^d Hic et sequentes qui subscribunt ad abbates pertinent; hoc tamen loco scripti sunt, quia isto ordine in Codicibus reperiuntur.

Florentius ecclesiae monasterii sanctae Eulaliae A Gudila Ecclesiae Toletanae archidiaconus hae gesta
libras hae gesta synodica a nobis definita subscripsi. synodica a nobis definita subscripsi.

LVII

CONCILIUM TOLETANUM DUODECIMUM.

CELEBRATUM SUB DIE QUINTO IDUUM JANUARIARUM, ERA DCCXIX, ANNO PRIMO ORTHODOXI
ATQUE SERENISSIMI DOMINI NOSTRI ERVIGII REGIS.

467-488 Cum ex glorioso praedicti principis jussu in unum fuisset aggregati conventum et in basilica sanctorum Apostolorum debitis in sedibus locaremur, adfuit coram nobis idem clarissimus princeps humilitatis gratia plenus et claro pietatis cultu conspicuus, qui nostro se coetu reclinem exhibens ac devotum in primis omnium sacerdotum se committit precibus adjuvandum; deinde grates multiplices omnipotenti Domino agit de conventu totius concilii, quia et gloriosae jussionis suae ut in omnium adessent impleverint votum et alterae visionis innovatione se refecerint gaudiorum; deinde adjiciens sic omne est concilium allocutus: Non dubium, sanctissimi Patres, quod optima conciliorum adjutoria ruenti mundo adveniant, si officiosis quae corrigenda sunt studiis peragantur, et ideo quibus finalis terra prematur quibusque plagis proventu miserum succedentium feriat, paternitati vestrae non reor esse incognitum. Obinde quia certum apud nos gerimus quod pro contemptu divinorum praecipitorum terra perniciem sustineat pressurarum, dicente Domino per prophetam: *Propter hoc tugebit terra et infirmabitur omnis qui habitat in ea*; ideo oportet ut quia ore Salvatoris nostri et Domini sal terrae esse probamini, per vos Salvationis obtineat lucrum per quos regenerationis percipit sacramentum, ut diligentia definitionis vestrae ab omni emundata contagio et ab infirmitatis peste sit libera et bonorum omnium sit preventibus gratiosa. Jam nunc quia quidquid me adhuc dicere opportuna ratio sinit, quidquid etiam narrandum vestris auribus convenit, aut memoriae curarum intercedo subducit, aut fastidium prolixae orationis intercipit, ecce in brevi complexa vel exarata devotionis meae negotia in hujus tomi complicatione agnoscenda perlegite, perfecta discutite, discussa elimatis ac decretis titulorum sententiis definite, ut pura et placens Deo vestrarum definitionum valitura discretio et regni nostri primordia decoret exundatione justitiae, et errores plebium digna cohibeat severitate censurae; scriptum est enim: *Justitia levat gentem, miseris facit populus peccatum*. Tunc suscepto a glorioso principe tomo, pro tam salubri invitamento et copiosas grates referimus Domino Jesu Christo, et item benediximus principi glorioso. Post egressum igitur ejusdem serenissimi principis hae in jam dicto tomo scripta reperimus ^c prohibitatis:

In nomine Domini Flavius Ervigius rex sanctissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus.

En, reverentissimi Patres et honorabiles ministeriorum caelestium sacerdotes, soliditatem sanctae fidei veraciter tenens et sincera cordis devotione amplectens testimonium paternitatis vestrae fortissimum in salutis nostrae advoco adjumentum, ut, quia regnum factore Deo ad salvationem terrae et sublevationem plebium suscepisse nos credimus, sanctitudinis vestrae consiliis adjuvemur. Unde licet sublimationis nostrae primordia paternitati vestrae opinabili relatione non lateant, quibus clara divinorum judiciorum dispositione praeventus et regnandi conscenderint sedem et sacrosanctam regni perceperim unctionem, nunc tamen melius id poteritis et scriptorum relatione cognoscere et promulgationis vestrae sententiis publicare; ut sicut eadem regni nostri primordia conventus vestrae sanctitudinis compererit divinitus ordinata, ita et his orationum solamen impendat et salubrium consiliorum nutrimenta impertiat, quo susceptum regnum sicut **489** jam vestris assensionibus teneo gratum, ita vestrarum benedictionum perfruatur definitionibus consecrandum, ut innovatio quodammodo nostri videatur imperii hae numerositas vestri ordinis aggregati. Et ideo quia Dominus in Evangelio praecipit dicens: *Amen dico vobis: si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint fiet illis a Patre meo qui in caelis est*; ob hoc venerabilem paternitatis vestrae coetum cum lacrymarum effusione convenio, ut zelo vestri regiminis purgetur terra a contagio pravitatis. Exsurgite, quae, exsurgite, culpatorum solvite nodos, transgressorum mores corrigite inonestos, exerite zeli disciplinam in perfidos; superborum mordacitates extinguite, oppressorum ponderibus subvenite, et, quod plus his omnibus est, Judaeorum pestem quae in novam semper recrudescit insaniam radicitus extirpate: leges quoque quae in eorundem Judaeorum perfidiam a nostra gloria noviter promulgatae sunt omni examinationis probitate percurrite, et tam eisdem legibus tendrem inconvulsibus adjicite, quam pro eorundem perfidorum excessibus complexas in unum sententias promulgate. Et enim valde nobis cavendum est ne tot antiquorum canonum regulae, quae pro eorum erroribus sunt etiam cum anathemate promulgatae, nos illorum culpis obnoxios reddant; si nostri regni temporibus eorundem canonum constructio dissoluta pertransseat: praesertim si legis illius, quod absit, serenitatis nostrae in

^a In reliquis, praeter A. et U., clementissimus.

^b E. 4, T. 1, 2, liberata.

^c B. R., E., 4, T. 1, 2, comperimus.

tempora illa claræ fidei institutio cesset, ubi diuæ memorie dominus atque præcessor noster Sisebutus rex omnes successores suos sub perpetua maledictionis censura obstrinxit quicumque regum mandipiam Christianum Judæo seruire vel famulari permiserit. Post hæc illud quoque vestris Deo placitè infero sensibus corrigendum, quod decessoris nostri præceptio promulgata lege sancivit, ut omnis aut in expeditione exercitus non propediens aut de exercitu fugiens testimonio dignitatis suæ sit irrevocabiliter carens, cujus severitatis institutio, dum per totos Hispaniæ fines ordinata d' currit, dimidiam fere partem populi ignobilissimi perpetuè subjugavit; ita ut quia in quibusdam villulis vel territoriis sive vicis peste hujus infamationis habitatores ipsorum locorum sunt degeneres redditi, quia testificandi nullam habent licentiam, veritatis ex toto videatur interiisse censura: sicque gemino malo terra atteritur, dom et infamiplebium notatur elogio et reperiendæ veritatis destituitur adjumento. Unde licet eandem legem nostræ gloriæ mansuetudo temperare disponat; vestras tamen paternitatis sententia hos qui per illam titulum dignitatis amiserant 490 revestiri iterum claro pristinæ generositatis testimonio devotissime optat, qualiter nec nostra gloria ministerium crudelitati adhibeat, nec tam sæva præceptio terram sub diutino infamationis jugulo premat. Nam et hoc generaliter obsecro, ut quidquid in nostræ gloriæ legibus absurdum, quidquid justitiæ videtur esse contrarium unanimitalis vestræ judicio corrigatur. De cæteris autem causis atque negotiis, quæ novella competunt institutione firmari, evidentiali sententiarum titulis exaranda conscribite, ut quia præsto sunt religiosi provinciarum rectores et clarissimorum ordium totius Hispaniæ duces, promulgationis vestræ sententias coram positi prænoscentes eo illas in commissas sibi terrarum latitudines inoffensibili exerant judiciorum instantia, quo præsentialiter assistentes perapicta oris vestri conceperint instituta. Omnes tamen in commune convenio, et vos Patres sanctissimos, et vos illustres aulæ regis viros, quos interesse huic sancto concilio delegit nostra sublimitas, per divini nominis attestationem et terribilem cunctis futuri judicii diem, quia sine personarum acceptione aliqua vel favore, sine aliquo quoque aut malignæ contempionis acripulo aut subvertendæ veritatis studio, quæque se vestris sensibus audienda ingesserint sana verborum examinatione discutite, saniori quoque judicio comprobate, ut collatarum habita prius deliberatione causarum discreta vestri ordinis condatur probitas titulorum, qualiter cum vos amor æquitatis in negotiorum acceleratione reddiderit fervidos, efficiencia quoque justorum operam connectat Deo perenniter sociandos, ut bonorum vestrorum actibus lætabundus et præsentis vitæ capiam lucrum et æternarum perfruar vobiscum gaudiis mansionum. Datum sub die

A Idum Januariarum, anno feliciter primo regni serenitatis et tranquillitatis nostræ sedis Toletæ.

In nomine Domini Flavius gloriosus Ervigius rex b.

Magna salus populis gentisque nostræ regno conquiratur, si hæc synodalia decreta gestorum sicut pio devotionis nostræ studio acta sunt, ita inconvulsibilis nostræ legis valide oraculo confirmentur, ut quod serenissimo nostræ celsitudinis jussu a venerandis Patribus et clarissimis palatii nostri senioribus discreta titulorum exaratione est editum, præsentis hujus legis nostræ edicto ab æmulis defendatur. Est enim hæc ipsa definitio canonum sub isto notata ordine titulorum :

491 I. De agnita et confirmata collatione sanctæ Trinitatis et præelectione fastigii principalis.

B In nomine gloriosi domini nostri Ervigii regis primi diei synodali exordio consedentibus episcopis atque senioribus palatii universis, habita primum est de sancta Trinitate collatio, non quæ novello exarationis stilo definita patesceret, sed quæ verbis simplicioribus sese pigris sensibus patefacta monstraret, ubi præmissa semper lectio præcederet quod sequens expositio aperiret. Credentes pariter et docentes de eadem sanctæ fidei puritate quidquid evangelicæ et apostolica traditio sanxit, quidquid sancta synodus Nicæna constituit, quidquid Constantinopolitana Patrum aggregata collectio promulgavit, quidquid Ephesi cæsus definitio docuit, quidquid etiam Chalcedonensis concilii promulgatio definiit, sicut multorum aliorum catholicorum Patrum documentis id sacramentum expositum traditumque nobis accepimus, sicut etiam in missarum solemnibus patulis confessionum vocibus proclamamus :

C Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem, et in unum Dominum Jesum Christum filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, hominioni Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cælo et quæ in terra; qui propter nos et propter nostram salutem descendit et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine homo factus, passus sub Pontio Pilato, et sepultus tertia die resurrexit, ascendit in cælos, sedet ad dexteram Patris, iterum venturus in gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis; credimus et in Spiritum sanctum Dominum et vivificantem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas: in unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam: confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum: expectamus resurrectionem mortuorum et vitam futuri sæculi. Amen.

Post pacifica igitur hujus sanctæ fidei conclamationum c' studia illa se primum nostris sensibus salu-

a B. R., E. 4, U., formari.

b Hæc concilii confirmatio non hoc loco, sed ad cal-

cem concilii reperitur in B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G.

c B. R., E. 4, T. 1, 2, U., collationum.

isris cognitio agnoscendam invenit, quæ tanto corda A
 omnium ardore charitatis adstrinxit, quanto se eadem
 ipsa cognitio in conventu generalis concilii præno-
 stendam exhibuit. Etenim sub quâ pace vel ordine
 strenuissimus Ervigius princeps regni conscenderit
 culmen, regnandique per sacrosanctam unctionem
 suscepit potestatem, 492 ostensa nos Scriptura-
 rum evidentia docet : in quibus et præcedentis Wam-
 bani principis pœnitentiæ susceptio noscitur, et
 translatus regni honor in hujus nostri principis no-
 mine derivatur. Idem enim Wamba princeps dum
 inevitabilis necessitudinis teneretur eventu, suscepto
 religionis debito cultu et venerabili tonsuræ sacræ
 signaculo; mox per scripturam definitionis suæ hunc
 inclytum dominum nostrum Ervigium post se præele-
 git regnaturum et sacerdotali benedictione ungen-
 dum. Vidimus enim et pariter patulo alternæ visionis
 intuitu prælucente perspexit hujus præmissi ordi-
 nis scripturam, id est notitiâ manu seniorum palatii
 roboratam, coram quibus antecedens princeps et reli-
 gionis cultum et tonsuræ sacræ adeptus est venera-
 bile signum; scripturam quoque definitionis ab eo-
 dem editam ubi gloriosum dominum nostrum Ervi-
 gium post se fieri regem exoptat; aliam quoque in-
 formationem jam dicti viri in nomine honorabilis et
 sanctissimi fratris nostri Juliani Toletanæ sedis epi-
 scopi, ubi eum speravit pariter et instruxit, ut sub
 omni diligentia ordine jam dictum dominum nostrum
 Ervigium in regno ungeri deberet, et sub omni dili-
 gentia unctionis ipsius celebritas fieret; in quibus
 Scripturis et subscriptio nobis ejusdem Wambani
 principis claruit, et omnis evidentia confirmationis
 earundem Scripturarum sese manifeste monstravit.
 Quibus omnibus approbatis atque perfectis dignum
 satis nostro cœtui visum est, ut prædictis definitio-
 nibus Scripturarum nostrorum omnium confirmatio
 apponatur; ut qui ante tempora in occultis Dei judi-
 cii præcitus est regnaturus, nunc manifesto in tem-
 pore generaliter omnium sacerdotum habeatur defi-
 nitionibus consecratus. Et ideo soluta manus populi
 ab omni vinculo juramenti, quæ prædicto viro Wam-
 bæ dum regnum adhuc teneret alligatâ permansit,
 tunc solum serenissimum Ervigium principem obse-
 quendum grato servitii famulatu sequatur et libera,
 quem et divinum judicium in regno præelegit et de-
 cessor princeps successorum sibi instituit, et quod
 superest quem totius populi amabilitas exquisivit.
 Unde, his præcognitis atque præcitis, servendum est
 sub Deo cœlli prædicto principi nostro Ervigio regi
 cum pia devotione, obsequendam etiam promptissi-
 ma voluntate, agendum et enitendum quidquid ejus
 saluti proficiat, quidquid genti vel utilitatibus patriæ
 suæ consulat : unde non erit jam deinceps aut ab
 anathematis sententiâ alienus, aut à divinæ animad-
 versionis ultione securus, qui quis superbe contra
 salutem ejus deinceps aut crexerit vocem aut com-
 moverit eandem aut quamcumque exquisierit lædendi
 occasionem.

493 II. De his qui pœnitentiam non sentientes accipiunt.

Plerumque hi, quibus miseratio Domini etiam
 noleantibus subvenit, beneficiis Dei videntur esse
 ingrati et abuti gratia largitoris qua bene usi pote-
 rant consequi abolitionem facinoris, impugnant sæpe
 quod honorare debuerant, et profanis quæstibus in-
 dultæ gratiæ munus a se rejiciunt quod summis
 votis amplecti debuerunt. Etenim multos sæpe
 conspeximus et in salute positos ultimum desideran-
 tes pœnitentiæ fructum, et rursus nimietate ægritu-
 dinis ita loquendi et sentiendi perdidisse naturale
 officium, ut nulla illis cura salutis suæ videretur
 inesse, nullo etiam pristinæ devotionis noscerentur
 desiderio anhelare : quorum tamen casibus fraterni-
 tas condolens ita talium necessitates in fide sua
 suscepit, ut ultimum illis tribuatur vitæ vicium, quo
 scilicet sine fructu pœnitentiæ non videantur trans-
 ire e sæculo : si forsitan respiciente Deo salutem
 pristinæ reformentur, agunt cautionibus vanis et
 oppositionibus execrandis qualiter a se tonsuræ ve-
 nerabile signum expellant atque habitum religionis
 abjiciant, impudentissime asserentes ideo se nullis
 regulis ecclesiasticæ disciplinæ sub hoc voto teneri,
 quia pœnitentiam nec ipsi petierint nec sentientes
 acceperint. Quorum impudentia procax et obstinata
 procacitas nequaquam talia diceret, si qualiter ad
 vitam per sacrosancti lavacri gratiam venerit mē-
 minisset. Etenim parvulorum infantium vita origi-
 nali peccato obnoxia, quæ nullo per ætatem discer-
 nendi vel expetendi sensu optior judicatur nisi
 sponsione fidelium, baptismi accipiat sacramentum,
 nullo sensu, nulla etiam discretionis industria id
 appetere possunt. Unde sicut baptismum quod ve-
 scientibus parvulis sine ulla contemtionem in fide
 tantum proximorum accipitur, ita et pœnitentiæ
 donum quod nescientibus illabatur, absque ulla re-
 pugnantia inviolabiliter hi qui illud exceperint ob-
 servabunt. Si quis autem quolibet modo pœnitenti-
 am accipiens hoc violaverit synodale institutum,
 ut vere transgressor paternis regulis ferietur, nec
 enim ista instituentes sacerdotes quosque, ut passim
 et licenter donum pœnitentiæ non petentibus au-
 deant prorogare, absolvimus, sed hos qui qualibet
 sorte pœnitentiam susceperint ne ulterius ad militare
 cingulum redeant relegamus. Sacerdos tamen qui
 non sentienti neque petenti ausu temerario pœnitenti-
 am dederit, neque se exhortatum ejus qui pœnitenti-
 am accepit manuum indicis vel quibuslibet aliis evi-
 dentibus significationibus invitatum fuisse probaverit,
 unius anni excommunicationis sententiæ subiacebit,
 494 III. De culpatorum receptione vel communionem
 apud Ecclesiam.

Vidimus quosdam et flevimus ex numero culpatorum
 receptos in gratiam principum et extorres exstitisse
 a collegio sacerdotum : quod denotabile malum illa
 res agit qua licentia principalis in quo se solvi
 licentius curat ibi alios illigat, et quos in suam
 communionem videtur suscipere a communionem et

parte Ecclesiæ eligit separare, ut qui cum illo con-
vescunt sola sacerdotum communione priventur. Et
ideo quia remissio talium qui contra regem, gentem
vel patriam agunt, per definitiones canonum anti-
quorum in potestate solum regia apponitur cui et
peccasse noscuntur, adeo nulla se deinceps a talibus
abstinebit sacerdotum communio, sed quos regia
potestas aut in gratiam benignitatis receperit aut
participes mensæ suæ effecerit, hos etiam sacerdo-
tum et populorum conventus suscipere in ecclesias-
tica cotamunione debet, ut quod jam principalis
pietas habet acceptum nec a sacerdotibus Dei habeat-
ur extraneum.

IV. *Ut in locis ubi episcopus non fuit nunquam episco-
pus ordinetur.*

Majorum institutionibus contraire et sanctorum
Patrum decreta convellere quid aliud est quam vin-
culum societatis Christi abrumpere, et usurpatæ
præsumptionis licentia statum totius Ecclesiæ dissi-
pare? Prosequente igitur venerabili et sanctissimo
viro fratre nostro Stephano Emeritensis sedis epi-
scopo, res nobis novellæ præsumptionis usurpatione
sese intulit pertractanda, tanto communionis no-
stræ iudicio evellenda, quanto et privatis noscitur
ausibus perpetrata. Dixit enim violentia principali se
impulsum fuisse, ut in monasterio villulæ Aquis,
ubi venerabile corpus sanctissimi Pimenii confesso-
ris debito quiescit honore, novam episcopalis hon-
oris ordinationem efficeret. Et ideo quia indiscreto
et facillimo assensu injustis Wambæ principis jus-
sionibus parens novam et injustam illic pontificalis
sedis præelectionem induxit, ubi canonica institutio
illud fieri omnimoda ratione refellit, prædictus idem
vir prostratus humo medicamine nostri præcepti et
sibi dari veniam petit, et quid potissimum fieri
oporteret de persona ejus qui illic ordinatus fuerat
nostri oris sententia decernendum poposcit. Sed
quia veraciter imo communiter noveramus præ-
dictum principem consilio levitatis agentem non
solum præcepisse, ut in prædicto loco Aquis epi-
scopus fieret, sed etiam ita eum consuetis obstina-
tionibus definiisse, ut hic in suburbio Toletano in
Ecclesia prætoriensis sanctorum Petri et Pauli epi-
scopum ordinaret, necnon 495 et in aliis vicis vel
villulis similiter faceret; ideo pro tam insolenti
hujusmodi distruptionis licentia quid de hac re
haberent canonum instituta in medio proferri præ-
cepimus. Tunc hæc in ordinem constituta perfecta
sunt: in primis ex epistola Pauli ubi Tiro discipulo,
ut episcopos per civitates constituere debeat, præci-
pit: item ex concilio Nicæno, titulo VIII, ubi inter
cætera præcipitur ut in civitate non videantur duo
episcopi esse: item ex concilio Laodiceno, titulo
LVI, ubi dicit: *Non oportet in vicis et villulis episco-
pos ordinari*, et cætera: item ex concilio Africæ II,
titulo V, ubi dicit: *Ut diocesis quæ episcopum nun-
quam habuit non habeat*. Felix episcopus Selemsita-
nus dicit: *Etiam si hoc placet sanctitati vestræ*

insinuo, ut dioceses quæ nunquam episcopos ha-
buerunt non habeant, vel illa diocesis quæ aliquan-
do habuit habeat proprium: secundum autem hanc
prosecutionem sanctitatis vestræ est æstimare quid
fieri debeat. Geneclius episcopus dixit: *Si placet
insinuatio fratris et coepiscopi nostri Felicis, ab om-
nibus confirmetur. Ab universis episcopis dictum
est: Placet, placet. Item ex concilio Africæ III, ca-
pitulo XLII, ubi dicit: Ut non accipiat alium episco-
pum plebs quæ in diocesim semper subjacuit.* Epigo-
nius enim episcopus inter cætera sic dixit: *Hoc dico
non debere rectorem accipere eam plebem quæ in
diocesi semper subjacuit nec unquam proprium
episcopum habuit; quapropter si universo sanctissi-
mo cœtui placet hoc quod prosecutus sum confir-
matur.* Aurelius episcopus dixit: *Fratris et consacer-
dotis nostri prosecutionem non obsisto, sed hoc me
et fecisse et facturum esse profiteor. Item ex concilio
Sardicensi ubi inter cætera præcipitur: Licentia
danda non est passim, si enim subito aut vicus ali-
quis aut modica civitas, cui satis est unus presbyter,
voluerit sibi episcopum ordinari ad hoc ut vilescat
nomen episcopi et auctoritas, non debent illi ex alia
provincia invitati facere episcopum. Item de senten-
tia eorum qui hujusmodi ordinationes faciunt vel de
illis qui contra hæc instituta canonum ordinantur,
ex concilio Tauritano, titulo II, ubi dicit: Gestorum
quoque serie conscribi placuit ad perpetuam discipli-
nam quod circa Octavium, Ursionem, Remigium ac
Treforium episcopos synodus sancta decrevit, qui in
usurpationis quandam de ordinatione sacerdotum
invidiam vocabantur, quod eatenus his videtur in-
dultum, ut de cætero hac auctoritate communiti
nihil usurpare conentur, siquidem ea se ab hac causa
excusatione defenderint qua dicerent prius se nob
esse conventos. Proinde judicavit synodus, ut si
quis ex hoc fecerit contra instituta majorum, sciat se
qui ordinatus fuerit 496 sacerdotii se honore
privandum, et ille qui ordinaverit auctoritatem se in
ordinationibus vel in conciliis minime retenturum.
Non solum autem circa memoratos episcopos hæc
sententia prævalebit, sed et circa omnes qui simili
errore decepti ordinationes hujusmodi perpetrarunt.
His igitur fortissimis regulis effectum pii operis ap-
ponentes id communi definitione elegimus, ut in
loco villulæ supradictæ Aquis deinceps sedes episco-
palis non maneat, neque episcopus ille ultra con-
stituendus existat. Illic tamen Cuniildus, qui contra
majorum decreta illic videtur institutus fuisse episco-
pus, nullis canonum erit ad condemnationem sui
sententiis ulciscendus, quia non ambitione, sed prin-
cipis impulsione illic constituit ordinatus: et ideo
hoc illi remedium humanitatis concedimus, ut in sedem
aliam decedentis cujuslibet episcopi transducatur,
et prædictus locus sub monastica deinceps in-
stitutione mansurus non episcopali ultra privilegio
fretus, sed sub abbatis regimine, sicut hucusque
fuit, erit modis omnibus mancipandus. Jam vero de*

* LR., E. 4, Selemsclitanus. T. 1, Selemsclitanus. T. 2, Sclenitanus.

cætero generale ponentes edictum, si quis contra hæc apostolica jussa, si quis contra hæc canonum interdicta venire conaverit, ut in locis illis episcopum eligat fieri ubi episcopus nunquam fuit, sit anathema in conspectu omnipotentis Dei, et insuper tam ordinans quam ordinatus gradum sui ordinis perdat, quia non solum antiquorum Patrum decreta sed et apostolica ausus est convellere instituta.

V. *De quorundam consuetudine sacerdotum sædissima, qui oblatis Deo per se sacrificiis non communicant.*

Relatum nobis est quosdam de sacerdotibus non tot vicibus communionis sanctæ gratiam sumere quot sacrificia in uno die videntur offerre, sed in uno die si plurima per se Deo offerant sacrificia in omnibus se oblationibus a communicando suspendunt, et in sola tantum extremi sacrificii oblatione communionis sanctæ gratiam sumant, quasi non sit toties reus illius veri et singularis sacrificii, quoties participator corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi esse destiterit. Nam recte Apostolus dicit: *Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris?* Si ergo qui edunt hostias participes sunt altaris, certum est quod hi qui sacrificantes non edunt rei sunt Dominici sacramenti. Quicumque ergo sacerdotum deinceps divino altario sacrificium oblaturus accesserit et se a communione suspendit, ab ipsa qua se indecenter privavit gratia communionis anno uno repulsum se noverit: nam quale erit illud sacrificium cui nec ipse sacrificans participasse cognoscitur? Ergo hoc modis 497 omnibus est tenendum, ut quotiescunque sacrificans corpus et sanguinem Jesu Christi Domini nostri in altario immolat, toties perceptioni corporis et sanguinis Christi se participem præbeat.

VI. *De concessa Toletano pontifici generalis synodi potestate, ut episcopi alterius provincie cum conniventia principum in urbe regia ordinentur.*

Illud quoque collatione inmutua decernendum nobis occurrit, quod in quibusdam civitatibus decedentibus episcopis propriis, dum differtur diu ordinatio successoris, non minima creatur et officiorum divinatorum offensio, et ecclesiasticarum rerum nocitura perditio. Nam dum longe lateque diffuso tractu terrarum commeanum impeditur celeritas nuntiorum, quo aut non queat regis auditibus decedentis præsulis transitus innotesci aut de successore morientis episcopi libera principis electio præstolari, nascitur sæpe et nostro ordini de relatione talium difficultas et regie potestati, dum consultum nostrum pro subrogandis pontificibus sustinet injuriosas necessitas. Unde placuit omnibus pontificibus Hispaniæ atque Galliæ*, ut salvo privilegio uniuscujusque provincie licitum maneat deinceps Toletano pontifici quoscunque regalis potestas elegerit et jam dicti Toletani episcopi judicium dignos esse probaverit, in quibuslibet provinciis in præcedentium sedium præficere

* In E. 4, T. 1, 2, desunt verba: *atque Galliæ.*

præsulles, et decedentibus episcopis eligere accessores; ita tamen, ut quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus infra iram mensium spatium proprii metropolitani præsentiam visurus accedat, qualiter ejus auctoritate vel disciplina instructus condigne susceptæ sedis gubernacula teneat. Quod si per desidiam aut neglectu quolibet constituti temporis metas excesserit, quibus metropolitani sui nequeat obtutibus præsentari, excommunicatum se per omnia noverit, excepto si regia jussione impeditum se esse probaverit. Hanc quoque definitionis formulam, sicut de episcopis, ita et de cæteris ecclesiarum rectoribus placuit observandam.

VII. *De recepto testimonio personarum qui per legem quæ de promotione exercitus facta est testificandi licentiam perdididerunt.*

Omnis disciplina sic subjectos debet arguere ut spem veniæ non videatur auferre, nec funditus curvationis inducere jugum, sed temperantiæ semper adhibere consultum. Et ideo quia legem illam a domino Wambane principe editam, quæ de progressionem est exercitus annotata, hujus principis nostri et 498 domini Ervigii mansuetudo temperare disposuit, adeo annuente nobis glorioso et religiosissimo Ervigio principe nostro necessarium hoc sanctum concilium definivit, ut hi qui per supradictam legem testificandi dignitatem perdididerunt, recepto testimonio pristinæ dignitatis causas exsequi possint debitæ actionis, qualiter nobilitatis solitæ titulum reportantes et quæ de præteritis legitime testificare voluerint licentiæ obtineant votum, et a iudicibus nullis prohibitionibus arceantur, hoc videlicet adjicientes, ut si quid in præteritis testificare voluerunt, si pro sola hujus rei infamatione rejecti sunt, testimonio suo nuper conquirant quod in præteritis conquirere poterant, tantum si illo tempore quo in præteritis ad testimonium dicendum vocati sunt et supradictæ legis institutionibus reprobati aut aliam criminis notam eos tunc non habuisse patuerit, aut tricennium tunc effluxisse cum ad testimonium fuerant prolati hi qui eos reprobaverant manifeste convicerint.

VIII. *De his qui uxores suas divortio intercedente relinquunt.*

Præceptum Domini est ut, excepta causa fornicationis, uxor a viro dimitti non debeat. Et ideo quicumque citra culpam criminis supradicti uxorem suam quacunquē occasione reliquerit, quia quod Deus junxit ille separare disposuit, tandiu ab ecclesiastica communione privatus et cætu omnium Christianorum maneat alienus, quandiu et ad societatem relictæ conjugis redeat, et partem sui corporis honesta lege conjugii sinceriter amplectatur et fovet. Ili tamen qui jam admoniti a sacerdote semel et bis torque ut corrigantur ad charum suæ conjugis noluerint redire consortium, ipsi se suis meritis et a palatinæ dignitatis officio separabunt, et insuper generosæ dignitatis testimonium, quandiu in culpa fuerint, amissuri sunt, quia carnem suam discidii jugulo tradiderunt.

IX. De confirmatione legum quæ in Judæorum nequitiam promulgatas sunt, juxta earundem legum præfixum ordinem titularum, qui in eodem canone annumerantur.

De Judæorum autem execranda perfidia discretis titularum sententiis editas noviter a glorioso principe leges vigilanti sensuum intentione perlegimus, discreto etiam gravitatis pondere earum instituta probavimus. Et quia debitæ rationis judicio editæ synodali indagatiōne probatæ sunt, irrevocabili deinceps judiciorum ordine pro eorum excessibus tenebuntur, id est : Lex de commemoratione priscaŕum legum quæ in Judæorum 499 transgressionibus promulgatæ sunt, atque de novella confirmatione earum. Item de blasphematoribus sanctæ Trinitatis. Item ne Judæi aut se aut filios suos vel famulos suos a baptisimi gratia subtrahant. Item ne Judæi more suo celebrent Pascha vel carnis circumcisonem exercent, ac ne Christianum quemquam a fide Christi dimoveant. Item ne Judæi sabbata cæterasque festivitates ritus sui celebrare præsumant. Item ut omnis Judæus diebus dominicis et in prænotatis diebus ab opere cesset. Item ne Judæi more suo dijudicent vescas. Item ne Judæi ex propinquitate sui sanguinis connubia ducant, et ut sine benedictione sacerdotis nubere non audeant. Item ne Judæi religioni nostræ insultantes sectam suam defendere audeant, ac ne a fide refugientes alibi se transducant, et ne quislibet fugientes eos suscipiat. Item ne Christianus a Judæo quodcunque muneris contra fidem Christi accipiat. Item ne Judæi libros illos legere audeant quos Christiana fides repudiat. Item ne Judæis mancipia deserviant vel adhæreant Christiana. Item si se Judæus Christianam esse testatur et ob hoc non velit a se recipere mancipium Christianum. Item professio Judæorum quomodo unusquisque ad fidem veniens indiculum professionis suæ conscribere debeat. Item conditiones Judæorum ad quas jurare debeant his qui ex eis ad fidem venientes professiones suas dederint. Item de Christianis mancipiis Judæorum quæ se non prodiderint Christiana, sive de publicatoribus eorum. Item ne Judæi a quolibet potestate accepta extra regiam ordinationem Christianum quemque imperare, plectere vel distringere audeant. Item ut Judæorum servi necdum adhuc conversi si ad Christi gratiam convolverint libertati donentur. Item ne Judæi administratorio usu sub ordine villicorum atque actorum Christianam familiam regere audeant, et de damnis eorum qui his talia ordinanda injunxerint. Item ut Judæus ex aliis provinciis vel territoriis ad regni nostri ditionem pertinentibus veniens episcopo loci vel sacerdoti se præsentare non differat, vel quid huic in toto observari conveniat. Item qualiter concursus Judæorum diebus institutis ad episcopum fieri debeat. Item ut quicumque Judæum secum obsequentem habuerit, expetente sacerdote, eum apud se retinere non audeat. Item ut cura omnis distringendi Judæos solis sacerdotibus debeat.

^a B. R., E. 4, T. 1, 2, reservata.

A Item de damnis sacerdotum vel judicium qui in Judæos instituta legum adimplere distulerint. Item ne judices quidquam de perfidorum excessibus extra sacerdotum conniventiam judicare præsumant. Item ut episcopi tunc immunes habeantur a damnis, cum eorum presbyteres ea quæ ipsi non correxerint ad 500 eos non remisissent corrigenda. Item de servata^a principibus miserendi potestate in his qui conversi ad fidem Christi veraciter fuerint. Item ut episcopi omnes Judæis ad se pertinentibus libellum hunc de suis editum erroribus tradant, et ut professiones eorum vel conditiones in scriniis Ecclesiæ condant. Quorum omnium legum promulgatio gravis sicut synodali judicio comprobata, ita generali omnium nostrorum definitione in eorum erit deinceps excessibus exercenda.

X. De his qui ad ecclesiam confugium faciunt.

Pro his qui quolibet metu vel terrore ecclesiam appetunt, consentiente pariter et jubente gloriosissimo domino nostro Ervigio rege, hoc sanctum concilium definivit, ut nullus audeat confugientes ad ecclesiam vel residentes inde abstrahere, aut quodcunque nocibilitatis vel damni seu spoli residentibus in loco sancto inferre, sed esse potius his ipsis qui ecclesiam petunt per omnia licitum in triginta passibus ab ecclesiæ januis progredi, in quibus triginta passibus uniuscujusque ecclesiæ in toto circuito reverentia defendetur; sic tamen ut hi qui ad eam confugiunt in extraneis vel longe separatis ab ecclesia domibus nullo modo obceantur, sed in hoc triginta passuum numero absque domorum extraneorum receptaculis progrediendi aditum obtinebunt, qualiter et requisitæ naturæ usum debitis expleant locis et nullo teneantur eventu necessitudinis, qui dominicis se defendendos commiserunt claustris. Si quis autem hoc decretum violare tentaverit et ecclesiasticæ excommunicationi subjaceat, et severitatis regis ferietur sententia. Ipsos tamen qui ad ecclesiam confugium fecerint, si juxta præcorum canonum instituta his qui eos competunt sacramenta reddiderint, et sacerdos ecclesiæ ipsius ab ecclesiæ foribus non abstraxerit, aut fuga talium si venerit sacerdoti querenda est, aut damnorum sententia secundum electionem principis hujusmodi sacerdotibus irroganda.

XI. De cultoribus idolorum.

Præcepta Domini sunt dicentis : *Non facies sculptile neque omnem similitudinem quæ est in celo desuper et quæ in terra deorsum, neque horum quæ sunt in aquis sub terra : non adorabis ea neque coles.* Itemque : *Qui immolat diis occiditur præter Domino soli.* Item : *Vir aut mulier qui facit malum in conspectu Domini Dei tui et transgrediantur pactum illius at vadant et serviant diis alienis, et adorent eos, solem et lunam et omnem militiam cæli quæ non præcepi, et hoc tibi fuerit nuntiatum, audiensque inquisieris diligenter et verum 501 esse repereris, et abominatio facta est in Israel, et duces virum ac mulierem qui rem sceleratis-*

simam perpetrarunt quod portas civitatis tuæ et lapidibus obruentur. Præcepta hæc Domini non in ultione sed in terrore delinquentium apponentes non mortis per hanc sententiam promulgamus, sed cultores idolorum, veneratores lapidum, accensores facularum et excolentes sacra fontium vel arborum admonemus, ut agnoscant quod ipsi se spontaneæ morti subiciunt qui diabolo sacrificare videntur. Mortis enim nomen diabolus appellatur sicut de eo scriptum est: *Et erat illi nomen mors*: ac proinde omne sacrilegium idolatriæ vel quidquid illud est contra sanctam fidem in quo insipientes homines captivitati diabolicis cultus inserviant, sacerdotis vel iudicis instantia, inventa hæc sacrilegia eradantur et exterminata truncantur; eos vero qui ad talem horrorem concurrunt et verbis coercere et onustos ferro suis dominis tradant, si tamen domini eorum per iurijurandi attestationem promittant se eos tam sollicite custodire, ut ultra illis non liceat tale nefas committere. Quod si domini eorum nolint huiusmodi reos in fide sua suscipere, tunc ab eis a quibus coerciti sunt, regis conspectibus presententur, ut principalis auctoritas liberam de talibus donandi potestatem obtineat: domini tamen eorum, qui nuntiatos sibi talium servorum errores ulcisci distulerint, et excommunicationis sententiam perferant, et jura servi illius quem coercere nolunt se amisisse cognoscant. Quod si ingenue personæ his erroribus fuerint implicatæ, et perpetua excommunicationis sententia ferientur et arctiori exilio ulciscantur.

XII. De interdicto temporis constituti quo debeat concilium celebrari.

Placuit huic venerando concilio, ut juxta priorum canonum instituta episcopi singularum provinciarum annis singulis in quacunque provincia Kalendis Novembribus concilium celebraturi conveniant. Quisquis autem in prædictis Kalendis Novembribus pro celebratione synodi venire distulerit, excommunicationi debite subiacet.

XIII. Conclusio definitionum in qua et Deo gratiæ referuntur et pro principe exoratur.

Praemissis his omnibus synodalibus gestis quæ honore decreto sine complevimus, perpetuum his robur per manuum nostrarum subscriptionem annectimus, dantes in his gloriam et honorem immortalis Deo et **502** Domino nostro, quo inspirante et determinationis nostræ sententia viguit et probitas causarum honesto se sine complevit, cujus sanctæ Trinitatis poscimus inenarrabile nomen et gloriosam ineffabilis potentie majestatem, ut det amatori Christi serenissimo domino nostro atque amantissimo Ervigio principi, cujus jussu ad hunc meruimus advocari conventum, imperare clementer, regnare feliciter, habere de clementia fructum, obtinere de justitia præmium, de pietate trophæum, quo et hic invictus victor hostium semper appareat, et post diuturna hujus avi curricula ad regnum æternæ

vitæ cum suis omnibus coronandus perveniat, præstante a Deo et salvatore Jesu Christo Domino nostro qui cum Deo Patre et sancto Spiritu unus in Trinitate vivit et gloriatur Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Consummatum est hoc sanctum concilium die octavo Kalendarum Februariarum anno regni feliciter primo serenissimi atque clementissimi domini nostri Ervigii regis, æra dcccix.

Pontifices.

Ego Julianus indignus urbis regie Toletanæ sedis episcopus hæc synodica instituta a nobis edita subscripsi.

Julianus Dei gratia Hispalensis [B. R. Spalitanæ] Ecclesiæ sedis episcopus hæc synodica instituta a nobis edita subscripsi.

Ego Liuva indignus Bracarenensis sedis episcopus hæc synodica instituta a nobis edita subscripsi.

Ego Stephanus Emeritensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Asphalius b Abilensis [T. 2, Elensis] Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Leander Hicitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Palmacius Urcitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Concordius Palentinæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Riccia Accitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Sempronius Arcavicensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Memorius Segobricensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Speraindeo Ialicensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Geta Iliplensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Tructemundus Elborensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Isidorus Setabiensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

503 Gaudentius Valeriensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Deodatus Segobiensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Genitivus Tudensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Froaricus Portucalensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Felix Iriensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Antonius c Bastitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Proculus Bigastrensensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Attila Cauriensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Reparatus Besensis [B. R. Vasensis] Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Providentius Salamanticensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

a B. R., E. 4, T. 1, 2, te præstante Deo.... vivis et gloriantis.

b In B. R., E. 4, omnium episcoporum nomina

præcedit pronomen *eg*; atque scribitur *sedis nomine Ecclesiæ*.

c B. R., E. 4, T. 1, 2, U. G., Antonianus.

Sisebado Tuccitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Argibado Eliberitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ella Segontiensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Severianus * Oxomensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Joannes Pacensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Theodulfus Astigitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Samuel Malacitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Gundulfus Lanocensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Euphrasius Lucensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Theoderacius Assidonensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Abbatibus.

Balderedus [U., G. Baldefredus] abbas subscripsi.

Florentius abbas subscripsi.

Gratimus ^b abbas subscripsi.

Faustinus abbas subscripsi.

Vicarii episcoporum.

Annibonius presbyter, tenens vicem domini mei Gildemiri Complutensis Ecclesiæ episcopi, subscripsi.

Vincentius presbyter, agens vicem domini mei Felicis episcopi Dianensis Ecclesiæ, subscripsi.

Asturius diaconus, agens vicem domini mei Ilospitalii episcopi Valentini Ecclesiæ, subscripsi.

504 Viri illustres officii palatini.

Sesaldus * hæc instituta quibus interfui annuens subscripsi.

Recaredus similiter subscripsi.

Witiza similiter subscripsi.

Wimar similiter subscripsi.

Teudila similiter subscripsi.

Ostrulfus similiter subscripsi.

Sa'amirus similiter subscripsi.

Theodefredus similiter subscripsi.

Ildigisus similiter subscripsi.

Severianus similiter subscripsi.

Theodulfus similiter subscripsi.

Vitulus similiter subscripsi.

Egila similiter subscripsi.

Adeliuvus similiter subscripsi.

Ataulphus similiter subscripsi.

Quibus omnibus synodalibus gestis decretis atque peractis et debitam reverentiam honoris impendimus et patulum auctoritatis nostræ vigorem his innectere procuramus, ideoque præmissas has constitutiones synodicas a præsentis die vel tempore, id est ab octavo Kalendas Februarias anno primo regni nostri nullus audeat contemnere, nullus etiam præterire,

* E. 4, T. 1, 2, *Siberitanus*.

^b B. R., *Gratianus*. T. 1, 2, *Gratinus*.

^c In B. R., E. 4, U., G., virorum illustrium nominibus præponitur: *ego*.

^d Deficit hoc decretum in B. R., E. 4, T. 1, 2, U, G. Quamam vero ratione hoc loco inscribitur, si con-

nemo earundem constitutionum audebit jura convellere, nullus temerator hæc decreta subvertet, nemo illicitor vel contemptor vigorem his institutionibus subtrahet; sed generaliter per cunctas regni nostri provincias hæc canonum instituta nostræ gloriæ temporibus acta et auctoritatis debitæ fastigio præpollebunt, et irrevocabili judiciorum exercitio, prout constitutæ sunt, in omnibus regni nostri provinciis celebres habebuntur. Si quis autem hæc instituta contempnat, contemptorum se noverit damnari sententia, id est ut juxta voluntatem nostræ gloriæ et excommunicatus a cætu nostro resiliat, et insuper decimam partem rei suæ fisci partibus sciendam amittat: quod si nihil habuerit facultatis unde prædictam compositionem exsolvere possit, absque aliquo infamio sui quinquaginta eum oportebit ictibus verberari. Edita lex in confirmatione concilii Toletano sub die octavo Kalendas Februarias anno feliciter primo regni gloriæ nostræ.

In nomine Domini Flavius Ervigius rex hoc legis nostræ edictum in confirmatione hujus concilii promulgatum subscripsi.

Decretum ^d piissimi atque gloriosissimi principis nostri Gundemari regis.

Flavius Gundemarus rex venerabilibus Patribus **505** nostris Carthaginensibus sacerdotibus. Licet regni nostri cura in disponendis atque gubernandis humani generis rebus promptissima esse videatur, tunc tamen majestas nostra maxime gloriosiori decoratur fama virtutum, cum ea quæ ad Divinitatis et religionis ordinem pertinent æquitate rectissimi tramitis disponuntur; scientes ob hoc pietatem nostram non solum diuturnum temporis imperii consequi titulum, sed etiam æternorum adipisci gloriam meritorum. Nonnullam enim in disciplinis ecclesiasticis contra canonum auctoritatem per moras præcedentium temporum licentiam sibi de usurpatione præteriti principes fecerunt, ita ut quidam episcoporum Carthaginensium provincie non reverentur contra canonicæ auctoritatis sententiam passim ac libertate contra metropolitanæ Ecclesiæ potestatem per quasdam fratris et conspirationes inexplorata vitæ omnes episcopali officio provehi, atque hanc ipsam præfatæ Ecclesiæ dignitatem imperii nostri solio sublimatam contemnere, perturbantes ecclesiastici ordinis veritatem ejusque sedis auctoritate, quam prisca canonum declarat sententia, abutentes. Quod nos ultra modo usque in perpetuum fieri nequaquam permitimus, sed honorem primatus juxta antiquam synodalis concilii auctoritatem per omnes Carthaginensium provincie ecclesias Toletanæ Ecclesiæ sedis episcopum habere ostendimus, eumque inter suos coepiscopos tam honoris præ-

jectari fas est, nulla alia fortasse, nisi quia ejus materia atque doctrina ad sextum præcedentis concilii numerum aut canonem pertinere videtur; quod et de sequenti Carthaginensium sacerdotum constitutione dicendum.

cellere dignitate quam nominis, juxta quod de metropolitana per singulas provincias antiqua canonum traditio auxit et auctoritas vetus permisit. Neque eandem Carthaginensem provinciam in ancipiti duorum metropolitanorum regimine contra Patrum decreta permittimus dividendam, per quod oriatur varietas schismatum quibus subvertatur fides et unitas scindatur; sed hæc ipsa sedes sicut prædita est antiqua nominis sui ac nostri cultu imperii, ita et in totius provincie polleat Ecclesie dignitate et præcellat potestate. Illud autem quod jam pridem in generali synodo concilii Toletani a venerabili Euphemio episcopo manus subscriptione notatum est, Carpetanæ provincie Toletanam esse sedem metropolitim, nos ejusdem ignorantie sententiam corrigimus, scientes procul dubio Carpetanæ regionem non esse provinciam sed partem Carthaginensis provincie, juxta quod et antiqua rerum gestarum monumenta declarant. Ob hoc quia una eademque provincia est, decernimus ut sicut Bætica, Lusitania vel Tarraconensis provincia vel reliquæ ad regni nostri regimina pertinentes secundum antiqua Patrum decreta singulos noscuntur habere metropolitanos, ita et Carthaginensis provincia unum eundemque, quem prisca synodalis declarat auctoritas, et veneretur primatem et inter omnes comprovinciales **506** summum honoret antistitem: neque quidquam contempto eodem ultra fiat, qualia hactenus arrogantium sacerdotum superba tentavit presumptio. Sane per hoc auctoritatis nostræ edictum amodo et vivendi damus tenorem et religionis vel innocentie legem, nec ultra postmodum inordinata licentia ab episcopis similia fieri patimur, sed per nostram clementiam præteritæ negligentie pietatis intuitu et veniam damus et indulgentie opem concedimus; et dum sit magna culpa hactenus deliquisse, majoris tamen ac inextinguibilis censura tenebit obnoxios qui hoc nostrum decretum ex auctoritate prisorum Patrum veniens temerario ausu violare tentaverit, nec ultra veniam delicti adepti, si dehiac honorem ejusdem Ecclesie quilibet Carthaginensium sacerdotum contempserit, subiturus procul dubio inobediens tam degradationis vel excommunicationis ecclesiasticæ sententiam, quam etiam nostræ severitatis censuram. Nos enim talia in divinis ecclesiis disponentes credimus fideliter regnum imperii nostri ita divino gubernaculo regi, sicut et nos cultui ordinis zelo justitie accensi et corrigere studemus et in perpetuum perseverare disponimus.

Flavius Gundemarus rex hujus edicti constitutionem pro confirmatione honoris sanctæ Ecclesie Toletanæ propria manu subscripsi.

Ego Isidorus Hispalensis Ecclesie provincie Bæticæ metropolitanus episcopus, dum in urbem Toletanam pro occursu regio evenissem, agnitis his constitutionibus assensum præbui atque subscripsi.

Ego Innocentius Emeritensis Ecclesie provincie Lusitanie metropolitanus episcopus, dum in urbem

Toletanam pro occursu regio advenissem, agnitis his constitutionibus assensum præbui atque subscripsi.

Ego Eusebius Tarraconensis Ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Sergius Narbonensis Ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Joannes Gerundensis Ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Ilgerius Ecclesie Egarenensis episcopus subscripsi.

Ego Licerius Ecclesie Egiditanæ episcopus subscripsi.

Ego Maximus Ecclesie Cæsaraugustanæ episcopus subscripsi.

B Ego Mumius Ecclesie Calagurritanæ episcopus subscripsi.

Ego Floridius Ecclesie Tirasonensis episcopus subscripsi.

Ego Elias Ecclesie Cauriensis episcopus subscripsi.

Ego Goma Ecclesie Olyssiponenensis episcopus subscripsi.

Ego Fulgentius Ecclesie Astigitanæ episcopus subscripsi.

507 Ego Emilia Ecclesie Rarcinonensis episcopus subscripsi.

Ego Theodorus Ecclesie Aurisinzæ episcopus subscripsi.

C Ego Joannes Pampilonensis Ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Benjamin Ecclesie Dumtensis episcopus subscripsi.

Ego Agapius Tuccitanæ Ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Gundemarus Ecclesie Besensis episcopus subscripsi.

Ego Argebærtus Portucalensis Ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Theucorfstus Salamanticensis Ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Vitulacius Ecclesie Laberriensis episcopus subscripsi.

Ego Leonclanus Ecclesie Lotebensis episcopus subscripsi.

D Ego Pisinnus Ecclesie Eliberitanæ episcopus subscripsi.

Ego Justinianus Ecclesie Abilensis episcopus subscripsi.

Ego Venerius Ecclesie Castulonensis episcopus subscripsi.

Constitutio a Carthaginensium sacerdotum in Toletana urbe apud sanctissimum ipsorum Ecclesie antistitem.

Convenientibus nobis in unum pro religione et fide quam Christo debemus, placuit, ne quid ultra in nobis absurdum vel illicitum oriatur, alterna collatione decretum justissimæ promulgare sententiæ,

* Deest hæc constitutio in B. R., E., 4, T. 1, 2, U, G.

quo perpicue clareat inter nos ordo ac disciplina ecclesiastica dignitas, et agnoscaturn fraternæ concordia pacis. Tali ergo dispositione necessarium contentes ob stadium nostræ ordinis communi electione decrevimus, congruum esse provida dispositione iudicium, fatentes hujus sacrosanctæ Toletanæ Ecclesiæ sedem metropolitani nominis habere auctoritatem, eamque nostris ecclesiis et honoris antequam potestate et meritis; cujus quidem principatus nequaquam collationis nostræ conniventia nuper eligitur, sed jam dudum existere antiquorum Patrum synodali sententiâ declaratur, ea duntaxat concilii forma, quæ apud sanctum Montanum episcopum in eadem urbe legitur habita. Proinde ergo dispositionem nostram instructæ collationis definitione celebrantes elegimus, ne quis ultra comprovincialium sacerdotum inani ac perversa contemplatione obnitatur hujus sacrosanctæ Ecclesiæ Toletanæ primatum contemnere, neque perversi schismatum studio ad summos sacerdotalium infularum ordines remota hujus sedis potestate a nobis queimpiam, sicut hactenus factum est, provehere. Talem itaque specialiter a nobis ac successoribus **508** nostris deferre dignitatis honorificentiam huic Ecclesiæ pollicemur, qualem in decretis sanctorum conciliorum beatissimi Patres metropolitanis ecclesiis decreverunt; hujus ergo et nos reverentiæ observationem fidei custodia pollicemur, hujus honorificentiam conservare diligenti prospectu a successoribus nostris per metas sequentium ætatum volumus. Sane quicumque ex nobis vel successoribus nostris hæc statuta transierit, anathema sit Domino nostro Jesu Christo atque a culmine sacerdotali dejectus perpetuæ excommunicationis sententiâ prædamnetur. Facta constitutio sacerdotum in urbe Toletana sub die decimo Kalendarum Novembrium anno regni primo piissimi atque gloriosissimi Gundemari regis, æra DCXLVIII.

Protogenes sanctæ Ecclesiæ Segontiensis episcopus hanc decreti nostri professionem pro firmitate subscripsi.

Theodorus sanctæ Ecclesiæ Castulonensis episcopus subscripsi.

Minicianus sanctæ Ecclesiæ Segobiensis episcopus subscripsi.

Stephanus sanctæ Ecclesiæ Oretanæ episcopus subscripsi.

Jacobus Mentesanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Magentius sanctæ Ecclesiæ Valeriensis episcopus subscripsi.

Theodosius sanctæ Ecclesiæ Arcavicensis episcopus subscripsi.

Marinus sanctæ Ecclesiæ Valentianæ episcopus subscripsi.

Conantius sanctæ Ecclesiæ Palentinæ episcopus subscripsi.

Puscarius sanctæ Ecclesiæ Segobricensis episcopus subscripsi.

Vincentius sanctæ Ecclesiæ Bigastrensium episcopus subscripsi.

Ætherius sanctæ Ecclesiæ Bastitanæ episcopus subscripsi.

Gregorius sanctæ Ecclesiæ Oxomensium episcopus subscripsi.

Præsidius sanctæ Ecclesiæ Complutensium episcopus subscripsi.

Sanabilis sanctæ Ecclesiæ Elotanæ episcopus subscripsi.

Suggestio servi vestri Sesuldi.

Meam extremitatem ad sanctitatis vestræ deduco memoriam et ut sæpe pro extremitate servi tui orare jubeas instanter suggero; de cætero autem ad relatum sanctitatis vestræ deduco, quod convenientia servorum vestrorum fuit per humilem vestrum dominum Emilianum ut per voluntatem Dei et vestram in Ecclesia vestra sacerdotio fungatur; et quia in ipsa diœcesi talis nec melior invenitur, pro eo domino suas suggestiones miserunt, ut si Deus domino aditum dederit **509** jubeatis venire, ut per manus vestras et illud perficiatur et aliud quod adhuc in suspensum est et desiderantes domino de vultu vestro læti efficiamur. Si vero aliter est vestra prævisio, cui vultis ordinationem vestram dirigite, qui causam vestram perficiat, et ordo vester incolumis persistat.

Alia proprii vernuli vestri Sunilani suggestio.

Ad relatum sanctitatis vestræ deducimus, quod per Dei electionem omnes sacerdotes vestri et cuncti filii Ecclesiæ in unum convenientes requisierunt a me per humilem vestrum dominum Emilianum, ut per Dei et vestram ordinationem in Ecclesiam Mentesanæ civitatis pontifex ordinetur; et quia eum humilitas cum sanctitate adornat et origo generis reddit illustrem, suggero clientulus tuus, ut si Deus beatitudinis vestræ aditum dederit ob restaurandas ecclesias vestras, ad vestros usque humillimos non dedignemini accedere, quatenus famulorum vestrorum **510** electio vestris sacris manibus compleatur. Si tamen casus sæculi in aliquid excellentiæ vestræ obviaverit, ordinate cui jusseritis ex fratribus vestris scribere, qui vestra compleat jussa, et amplius Ecclesia vestra in desolatione non permaneat. Si Christi gratiam eximietas vestra sine fine percipiat.

Alia suggestio Ermegildi Joanni et servis ejus.

Per Sesuldum filium vestræ beatitudinis notatit pro humili vestro domino Emilano, ut si Deo et domino placitum fuerit, in ecclesiarum ordine pontifex ordinetur; ita et nos servi vestri suggerimus, ut si Deus aditum domino dederit, jubeatis usque hic fastidium pati, ut per manus vestras sit completum. Si vero, quod absit, aliqua occasio sæculi domino obviaverit, suggerimus ut cui vult sanctitas vestra domino vestro notescat, quia persona vestra electionem vestrorum impleat, sic vitæ æternæ præmium accipiat.

CONCILIIUM TOLETANUM DECIMUM TERTIUM.

ÆRA DCCXXI, ANNO REGNI EXCELLENTISSIMI ERVIGII PRINCIPIS QUARTO.

Illibatæ charitatis insinctu alternis visionum ob-
tusibus redditi et in unum cœtum factore Deo pari-
ter aggregati, in Ecclesia videlicet sanctorum apo-
stolorum Petri et Pauli, anno regni quarto serenissi-
mi Ervigii principis, sub die pridie Nonas Novembres,
æra MCCXXI, cum unusquisque nostrum debitis loca-
retur in sedibus, adfuit idem princeps pleno fidei
ardore subnixus et humilitatis gratia decoratus, qui
synodico cœtui deliberationis suæ vota commendans
et ut pro se Domino instantissime deprecarentur ex-
postulans, hoc præsertim est allocutus sufficienti
exhortatione concilium ut ecclesiasticæ disciplinæ
quæ congruunt et corrigendis moribus quæ conve-
niunt tractatus nostri evidentia sancirentur. Deinde
religiosa vota suæ clementiæ quibus subveniendum
miseris destinavit synodali conventui confirmanda
commisit, offerens videlicet sacris pontificibus to-
num, obsecrans pariter et obtestans, ut quidquid
illie venustioris esset calami respersione congestum
synodalis potentiæ conderetur ordine titularum.
Tunc nos pro suscepto a principe tomo gloriam de-
dimus Deo, et eidem principi benediximus glorioso.
Idem tamen princeps postquam votorum suorum in-
sinuationem peregit, a conventu concilii gratiosus
exiit. Tunc post præsentis principalis abscessum
hoc in tomi ipsius alligacione invenimus exaratum.

511 *In nomine Domini Flavius Ervigius rex san-
ctissimis Patribus in hac sancta synodo residen-
tibus.*

Ecce, sanctissimi religiosa pietate exco'endi pon-
tifices et divini cultus instantissimi sectatores, coram
cœtus vestri reverentia humilis devotusque prosternor,
reclinis assisto, promptus astipulor, primum de
conventus vestri aggregatione Patri luminum gra-
tiarum copiam solvens, deinde votorum meorum
studia vestris judiciis dirimenda committens. Neque
enim fas est quemquam, etiamsi bonum sit opus,
sine consilio agere, cum tamen multum prosit bona
cum consilio bonorum egisse. Unde ut brevè exhor-
tatione pererem vota mea, quibus remedia pietatum
exerceri delector, sensibus paternitatis vestræ agnos-
cenda insinuo, quæ tamen ne oblitu quodam memo-
riam fugiant et relationi propriæ curarum ea inter-
cedo subducat, in hujus tomi complicatione accipi-
te renotata. Illud primum volenti mihi miseris
parcere convenit intimare, quod divulgatam per tyran-
nidem nostri corporis partem in societatis nostræ
gremio conamur reducere: etenim retroactis divæ
memoriæ præcessoris nostri Wambæ regis tempori-
bus quæ in profanatoribus patriæ, qui cum Paulo
quodam tyrannidem assumpserunt, illata sit senten-
tia ultionum, quo per iudicii universalis edictum

^b Deest hoc concilium in A. et F. 3. Desumptum
est ex Codice B. R. cum variantibus cæterorum lectio-

A amisso testimonio rebusque propriis caruefunt, cun-
cta hæc vestræ sanctitudini nota sunt, quos tamen
et in collegio societatis nostræ recipere et rebus
quibus fas fuerit devovimus revestire; nam et de
accusatis modum volumus ponere justissimæ inquisi-
tionis ^b, quod sive de religiosis sive de laicis
quisque accusationis cujusquam studio propulsatus
non occultis fraudibus vel violentiis comprimatur,
nec ad dandam professionem violenter arctetur sed
in communi omnium examine judicetur, qui secun-
dum publicæ professionis suæ tenorem aut offensibi-
bilis debitas damnationis pœnas excipiat aut innocens
ex iudicio omnium comprobatus clarescat. Nam quid
jam de tributorum fiscalium exactionibus referam,
quorum redhibitiones tantis debitorum cumulis in-

B creverunt, ut si exigi penitus jubeantur et statim
subruat funditus populorum et fragmine collisionis
eorum ultimum terra sentiat propriæ prolapsionis
excidium? Unde his et talibus privatis seu etiam fisca-
libus servis remedia pietatis præoptans nostræ gloria
affluenter impendere, omnes tributorum exactiones,
quæ apud illos de retroactis temporibus rejacent
usque ad primum annum celsitudinis nostræ, man-
suetudo nostra illis omittendas laxavit et stylo pro-
priæ auctoritatis remittendas instituit, quas etiam
auctoritates **512** sacrosancto cœtui vestro relegen-
das elegit. Illud quoque adjiciens loquar, quod votis
nostris horribile et ænimis execrabile semper est,
cum nobilitate conditio libertorum vel servorum
etiam adæquata gentis nostræ statum degenerat: ob-
quam rem id nostræ gloriæ animis placet, ut excep-
tis servis fiscalibus vel libertis, abrua deinceps hu-
jus malæ præsumptionis licentia, nullus ex servitute
quorumlibet, servus sit vel libertus, ad palatina
officia transeat; quod si fecerit, illi servitutum pro-
cul dubio reducendum se noverit, ex quo aut condi-
tionis propriæ originem sumpsit aut libertatis titu-
lum reportavit. His votorum meorum insinuationibus
allegatis, quæso ut fortia paternitatis vestræ adju-
toria prorogetis. Luce enim clarius constat quod aggre-
gatio sacrosancta pontificum quidquid consuerit ob-
servandum per sancti Spiritus donum omni maneat
æternitate præfixum. Et ideo universitatem paterni-
tatis vestræ atque sublimium virorum nobilitatem,
qui ex aulæ regalis officio in hac sancta synodo vo-
biscum consessuri præelecti sunt, obtestor pariter et
conjuro atque per ineffabile illud sanctæ Trinitatis
sacramentum convenio, ut quidquid in medio vestri
se judicandum vel retractandum invexerit, tam quæ
per nos dicta quam etiam cætera quæ vestris auctori-
tibus se ingesserint audienda, cum omni vigore justi-
tiæ et temperamento misericordiæ dirimere procu-
pibus.

^b Æ., E. 4, T. 1, 2, *perquisitiois*.

retis, quo cum omni reverentia Patrum præcedentium regulis subdita totius unanimi vestre sententia non aliunde quam ex veritatis fonte procedat, sicque et his quæ præmissa sunt solidum deliberationis stylum promptissime apponatis, et reliqua adhuc quæ necessaria sunt in peragendis ecclesiasticæ regulæ disciplinis et dirimenda tractetis, et dirempta religiosiori sub diligentia conscribatis, qualiter dum doctrinam respergitis salutarem in populis, Christum dominum in emolumento justitiæ capiat; ut et vobis prædicantibus et nobis implentibus quæ divinis oculis complacent, sit utrisque partibus et in hoc sæculo de lucro animarum ineffabile gaudium, et in futuro de perventione [T. 1, 2, proventione] æternitatis præmium inconvolsum. Datum sub die pridie Nonas Novembres anno feliciter quarto regni gloriæ nostræ in Dei nomine Toletō.

Perlecto igitur præeuntis tomi necessario institutionum exorsu prius de fide sanctæ Trinitatis sermocationis nostræ cepit esse principium: profitentes pariter et credentes ea quæ de hac sancta Trinitate et Evangelia tradunt et apostolorum sanctiones instituunt, sicut Nicæna synodus hoc pietatis sacramentum exposuit, sicut Constantinopolitana definitio sanxit vel primi Ephesini 513 cæsus atque Chalcedonensis evidens doctrina constituit, juxta quod etiam sacrosancti symboli elucubrata professio claret, quæ in missarum solemnitatibus patula cunctorum acclamatur fidelium voce.

Symbolum Nicæni concilii.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, etc.

Post hujus sanctæ fidei dispositam structuram quasi super solidissimam petram cæterorum negotiorum sequentium construximus fabricam, ut eo firmitate inconvulsibili durent quo super fundamentum veræ fidei fuerint constructa perenne. Unde et has in commune sententias, quas principis hortatu constræendas accepimus, communi voto edidimus, quas etiam æterno reverentiæ vigore observandas fore censemus.

1. *De reddito testimonio dignitatis eorum quos profanatio infidelitatis cum Paulo traxit in societatem tyrannidis.*

Præconabile signum est illis semper negotiis interesse, quæ et a pietate incipiunt et per pietatis viscera temperantur. Pietas enim, ut ait Apostolus, ad omnia utilis est: cujus virtutis admirabili dono cor gloriosi atque religiosissimi principis nostri divino igne succensum decrevit pariter et elegit, ut in unum cœtum omnes Hispaniæ aggregati pontifices illa decernerent, quæ et gravedines pressurarum removeant et sublevationis opem dejectis opulenter impendant. Primo igitur negotiorum exorsu, hortante pariter et jubente religiosissimo domino nostro Ervigio rege, decernendum nobis occurrit, ut omnes quos scelerata quondam contra gentem et patriam conjuratio Pauli perfidiam traxit et titulo testimonii honestioris abegit, ad statum dignitatis pristinæ redcant et nulla

PATROL. LXXXIV.

A deinceps illis ob hoc catena judicialis obstat, sed omnes ita generosæ stirpis ac nobilitatis propriæ subeant decus ut præteritæ infidelitatis nullum perferant dedecus. Quod etiam et de filiis eorum decernimus observandum, qui post admissam parentum præmemoratæ profanationis scelus natis esse produntur, sive de cæteris omnibus qui ex hoc tempore divæ memoriæ Chintilani regis simili hucusque infamiationis nota respersi sunt. Et quia incassum a servitute exiit qui spoliis premitur, hoc etiam adjuvandum præcelsi principis nostri clementia jussit, ut aggregati cœtus nostri sententia definiret quo cum recepto testimonio dignitatis congruis alerentur substantiis. Unde consonam votis ejus sententiæ præformantes elegimus, ut ea quæ de rebus eorum nulli donata neque in stipendiis data, sed tantam fisci sunt jeribus applicata, unusquisque quod cuique proprium fuerit incunctanter 514 per auctoritates regias possidendum recipiat, et receptum proprii arbitrii libertate disponat. Illa vero quæ de eorum bonis largitione principali cuilibet donata vel in stipendio data sunt, in eorum jure quibus concessa sunt perpetim tenebuntur. Hujus ergo pietatis sententiæ quam ordinante prædicto glorioso principe nostro formavimus si quis immutandam elegerit, et tantæ misericordiæ fabricam subruere tentaverit, per judicium omnipotentis Dei anathema sit.

H. *De accusatis sacerdotibus seu etiam optimatibus palatii atque gardingis, sub qua eos justitiæ cautela examinari conveniat.*

C Secundæ collationis objectu res nostro cœtui lacrymanda occurrit, quæ tanto est synodalis iudicii pondere abigenda, quanto immensam stragem populis afferat pariter et ruinam: etenim decursis retro temporibus vidimus multos et flevisse ex palatini ordinis officio cecidisse, quos et violenta professio ab honore dejecit et trabale regum factione iudicium aut morti aut ignominia perpetuæ subjugavit. Quod importabile malum et impietatis facinus exhorrendum religiosi principis nostri animus ab illo intendens generali omnium pontificum arbitrio retractandum inveniit, et ultrici synodalis potentia auctoritate exhibendum institeit. Unde congruam devotioni ejus sententiæ decernentes hoc in commune decrevimus, ut nullus deinceps ex palatini ordinis gradu, vel religionis sanctæ conventu, regis subtilitatis astu vel profanæ potestatis instinctu sive quorumlibet hominum malitiæ voluntatis obnixu citra manifestum et evidens culpæ suæ iudicium ab honore sui ordinis vel servitio domus regis arceatur, non antea vinculorum nexibus illigetur, non questioni subdatur, non quibuslibet tormentorum vel flagellorum generibus maceretur, non rebus privetur, non etiam carceralibus custodiis mancipetur, neque adhibitis hinc inde injustis occasionibus abdicetur, per quod illi violenta, occulta vel fraudulenta professio extrahatur: sed is qui accusatur gradum ordinis sui tenens et nihil ante de supradictorum capitulorum nocibilitate persentiens, in publica sa-

cerdotum, seniorum atque etiam gardingorum dis-
 cussione deductus et iustissime perquisitus aut ob-
 noxius reatui detectæ culpæ legum pœnas excipiat,
 aut innoxius iudicio omnium comprobatus appareat.
 Illos tamen quos in locis talibus manere constiterit
 unde nocibilis perfugii suspicio sit, aut eos quos pro
 conturbatione terræ diligentius oporteat custodiri,
 hos sine aliquo vinculorum vel injuriæ damno sub
 libera custodia consistere oportebit; sic tamen re-
 pulso omni terrore sub circumspecta et diligenti cu-
 stodia habeantur, ut tempus quo judicari eos **515**
 oporteat nullo modo sub fraudulentia dilatetur, quo
 ab uxoribus vel propinquis atque etiam rebus suis
 diutissime separati professionem suam videantur
 dedisse inviti: quæ tamen si [*Æ., E. 4, T. 1, 2, et*
si] data fuerit, modis omnibus non valebit, sed juxta
 superiorem ordinem illud tamen pro vero accipietur
 quod ex ore ejus genitum generali fuerit iudicio
 comprobatum. Nam et de cæterorum ingenuorum
 personis, qui palatiis officiis non hæserunt et tamen
 ingenuæ dignitatis titulum reportare videntur, simi-
 lis ordo servabitur; qui etiamsi pro culpis minimis,
 ut assolet, flagellorum ictibus a principe verberen-
 tur, non tamen ex hoc aut testimonium amissuri
 sunt aut rebus sibi debitis privabuntur. Quod si de
 infidelitatis crimine quidquam eis obijcitur, simili
 ut superius præmissum est ordine judicandi sunt.
 Quod synodale decretum, divino ut confidimus Spi-
 ritu promulgatum, si quis regum deinceps aut teme-
 ranter custodire neglexerit aut malitiose præterire
 prælegerit, quo quisquis de personis taxatis aliter
 quam præmissum est prædamnetur, aut astu conge-
 stæ malitiæ perimatur vel dejectus sui ordinis loco
 privetur, sit cum omnibus qui ei ex delectatione
 consenserint in conspectu altissimi Dei Patris et un-
 geniti Filii ejus atque Spiritus sancti perenni anathe-
 mate ultus, et divinis vel æternis addicetur ardoribus
 concremandus: et insuper quidquid contra hanc regu-
 lam sententiæ nostræ aut in persona cujuscunque
 fuerit actum aut de rebus accusatæ personæ consti-
 terit iudicatum nullo vigore subsistat, quo persona ipsa
 aliter quam decernimus iudicata aut testimonii sui
 dignitatem amittat aut quæstus rei propriæ careat.
 Nec enim hæc et talia promentes, principibus dome-
 sticæ correctionis potestas adimitur: nam specialiter
 de laicis illis quos non culpa infidelitatis astringit
 sed aut servitii sui officio torpentes aut in commissis
 sibi actibus reperiuntur esse mordaces [*E. 4, men-
 daces*] vel potius negligentes, erit principi licitum
 hujusmodi personas absque aliquo eorum infamio
 vel rei propriæ damno et servitii mutatione corri-
 gere et in commissos talium alios qui placeant trans-
 mutare.

III. De tributorum principali relaxatione in plebe.

Tertii ordinis gloriosæ insinuationis occursum libe-
 ralitas principalis longe lateque diffusa nostro se in-
 vexit cœtui agnoscenda, quæ sicut ex puro fonte
 regni provisionis processit, ita synodalis conventus

A debet sanctione præstringi. Et ideo religiosi principis
 nostri Ervigii regis affectus in toto gentis suæ am-
 bitu usquequaque porrectus de virtute in virtutem
 quodammodo gradiens et quasi **516** quibusdam pas-
 sibus ad mellora conscendens, hoc per stylium regni
 auctoritatis decrevit, ut omne tributum præteritorum
 annorum usque in annum primum regni sui, quod
 in privatis sive in fiscalibus populis rejacet, absolu-
 tionis perpetuæ debeat sanctione laxari, ea tantum
 de ipsis tributis præcipiens thesauris publicis exhiberi,
 quæ exacta et non illata fuisse constiterint.
 Quod pietatis beneficium admirantes non solum vi-
 goreu gloriosæ definitioni ejus apponimus, sed et
 perpetuæ excommunicationi eum qui contra hæc ven-
 erit subjiciendum esse sancimus.

B IV. De munitione proliis regis.

B Pridianæ diei exercitia gloriosa, quibus per trium
 capitulorum annotationem pietas principalis se mon-
 stravit eximia, cogunt cœtus nostri reverentiam ali-
 quid promulgare, quo valeat et pietati regni vicem
 beneficentiæ reddere et principali soboli ad futurum
 prodesse. Providentia enim salutaris semper est uti-
 lis, imo semper est utile quod ad veram pertinet
 salutem. Et ideo piæ sollicitudinis cura extenti de-
 fensionis decretum promulgare prælegimus in re-
 gi in prolem, et tuitionis in futurum obtendere piete-
 tatem qui paternis beneficiis nequivimus reddere
 vicem. De hoc sane principe nostro Ervigio rege id
 nos definisse conveniet, cujus provide pacato imperio
 regimur, affectu fovemur, præmiis fruimur, qui pro-
 fanatoribus perditum libertatis decus restituit, qui
 de accusatis modum quo iustissime examinentur de-
 crevit, qui terram gentis propriæ et illæsam ab hoste
 servavit et multiplici tributorum relaxatione erexit;
 et ideo qui tot erga gentis suæ populos ejus benefi-
 cia persentimus, dignum est ut saltem ejus filiis for-
 titutionis ad futurum adminicula prorogemus.
 Contestamur ergo omnes præsententes et absentes seu
 etiam futuris temporibus subsequentes sacerdotes vel
 principes seu cujuscunque honoris aut ordinis ho-
 mines coram Deo et sanctis angelis ejus, ut nullus
 ad futurum posteritati ejus vel gloriosæ conjugis suæ
 Liuvigotoni reginæ, atque his qui gloriæ suæ filiis
 vel filiabus conjuncti esse noscuntur, seu etiam qui
 adhuc conjuncti non sunt sed protinus jungendi
 sunt, injustas lædendi occasiones exquirat; nullus
 occulte vel publice per quæ abdicentur malitiæ suæ
 contra eos vota extendat, non eos gladio vel qualibet
 perniciose factione interimat; nullus consilium vel
 opus quibus injuste dejiciantur vel nudentur rebus
 exhibeat; nullus his injuste violentum tonsuræ sig-
 num imprimat; nullus vestem contra ordinem
 gloriosæ conjugis ejus vel filiabus suis atque auris
 mutare præsumat; nullus etiam extra evidentis cul-
 pæ **517** indicium aut exsiliis eos relegandos indu-
 cat, aut eorum corporibus quarumlibet detruncatio-
 num vel flagellorum inferat detrimenta, quo cum
 præmemoratis omnibus omnis ejus in tota ad futu-
 rum gloriosa posteritas læsionis injustam non perfe-

rat notam, nec rerum sentiat detrimenta. Si quis autem hominum, cujuslibet sit ordinis aut honoris huic nostræ sententiæ non acquiescens filios filiasve gloriæ suæ una cum serenissima conjuge sua Liuvigotone regina vel supradictis omnibus amodo vel quandoque sine justo partis suæ negotio aut lædendos impetierit aut dejiciendos elegerit, vel ex propria deliberatione consenserit quo aut de rebus sibi debitis injuste expoliati nudentur, aut dolo vel machinamento quolibet dejiciantur, sit æterno anathemate ultus et futuri examinis judicio condemnatus.

V. Ne defuncto principe relictam ejus conjugem aut in conjugio sibi quisque aut in adulterio audeat copulare.

Exsecrabile facinus et assuetæ admodum iniquitatis est opus, defunctis regibus, superstitis ejus conjugis regale torum appetere, et horrendis pollutionum maculis sordidare. Quis enim Christianorum æquanimiter ferat defuncti regis conjugem alieno postmodum connubio uti aut secuturi principis libidini subjungi, ut quæ fuit domina gentis sit in postmodum prostibulum fœditatis, et quæ toris exstitit regalibus honoris regii sublimitati conjuncta stupris eorum vel conjugis, quibus pridem dominata est, abdicetur ut reproba? Quid ergo si moriuntur principes? nunquid inhonorandas relinquunt sui corporis partes? aut quia ad gaudia cœlestia Christiani transeunt reges, propterea ad contumeliam in sæculo eorum devocandæ sunt conjuges? Nusquam ergo inhonorum esse oportet quod honorandum convenit opportune haberi. Nulli ergo licebit superstitem reginam sibi in conjugio ducere, non sordidis contractibus maculare: non hoc secuturis regibus licitum, non cuiquam hominum licebit esse permissum. Quod si facere tale aliquid quisquam præsumperit, quo aut superstitem reginam post decedentis principis mortem sibi in connubio copulet aut adulterina pollutione contamine, sive sit rex, sive quislibet hominum qui hujus nostræ sanctionis sententiam violare præsumperit, sit ab omni Christianorum communione seclusus et sulphureis cum diabolo contradatur ignibus exurendus. Quicumque igitur hujus institutionis nostræ præsumperit convellere vel abraderè sanctionem, sit nomen ejus abrasum et deletum de libro vitæ, ut tartareas judicii pœnas excipiat qui hæc decreta honestatis devoverit violanda.

518 VI. Ut exceptis servis vel libertis fiscalibus nullus de servitute quorumlibet deinceps aut libertis ad palatinum officium quocumque tempore transeat.

Sæpe offuscata nobilium genus suberectum servitutis importabile dedecus, quod et generosos adæquatam iufamat et dominis plerumque notam proditionis importat. Multos enim ex servis vel libertis plurimum ex regio jussu novimus ad palatinum fuisse pertractos officium, qui tamen affectare cupientes sublimitatem honoris quam illis subtraherat natio offuscatae originis, dum æquales dominis per susceptam palatinum officium facti sunt, in necem dominorum suorum vehementius grassaverunt, et quod nefas est dicere, etiam hi qui a dominis suis libertatis

beneficio potiuntur ipsi quoque dominis suis regio jussu tortores existunt. Nam quid jam si præcedentium et antiquorum historica narratione memoremus excidia, in qua obscena servitutis conditio dominorum sæpe suorum casum operiens et regnum pariter labefactare fecit et dominos? Ac proinde hortante pariter ac jubente prædicto gloriosissimo principe hoc nostri cœtus aggregatio observandum instituit, ut exceptis servis vel libertis fiscalibus nullus servorum atque etiam libertorum quorumlibet deinceps ad palatinum quandoque transire permittatur officium, nec etiam locorum fiscalium atque etiam proprietatis regis administratores vel actores fieri quolibet tempore admittantur, sed conditionis suæ usum deinceps unusquisque servorum vel libertorum veraciter reminiscens ita sibi ab ordine palatino extorris proficiat, ut dominis suis vel dominorum suorum posteritati nec noceat nec æqualis existat. Quod si deinceps quorumcumque sit libertus seu etiam servus vel omnis eorum adfutura progenies, qui post hujus sanctionis nostræ sententiam ad officia præmissa accedat, illic quolibet tempore aut serviturus aut obsequendus modis omnibus contradatur, ex quo aut servitutis originem duxit aut libertatis decus subire promeruit.

VII. De his qui pro accidentia jurgiorum altaria nudare præsumunt vel luminaria ecclesiæ subtrahunt.

Væ his qui faciunt opus Domini fraudulentè et desidiòse, propheticus sermo annuntiat; et si illi *væ* incurrunt qui negligenter opus Domini faciunt, quod supplicium merebuntur qui divinæ servitutis cultum malitia intercedente ab altariis Christi subducunt? illos dicimus qui obstinatæ mentis dolositate confusi, cum aliqua eos molestia fraternalium jurgiorum pupugerit, insana illico temeritate **519** abrepti altaria nudantes sacratis vestibus exuunt, luminaria subtrahunt, ac divinorum sacrificiorum cultum malitia intercedente subducunt, et quod in hominibus se vindicare non possunt, injuriam Deo, quod pejus est, inferunt. Unde si hujusmodi pro fraterno odio homicidæ reatu adstringitur, pro contemptu divino quid pœnæ merebitur? etenim juxta quod divinus sermo increpitat: *Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus; si quis autem peccaverit in Deum, quis pro eo rogaturus est?* Facile ergo talium sacerdotum excessibus illa Domini sententia coaptabitur, qua malitia percuitur sacerdotum. Dicit enim: *Honorificantes me honorificabo, qui autem contemnunt me erunt ignobiles.* Quicumque ergo sacerdotum vel ministrorum deinceps causa cujuslibet doloris vel amaritudinis permotus aut altare divinum vestibus sacratis exuere præsumperit, aut qualibet alia lugubri veste accinxerit, seu etiam si consueta luminariorum sacrorum obsequia de templo Dei subtraxerit vel extingui præceperit aut quodcumque lugubritatis in templo Dei induxerit, atque, quod pejus est, occasionem nutrierit unde de templis Domini aut officia consueta desint aut oblatio singularis sacrificii videatur in aliquo defraudari, si eum antea veræ pœnitudinis coram metropolitano satisfactio non purgaverit, ignobilitati

perpetuæ mancipatus juxta superiorem sententiam A Domini et loci sui dignitate se noverit et honore privari; illis procul dubio personis ab hac ultionum sententia separatis, quæ aut contaminationem sacrorum ordinum vel subversionem sanctæ fidei metuentia aut hostilitatem vel obsidionem perferentes, seu etiam divinatorum judiciorum sententiam metuentes talia fecisse contigerit, in quorum facto plus humilitas quæ Deus placetur quam interni laboris dolositas declaratur.

VIII. *Ne admonente metropolitano quisquam ex confinitimis ad locum ubi invitatur venire contemnat.*

Si generaliter obediendum omni fratri in tantum a Christo præcipitur, ut non solum si angariati fuerimus passibus mille obedientiæ vota paremus, sed etiam gemito id charitatis officio peragamus, jam quomodo obediendum est præminenti? Quibus Apostolus ita obedire præcepit ne de inobedientia fratris videantur ullo modo contristari. Accidit enim multoties ut causa salutis alienius vel collationis necessariæ evocati a principe vel metropolitano confinitimi sacerdotes venire differant, et diversis excusationibus agant, quibus implere quæ jubentur omitant. Hac de re nascitur et difficultas ordinibus 520 et contemptus majoribus: et ideo si quis episcoporum a principe vel metropolitano suo admonitus designato sibi dierum rationabili ad veniendum spatio sive pro fe-tivitatibus summis, Pascha scilicet, Pentecoste et Nativitate Domini celebrandis, sive pro causarum negotiis seu pro pontificibus consecrandis vel pro quibuslibet ordinationibus principis, excepta inevitabili necessitate infirmitatis quæ testibus possit comprobari idoneis, ad constitutum diem venire distulerit, contemptorum se noverit excommunicatione multari: si tamen exceptis supra taxatis capitulis aut fluminum aut ærum procellosa immensitas ad præfinitum diem aditum ei subduxerit properandi, quod tamen et hoc ipsum convinci idoneis testibus oportebit. Hanc etiam et illi ex pontificibus sententiam merebuntur accipere qui exortos contra se clamores negotiorum admoneri a metropolitano distulerint emendare atque compescere, aut si admoniti ut ad judicium primæ sedis accedant aut per se noluerint properare aut vades suos neglexerint legaliter informatos dirigere.

IX. *De confirmatione concilii Toletani duodecimi quod factum est anno primo gloriosissimi Ervigii regis.*

Licet unanimi consensionis nostræ judicio gesta synodalia Toletani concilii duodecimi acta sunt atque disposita, quæ anno primo gloriosi principis Ervigii in hac urbe regia celebrata sunt, nunc tamen iterato inconvulsibili nostræ definitionis assensu ea ipsa gesta, prout gesta sunt vel conscripta, omni temporum aternitate valitura decernimus et omnimodæ soliditatis vigore firmamus juxta ordinem capitulorum, qui in eisdem gestis conscriptus esse probatur, id est: De agnita et confirmata præelectione fastigii

* E. 4, T. 1, non consentientes.

A principalis in nomine gloriosi domini nostri Ervigii regis. Item: De his qui penitentiam non a sentientes accipiunt. Item: De culpatorum receptione vel communionem apud Ecclesiam. Item: Ut in locis ubi episcopus non fuit nunquam episcopus ordinetur. Item: De quorundam consuetudine sacerdotum foedissima, qui oblatis Deo per se sacrificiis non communicant. Item: De concessa Toletano pontifici generalis synodi potestate, et episcopi alterius provincie eum coniventia principum in urbe regia ordinetur. Item: De recepto testimonio personarum qui per legem quæ de promotione exercitus facta est testificandi licentiam perdidit. Item: De his qui uxores suas divortio intercedente relinquunt. Item: De confirmatione legum quæ in Judæorum nequitiam promulgatæ sunt juxta earumdem legum præfixum ordinem 521 titulorum, qui in eodem canone annumerantur. Item: De his qui ad ecclesiam confugium faciunt. Item: De cultoribus idolorum. Item: De interdicto temporis constituti quo debeat concilium celebrari. Item: Conclusio definitionum in qua et Deo gratiæ referuntur et pro principe exoratur: statuentes videlicet, ut qui contra supradictorum capitulorum decreta venire præsumpserit, et ecclesiasticæ excommunicationis sententia feriatur et ad legem illam gloriosi principis, quæ in confirmatione ejusdem concilii facta est, teneatur obnoxius.

X. *Utrum audeant ministrare hi qui penitentiam accipiunt in sacerdotio constituti.*

Tertii diei necessario collationis eventu visum nobis est antiquorum Patrum indagare de penitentium regulis institutum: etenim digno nobis venerandus honore sanctissimus frater noster Gaudentius Valeriensis sedis episcopus per vicarium personæ suæ ad concilium destinatum congressus est nostri reverentiam cœtus, insinuans sacrosancto synodali conventui quod incommodæ valetudinis nimietate præventus per manus impositionem subactus fuisset penitentiarum legibus. Sed utrum accepta penitentia liceret sibi præcepta sui ordinis contractare mysteria vel missarum solita explere officia, per synodalia instructionis se maluit certificari responsa. Tunc collatis in unum de hujusmodi canonicis instrumentis hoc sancta synodus definiivit, ut reconciliatione præmissa soliti ordinis retentet officia. Si enim regulæ præcedentium Patrum eos qui penitentiam in discrimine mortis accipiunt et nulla de se manifesta scelera constituentur, si adit tamen in his et talibus probitas morum, ad ecclesiasticos gradus pervenire permittunt, quanto magis ut hi qui in ipso sacerdotio constituti penitentiam accipiunt a sui ordinis officio retrahantur, tantum si se ipsi mortalium criminum professione propria non notarunt? Cum enim omnis sacerdos tunc sibi licitum sacrificare sciat, quando a malis actibus vacat, qua ratione qui penitentiam remedium suscipit quod datur in remissionem peccati a sacrificiis divinis se abigit? Penitentia enim ad hoc suscipitur, ut et peccatum diluat et peccati sor-

* Hæc negativa particula desideratur, ni fallor. EDIT.

des nomen iterare non sinat ^a : qui ergo confidit per susceptam pœnitentiam dimissa sibi peccata, cur confidenter ad altare Domini non accedat, vel cur ordinis sui non audeat retentare officia, cum hoc alteri non liceat nisi ei qui se a peccatis abstinuit? etenim cum pœnitentiam accipimus, ad similitudinem conditoris nos reformasse conamur : reformatio igitur ipsa medicamentum est quo delentur **522** piacula. Si enim medicamentum istud assumitur, recte creatori suo anima reformatur, recte etiam sacrificandi Deo cultus assumitur, quia in eo similitudo conditoris agnoscitur : si autem pœnitentiæ medicamentum subtrahitur quod in remissionem peccatorum accipitur, ad similitudinem factoris usum non venit. Etenim pœnitentia, ut dictum est, in remedium peccati accipitur, sacerdotium vero propter munditiam retentatur, ut hoc sacerdotis et vita ita fructa bonorum operum floreat, quo et in se delicti passiones extinguat et prædicamento suo in aliis peccati regnum potentialiter destruat. Huic igitur taliter, ut præmissimus, sacerdoti viventi qui hereditas si post acceptas pœnitentiæ leges divinis altaribus propitiationis [E. 4, propositionis] offerat paucos? Aut nunquid pœnitentiæ donum, quod in remedium sit peccati, in prohibitionem devocandum est sacramenti? Nusquam ergo pœnitentiæ præcepta privabunt jura cœlestia : pœnitens enim abstinere a peccatis pariter et negotiorum sæcularium temeribus debet, non ab his quæ sancta videntur et summa sese abstrahere, quæ operantem plus expiant quam commaculando deturpant. Scriptum est enim : *Sacerdos ad omnem mortuum non accedat*; id est mortuum criminum se implicatione non polluat. Non enim dixit Deus, ut a cordis ad sancta quæque non auderet accedere, de quibus præceperat ut nullo modo sacerdos de sanctis exiret, sed ut mortis opera non audeat contingere : ergo abigenda sunt ab omni sacerdote quæ maculant, exercenda quæ mundant. Illis ergo rationabili sanctione [Æ., sermone] præmissis hoc sancta synodus definit, ut stante priorum canonum sanctione quicumque pontifex vel sacerdotum deinceps per manus impositionem pœnitentiæ donum exceperint, nec se mortalium criminum professione notaverint, tenorem retinendi regimini non omittant, sed per metropolitanum re-

^a Æ., omnino iterari non sinat.

A Juxta conscientiam suam fiduciam, utrum audeat aut non audeat sacrificare Deo ex sui potius arbitrio **523** potestate quam ex nostri iudicii permissione procedat. XI. *Ne quis alienum clericum vel monachum suscipiat fugientem.*

B Multæ super hoc capitulum Patrum præcedentium sententiæ manaverunt, quo multiplici prohibitione sancitum est, ut alterius clericum nemo sollicitare, nemo fugientem recipere, nemo etiam aut obrelare aut ordinare auderet. Sed quia abundanter iniquitate et refrigescente charitate nec honestas attenditur nec cupiditas inhibetur, agendum est ut quos impunis admonitio non emendat evidens sententia damnationis coerceat. Placuit ergo, ut nullus alienum presbyterum, abbatem, ministrum sive subdiaconum vel quemlibet clericum seu etiam monachum fugientem vagumque suscipiat, non ad fugam suadeat, non fugæ latibulum præbeat, non apud se habito vel retento humanitatem impendat, non occasiones quibus quasi se nesciente alibi lateat turpi oppositione contingat; nam horum omnium casibus non solum turpatur honestas sed et frequenti dolorum acerbitate confoditur fraternitas. Etenim si dicat quis simplici animo alterius clericum suscepisse nec nosse eum fugitivum existere, tunc evidens innocentiam suam puritatem approbanda est, quando eum quem suscepit et infra octo dies juxta legum sanctionem iudici præsentaverit et infra tempus legibus constitutum illic fugitivum reddiderit unde per fugam vagabundus exiit. Quicumque ergo ex pontificibus seu sacerdotibus vel ministris cæterisque religiosis hujus institutionis nostræ violaverit sanctionem, si hujusmodi susceptor episcopus est, et eum quem suscepit, cum his quæ habere potuit et ei a quo evagatus est sine dilatione restituet, et insuper ut vere sacrilegus et transgressor institutionis paternæ tanto tempore excommunicatum et remotum se a suis officiis noverit esse, quanto eum qui fugiit sub sua potestate contigerit remorasse. Si autem hujus institutionis nostræ prævaricator presbyter, diaconus vel quilibet ex religiosis videatur haberi, reddito eo cum rebus sibi debitis quem suscepit, ipse solus apud eum anno integro sub pœnitentiæ censura deputatus tenebitur, cujus fugitivum suscepisse monstratur. Quicumque tamen talibus humanitatem impenderit, eadem et simili censura legum exquirendos et obstringendos se noverint, qua susceptores fugitivorum legis sanctione præmoneantur adstringi. Illi tamen qui prædecessorum suorum id actum esse temeritate contendunt, tunc immunes ab hujus ultionis sententia habebuntur, si a tempore ordinationis **524** suæ infra duorum mensium spatium, ejus qui apud se est et latebram publicaverint et personam domino fugitivi reducerint. Illis sane, qui de consinitimis episcopis cæterisque ecclesiarum rectoribus ad metropolitanum suum pro causarum suarum necessitate confugiunt, sicut licentia talibus perfugii datur, ita hi qui eos susceperint damnari utpote receptores fugitivorum non poterunt,

^b Ex reliquis, præter B. R., in quo : confunditur.

præsertim si et publice illos apud se habeant et eos A cum quibus actiones habuerint ad reposcentis vocem conventuros admonent.

XII. *De non excommunicandi a proprio episcopo personis illis quæ ad metropolitanum suum negotia sua suggesturi accesserint.*

Quicumque ex clericis vel monachis causam contra proprium episcopum habens ad metropolitanum suum causaturus accesserit, non ante debet a proprio episcopo excommunicationis sententia prædamnari, quam per iudicium metropolitani sui, utrum dignus excommunicatione habeatur, possit agnosci. Quod si ante iudicium quis episcoporum in talium personas excommunicationis sententiam prompserit ^a, illis penitus quos ligaverint absolutis, in se illam noverit retorqueri sententiam: quod etiam et inter metropolitanos convenit observari, si prægravatus quis a metropolitanum proprio ad alterius provinciæ metropolitanum molestiam pressuræ suæ agnoscendam intulerit [*Æ.*, T. 2, detulerit], aut si inauditus a duobus metropolitanis ad regios auditus negotia sua perlaturus accesserit, et ob hoc excommunicationis jugulum a proprio episcopo illi videatur indigi, hoc tantum est observandum, ut si prius unumquemque excommunicationem contigerit suscepisse antequam a proprio episcopo ad alium pertransiret, tandiu excommunicatus apud eum cuius iudicium petiit habeatur, quoad excommunicatoris sui objectibus, utrum iuste an injuste alligatus sit, agnoscatur.

XIII. *De relatione gratiarum quæ post peractionem concilii Deo et principi persolvuntur.*

His ergo omnibus synodicis institutis subscriptionis nostræ robur apponimus et sub terrore divino perenni ea quæ decrevimus memoriæ consecramus, dantes immortalis Deo nostro gloriam pariter et honorem, cujus inspiratione aguntur omnia quæ salubriter exercentur: invictissimo quoque atque religiosissimo principi Ervigio regi multiplicem gratiarum exhibitionem persolvimus, cujus clementissimo jussu in unum cœtum **525** aggregandi convenimus. Sit illi pax optabilis et beata: ducat quoque tempora prokursu longioris ævi felicia, et post Imperialia terreni regni sceptrâ coronandus perveniat ad cœlestia regna, præstante Jesu Christo Domino Deo et Salvatore nostro, qui cum Deo Patre et sancto Spiritu unus in Trinitate vivit et gloriatur Deus in sæcula **D** sæculorum. Amen.

Pontifices.

Ego Julianus indignus sanctæ Ecclesiæ Toletanæ metropolitanus episcopus instituta a nobis desinita subscripsi.

Ego Liuva Bracarenensis et Dumienensis episcopus.

Ego Stephanus Emeritensis episcopus.

Ego Floresindus Hispalensis episcopus.

Ego Leander Illicitanus episcopus.

Ego Palmatius Urcitanus episcopus.

^a *Æ.*, 4, E. T. 1, 2, *præmisit.*

^b *Æ.*, T. 2, *Theoderacius.* E. 4, T. 1, *Theoderacus.*

^c *Æ.*, T. 2, *Hilarius.* E. 4, T. 1, U., G., *Alartus.*

Ego Concordius Palentinus episcopus.

Ego Mummulus Cordubensis episcopus.

Ego Antonianus Bastitanus episcopus.

Ego Theodericus ^b Assidonensis episcopus.

Ego Stercorius Aucensis episcopus.

Ego Geta Iliplensis episcopus.

Ego Monefonsus Egiditanus episcopus.

Ego Froaricus [*Æ.*, Fodariicus] Portucalensis episcopus.

Ego Gregorius Oretanus episcopus.

Ego Agricicus Complutentis episcopus.

Ego Proculus Bigastrensis episcopus.

Ego Miro Conimbriensis episcopus.

Ego Crescentarius Biterrensis episcopus.

Ego Cecilius Dertosanus episcopus.

Ego Ella Segontiensis episcopus.

Ego Sonna Oxomensis episcopus.

Ego Sempronius Arcavicensis episcopus.

Ego Reparatus Vesensis episcopus.

Ego Cuniuldus Italicensis episcopus.

Ego Alaricus ^c Auriensis episcopus.

Ego Gundulfus Lamecensis episcopus.

Ego Felix Iriensis episcopus.

Ego Atila ^d Cauriensis episcopus.

Ego Bellitus Ossovensis episcopus.

Ego Euphrasius Lucensis episcopus.

Ego Joannes Pacensis episcopus.

Ego Oppa Tudensis episcopus.

Ego Asturius Setabitanus episcopus.

Ego Deodatus Segoviensis episcopus.

Ego Tructemundus Elborensis episcopus.

Ego Sisebado [*Æ.*, T. 2, Sisebaldo] Tuccitanus episcopus.

Ego Vincentius Magalonensis episcopus.

Ego Onegisis ^e Avilensis episcopus.

Ego Theodu'phus Astigitanus episcopus.

Ego Gratinus Egabrensis episcopus.

Ego Sarmata Valentinus episcopus.

526 Ego Onemundus ^f Salamantinus episcopus.

Ego Brandila Laniobrensis episcopus.

Ego Florus Mentessanus episcopus.

Ego Olipa Segobricensis episcopus.

Ego Euredus Herdensis episcopus.

Ego Ara Olyssiponenensis episcopus.

Abbates.

Absalius abbas.

Faustinus abbas.

Gerontius abbas.

Castorius abbas.

Gabriel abbas.

Sisebertus abbas.

Felix abbas [*Æ.*, T. 2, archipresbyter].

Wisandus abbas [*Æ.*, T. 2, archidiaconus].

Viucentius abbas [*Æ.*, T. 2, primicerius].

^d *Æ.*, T. 2, E. 4, T. 1, 2, *Atila.*

^e *Æ.*, T. 2, *Unigius.* E. 4, *Onisis.*

^f *Æ.*, *Holemundus Salamanticensis.*

Vicarii episcoporum.

Pæatus indignus abbas, agens vicem Suniefredi Narbonensis sedis episcopi, hæc instituta synodalia ubi interfui subscripsi.

Spasandus archidiaconus agens vicem Cypriani Tarraconensis episcopi.

Laulfus diaconus agens vicem Idalii Barcinonensis episcopi.

Gisebertus diaconus agens vicem Ausemundi episcopi de Loteba.

Fredebadus abbas agens vicem Valderedi Cæsarangustani episcopi.

Veremundus abbas agens vicem Clari Elenensis episcopi.

Gratianus [*Æ.*, T. 2, Gratinus] presbyter agens vicem Joannis ^a Egarensis episcopi.

Sifuldus abbas agens vicem Stephani Carcassensis episcopi.

Audericus presbyter agens vicem Rogati Beatiensis episcopi.

Secorius [*E.* 4, Sedecorius] abbas agens vicem Caudilani Emporitani episcopi.

Stabilius abbas agens vicem Jacobi Gerundensis episcopi.

Baroncellus diaconus agens vicem Antherii Tirassonensis episcopi.

Calumniosus diaconus agens vicem Samuelis Malacitani episcopi.

Cixila presbyter agens vicem Wisifredi Ausonensis ^C episcopi.

Joannes abbas agens vicem Regini Aucensis episcopi.

Felix abbas agens vicem Ergabadi Eliberitani episcopi.

Samuel presbyter agens vicem Felicis Dianensis episcopi.

527 Citrunius abbas agens vicem Euphrasii Calagurritani episcopi.

Dexter diaconus agens vicem Primi Agathensis episcopi.

Vincolamus diaconus agens vicem Attilani Pamplonensis episcopi.

Audebertus abbas agens vicem Gudiseli Osecensis ^D episcopi.

Leopardus abbas agens vicem Aurelii Asturicensis episcopi.

Habitus diaconus agens vicem Potentini Verecensis episcopi.

Tuentius presbyter agens vicem Riccilani Accitani episcopi.

Florentius presbyter agens vicem Leuberici Urgelitani episcopi.

Vincentius abbas agens vicem Gaudentii Valericensis episcopi.

^a *Æ.*, T. 2, Argibadonii episcopi Eliberitani.

^b *Æ.*, E. 4, T. 1, 2, Suniefredus.

^c *Æ.*, T. 2, Wiliangus.

Viri illustres officii palatini.

Ostrulvus comes hæc instituta ubi interfui annuens subscripsi.

Wadamirus comes Scanciarum et dux similiter.

Reccaredus comes Scanciarum et dux similiter.

Argemirus comes Cubiculi et dux similiter.

Egica comes Scanciarum et dux similiter.

Isidorus comes Thesaurorum et dux similiter.

Sisebutus comes Scanciarum et dux similiter.

Valdericus comes civitatis Toletanæ similiter.

Vitulus comes Patrimouii similiter.

Cixila comes Notariorum similiter.

Sunifredus ^b comes Scanciarum et dux similiter.

Gisclamundus comes Stabuli similiter.

Gulliangus ^c Spatarius et comes similiter.

^B Aldericus ^d Spatarius et comes similiter.

Adeliubus comes Scanciarum similiter.

Thoudila procer similiter.

Salamirus comes Scanciarum similiter.

Ataulfus comes Cubiculariorum similiter.

Niliacus Spatarius et comes similiter.

Severinus comes Spatariorum similiter.

Trasericus Spatarius et comes similiter.

Audemundus procer similiter.

Sisimirus Spatarius comes et dux similiter.

Trasimirus procer similiter.

Torrosarius ^e comes Spatarius similiter.

Recaulfus procer similiter.

In nomine Domini Flavius Ervigius rex omnibus privatis sive fiscalibus populis.

Magnum pietatis est præmium quo removentur gravedines pressurarum, quia illud semper ante Dei oculos perfectæ miseracionis **528** sacrificium approbatur, quo fit relevatio miserorum et ex hoc salvatio inducitur terræ per quod pressuræ subvenitur humanæ. Judicium est quippe salutare in populis quando sic commissa reguntur, ut nec incauta exactio populos gravet, nec indiscreta remissio statum gentis faciat deperire. Tempora ergo nostræ gloriæ misericordiæ beneficiis condienda sunt, ut parcente nobis Deo ipsi quoque populis parcere videamur. Votivum igitur omnipotenti Deo meo cordis sacrificium delibare præoptans, in nomine divino omnibus populis regni nostri tam privatis quam etiam fiscalibus servis, viris seu etiam feminis sub tributali exactione in provinciam Galliæ vel Gallæciæ atque in omnes provincias Hispaniæ consistentibus hoc decretum beneficium in Dei nomine prorogamus, ut quidquid in præteritis annis de ratione tributi usque ad primum nostræ clementiæ annum thesauris publicis reddibere videmini, totum vobis ex integro noveritis esse concessum, qualiter usque ad prædictum primum nostræ gloriæ annum quidquid de ratione tributorum apud vos rejacet, sic totum donatum vobis a serenitate nostra habeatis, ut nullam ex hoc abincepta de præteritis annis exactionem publicam pec-

^d *Æ.*, T. 2, Audericus. *E.* 4, Altericus.

^e *Æ.*, E. 4, Torresarius.

timeascat; ea tamen ratione servata, ut ea quæ in præteritis exacta sunt et fisco nostro illata non sunt ab his qui ea exegerunt in publico inferantur. Quod si distulerint et hoc confestim inferre neglexerint, in quadruplum una cum satisfactione disciplinæ juxta quod nostra mansuetudo decreverit id ipsum thesauris publicis persolvent. Certe si quisquis ille dux comes, triumphatus, numerarius, villicus aut quicumque curam publicam agens tributa exactio sibi commisso annis singulis plenaria numero non exegerit aut exacta apud se retinuerit, et ea statim thesauris publicis inferre neglexerit, duplata tributa ipsa de propriis rebus suis modis omnibus in publico inscribet. Hoc tamen speciali et evidenti serenitatis nostræ sententia definimus, ut nullus de supradictis comitibus, triumphatis, vicariis, numerariis, seu quibuscumque curam publicam agentibus quascunque exactiones pro hoc negotio pietatis cullibet ex vobis, quibus et relaxatio mansuetudinis nostræ conceditur, quodcumque exigere præsumperit, aut quispiam eorum vobis pro tali causa aliquid abstulerit aut ab aliis oblata sibi acceperit, et pro his causis quibuslibet modis aliquid mutulare præsumperit, in quadruplum de quidquid acceperit cui nostra clementia elegerit universa restituat. De terris vero vel vineis, quas pro eodem tributo quicumque supradictorum curam publicam agentium **529** vobis privatis vel fiscalibus populis abstulit vel accepit, fruges aridas et liquidas exinde in præteritis annis unusquisque exactor collegit in rationem ipsius tributi, hoc sibi imputet et terras ipsas vel vineas vobis de quorum jure ablatae sunt restituere non differat. Sic enim dignum est ut quod hujus pietatis nostræ sinceritate depromitur ita a cunctis sine cujusquam exactionis stimulo peragatur. Datum sub die Kalendas Novembris anno feliciter quarto regni nostri Toletæ.

Lex in confirmatione concilii edita.

In nomine Domini Flavius Ervigius rex. Eximia synodalis auctoritas et veneranda est pariter et tremenda, quæ in tantum per donum sancti Spiritus agitur ut ex diversitate multorum animorum et cordium unum eor unamque animam fecisse monstratur, dum numerositas aggregata pontificum non per sententiam discrepat, non per stimulum diversa objectat, nec per judicium aliud unum quam universitas format. Et ideo reverendum mihi conventum synodalis concilii, in cujus medio præsentia sancti Spiritus se habitare promisit, devote venerans instanterque honorans, ea quæ illorum ore nostræque gloriæ hortatu digesta sunt in notitiam deducimus singulorum: illa dicimus synodalis concilii gesta, quæ anno quarto regni nostri in Toletana urbe noscuntur esse confecta, quarum institutionum evidentia sine cunctatione omnibus innotescat, hic ea prælegimus specialiter renotanda. Est igitur primus canon: De reddito testimonio dignitatis eorum quos profanatio infidelitatis cum Paulo traxit in societatem tyrannidis, quos celsitudo nostra una cum filiis per hujus nostræ legis edictum

A et testimonio nobilitatis pristinae uti et rebus quas per auctoritatis nostræ vigorem perceperint decernimus revestiri. Item secundus est titulus: De accusatis sacerdotibus, sed etiam optimatibus palatii atque gadingis, sub qua eos justitiæ cautela examinari conveniat, quos gloriæ nostræ mansuetudo juxta ipsius canonis instituta nullis tormentorum generibus ante publicam discussionem subijci censuit, sed omnes qui deinceps fuerint accusati juxta sanctionem prædicti capituli erunt procul dubio judicandi. Unde id specialiter observandum fore censemus, ut quidquid contra hanc regulam sententiæ nostræ vel prædicti canonis institutionem aut in personam cujusquam fuerit actum, aut de rebus accusatæ personæ extiterit judicatum, juxta prædicti canonis instituta nullo vi-
B goro subsistat quo persona ipsa aliter quam decernimus judicata aut testimonii sui dignitatem amittat aut quæstu rei propriæ careat. Tertius quoque canon est: De tributorum principali relaxatione **530** in plebe, ubi nostræ gloriæ auctoritate simul et exhortatione sancitum est ut omne tributum præteritorum annorum usque in annum primum regni nostri, quod in privatis sive in fiscalibus populis rejacet, absolutionis perpetuæ debeat sanctione laxari: ea tantum præcipiens thesauris publicis exhiberi, quæ exacta et non illata fuisse constiterit. Quartus post hæc sequitur canon: De munitione proles quem prompto voluntatis adnitu omnis conventus sacerdotum atque etiam seniorum condere præelegerunt. Quintus canon sequitur: Ne defuncto principe relicta ejus conjugem quisquam sibi aut in conjugio aut in adulterio audeat copulare. Sextus deinde sequitur canon: Ut exceptis servis vel libertis fiscalibus nullus de servitute quorumlibet aut libertis deinceps ad palatinum officium transeat: quod si fecerint, præsentis legis nostræ edicto ad propriæ servitutis jugum modis omnibus reducendi sunt, qualiter aut dominis suis, si superstites sunt aut eorum propinquis, quibus decedentium successio ex lege debetur, servituri tradantur. Post hunc septimus est canon: De his qui pro accidentia jurgiorum altaria nudare præsumunt vel luminaria ecclesiæ subtrahunt. Octavus quoque canon sequitur: Ne admonente metropolitano quisquam ex confinivitis ad locum ubi invitatur venire contemnat. Novus
D quoque canon subsequitur: De confirmatione concilii Toletani duodecimi quod factum est anno primo gloriæ nostræ. Decimus huius canon adjungitur, ubi speciali sententia definitur: Utrum audeant ministrare hi qui penitentiam in sacerdotio constituti accipiunt. Undecimus quoque canon habetur: Ne quis alienum clericum vel monachum suscipiat fugientem. Duodecimus post hæc canon scribitur: De non excommunicandis a proprio episcopo personis illis quæ ad metropolitanum suum negotia sua suggesturi accesserint. Ultimus et tertius decimus post hunc canon subsequitur: De relatione gratiarum quæ post peractionem concilii Deo et principi persolvuntur. Quæ omnia præmissa synodalia institutionum decreta a præsentis die vel tempore omni cura omnique vigilan-

tia per cunctas regni nostri provincias decernimus observanda, qualiter et perspicuum auctoritatis validæ fastigium subeant et perpetuo vigoris ordine solidata persistent. Quamobrem sacræ hujus legis oraculo omnibus generaliter religiosis atque etiam laicis sub regni nostri ditione manentibus interdiximus pariter et jubemus, ut prædicta synodalia gesta nullus contemnat, nullus etiam præterire aut convellere audeat, nemo notus harum constitutionum jura resolvat, nemo incognitus nescientiæ suæ objectibus excusare conjiçiat; nam a præmemorato superius die et tempore et auctoritatis debitæ vigore pollebunt **531** et institutionum suarum regulis canctorum universitas adstringetur. Si quis autem hujus nostræ legis

violator extiterit ac non potius ea quæ præmissa sunt custodierit, et diutinam ecclesiasticæ disciplinæ excommunicationem accipiat, et decimam partem rei suæ fisci partibus sociandam amittat. Quod si nihil habuerit facultatis unde prædictam compositionem persolvere possit, absque aliquo infamio sui quinquaginta **532** eum oportebit ictibus verberari. Hujus igitur legis nostræ decretum, quod in confirmationem hujus sacri concilii noscitur promulgatum, gloriosæ manus nostræ exaratione subscripsimus et ad perennem memoriæ valorem ei perpetuum innotuimus. Edita lex in confirmatione concilii Toletano sub die Idus Novembris æra dccxxi anno quoque feliciter quarto regni gloriæ nostræ in Dei nomine.

LIX

CONCILIIUM TOLETANUM XIV.

DECEM ET SEPTEM EPISCOPORUM, HABITUM ANNO QUINTO ERVIGII PRINCIPIS.

I. De præmemoratione aggregati concilii et relationis principalis edicti, quod jussum est synodum agitari.

Cum serenissimus et perspicuus princeps Ervigius gloriosus amator veræ fidei, imo amabilis filius Ecclesiæ Christi, promissionis suæ non immemor, ob consultandum Apollinaris dogma pestiferum, de quo sibi a Romano præsule fuerat nuntiatum, strenuo et invicto suæ celsitudinis jussu nos omnes præciperet aggregari in unum, hoc dedit speciale edictum, ut quia sicut oportebat pro tantæ rei negotio pertractando generale concilium fieri varia adversitatum incursio non sineret, saltem adunata per provincias concilia fierent; et siquidem hic primum a nobis in urbe regia synodus ageretur, deinde in singulis quibusque provinciis singulariter haberetur concilium, quod quidquid hic actum per Toletanam synodum reliqui primarum sedium præsules suorum vicariorum relictibus comperissent, id etiam in postmodum ipsi per discretam provinciarum suarum concilia observarent, sicque hæc nostri concilii gesta essent illis omnibus in toto communia, utpote ab ipsis edita atque ipsis coram positis roborata quæ utique per legatos suos confirmanda decreverant, quo ex hoc unum et indivisibile fieret cunctorum Hispanorum præsulum per totam Hispaniam vel Galliam synodate edictum, ex quo omnium metropolitanorum fuisset et assensibus promulgatum. Nos proinde Carthaginis provinciæ præsules anno quo supra, sub die decimo octavo Kalendas Decembris in præmemorata Ecclesia debitis ordinibus consedentes causæ hujus ordinem et totius rei negotia retexentes, quibus Romanæ sedis fueramus litteris invitati, sic patula et communi sumus voce exorsi.

II. De initio relationis quo concilium cæpit gestorum synodalium et epistolæ Romani pontificis fieri mentionem.

Clara omnis notio populos Hispaniæ implet quod

^a Decet hoc concilium in A., Æ., E. 3. Desumptum est ex B. R. cum variantibus cæterorum lectionibus

B decurrentis evoluti temporis serie per Romani præsulis bajulum gesta synodalia societati nostræ advecta sunt, quibus Constantinopolim Constantino pio et religioso principe mediante magna et sublimi copia aggregata pontificum Apollinaris dogma comperimus fuisse destructum: cum quibus etiam gestis Leonis quoque antiquæ Romæ pontificis invitatoria epistolæ gratiæ consulta suscepimus, per quæ omnis ordo gestorum gestaque ordinum dilucide ut acta sunt nostris sensibus patuerunt. In cujus etiam glorioso ^b epistolæ tractu ad hoc omnes præsules **533** Hispaniæ invitati sunt, ut prædicta synodalia instituta quæ miserat nostri etiam vigoris manerent auctoritate suffulta, omnibusque per nos sub regno Hispaniæ consistentibus patescerent divulganda.

C III. De adversitate duplici qua non potuit generale concilium fieri.

Et hæc siquidem totius allegationis illatio exhibita nobis est temporis infesti urgente pressura, quo non solum tellus omnis hyemali stricta gelu glaciali nivis immensitate duruerat, sed et tunc quando e vicino ex generali concilio nos absolute jam esse constabat. Quo gemino obsistentis causæ obice præpediti generaliter iterato tunc non quivimus aggregari, quos et vicina concilii absolutio propriis sedibus reddiderat imminutos et procellosi temporis adversitas non sinebat iterum adunari dispersos. Sed licet in unum generaliter colligi per idem tempus Hispanorum omnium præsulum societas nequivisset, sparsis tamen sedibus atque locis præfatas gestorum regulas pertractandas suscepimus, susceptas perlegimus, approbantes in his de utrarumque Jesu Christi filii Dei differentia naturarum, quo gemina in eo voluntas et operatio prædicatur, recti dogmatis sensum, inculpandæ disputationis edictum, apostolicæ traditionis stylum.

^b E. 4. T. 1, 2, U., G., gratuito.

IV. *De responsis partis nostræ.*

Placuit proinde illo tunc tempore apologeticæ defensionis nostræ responsis satisfaciens Romano pontifici ea ipsa gesta firmare nostræque fidei sensum purissima verborum enodatione depromere. Et quia illic de hac gemina voluntate et operatione Jesu Christi filii Dei copiose et dilucide insignantur quæ vera sunt, quæ jam utique Romanis partibus per legatos Hispaniæ destinata sunt; nunc nobis id operis restat, ut juxta canonum speciale decretum, quo concilium generale pro fidei causis aggregari præcipitur, utraque operum gesta et synodico dirimantur examinis et discreta conciliorum fulciantur auctoritate, quo juxta edictum præmemorati principis gloriosi adunato per singulas quasque provincias regni ejus conciliorum conventu, synodica iterum examinatione decocta vel communi omnium conciliorum judicio comprobata per singula Hispaniæ provinciarum concilia præmemorata synodi gesta, seu etiam eadem partis nostræ responsa omnium notionem attingant, salubri etiam divulgatione in agnitionem plebium transeant.

534 V. *De iterata discussione præmemorati concilii.*

Communi proinde jam omnium judicio placet, ut quia generaliter in unum omnes Hispaniæ præsulibus aggregari non quivimus, saltem specialiter discretis provinciis concilia celebremus, quo prædicta synodi gesta vel nostræ partis responsa et digno prohibitionis demum decoquantur judicio et synodico laudabili illustrentur stylo. Adeo nos primum omnes Carthaginis provinciæ pontifices pari animorum judicio prædicta gesta cum antiquis conciliis conferentes, assistentibus quoque nobis vicariis reverendissimorum sublimiumque primarum sedium episcoporum, id est, Tarracoenensis provinciæ Cypriani, Narbonensis Sunifredi, Emeritensis Stephani, Bracarenensis Juliani, Hispalensis Floresindi, iterato ea ipsa gesta probavimus decretis illis synodalibus et præcipuis in omnibus consona et Nicænæ quidem Constantinopolitanæ vel Ephesinæ fidei concordantia, Chalcedonensi vero tam unita, utpote ipsis verbis edita vel libata, quippe quibus sumpta videtur pene omnis ipsius styli præcurrentis materia.

VI. *De præmemorati concilii honore collato.*

Et ideo supradicti acta concilii in tantum a nobis veneranda sunt et recipienda constabunt, in quantum a præmissis conciliis non disciscunt, imo in quantum cum illis concordare videntur. Habebunt ergo sui ordinis locum quæ sublimationis habent et meritum. Unde his conciliis ea ipsa subnectenda decernimus quorum et auctoritate fulta probamus.

VII. *De loco vel ordine quo jam dictum concilium collocari oporteat.*

Post Chalcedonense igitur concilium hæc debito honore, loco et ordine collocanda sunt, ut cujus glorioso themate fulgent ei et loci et ordinis coaptentur honore.

* E. 4., T. 1, 3, U., *discodant.*

A VIII. *Allocutio ad totius compagem Ecclesiæ de duabus Christi naturis inseparabilibus et perfectis.*

At nunc nos, quibus loqui ad eor Jerusalem divina voce præcipitur, id nobis deputatum gregem Christi monemus, id etiam omnibus ad æternæ vitæ portum festinantibus prædicamus, brevi admodum definitione collecta, ut in una Christi filii Dei persona duarum naturarum individuas proprietates agnoscant, sicut indivisas atque inseparabiles, ita inconfusas et inconvertibiles 535 permanere, unam deitatis, alteram hominis, unam qua ex Deo Patre est genitus, alteram qua ex Maria virgine generatur. Utraque ergo ei generatio plena, utraque perfecta, nihil minus ex deitate habens, nihil imperfectum ex humanitate suscipiens, non naturarum geminatione divisus, non B persona geminatus, sed plenus Deus plenusque homo absque omni peccato in singularitate personæ unus est Christus. Unus igitur in utraque natura consistens et divinitatis signis effulget et humanitatis passionibus subjacet. Nec enim alter ex Patre, alter ex Matre est genitus, cum tamen aliter de Patre, aliter de Matre sit natus: ipse tamen in utroque naturarum genere non divisus sed unus idemque et Dei et hominis filius, ipse vivit moriens, ipse moritur vivens, ipse impassibilis patiens, ipse passioni non subjacens, nec deitate succumbens nec humanitate passioni se subtrahens, habens ex deitatis natura non posse mori, habens ex humanitatis substantia et nole et posse mori, ex una immortalis habetur, ex altera mortalium conditione resolvitur, habens in C æterna divinitatis voluntate quod susceptum hominem sumeret, habens in suscepti hominis voluntate ut humana voluntas Deo subdita esset. Unde et ipse dicit ad Patrem: *Pater, non mea voluntas sed tua fiat*; alteram videlicet ostendens voluntatem divinitatis qua susceptus est homo, alteram hominis qua obediendum est Deo.

IX. *De duarum naturarum Christi voluntatibus et operibus.*

Et ideo secundum harum duarum differentiam naturarum, duarum quoque inseparabilium proprietates prædicandæ sunt voluntatum et operum.

X. *De hæreticorum contentione vitandis: et ut non discutiantur quæ summa sunt, sed credantur.*

Scientes igitur hanc solam esse fidei confessionem quæ vincat infernum, quæ exsuperet tartarum, de hac enim fide a Domino dictum est: *Portæ inferni non prævalebunt adversus eam*; ideo omnibus dicimus, omnibus inelamamus, ut caveamus hæreticorum muscipulas, effugiamus dogmatis cancerosi venena, verbis illis quibus dispensatio humanitatis Christi adstruitur non nobis inanum quæstionum tendicula præparemus, quibus inanis gloriæ cupidi discutere audeamus quæ summa sunt. Neque enim quæ sunt divina discutienda sunt, sed credenda: non enim se Deus discutere jubet sed credere. Credamus ergo non sensibus nostris sed indubitatis conciliorum priscorum dogmatibus jam præmissis. Si quis igitur

Jesu Christo Dei Filio ex utero Mariæ virginis nato A
aliquid 536 aut divinitatis imminuit, aut de sus-
cepta humanitate subducit, excepta sola lege peccati,
et non eam verum Deum hominemque perfectum in
una persona subsistentem sincerissime credit, ana-
thema sit.

XI. *De communi omnium judicio quo responsa partis
nostræ firmata sunt.*

Illa igitur apologetica defensionis nostræ responsa,
quæ ob istorum confirmationem sunt edita pro mul-
torum instructione et utilitate ecclesiasticæ discipli-
næ, simili honoris et reverentiæ vigore firmamus
atque ad vicem decretalium epistolarum ea perma-
nenda sancimus.

XII. *De relatione gratiarum ad Deum pro peracto
concilio.*

Dantes in his gloriam soli Deo omnipotenti vivæ et
vero, in Trinitate regnanti, Patri et Filio et Spiritui
sancto, cujus dono mutuis præsentia repræsentati
aspectibus et fraternis visibus hilares et votorum
spiritualium effectibus sumus opulentiùs efficaces, cu-
jus gloriæ immensitatem exposcimus, ut glorioso
principi nostro Ervigio regi, sub cujus pace pax ser-
vatur Ecclesiæ, florentis regni diuturnitate temporis
spatia præbeat, quo post hæc præsentia ad regnum
futuræ gloriæ nobiscum conregnandus accedat, præ-
stante Deo nostro cujus regnum manet in sæcula sæ-
culorum. Amen.

Peractum concilium die dominico sub die XII Ka-
lendas Decembris anno quo supra.

Pontifices.

Julianus urbis regis metropolitanus episcopus.
Leander Illicitanæ sedis episcopus.
Palmatus Urcitanæ sedis episcopus.
Ricila Accitanæ sedis episcopus.
Gaudentius Valeriensis sedis episcopus.
Rogatus Beatiensis sedis episcopus.
Deodatus Segobiensis sedis episcopus.
Antonianus Bastitanæ sedis episcopus.
Sempronius Arcavicensis sedis episcopus.

• E. 4, T. 1, 2, U., G., Argebadus.

Ella Segontiensis sedis episcopus.
Gregorius Oretanæ sedis episcopus.
Agricius Complutensis sedis episcopus.
Proculus Bigastrensium sedis episcopus.
Florus Mentesanæ sedis episcopus.
Sonna Oxomensis sedis episcopus.
Marcianus Dianensis sedis episcopus.
Olipa Segobricensis sedis episcopus.

Abbat.

Asfalus Dei nutu abbas hæc gesta synodica a no-
bis definita subscripsi.

Felix archipresbyter similiter.

Gerontius abbas similiter.

Gabriel abbas similiter.

537 Castorius abbas similiter.

Sisebertus abbas similiter.

Vicarii episcoporum.

Vitalianus presbyter, agens vicem domini mei Cy-
priani episcopi Ecclesiæ Tarraconensis, hæc gesta
synodica a nobis definita subscripsi.

Argebadus abbas, agens vicem domini mei Cy-
priani episcopi Ecclesiæ Tarraconensis, similiter.

Joannes abbas, agens vicem domini mei Sunifredi
episcopi Narbonensis Ecclesiæ, similiter.

Waldemarum diaconus, vicem agens domini mei
Sunifredi episcopi Narbonensis Ecclesiæ, similiter.

538 Maximus abbas, agens vicem domini mei
Stephani episcopi Emeritensis Ecclesiæ, similiter.

Boniba abbas, agens vicem domini mei Stephani
episcopi Emeritensis Ecclesiæ, similiter.

C Reccesindus abbas, agens vicem domini mei Liu-
vani episcopi Bracarensis Ecclesiæ, similiter.

Gaudentius abbas, agens vicem domini mei Flo-
resindi episcopi Hispalensis Ecclesiæ, similiter.

Gravidius diaconus, agens vicem domini mei Con-
cordii episcopi Palentina Ecclesiæ, similiter.

Joannes diaconus, cognomento Inviolatus, agens
vicem domini mei Sarmatani episcopi Valentina Ec-
clesiæ, similiter.

LX

CONCILIIUM TOLETANUM XV

SEXAGINTA UNUS EPISCOPORUM, HABITUM ANNO SERENISSIMI ET ORTHODOXI EGICANIS
PRINCIPIS, SUB DIE V IDUUM MAIARUM, ERA DCCXXVI.

Apud urbem Toletanam, in ecclesia prætoriana D
sanctorum apostolorum Petri et Pauli, omnes Hispa-
niæ Galliaque pontifices aggregati, dum cunctis re-
sidentibus in aspectu singulorum sese in alterutrum
charitas diffusa monstraret alternisque vocibus re-
latio gratiarum Deo reddita sonisset, adfuit idem
serenissimus Egica princeps placida devotionis arce
sublimis et cernua culminis reclamatione laudabilis,
quique in medio pontificum positus humoque pro-
stratus sacerdotum Dei se commendat orationibus;

dein [E. 4, T. 1, 2, deinde] surgens et sufficienti
exhortatione [E. 4, exoratione] concilium alloquens
innexa tomo sui culminis vota Dei sacerdotibus tra-
didit relegenda: Ecce, inquit, beatissimi Patres,
omne quod loqui me vobis aut circumlocutio one-
rosa cobibuit, aut communis sermo forsitan expli-
care non sinit, hic brevi stylo complicit, hic liquida
renotationis insinuatione conjeci; his quæso atten-
dite, his pertractate, his deliberationis ferte incon-
vulsibilem sanctionem. Tunc nos oblatum a rego

tomum suscepimus, et dantes gloriam Deo eidem principi benediximus, quo discedente hæc in jam dicti tomi compilatione reperimus.

539 *In nomine Domini Flavius Egicater reverentissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus.*

Eecce, sublimissimi Patres et cœlesti jure honorandi mihi pontifices, speciosum vestri ordinis aulens cœtum illa plus efferor potentia gaudiorum, quo in vestri medio positum non ambigo Dominum Jesum Christum, ejus quippe sermonibus fidem accommodans quibus ait: *Ubiunque fuerint duo vel tres in nomine meo collecti, ubi ero in medio eorum*, tanta spei hujus fiducia feror, ut quidquid vestra fuerit sententia cautum non nisi eo dictante credam exorsum. Non ergo pudebit me illic cordis mei pandere sinum ex quo uberim manant rivuli sanitatum. Attendite jam jamque unde cor serenitatis nostræ exæstuet, vel quibus ex causis mœsti pectoris angustetur dolore. Illud mihi primo in loco dicendum occurrit, quod divi patris nostri et soceri regale sortientes fastigium gemino me sentio juramenti rete implicatum, ita ut si unum ex his observantiæ cautela conservem, ex alio nihilominus in perjuri crimine videar recidisse. Egit enim idem divus socer [B. R., E. 4, T. 1, 2, præcessor] noster Ervigius princeps inter cœtera, quibus me incauto et inevitabili conditionum sacramento adstrinxit cum adhuc mihi gloriosam filiam suam conjungendam eligeret, ut omnimoda sacramenti me taxatione constringeret, quo pro omni negotio filiorum suorum ita me ipsum opponendo sollicitus essem, qualiter eorum causæ ad victoriam pervenirent, et quidquid me pro quibuscumque causis imperasset in omnibus jussa ejus implerem. Hæc inquam jam dicto principi sub juramenti cautione promittens aliud e contra me tempore mortis suæ impegit, aliudque agere impulit: scilicet ut non ante regnum adirem, nisi primum strictis me juramentorum vinculis alligarem, ut justitiam commissis populis non negarem. Acta sunt ista et specialibus conditionum probantur nexibus illigata. Quarum etiam duarum conditionum inevitabilem et sibi contrariam seriem, et illarum quas ob protectionem filiorum suorum mihi exegit, et istarum quas ob prælectionem regni mihi exigendas instituit, paternitatis vestræ pertractandam consukibus destinavi, petens ut et benedictionibus vestris regno confirmatus inhæream et sanctionis vestræ regulis viam qua discreto calle perjurii gradiar informatus agnoscam. Non enim potero perjurii effugere notam si aut jam dicti principis contra justitiam defendendo prolem non reddidero populis veritatem, aut propter veritatem populorum zelos negotia, erga filios ejus promissionis meæ non implevero vota. Additur super hoc ut sortur pressurarum ejus in plerosque **540** acerbitas, quos indebite rebus et honore privavit, quos de nobilitate in servitutem sui juris implicuit, quos tormentis subegit, quos etiam violentis iudiciis pressit; pro quibus omnibus hæc adhuc insuper vox in quori-

moniam venit, quod omnem populum regni sui ob tuitionem filiorum suorum jurare compulerit et ex hoc cunctis quasi aditum reclamandi obstruxerit. His omnibus pressurarum vocibus tabido anxietatis strepitu occupatus, cupiens periclitationis hujus elaqueari periculo, fiducia illa qua vobis vicinum esse Deum non ambigo vestris hæc tractanda sensibus vestrisque iudiciis dirimenda committo. Nam et cæteras causarum voces reliquasque jurgantium actiones, quæ vestro se cœtui dirimendæ ingesserint, vestris opto iudiciis consopiri, contestans generaliter omnes et vos sacrosanctos cœlesti jure pontifices et vos regalis aulæ viros nobiles et illustres per ineffabile illud sanctæ Trinitatis et individuum sacramentum, et per Domini nostri Jesu Christi sanguinem pretiosum ac diem futuri iudicii pertremendum, ut in his omnibus commemoratis negotiorum capitulis, repulsa omni acceptione muneris vel favoris, fideli conscientie oculo intendatis, quo in elucubrandis vobis et negotiis universis ita operam detis, ne a justitiæ tramite ullo modo decedatis, ut dum inflexibili æquitatis culmine iudicia vestra sese in conspectu Domini pacitura direxerint, et mihi de admonitione lacrum et vobis pro æmulatione justorum iudiciorum proveniat gaudium exoptatum. Datum sub die v Iduum Maiarum.

Agnita igitur hujus tomi serie vel perlecta primum nobis illud ordine consequenti occurrit, quo primitias nostri spiritus Domine consecrantes orationis nostræ primordia a sanctæ fidei soliditate incipient ordianda. Sanctam igitur et definitam a Patribus fidei pia confessione fatentes, sicut eam Nicæna synodus sanxit, sicut Constantinopolitana Patrum aggregatio edidit, vel Ephesinæ cœtus Cyrillo præsidente traditio protulit, atque etiam Chæcedonense concilium declaravit, sic etiam eam tenendam omnibus prædicamus sicut et pertraditum a Patribus symbolum profiteremur ac dicimus:

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilem omnium et invisibilem conditorem: et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, hominibus Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo et quæ in terra, qui propter nos et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine **541** homo factus, passus sub Pontio Pilato, sepultus tertia die resurrexit, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris, iterum venturus in gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis: credimus et in Spiritum sanctum Dominum et vivificantem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas: in unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam: confitemur unum baptismum in remissionem peccatorum: expectamus

resurrectionem mortuorum, vitam futuri sæculi. Amen.

Post hujus igitur piæ confessionis prolata devotio vocibus regulam ad illa nos illico convertimus contata capitula, pro quibus muniendis ante hoc biennium beatæ memoriæ Romanus papa Benedictus nos litterarum suarum significatione monuerat, quæ tamen non in scriptis suis annotare curavit, sed homini nostro verbo renotanda injunxit, ad quod illi jam eodem anno sufficienter congrueque responsum est; nos tamen nunc eandem renotationem hominis nostri studiosius relegentes invenimus quod in libro illo responsionis fidei nostræ, quem per Petrum regionarium Romanæ Ecclesiæ miseramus, id primum capitulum jam dicto papæ incaute visum fuisset a nobis positum, ubi nos secundum divinam essentiam diximus: Voluntas genuit voluntatem sicut et sapientia sapientiam. Quod vir ille incuriosa lectionis transcursum præteriens existimavit hæc ipsa nomina, id est voluntatem et sapientiam non secundum essentiam, sed aut secundum relativum aut secundum comparationem humanæ mentis nos posuisse: et ideo in ipsa renotatione sua ita nos admonere visus est dicens: Naturali ordine cognoscimus quia verbum ex mente originem ducit, sicut ratio et voluntas: et converti non possunt ut dicatur, quia sicut verbum et voluntas de mente procedit, ita et mens de verbo aut voluntate. Et ex ista comparatione visum est Romano pontifici voluntatem ex voluntate non posse dici: nos autem non secundum hanc comparationem humanæ mentis neque secundum relativum, sed secundum essentiam diximus: Voluntas ex voluntate sicut et sapientia ex sapientia. Hoc enim est Deo esse quod velle, hoc velle quod sapere, quod tamen de homine dici non potest. Aliud quippe est homini id quod est sine velle, et aliud velle etiam sine sapere. In Deo autem non ita est, quia simplex ibi natura est, et ideo hoc est illi esse quod velle, quod sapere. Quapropter qui potest capere voluntatem ex voluntate secundum essentiam nos dixisse, non de hujusmodi laboravit proposita quæstione. Quod etiam in jam dicto responsionis et fidei nostræ opusculo sollicitè legentibus et intelligentibus claret, ubi et apposita illic beati Athanasii sententia id ipsum nos debere **542** sentire pronuntiat dicens: *Hanc de Deo religiosæ opinionis sententiam retinemus, ut non aliud ejus voluntatem, aliud credamus esse naturam.* Si ergo secundum quod hic doctor dicit, id debemus sentire ut non aliud Dei voluntatem, aliud credamus ejus esse naturam, hoc ergo est ejus voluntas quod et natura, hæc natura quod substantia vel essentia. Filius igitur Dei de essentia Patris natus est essentia de essentia, sicut natura de natura et substantia de substantia, et tamen nec duæ essentia, nec duæ natura, nec duæ substantia possunt dici, sed una essentia, natura atque substantia, sicut et lumen de lumine, non duo lumina sed unum lumen, sicut et essentia de essentia, non duo essentia sed una es-

sentia, sicut natura de natura, non duæ natura sed una natura, sic et voluntas de voluntate, non duæ voluntates sed una voluntas; quia non est aliud Dei voluntas, aliud ejus natura, quod jam superius Athanasio doctore firmatum est. Ac proinde quidquid de Deo secundum essentiam dicitur communiter in singulis personis convenire videtur, sicut sapientia et fortitudo vel cætera, quia et Pater sapientia et Filius sapientia potest dici; fortitudo quoque et Pater potest et Filius appellari: quod secundum illam comparationem humanæ mentis nullo modo potest dici, quia, verbi gratia, mens si in persona Patris ponatur, verbum jam quasi ex mente prodians Filius intelligitur, et voluntas procedens ex mente et verbo Spiritus sanctus significator, nec tamen recurrit ut possit dici, ut aut mens quæ in significatione Patris est posita Filio vel Spiritui sancto conveniat, aut verbum quod solum Filius intelligitur Patri vel Spiritui sancto comparetur, aut voluntas quæ in persona Spiritus sancti accipitur aut Patris aut Filii personæ convenire dicatur; sed sic singula singulis secundum comparationem humanæ mentis conveniunt, ut unumquodque quod ex his unus dicitur, alius penitus non dicatur, sicut et relativo vocabulo Pater nominatus non est ipse qui Filius, vel Filius cum dicitur non est ipse qui Spiritus sanctus, nec Spiritus sanctus ipse est qui Pater vel Filius. Ac per hoc illa nomina quæ comparative ex homine assumuntur ideo secundum comparationem humanæ mentis dicuntur, ut quoquomodo ad contuendum illud divinæ Trinitatis ineffabile sacramentum humana infirmitas excitetur. Secundum hanc igitur comparationem putati sumus dixisse: Voluntas ex voluntate, quod utique dici vel sentiri absurdissimum est: ac proinde longe aliud est regula qua de Deo aliquid secundum essentiam dicitur, aliud cum secundum comparationem humanæ mentis aliquid de illo pronuntiat. Nos proinde consentientes et sequentes doctoris egregii Augustini sententiam diximus secundum divinæ Trinitatis essentiam: Voluntas de voluntate **543**, sicut et ipse in quinto decimo libro Trinitatis Dei pronuntiat ita dicens: *Melius quantum existimo dicitur consilium de consilio et voluntas de voluntate, sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia.* Ille jam quisquis est sapiens manifeste intelligit non nos hic errasse, sed illos forsitan incuriosæ lectionis intuitu fefellisse, quia quod a nobis est secundum essentiam dictum illi secundum comparationem humanæ mentis positum putaverunt.

De tribus substantiis in Christo manentibus domini Juliani assertio manifesta.

Ad secundum quoque retractandum capitulum transientes, quod idem papa incaute nos dixisse putavit, tres substantias in Christo Dei Filio profiteri, sicut nos non pudebit quæ sunt vera defendere, hinc forsitan [E. 4, T. 1, 2, ita forsitan] quosdam pudebit quæ vera sunt ignorare. Quis enim nesciat unumquemque hominem duabus constare substantiis, animæ scilicet et corporis? De quibus

Apostolus specialiter loquitur dicens : *Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem.* Sicut et ille sitiens Deum clamabat in psalmo : *Sitit te, inquit, anima mea, quam multipliciter et caro mea.* Nec non et alia multa quæ hominem duabus substantiis constare pronuntiant. Contra quam regulam invenimus item in Scripturis aut carne plerumque sola nominata totum hominem posse intelligi, aut anima sola interdum nominata totius hominis perfectionem agnoscere. Quapropter natura divina humanæ sociata naturæ possunt et tres propriæ et duæ tropice appellari substantiæ. Sed aliud est cum per proprietatem totus homo exprimitur, aliud cum a parte totus intelligitur : est enim quidam modus locutionis qui frequenter in Scripturis divinis positus invenitur, quo significatur a parte totum : hic etiam tropus apud grammaticos synecdoche dicitur. Scribitur enim in libro Genesis secundum istam tropicam locutionem significantem a parte totum : *Factus est homo in animam viventem*, cum homo non solum ex anima sed et carne constet. Item similiter a parte totum, ubi omnia substantia animæ sola carnis substantia nominatur, sicut in psalmo scribitur : *Ad te omnis caro veniet*, cum omnis homo non solum ex carne sed et anima constet, et tamen sola carne nominata totus homo intelligitur, sicut et sola anima nominata totus homo accipitur. Nam et in Exodo volens similiter Scriptura homines a parte totum intelligi sic dicit : *Septuaginta animæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægypto*, cum ipsæ septuaginta **544** animæ non sine suis corporibus illic ingressæ fuissent. Ex carnis quoque nomine totum hominem intelligi voluit qui dixit : *Et in carne mea v. deo Deum*, cum non sine animabus suis resurgenda sint corpora. Ecce per consuetudinem Scripturæ sacræ probavimus et proprie hominem ipsis quibus constat substantiis appellari, et tropice a parte totum hominem posse intelligi. Si quæras culpam, nec ille errasse dicendus est qui totum hominem carne et anima nominata expressit; quia utrumque inculpabiliter dicit Scriptura divina convincit. Et tamen cum jam probatum teneamus nec illam nec istam partem esse culpandam, quærendum est, quæ pars plus possit esse ad totum hominem intelligendum faciliior atque etiam repulsa omni obscuritate lucidior, utrum ea quæ solum carnem nominans et animam tacite ibi vult intelligi, an ea quæ animam et carnem exprimens totum dicit? Quod ut manifestius innotescat, quædam exempla ponenda sunt. Ecce juxta superiorem tropicæ locutionis modum, quod synecdoche dicitur, quo aut pars a toto aut a toto pars intelligitur, scriptum invenimus de flagellatione Ægypti in psalmis : *Immisit in eis muscam caninam* : nec non et illud : *Dixit et venit locusta et bruchus* : volens Scriptura isto genere locutionis non singularitatem sed pluralitatem muscarum et locustarum intelligi : non enim una musca vel locusta, sed multitudo muscarum et locustarum repleverunt Ægyptum. At nunc si aliquis nostrorum modo dicat, Misit Deus in

A Ægypto muscas, locustas et bruchos, pluralem numerum proferens quod et utique verum est, nunquid in parte ista quæ pluralitatem consistit potest calumnia cadere, ut dicatur non esse verum quod utique verum est de multitudine locustarum quæ repleverunt Ægyptum? Tale quippe et illud est ubi populus ad Moysen clamavit dicens : *Ora ad Dominum ut auferat a nobis serpentem*, cum non unius serpentis sed multorum serpentium molestias ille populus pateretur. Hoc etiam more et Apostolus loquitur in loco illo ubi ait : *Quoniam ex operibus legis non justificabitur omnis caro* : ac si diceret *omnis homo*, a parte carnis totum hominem intelligi volens. Sic ergo et de Domino nostro Jesu Christo cum scriptum sit de illo in Evangelio : *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*, caro sola est nominata ut illic tacite intelligeretur et anima secundum supradictum locutionis modum quo homo a parte totus accipitur : quæ locutionis regula plerumque et Patribus est servata. Sic enim ex hoc beatus Cyrillus in libro qui vocatur Scholia dicit : Quomodo igitur Verbum caro sit factum videre necesse est : primum quidem divina **545** Scriptura carnem plerumque nominat et quasi ex parte animalis totius significationem facit, necnon etiam a sola anima interdum tantumdem agit : scriptum est enim quod videbit omnis caro salutare Dei. Et ipse divinus Paulus : *Non consensi, inquit, carni et sanguini.* Allocutus est autem eos qui sunt ex Israel pontifex Moyses : *In s. p. uaginta quinque animabus descenderunt patres tui in Ægyptum*; sed non idcirco dixeris quod nudæ et sine carne animæ in Ægypto descenderunt, nec porro quod in animabus, corporibus et solis carnibus salutare suum Deus induerit. Quoties igitur audimus carnem factum esse Verbum, hominem intelligimus ex anima et corpore factum : et cætera. Item sanctus Augustinus in libro Quæstionum contra Apollinaristas sic dicit : Si ubicunque caro fuerit nominata et anima tacita, sic intelligendum est ut anima ibi non esse credatur, nec illi habebant animam de quibus dictum est : *Et videbit omnis caro salutare Dei* : et illud in psalmo : *Exaudi preces, ad te omnis caro veniet* : et illud in Evangelio : *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis ut omne quod dedisti ei non pereat, sed habeat vitam æternam.* Unde intelligitur solere homines per nominationem solius carnis significari, ut secundum hanc locutionem etiam illud possit intelligi ut quod dictum est : *Verbum caro factum est*, nihil dictum sit, nisi Verbum homo factum est : sicut enim a parte totum plerumque nominata sola anima homo intelligitur sicut est illud : *Tot animæ descenderunt in Ægyptum*, sic rursus a parte totum etiam nominata sola carne homo intelligitur. Item ipse in libro Enchiridion dicit : Verbum caro factum est, a divinitate carne suscepta, non in carnem divinitate mutata. Carnem quippe hic hominem debemus accipere, a parte totum significante locutione, sicut dictum est : *Quoniam ex operibus legis non justificabitur omnis caro*, id est omnis homo. Quapropter hæc est Patrum plena ex Scripturarum more libata sen-

sentia, ut cum a parte totum unaquælibet hominis assumpti in Christo substantia nominatur, illic statim et altera intelligatur. Nam etsi una secundum hunc tropum tacetur et alia dicitur, duæ tamen nihilominus intelliguntur. Nemo ergo jam dicat, cum ad totum hominem a parte posse intelligi, non debere tres in Christo substantias profiteri cum isto genere locutionis aliud ex altero cogatur intelligi. Nihil ergo diversitatis est sive tropice una sive proprie gemina hominis nominata substantia, cum utraque locutio hominem a Deo assumptum non nisi in duabus substantiis nos intelligere et consisti permittat: ac per hoc tres in Christo substantias profiteri ille non dubitabit qui hanc rationem plena cognitione didicerit. Cæterum ubi non tropice sed proprie hi Patres hominem totum **546** a Christo susceptum esse fatentur, sic in suis tractatibus posuerunt. Beatus enim Cyrillus in superiori libro qui vocatur Scholia sic dicit, ubi veritatem trium substantiarum Christi figura veteris testimonii aperte convincit: sic enim ait, quod adunato Verbo Deo veræ humanitati inconfusæ tamen substantiæ permanserunt. Erectum est secundum Dei voluntatem sanctum tabernaculum per desertum, et in eo multis modis formabatur Emmanuel. Ait igitur Deus omnipotens ad divinum Moysen: *Et facies arcam testimonii ex lignis imputribilibus, duorum cubitorum et dimidii longitudinem, et cubiti et dimidii altitudinem: et inaurabis eam auro puro; extra et intra inaurabis eam.* Sed lignum quidem imputribile sit figura corporis incorrupti, imputribilis enim cedrus: aurum vero quasi materies aliis pretiosior divinæ nobis indicat substantiæ majestatem. Attende igitur cum arca tota inaurata sit auro puro extra et intra, adunatum quidem fuerat sanctæ carni Deus Verbum, et id est ut opinor arcam fuisse extra inauratam: quod vero et animam rationabilem quæ corpori inerat propriam fecerit ex hoc apparet quod et intra arcam præceperit inaurari. Quod autem naturæ sive substantiæ inconfusæ manserunt hinc scimus: aurum enim superpositum ligno mansit id quod erat, et ornabatur quidem lignum auri decore, tamen lignum esse non desiit. Item sanctus Augustinus in libro Trinitatis Dei id ipsum exprimens dicit: Sic Deo conjungi potuit humana natura ut ex duabus substantiis fieret una persona, ac per hoc jam ex tribus, Deo, anima et carne. Hæc igitur sanctis Patribus nos docentibus et utramque locutionis regulam nobis insinuantibus, videant jam tandem et sentiant qui sine favore partium judicant, quæ pars plus potest esse tutissima, licet in neutram partem possit cadere culpa, utrumne illa quæ in Christo Dei Filio unam Verbi, alteram hominis a parte totum substantiam profitetur, an ista quæ proprie totum hominem in duabus substantiis Verbo Dei adunatum fuisse fateatur. In illa enim parte quæ a parte totum hominem intelligi vel potest hæreticorum dolus latere, ut unamquamlibet ex his substantiam nominans aliam supprimat, sicque quod ore non profiteatur nec corde

^a B. R., E. 4, T. 1, 2, firmatur.

A confiteatur, sicut Apollinaris qui negat Dominum Jesum humanam animam habuisse, vel Manichæus negans in Christo assumpti corporis veritatem. In hæc vero nostra professione ubi præmissa verbi substantia specialiter duas hominis in una Christi persona substantias profitemur, nullus potest accidere vel suspicari fraudulentæ dolus, quando evidenter in Deo assumptus prædicetur homo totus. Tutior ergo pars est quæ totum dicit quam quæ aliquid supprimit, et plus claret quod proprie dicitur quam quod arcta tropice locutione **547** formatur ^a. Sed forte nos soli hoc dicimus quod majorum sententia non probamus; judicem jam ergo Augustinum si complacet advoceamus, et quam partem contra hæreticos munitiorem esse pronuntiet audiamus. Sic enim in tractatu Symboli dicit: Temporalis dispensationi dominicæ multis modis insidiantur hæretici: sed quisquis tenuerit catholicam fidem, ut totum hominem credat a Verbo Dei esse susceptum, id est corpus, animam et spiritum, satis contra illos munitus est. Ecce spiritualis spiritaliter utraque considerans judicium protulit, sententiam dixit, munitiorem et tutiorem partem illam esse pronuntians, quæ contra hæreticos totum hominem a Verbo Dei susceptum in duabus substantiis carnis animæque defenderit. Sed forte aliquis dicat jam hic tria quædam hominis nominata, id est corpus, animam et spiritum: tria quidem dicuntur sed duo sunt, sicut ab eodem doctore in prædicto Symboli tractatu convincitur. Tria sunt, ait, quibus homo consistat, spiritus, anima et corpus, quæ rursus duo dicuntur, quia sæpe anima simul cum spiritu nominatur: pars enim quædam ejusdem rationalis qua carent bestiæ spiritus dicitur. Quod etiam in epistola ad Petrum dilucida manifestatione exsequitur, quod spiritus et anima utrumque sint unum et unius esse substantiæ sentiantur. Dicit enim duo quædam esse animam et spiritum, secundum id quod scriptum est: *Absolvisti ab spiritu meo animam meam*; et utrumque ad naturam hominis pertinere, ut totus homo sit spiritus, anima et corpus, sed aliquando duo ista simul nomine animæ nuncupari, quale est illud: *Et factus est homo in animam vivam*; ibi quippe et spiritus intelligitur: itemque aliquando utrumque nomine spiritus dici, sicuti est: *Et inclinato capite tradidit spiritum*: ubi et anima necesse est intelligatur, et utrumque unum et unius esse substantiæ. Ac per hoc non anima et spiritus sed animam et corpus duæ speciales hominis substantiæ sunt, quæ et diversæ dicuntur. Nos proinde in jam dicto fidei nostræ opusculo Apollina: istarum hæresi respondentem tres in Christo substantias divimus, quod et majores nostros docuisse monstramus, honorantes videlicet et sequentes sententiam doctoris egregii Hispalensis sedis episcopi, quam in libris suis de Differentia naturæ Christi vel nostra disseruit, ubi ait: Nos ex duabus subsistimus substantiis, corporis videlicet atque animæ; ille ex tribus, Verbi, corporis atque animæ: inde est quod perfectus homo, perfectus prædicatur et Deus. Hæc igitur præparata

de Patribus exempla libavimus ut in-brevi ea quæ competunt monstraremus : cæterum qui hæc adhuc intensius legendo quæsierit, plurima colligere poterit. Jam **548** vero si impudenter quis fronte nec his Patribus cedat, et unde ista libaverint insolens scrutator exquirat, evangelicis saltem vocibus credat, quibus has tres substantias sibi inesse Christus ipse pronuntiat. Interrogatus enim a Judæis : *Tu quis es?* respondit : *Principium qui et loquor vobis.* Ecce habes unam substantiam deitatis, et restant duæ substantiæ hominis. Et enim veram carnem hominis se suscepisse monstraret, palpandum se discipulis præbuit dicens : *Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere* : ecce expressa est substantia carnis humanæ. Item ut animæ humanæ substantiam se suscepisse monstraret, dixit : *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem iterum sumendi eam.* Ecce tres in una Christi persona substantias inconfuse et inseparabiliter adunatas, deitatis videlicet atque humanitatis, evangelicis oraculis approbantes omnes uno ore fateamur et præfixa sententia prædicamus, confitentes videlicet secundum Chalcedonense concilium eundem Dominum nostrum Jesum Christum perfectum in divinitate, perfectum eundem in humanitate, Deum verum et hominem verum, eundem ex anima rationali et corpore, secundum divinitatem unius cum Patre naturæ, secundum humanitatem eundem unius naturæ nobiscum, per omnia similem nobis absque peccato, ante sæcula quidem ex Patre natum secundum divinitatem, in novissimis vero diebus eundem propter nos et propter nostram salutem ex Maria virgine Dei genitrice secundum humanitatem, unum eundemque Christum filium Dei unigenitum in duas naturas inconfuse, immutabiliter, indivisæ, inseparabiliter cognoscendum : in nullo naturarum differentias propter unitatem perimendas, magis autem salva utriusque naturæ proprietate, et in una coeunte persona unoque statu concurrente : non in duabus personis partiendum vel dividendum, sed unum eundemque Filium unigenitum Deum Verbum Dominum Jesum Christum. Jam vero si quis contra hæc ulterius non instruendum sed contrarium se hunc reddidit rationi præbuerit, damnationem præfati concilii sustinebit.

Tertium sane quartumque capitulum contuentes non solum sententia sed ipsa pene verba ex libris beatorum Ambrosii atque Fulgentii nos prælibasse monstravimus, quibus ea prædictos viros dogmatizasse percimus, quos quia celebres in toto orbe doctores ferriata ecclesiarum Dei vota percenseant, non illis est succurrendum sed potius succumbendum, quia omne quod contra illos sapitur a rectæ fidei regula abhorere sentitur. Ac sane quatuor specialitates capitulorum quæ ut a nobis solida efficerentur hortati **549** sunt, quid a quo fuerit doctore prolatum, congesto in uno responsionis nostræ libro catholicorum dogmate Patrum, ante hoc biennium parti illi porreximus dignoscendum. Jam vero si post hæc et ab ipsis dogmatibus Patrum quibus hæc prolata sunt in quocun-

que dissentiant, non jam cum illis est amplius contendendum ; sed majorum directo calle inhærentes vestigiis, erit per divinum iudicium amatoribus veritatis responsio nostra sublimis, etiam si ab ignorantibus æmulis censeatur indocilis.

Illis itaque super sanctæ fidei professionem explicitis ad contuendam illarum seriem conditionum nos vertimus, quarum nexibus se illigatum prædictus princeps fuerat protestatus. Etenim tempore quo divæ memoriæ Ervigius princeps hunc præsentem dominum nostrum Egicanem regem ad copulam filię suæ substituit, his eum primum ligaminibus implicavit. Clara igitur pronuntiantes voce, earumdem conditionum nobis textu præcognito invenimus illic tam impossibilia vincula quædam juramenti inuexa, ut difficulter mens jurantis ab earum illigatione sit libera, etiam si esset a regni curis et sollicitudinibus aliena : quarum textrini evidens ligatura inter cætera connexionum capitula his verbis habebatur expressa. Circa cognatos meos filios vestros quos de gloriosa conjugæ vestra domina mea Liuvigotona regina progenitos habere videmini, tam charum me amicum in sincera mentis dilectione sine fraudulenta calliditate exhibere et esse polliceor, et ita cum eis in affectu dulcedinis et charitatis omnibus diebus vitæ meæ vivere spondeo, ut nec ipsos nec partem eorum pro quibuslibet capitulis aut ordinibus vel occasionibus quoquoque tempore inquietare aut stimulare debeam, nec ullum dolorem nullamque malitiam in corde vel animo meo contra eos amodo et deinceps quandoque retinebo aut excogitabo, neque aliquam occasionem aut argumentum enutriebō [pro enutriam], per quod aut præfata ancilla vestra sponsa mea sive jam nominati filii vestri, qui de toties dicta clementissima conjugæ vestra domina mea Liuvigotona regina progeniti sunt aut in maximum aut in modicum conturbentur vel stimulentur, excepto propter justissimas causas unde legalis mihi veritas patuerit, quas ut cum charitatis affectu ad eodem cognatos meos quærere debeam mihi licentiam reservo. Et tamen de promptissima dilectione et charitate eorum nunquam recedebō [pro recedam] : nam et pro causis eorum quas aut ipsi contra quaslibet personas habuerint aut si quicunque contra eos pro quibusdam rebus intenderint, ita usquequo advixero in eorundem filiorum vestrorum adjutorio cum omni mentis **550** meæ intentione, in quantum valero et Deus mihi dederit posse, exurgebo et intendebo [pro exurgam et intendam], veluti si pro causa propria mea, ut nec illi damnum aut perditionem quamcunque sustineant, et negotia eorum cum Dei auxilio me intendente, agente et prosequente celere ad effectum perveniant : et cætera. Perlectis igitur his conditionibus, quæ divæ memoriæ Ervigius princeps præsentis principis nostro ob suorum tantum filiorum viadicationem extorserat, aliæ iterum conditiones ex communi voto sese nobis retractandæ obijciunt, ad quas præfatus princeps Egica in regnum adscitus juramentorum suorum vota Deo reddidit, cum se justitiam

populis redditurum promisit ac ne quemquam contra justitiam læderet jusjurandi attestazione devovit. Prima igitur conditionum illarum series^a pertractata multum his secundis conditionibus videtur esse contraria. Quomodo enim pro cognatis causaturus exurgens decertantibus contra eos dabit justitiæ palmam, si ipse contra eos sententiam suam defendat, aut si ipse, sicut juravit, negotii sit objector? Quis expectabitur iudicii terminator? aut quomodo data in populis juramenta servabit, ut nullum sicut est pollicitus contra justitiam gravet, si in tantum cognatis protectionis adminicula præstet, quandiu negotia eorum se prosequente ad effectum videantur pertingere? Sic enim, sicut jam superius dictum, jurasse se præfatum principem constat ut negotia eorum se intendente et prosequente ad effectum perveniant. Illigatum itaque principem utriusque partis vinculis contuentes perpendimus quia utraque promissio simul ab eodem inculpabiliter impleri non possit, quanquam si bene res considerata tractetur, tunc ab illis primis conditionibus absolutus ostensus est, quando ad secundas has conditiones populorum jurare coactus est, quia uno eodemque compulsio- nis auctore utrumque confectum est. Quapropter per- pensis utrarumque conditionum allegationibus atque communi omnium collatione tractatis invenimus in illis conditionibus, ad quas primum hic princeps noster socero jurasse dignoscitur, sola illic proprii juris commoda cogitata; in his autem conditionibus honesti juris vota pollicita: illic ante regnum unius tuendæ domus fides exacta; hic post regnum inof- fensa regendarum plebium vota pollicita: illic privatus amor ob defensionem filiorum protenditur; hic generalis patriæ et gentis affectio pollicetur: juratio illa offensæ forsân plurimis uni tantum domui porta- bit effectum; hæc vero generale æquitatis servans in singulis compromissum nulli parti dabit veritatis excidium. Quid igitur ex utroque justo disputationis sine conficitur? nunquid paucorum 551 salus erit extinctio plurimorum? aut nunquid tantum valere debet privatæ rei commodum quam generalis rele- vatio populorum? Absit. Quia ergo in illâ juratione acceptio privatarum cogitata est personarum, in hac autem generalis protectio plebium, quæ ex his dua- bus sit potius observanda, divina nobis pandat sen- tentia. Scriptum est enim in Proverbiis Salomonis: *Cognoscere personam in iudicio non est bonum*: Chris- tus quoque in Evangelio: *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate*: Paulo præsertim apostolo pro his specialiter præstruente: *Ut non queramus quod nobis utile est, sed quod multis, ut salvi fiant*. Jam ergo in promptu est quid ex his duo- bus salubri pietate præponderet; et ideo intemera- ta plus erunt quæ patriæ sunt salubri pollicitatione jurata, quam illa quæ ob unius tantum domus sunt utilitatem pollicita. Nec hoc quidem sic dicimus, ut illa quæ pridem pro cognatis jurata sunt penitus de- struantur, sed potius ut unus idemque affectus popu-

lis cognatisque servetur, unum quid ex duobus uni- tatis gratiam redolens neutrum dividat, sed compo- nat. Non enim possunt utraque se juncta æqua obser- vantiz lance servari, quia si promissa cognatis fides servetur, populis quæ promissa sunt deperibunt: et iterum si data in populis intemerata Deo sacramenta serventur, cognatis procul dubio promissa beneficia negabuntur: nec unius partis præstatio sine alterius partis potest esse dispendio. Quid ergo? nunquid ob hoc utraque juramentorum promissa solvenda sunt, quia singula invicem sine culpa agi non possunt? Absit. Transfundendum ergo est unum in alterum et ad unam regulam redigendum, ita ut minoris partis vota potioribus sint conjuncta, et affectus protectionis, qui privatim socero promissus est et cognatis, trans- fusus generaliter servetur in populis; non quo aut hinc aut inde promissa fides patiatur dispendium, sed quo juncta atque in alterutrum transfusa com- mune defensionis sentiat lucrum. Dicimus ergo per spiritum Dei et præfixam sententiam ponimus, eo in nobis loquente qui se in suo nomine aggregatis medium ad se promisit. Sic ergo ab illis vinculis juramenti, quibus socero ante juravit, principem nostrum Egicanem regem sancta synodus absolven- dum elegit, ut aut cognatos ad populorum regulam dirigat, aut populos in cognatorum iustam defensionem assumat, ut quasi unius patris germinisque filios utrumque uno devocans in affectu nec in cognatorum justis negotiis favorem populorum obtendat, nec rur- sus in populorum questibus cognatis favere pertentet; ut tam in populorum quam in cognatorum negotiis una eademque illis fides servanda sit, nec alio affectu tractandos eligat cognatos quam populos, quo inde- ptum 552 cœlitus regnum directo æquitatis gradiens calle nec profanationis in utrumque subeat notam, nec pietatis claudat utrisque partibus viscera.

Secunda post hæc nostro costui retractanda se collatio intulit, pro conditionibus scilicet illis quas jam dictus princeps Ervigius ob tuitionem filiorum suorum totius regni sui populos jurare coegit. Quibus inspectis et diutissime retractatis nihil illic invenimus quod æquitati sit obvium, nihil quod pietati adver- sum. Occasiones tantum illic malitiæ amputantur, nam justorum negotiorum aditus non excluditur; hoc enim singulariter illic servandum pronuntiat, quod generaliter a Domino omni Christiano jubetur, scilicet ut malitiæ caveatur, innocentia illibata ser- vetur, frustretur nocendi propositum, admittatur negotiosum iustumque iudicium. Hoc enim si com- muni omnium lege servetur, et illiusum semen re- gium a nocibilitate servabitur et veritas populis sine perjurii profanatione reddetur. Neque enim illic ju- ratum est ut aut causantes contra filios suos nemo juvaret aut nullus super eos æquitatis iudicium præ- meret, ubi jam dictus princeps non solum singulis negotia sua judicialiter proponendi adiuturum tribuit, sed et scelera filiorum suorum, si qua acciderent, legibus ulciscenda permisit. Quod ergo illic non est

^a Ex reliquia, præter A., in quo: *pertractanda*.

juratum et tamen juratum fuisse impudenter asseritur, non devocavit populos in perjurii crimen, quia nec alligatum cernitur conditionum in serie: neque enim nobis est cohibendum quod in illis conditionibus non invenimus esse cohibendum; recedendum tamen est a malitia, et exsequenda sunt negotia opportuna, nec enim quorundam incauta illa dicacitas attendetur quæ impudenter astruere nititur illos tantum innoxios esse a perjurii crimine qui negotia sua tantum visi fuerint objecisse, illos autem qui vel talia negotia judicanda susceperint, vel hujusmodi pro æquitate adjuverint, inexpiabili profanationis crimine irretiri. Hæc quippe dicunt contentioso magis quam rationabili strepitu obstrepentes, nescientes videlicet, quia si negatus fuisset illic aditus judicandi, negaretur et proponendi; sed qui admisit justæ propositionis negotium, non voluit prolata æquitate amputare iudicium, nec qui proponentem admisit potestatem juste judicandi iudicibus abstulit. Magna ergo stultitiæ vox est hæc sentire vel loqui, nam e contra ecce pene per totam divinæ seriem Scripturæ plus iudicibus præcipitur judicare justitiam quam populis sua objectare negotia. Dicit enim Scriptura: *Iuste iudicate, filii hominum*: nec addidit: *Iuste proponite causas vestras, filii hominum*. Nunquid quia iudices iuste judicare admonuit, ideo populis proponendi sua negotia interdixit, ideo quod de negotiis proponendis nihil **553** protulit? Nunquid super eo iudicii formula textitur, qui mutus et absque propositione sentitur? Non ergo aut iudicia sine objectis aut objecta sine iudicibus esse possunt, quo aut iudex desit causanti aut causans desit ullo modo iudici. Quapropter conditiones ipsæ, in quibus nec veritas est præcisa nec pietatis amputata sunt viscera, non tenebunt aut iuste proponentes ad perjurii sacrilegium, aut iuste iudicantes ad profanationis reatum. Hac igitur redita ratione conficitur, ut ad prædictarum seriem conditionum nullus teneatur obnoxius, quisquæ repulsa malitia contra jam dicti principis partem aut negotia sibi debita iudicibus iudicanda objecerit, aut qui talium mandata susceperint, aut testis index qui advocatus testimonium dixerit, aut iudices ipsi qui hujusmodi iuste negotia terminaverint, vel hi etiam qui parti justitiam habenti simpliciter fautores existerint ad revelationem potius miserorum currentes, quam parti cuiquam delectantes esse nocibiles. Scriptum est enim: *Pietas ad omnia utilis est*; neque enim cessandum est a misericordiæ opere quod ille non interdictum est cedere. Quia ergo illic justitiæ aditus non negatur, consequens est ut nec pietas abnegetur: non enim plene justitiam diligit qui pietatem proximo non impendit. Sic ergo ^a inconcessæ pietatis servantes affectum, illud apostolicum prælegimus observandum quo manifeste præcipitur: *Invicem onera vestra portate, et sic adimplebitis*

^a B. R., enim: atque ab hac voce deest folium, quæ supersunt ad hoc concilium pertinentia atque sequentis initium comprehendens.

^b E. 4, T. 1, 2, sedis metropolitanus episcopus;

A *legem Christi*. Hæc igitur ratione præmissa, absolutis et discretis personis atque vocibus singulorum negotia ipsa quæ contra partem jam dicti piæ memoriæ Ervigii principis vel filiorum ejus habebantur proponenda, admisimus, desinientes ut legibus canonibusque designata justitia inter oppositos et respondentes a iudicibus inconcussa servetur. His itaque excursis quæ placido dispositionis sine conclusa sunt, damus soli Deo gloriam et honorem, poscentes ejus profundissimam pietatem, ut ejus virtus atque potentia et nostrarum solvat mentium ligaturam, et glorioso amatori Christi Egicani principi nostro attribuat felicem [*pro felix*] regni retentare sceptrum, felicioris vitæ ducere cursum, ac diuturnum eam pace in populis tenere imperium, eo præstante qui

B *est rex omnium regum et cujus regnum manet in sæcula sæculorum. Amen.*
Lex in confirmatione concilii generalis sub anno primo regni gloriosi Egicani principis nostri.

Discretis eximiis temporis nostri gestis **554** synodalibus præfavente, quibus et doctrinæ sacrosanctæ fidei haurivimus copiam et indissolubilis juramenti novimus contractam esse catenam, id lege promulgata decernimus, ut ea ipsa, quæ inconvolso canonum vigore decreta sunt, ab omnibus cautissima et diligenti observatione serventur. Si quis autem his ipsis definitionibus contraire voluerit, decima suarum rerum parte mulctabitur et excommunicationis insuper sententia ferietur.

C *Ego Julianus urbis regie metropolitanus episcopus hæc canonum statuta subscripsi.*

Suniefredus Narbonensis sedis episcopus hæc canonum statuta subscripsi.

Floresindus Hispalensis sedis episcopus hæc canonum statuta subscripsi.

Faustinus Bracarenensis sedis episcopus hæc canonum statuta subscripsi.

Maximus Emeritensis sedis episcopus hæc canonum statuta subscripsi.

Idalius Barcinonensis sedis episcopus ita subscripsi.
Munulus Cordubensis sedis episcopus ita subscripsi.

Concordius Palentinæ sedis episcopus ita subscripsi.

D *Ricila Accitanæ sedis episcopus ita subscripsi.*
Gaudentius Valerianensis sedis episcopus ita subscripsi.

Cecilius Bertosanæ sedis episcopus ita subscripsi.
Deodatus Segobiensis sedis episcopus ita subscripsi.

Ervigius Calabriensis sedis episcopus ita subscripsi.

Moncfonsus Egiditanæ sedis episcopus ita subscripsi.

Gregorius Oretanæ sedis episcopus ita subscripsi.

atque quatuor etiam sequentibus episcopis metropolitani dignitas in iisdem Codicibus ascribitur. Observandum quoque non eundem ordinem in omnibus Codicibus servare episcoporum subscriptiones.

Proculus Bigastrensis sedis episcopus ita subscripsi.

Sonna Oxomensis sedis episcopus ita subscripsi.

Sarmata Valentiniæ sedis episcopus ita subscripsi.

Marcianus Dianensis sedis episcopus subscripsi.

Joannes Avilensis sedis episcopus ita subscripsi.

Gabinus Arcavicensis sedis episcopus ita subscripsi.

Samuel Malaçitanæ sedis episcopus ita subscripsi.

Froaricus Portucalensis sedis episcopus ita subscripsi.

555 Wisefredus [U., Guifredus., G., Wifredus] Ausonenensis sedis episcopus ita subscripsi.

Emmilla Ilicitanæ sedis episcopus ita subscripsi.

Felix Iriensis sedis episcopus ita subscripsi.

Euphrasius Lucensis sedis episcopus ita subscripsi.

Theuderacis Asilonensis sedis episcopus ita subscripsi.

Willedeus Calagurritanæ sedis episcopus ita subscripsi.

Nepotianus Tirassonensis sedis episcopus ita subscripsi.

Cuniuldus Italicensis sedis episcopus ita subscripsi.

Geta Iliplensis sedis episcopus ita subscripsi.

Stercorius Aucensis sedis episcopus ita subscripsi.

Basilus Basticensis sedis episcopus ita subscripsi.

Gaudila Emporitaneæ sedis episcopus ita subscripsi.

Euredus Ilerdensis sedis episcopus ita subscripsi.

Pacatus Biterrensis sedis episcopus ita subscripsi.

Aurelius Asturicensis sedis episcopus ita subscripsi.

Onemundus Salamanticensis sedis episcopus ita subscripsi.

Spasandus Complutensis sedis episcopus ita subscripsi.

Gundericus Segontiensis sedis episcopus ita subscripsi.

Joannes Eliberitanæ sedis episcopus ita subscripsi.

Avitus Urcensis sedis episcopus ita subscripsi.

Williephonus Vesensis sedis episcopus ita subscripsi.

Sabaricus Gerundensis sedis episcopus ita subscripsi.

Fructuosus Auriensis sedis episcopus ita subscripsi.

Anterius Segobricensis sedis episcopus ita subscripsi.

Valderedus Cæsaraugustanæ sedis episcopus ita subscripsi.

Adelphus Tudensis sedis episcopus ita subscripsi.

Tructemundus Elborensis sedis episcopus ita subscripsi.

Sisebado Tuccitanæ sedis episcopus ita subscripsi.

Atala Caoriensis sedis episcopus ita subscripsi.

Joannes Egarensis sedis episcopus ita subscripsi.

A 556 Isidorus Setabiensis sedis episcopus ita subscripsi.

Landericus Olyssiponenensis sedis episcopus ita subscripsi.

Miro Conimbricensis sedis episcopus ita subscripsi.

Vincentius Dumienensis sedis episcopus ita subscripsi.

Fiontius Lamecensis sedis episcopus ita subscripsi.

Joannes Pacensis sedis episcopus ita subscripsi.

Constantinus Egabrensis sedis episcopus ita subscripsi.

Rogatus Beatiensis sedis episcopus ita subscripsi.

Sesuldus Archipresbyter, agens vicem domini mei Cypriani Tarraconensis sedis episcopi, ita subscripsi.

B Suniulfus abbas, agens vicem domini mei Flori Mentesanæ sedis episcopi, ita subscripsi.

Florentius presbyter, agens vicem domini mei Leuberici Urgellitanæ sedis episcopi, ita subscripsi.

Gundila [E. 4, T. 1, 2, Daniel] abbas, agens vicem domini mei Agripitii Ossonobensis sedis episcopi, ita subscripsi.

Desiderius presbyter, agens vicem domini mei Nandarbi Astigitanæ sedis episcopi, ita subscripsi.

Absfalius abbas ita subscripsi.

Felix archipresbyter ita subscripsi.

Wasandus archidiaconus ita subscripsi.

C Vincentius [E. 4, T. 1, 2, Massacius] primicerius ita subscripsi.

Gerontius abbas ita subscripsi.

Castorius abbas ita subscripsi.

Gabriel abbas ita subscripsi.

Sisebertus abbas ita subscripsi.

Eulalius abbas ita subscripsi.

Involatus abbas ita subscripsi.

Adeodatus abbas ita subscripsi.

Hostrulfus comes ita subscripsi.

Wimar comes ita subscripsi.

Vitulus comes ita subscripsi.

Trasemundus comes ita subscripsi.

Valdericus comes ita subscripsi.

Teudila comes ita subscripsi.

Nausti comes ita subscripsi.

Cixilla comes ita subscripsi.

Gisclamundus comes ita subscripsi.

Sisuldus comes ita subscripsi.

Severinus comes ita subscripsi.

Sonna comes ita subscripsi.

Ara comes ita subscripsi.

Trasericus comes ita subscripsi.

Ega comes ita subscripsi.

Suniemirus comes ita subscripsi.

Audemundus comes ita subscripsi.

LXI
CONCILIIUM TOLETANUM DECIMUM-SEXTUM.

SEXAGINTA UNIUS EPISCOPORUM, ERA DCCXXXI.

557-558 Dum anno sexto inclity et orthodoxi A domini et principis nostri Egicanis sub die vi Nonas Maias, æra dcccxxxi, unanimitalis nostræ conventus in prætoriensis basilica, sanctorum videlicet Petri et Pauli aggregatus consisteret atque unusquisque nostrorum ex more secundum ordinationis suæ tempus in locis debitis resideret, rerum prius omnium Domino devotissime gratiarum jura persolvimus pro eo quod nos et alterutræ visionis contuitu solari permisit, et alterutræ pacis osculo confovendo statuit, diffusis cordibus simulque et vocibus ei precum murmura effundentes, ut sicut nos alternorum osculorum impensione lætificos effecit, ita serenissimum ac religiosissimum prædictum Egicanem principem ejus jussa fraternitatis nostræ cœtus est adunatus, fidei suæ conversatione stabiliat, prorogatione justitiæ muniat, pacem locupletem reddat, impensione misericordiæ fulciat, virium fortitudinæ roboret, quo longævitalis munus cluens commissa sibi regni gubernacula discreto moderamine teneat, et commissos sibi populos benigne regat, æque disponat et jussu pietatis modificet. His devotione promptissima actis, cœpit unionis nostræ numerositas de rebus spiritualibus mutua collatione inter se orsa diffundere; atque eventum rei spectatione mansuetissima præstolari.

Igitur cum ea attentius agerentur, sic idem excellentissimus princeps sanctæ intentionis munimine fretus, religione plenissimus et elucubrationis summæ titulo inclytus nostro sese cœtui intulit, ac gloriosi capitis verticem cernuo voto reclinans, nostris sese Domino precatibus commendari percensuit, propriis manibus tomum nobis deferens reserandum, in quo suæ devotionis vota et deliberationis piæ desideria sistentant stylo gratissime exarata. Omnes in commune sui oris dulcibus exhortationibus ait: En, divini cultus reverentissimi sacerdotes, quidquid proprii oris effamine vestris sacris sensibus debui inimitare, quidquid enormis poterat diffusæ elocutionis affatus exprimere, sicut hic breviter summatimque calamo currente digessi, unde vos ea sollicitius prælibantes gliscentibus animis pertractato, et tam ea quæ hic sunt insita, quam etiam alia quæque se reverentissimo vestro cœtui ingesserint audienda, æquissimis judiciorum vestrorum definitionibus terminate, et firmissimo sententiarum vestrarum stylo esse permansura decernite. Quem tomum ab eo unanimitas nostra suscipiens eidem principi benediximus; eoque e nostri medio discedente, ejusdem tomii seriem reseravimus cujus dicatorum textus subter annexa serie declaratur.

* Quæcumque in hoc concilio præcedunt canones desunt in A. et E. Desumpta sunt ex B. R. Codice

In nomine Domini Flavius Egica rex sanctissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus.

Novit, beatissimi Patres, serenitatis nostræ gloriosa sublimitas synodice advocacionis studia nutantis sæculi obstare ruinam, et fidelibus populis congruam salutaris vitæ impendere disciplinam. Quapropter orthodoxæ fidei religione permotus, vestrique optabili conventu jucundior reddita, colorum regi grates laudumque vota persolvo, quoniam præstolata aggregationis vestræ concursio præceptionis nostræ oraculis devotissime paruit, et alterutræ visionis exoptata gaudia commodavit. Igitur vobis coram positus vestris precibus supernam mihi clementiam suffragari efflagitans universitatem sanctitudinis vestræ Christiana mentis devotione convenio, ut quia Ecclesiæ sanctæ catholicæ digna speculatione perstatis [T. 1, 2, præstatis], votis meis fautores sitis vestrique pontificatus meritis in regendis populis præstantiora mihi subsidia præparetis, et consiliorum nutrimenta salubria afferatis; quo valeam sanctimonie vestræ adminiculo fultus et regnandi gressus in pace perficere, et gentem mihi subditam pio ac discreto moderamine regere. Nam et tales vos in hoc sancto concilio adesse præopto, quo gratia **559** Spiritus sancti corda vestra irradians in medio sit vestrorum, ut ipso docente id teneatis atque servetis, unde et mihi, qui præ omnibus multis sum criminibus deditus, et cuncto populo regiminis mei respectio divina semper opituletur. Quantis denique malis indignante Deo terra quotidie vapulet quantisque plagis vel perfidorum sceleribus contabescat, paternitati vestræ non reor esse incongnita. Sed quia indubie credimus quod transgressionem mandatorum Dei digna factis recipimus, dicente Domino per prophetam: *Propter hoc lugabit terra, et infirmabitur omnis qui habitat in ea; opportunum satis est, ut per vos, qui divinæ vocis præconio sal terræ estis, salvationis obtineat opem. Unde venerabilem sanctitatis vestræ universitatem exhortor, ut imprimis almæ fidei rectitudo, quæ per veram credulitatem in omni terrarum orbe diffusa expanditur, vestræ collationis eloquiis præconetur, prædicata veraciter teneatur, retenta in areano vestri pectoris illibata servetur. Deinde quia comperimus quod multæ Dei basilicæ in dispersis locis parochiarum vestrarum constitutæ dum ad unius respiciunt ordinationem presbyteri, nec assidua in eis Domino sacrificia delibantur, et destitute remanent atque sine tectis vel semirutæ fore noscuntur, specialiter in canonibus annotetis, ut unaquæque ecclesia, quamvis pauperrima, quæ vel decem mancipis*

cum variantibus cæterorum lectionibus. In E. 3 consideratur integrum hoc concilium.

habere potest, sui debeat cura gubernari cultoris : A
 ceterorum si minus habuerit, ad alterius ecclesiæ
 presbyterum pertinebit. Nam dum ex omnibus plu-
 rimæ basilicæ, ut præmisimus, unius sollicitudini
 rediguntur, solum est quia et viduæ persistunt, et
 difficile sacris cultibus ordo debitus exhibetur. Quod
 non tantum sacerdotibus Dei in culpa est, verum
 etiam et infidelibus Judæis ridiculum affert, qui
 dicunt nihil præstitisse interdictas sibi ac destructas
 fuisse synagogas, cum cernant peiores Christiano-
 rum effectas esse basilicas. Pro quarum etiam re-
 paratione a vestra universitate consendum est, ut
 eas unusquisque episcopus de tertius parochialium
 basilicarum canonicæ restaurandas invigilet : qui si
 tertias ipsas consequi noluerit, cura sui gerendum
 est, ut presbyter destructæ ecclesiæ exinde commis-
 sam sibi basilicam reparat : evidentem censuræ mo-
 dum opponentes in canone, qualiter debet incuriosus
 quisque episcopus condemnari, si præscriptum pro
 renovandis Dei templis ordinem neglexerit adim-
 ptere. Nam et hoc honorificentia vestra promul-
 gari curabit, ut nemo episcoporum pro regis
 inquisitionibus exhibendis parochialium ecclesiarum
 jura contingat, nec quascunque exinde inquisitiones
 aut evocationes exigere audeat, sed **560** de prædiis
 sanarum sedium regio culmini solita perquisitionum
 obsequia deferat, nihilque de rebus earundem paro-
 chialium ecclesiarum causa stipendii cujuscumque dare
 præsumat : quod si fecerit, duorum mensium spatio
 excommunicari se noverit. Interea id præcipue a vo-
 bis procurandum est, ut ubicunque idololatram, vel
 C
 diversas diabolicæ superstitionis errores repereritis
 aut qualibet relatione cognoveritis, ad destruendum
 tale facinus ut veri Christi cultores cum iudicibus
 quantocius insurgatis, et quæque ad eadem idola a
 rusticis vel quibusque personis deferri inveneritis,
 tota vicinis conferenda inibi ecclesiis conferatis. Pro
 quo etiam extirpando scelere editum tale in regulis
 apponatis, ut quicumque antistes hujusmodi nefas
 agi permiserit vel peractum in sua diocesi protinus
 ab officio destituerit, a loci sui officio pulsus unius anni
 excursu sub penitentia maneat religatus lamento,
 alio tamen principali electione ibidem constituto, qui
 possit hujus institutionis ordinem servare, et populo
 Christiano bonæ conversationis tramitem pandere,
 postmodum ad suæ sedis ordinem reversurus. Sed
 et quod his potius est, zelo Dei zelantes abrogandam
 Judæorum utriusque sexus perfidiam radicibus
 demitte, ut et legum nostrarum sententias quæ ob
 perfidiam eorum et in præteritis editæ et hodierno
 sunt tempore conditæ, omni valeant robore sub-
 nixæ ; et excessus [E. 4, T. 1, 2, accessus] nequi-
 tiæ ipsorum eorumdem legum dispareant sanctione :
 sic quoque ut juxta novellæ legis nostræ edictum
 nemo ex iisdem Judæis in perfidia durantibus ad ca-
 ptivum pro quibuslibet negotiis peragendis accedat,
 neque quodcumque cum Christianis commercium agere
 audeat, quo merito cum propheta dicatis : *Nonne
 gati te oderant, Domine, oderam illos, et super inimi-*

cos tuos tabescebam? Ex quibus igitur Hebræis vel
 uxoris ac filiis eorum si quis deinceps ad catho-
 licæ fidei regulam integerrimè devotione conversus
 extiterit, abnegans ex toto genuinæ prævaricationis
 errores vel cærimonias omnesque parentalium rituum-
 sectas, ab omni exutus jugo maneat suæ functionis,
 quam pridem in errore præstitutus publicis utilitati-
 bus exsolvere consuevit : sic quoque ut in cæteris
 incredulis ejus redundetur functio pensionis, quos
 adhuc nefanda retinuerit obstinatio parentalis. Inter
 cætera tamen obscœnum crimen illud de concubito-
 ribus masculorum extirpandum decernite, quorum
 horrenda actio et honestæ vitæ gratiam maculat, et
 iram cœlitus superni vindicis provocat. Et quia plerique
 perfidorum cothurno superbix dediti non ex
 B
 Deo regale fastigium sed solo jactantiæ tumore ap-
 petere dignoscuntur, quicumque amodo ex palatinis,
561 cujuslibet sit ordinis vel honoris persona, in-
 necem regiam vel excidium gentis ac patriæ Go-
 thorum fuerit conatus intendere, aut quodeunque
 conturbium intra fines Hispaniæ tentaverit excitare,
 tam ipse quam omnis ejus posteritas ab omni pala-
 tino expulsa officio sub tributali impensione fisco
 debeant perpetim inservire, amissis insuper cunctis
 facultatibus propriis, quas cui voluerit licenter con-
 ferat clementia principalis. Cuncta vero quæ in ca-
 nonibus vel legum edictis depravata consistunt aut
 ex superfluo vel indebito conjecta fore patescunt,
 accommodante serenitatis nostræ consensu, in
 meridiem lucidæ veritatis reducite, illis procul
 dubio legum sententiis reservatis, quæ ex tem-
 pore divæ memoriæ præcessoris nostri domini
 Chindasvinti regis usque ad tempus domini Wam-
 banis principis ex ratione depromptæ, ad sinceram
 justitiam vel negotiorum sufficientiam pertinere no-
 scuntur. Varia quoque populorum negotia, cæteraque
 sceleratorum hominum gesta fidei sanctæ contraria
 ita vestri examinatione iudicii canonicæ ac legaliter
 finalantur, ut nec justitia prætereat nec severitas le-
 gum ex omnibus intercurrat, qualiter dum in his
 omnibus vos amor Christi reddiderit fervidos, et
 sequitatis catena constrinxerit nexos, non solum in-
 hoc sæculo sanetitatis donec perspicui maneatis, sed
 et æternis præmiis in perpetuum floreatis : quia tunc
 me a Domino cum plebe mihi credita a peccatis elui
 D
 credo, cum discussio iudicii vestri in examinandis
 causis talis præcesserit, quæ in nullo tramite veri-
 tatis aberrat. Hoc solum vos, honorabiles Dei sacer-
 dotes, cunctosque illustres aulæ regis seniores,
 quos in hoc concilio nostræ serenitatis præceptio vel
 opportuna interesse fecit occasio, per inseparabilem
 omnipotentis Dei potentiam adjuramus, quia in præ-
 fatis dirimendis negotiis quæ se vestro cœtui au-
 dienda emergerint, nulla personarum vel muneris
 acceptio intercurrat, nullus se favor interserat, nul-
 liusque tepiditatis incuria, promulgare justitiam quæ
 Deuses, obstrepat ; sed puro examinationis libramino
 causarum jurgia terminantes et justa Dei iudicia vo-
 his præ oculis apponentes, unicuique parti æquitate

tem pandere procuretis, quatenus ex hoc nostræ mansuetudini præstolata a Deo mercedis præmia conquiritis, et rectitudini vestri iudicii eorum nobis honorabilis sitis, atque ante Deum semper bonorum operum gratia polleatis. Datum sub die vii Kalendas Maias, anno feliciter vi regni mansuetudinis nostræ Toletæ.

Reserato igitur tomo, et quæque ejus series retentabat diligenti indagine perlustrantes, immensi mole gaudii cordium nostrorum **562** arcana exæstuant. Proinde ferventioribus animis in laudem Dei nostri hymnorum libet cantica roborare, quod religiosissimi et orthodoxi principis nostri intimum igne sui amoris ita reddiderit fervidum, ut totius nostræ adunationis collegium prudentissimis ac salutaribus sui oris afflatibus crediderit exhortandum, perbenigne nos admonens, ut dignorum speculatorum more Ecclesiæ Dei navem, quam dispensatione superna in vasti hujus salis gurgitibus gubernandam suscepimus, salutarium remigiorum gubernaculis ad consummatæ salutis portum incolorem perducamus, et in defensione ejus quotidianis incubrationibus operam demus, vigilantes et custodientes vigilias noctis super nobis creditos greges: ita nempe, ut verborum spiritualium concrepantibus tubis et sanis membrorum compaginibus [T. 1, 2, compagibus] ne securitatis torpore depressa diversorum lapsuum incurrat decipula, salutaria sine intermissione ministremus munimina; et infirmis artubus diversis utpote ægrimoniorum vulneribus saucialis congrua medicamina apponamus, quo facilius queant et veteriosa ulcera radicitus evelli et remedia exoptatæ salutis nancisci. At nunc quoniam ad hæc implenda nullum nostrorum sine adjumento omnipotentissimæ Trinitatis cernimus esse idoneum, ideo conspicuum satis et necessarium perpendimus, ut quia corde creditur ad justitiam, oris autem confessio sit ad salutem, ipsius sanctæ Trinitatis mysterium, qui est unus Deus, a quo nos expetere convenit ut digni Ecclesiæ suæ pastores existere mereamur, proprii oris confessione promamus, et utpote mortali ore, quantum ipse jusserit, prælargiri laudum insignia præcinamus, quatenus universæ definitiones, quæ nostro affectu existiterint editæ, superpositæ fundamento firmissimo inconulsæ persistent et justitiæ robore subnixæ sæculis influitis perdurent.

Credimus et confitemur omnium creaturarum, quæ trinis rerum machinis continentur, auctricem atque conservatricem individuum Trinitatem; id est, Patrem, qui est totius fons et origo divinitatis; Filium, qui est plena imago Dei propter expressam in se paternæ claritudinis unionem, ante omnium sæculorum eventum ex Patris intimo ineffabiliter genitus; Spiritum vero sanctum ex Patre Filioque absque aliquo initio procedentem. Qui tres, quanquam secernantur personarum distinctione, nunquam tamen separantur potentiæ majestate: inseparabilis nempe æqualitatis eorum insinuat divinitas: et tamen quamvis Pater genuerit Filium, nec ideo Filius sit idem qui Pater, neque Pater sit ipse qui Fi-

lius, sed nec Spiritus sanctus Pater sit Filiusque, **563** sed tantum Patris Filiique Spiritus eidem Patri et Filio etiam ipse coequalis. Nequaquam in hæc sancta Trinitate quidquam creatum, servum famulumque convenit credi, nec adventitium vel subintroductum tanquam ei aliquando acciderit, quod constet eam aliquando minime habuisse, concedet autem. Unde catholice confitemur Patrem Deum esse omnipotentem, Filium similiter Deum omnipotentem, necnon et Spiritum sanctum Deum omnipotentem; non tamen tres Deos credimus aut tres omnipotentes, sed unum tantum Deum semus inconcussa fidei veritate credentes, unius naturæ, unius essentia, unius omnipotentia, unius majestatis, uniusque virtutis. Quarum tamen personarum, quamvis in hoc quod ad se sunt nulla possit separabilitas inveniri, in hoc vero quod ad distinctionem atinet sunt quædam quæ specialius unienique possint pertinere personæ: scilicet, quod Pater a nullo originem sumpsit, Filius Patre generante existit, Spiritus quoque sanctus ex Patris Filiique unionem procedit. Sed nunquid quia Filius ex Patris est omnipotentia generatus, aut Spiritus sanctus ex Patre Filioque procedens, putandus est aliquando Pater fuisse sine Filio aut genitor genitusque sine sancti Spiritus existisse substantia? Absit. Sed sicut Pater sine initio creditur, ita Filius veneratur, ita etiam sanctus Spiritus veridice proficitur: nec tamen sicut Pater creditur a quolibet nequaquam existendi originem ducere, ita Filiius aut Spiritus sanctus autumandi sunt ex semetipsis existere; sed Filius Deus de Patre Deo, non Deus Pater a Filio Deo, nec Pater aut Filius a Spiritu sancto absque nota sumpsisse putabuntur originem, cum ipse a Patre et Filio sine cujusquam infidelitatis nævo credatur sine initio processisse. Et ideo in hujus sanctæ Trinitatis sacramento nihil anterius posteriusve credendum est, quia nunquam fuit tempus quando Pater sine Filio aut Spiritu sancto subsisteret, neque Filius sine sancto Spiritu cum Patre aliquando regnaret. Et ista dicentes non personarum confusimus proprietates, nec unionem substantiæ separamus: nihil in eadem sancta Trinitate majus aut minus credere oportet, nihil etiam imperfectum atque mutabile. Nam perfectus Pater, perfectus Filius, perfectusque Spiritus sanctus: immutabilis Pater, immutabilis Filius, immutabilis Spiritus sanctus, nam de immutabili et perfecto Patre mutabilem imperfectumque Filium nec decuit nasci nec convenit credere. Idcirco sunt quædam quæ in hæc sancta Trinitate indiscrete oporteat confiteri. In hoc etenim quod ad se sunt Pater et Filius et Spiritus sanctus, indiscrete unus Deus credendus est Pater cum Filio et Spiritu sancto. Quod vero ad relativum atinet, discreto **564** personarum trium est prædicanda proprietas, evangelista prædicante: *Itc, docete omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*. Relativum etenim dicitur quod una ad aliam persona referatur, nam quando dicitur Pater,

Filius nihilominus persona signatur, et cum dicitur Filius, Pater ei sine dubio inesse monstratur. At nunc quoniam Spiritus sancti vocabulum, quo non tota Trinitas significatur, sed tertia quæ est in Trinitate persona, quomodo secundum relativum ad Patris Filiique referatur personam, nequaquam apertissime pateat pro eo scilicet, quia sicut dicimus Spiritum sanctum Patris, non consequenter dicimus Patrem Spiritus sancti, ne Filius Spiritus sanctus intelligatur; in aliis tamen vocabulis, quibus ejusdem sancti Spiritus signatur persona, ad relativum pertinere dignoscitur. Igitur donum specialiter Spiritum sanctum accipimus, quæ in sancta prænositur Trinitate tertia esse persona, pro eo quod a Patre Filioque cum quibus unius essentia per omnia creditur fidelibus condonetur: quapropter cum dicitur donum donatoris, et donator doni, relativum haud dubie declaratur: quod etiam de ipso vocabulo Spiritus sancti inculpabiliter est credendum. Denique quia sanctæ Trinitatis, etsi non ut debuit, tamen quantum ipse donavit lucusque mysterium confitendo digestinus, exinde quæ de ipsa Trinitate persona suscepit carnem, pie et orthodoxe subsequiva serie pandimus. Unde licet inseparabilia sint opera Trinitatis, tamen fideliter præstemur non tantum fide cordis, sed et oris professione, quod non tota unitas susceperit carnem, sed solus Filius Dei, qui est ante sæcula ex Dei Patris substantia genitus, in fine sæculorum de virgine Maria Evangelio est teste enixus; qui ait: *Verbum caro factum est et habitavit in vobis*. Nam Gabriel archangelus ad Mariam virginem cælestis missus ait: *Are, gratia plena, Dominus tecum, beata tu inter mulieres. Ecce in utero concipies et paries Filium et vocabis nomen ejus Emmanuel*. Cui cum Maria, ut sanctus ait Ambrosius, non fidem renuens, non officium recusans, sed potius accommodans affectum, spondens obsequium, neque de effectu dubitans, sed qualitatem ipsius quærens effectus, dixisset: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognovi?* ab angelo illi responsum est: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbravit tibi. Propterea quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei*. Cujus nempe angeli oraculum, dum Spiritum sanctam superventurum in ea dicit, et virtutem Altissimi, qui est Dei Patris Filius, obumbratarum eam præmonuit, ejusdem Filii carnem totam Trinitatem cooperatricem esse monstravit. Quæ scilicet Virgo sicut ante conceptionem obtinuit **565** virginitalis pudorem, ita post partum nullam sensit integritatis corruptionem, nam virgo concepit, virgo peperit, et post partum incorruptelæ pudorem sine interceptione obtinuit. Cujus videlicet conceptionis, aut partus mysterium, quia secundum prophetale vaticinium novum creatum est super terram ut femina illa singulariter absque virili coitu circumdaret virum, nulla potest ratione comprehendî, nullius oris affectu valet enuntiari. Ob hoc etenim Joannes Baptista cernue profitetur: *Ecce post me accersus est, qui ante me factus est, cujus non sum*

A dignus ut solvam corrigiam calceamenti. Ac si diceret: *Corrigiam calceamenti divinitatis calcinatæ, quæ est ligatura mysterii, nequeo solvere; quia quomodo in virginali utero corporatum est Verbum, quomodo etiam idem Verbum caro factum animatum existat, nequaquam investigare sufficio*. Pro qua re præcelsentissimus fatus est Augustinus: Hic si ratio quæritur, non est mirabile; si exemplum poscitur, non erit singulare. Ipse vero Dei Filius ab ingenito Patre genitus, a vero verus, a perfecto perfectus, ab uno unus, a toto totus, Deus sine initio perfectum hominem de sancta et inviolata Maria semper virgine assumpsisse est manifestus. Cui etiam sicut hominis perfectionem ascribimus, ita duas ei voluntates inesse, unam divinitatis suæ, aliam humanitatis nostræ nihilominus credimus: quod etiam per quatuor evangelistarum oracula ejusdem Redemptoris nostri affatu evidentissime declaratur; sic enim fatus est dicens: *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen non sicut ego volo sed sicut tu vis*; et iterum: *Non veni voluntatem meam facere, sed voluntatem ejus qui misit me*; et reliqua quæ si de omnibus sanctarum Scripturarum Codicibus maturemus colligere, enormis voluminis telam nostri oris videbimur compaginare letrino. Quibus etiam allocationibus demonstrat suam voluntatem ad hominem retulisse assumptum, Patris ad divinitatem in qua est idem unus et æqualis cum Patre: quippe quantum ad divinitatis attinet unitatem, non est alia voluntas Patris, alia Filii; una enim est voluntas ubi una persistit divinitas. Quantum autem ad hominis naturam assumpti alia est voluntas deitatis suæ, alia etiam humanitatis nostræ. Proinde in hoc quod ait: *Non sicut ego volo, sed sicut tu*, patet ostendit non velle id fieri quod voluntate humani loquebatur affectus, sed propter quod ad terras paterna voluntate descenderat, cujus tamen Patris voluntas nequaquam contraria Filii voluntati existit, quia quibus est divinitas una non potest esse voluntas diversa; et ubi in natura nihil potest diversitatis accidere, **565** ibi nihilominus enumerantur generaliter aliqua numerosa. Igitur hujus voluntatis sanctæ vocabulum, quamvis per comparativam similitudinem Trinitatis, qua dicitur memoria, intelligentia et voluntas ad personam sancti referatur Spiritus, secundum hoc autem, quod ad se dicitur, substantialiter prædicatur. Nam voluntas Pater, voluntas Filius, voluntas Spiritus sanctus, quemadmodum Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus sanctus, et multa alia similia quæ secundum substantiam dici ab his qui catholicæ fidei veridici cultores existant, nulla ratione ambiguntur. Et sicut est catholicum dici Deum de Deo, lumen de lumine, lucem de luce, ita veræ fidei est proba assertio voluntatem dici de voluntate, sicut sapientiam de sapientia, essentiam de essentia: et veluti Deus Pater genuit Filium Deum, ita voluntas Pater genuit Filium voluntatem. Itaque quamquam secundum essentiam Pater voluntas, Filius voluntas, Spiritus sanctus voluntas, non tamen secundum relativam

unus esse credendus est, quoniam alius est Pater qui refertur ad Filium, alius Filius qui refertur ad Patrem, alius Spiritus sanctus qui pro eo quod de Patre Filioque procedit ad Patrem Filiumque refertur, non aliud sed alius; quia quibus est unum esse in deitatis natura his est in personarum distinctione specialis proprietas. Quocirca idem Dei Filius, qui dum esset dives semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in impassibilitate deitatis consistente natura, spontanea in hominis suscepti est passus substantia, ac pro nobis primæ mortis sustinuit dura exitia; et qui nullius peccati noxæ obnoxius mansit, pro nostris peccatis crucis patibulum sponte moriturus ascendit; quique carnis et sanguinis nullum contagium habuit, in carnis sua flagra pro nobis, colaphos, sputamenta coronamque spineam sustulit, et effusione sui cruoris totum mundum a peccatoribus abluit, ac ne potestatem mors secunda in Dei haberet electis, eam usquequaque impassibilis divinitatis suæ jaculo percussit ac peremit, dicente propheta: *O mors, ero mors tua, tartara penetravit in anima, et sanctorum animas, quas illic hosti-vinctas tenebat, morsu potentis suæ exemit, ut prophetale vaticinium inquit: O inferne, ero morsus tuus; qui etiam tertii diei diluculo ejusdem carnis qua occubuerat veritate resumpta, discipulorum obtutibus claruit, eorumque corda nimio pavore concussa presentis suæ exhibitione solavit [pro solatus est], et coram angelorum credentiumque frequentia sedem patriam repetivit, in qua nunc, sicut in veritate surrexit a mortuis, ad ejus dexteram sedens, sic exinde in finem sæculi venturus est, judiciariæ potestatis diremptione 567 a peccatoribus justos secernere, sanctis restituens pro bene gestis coronam, iniquis vero infinitæ damnationis ignivomam pœnam, exemplum nobis suæ resurrectione impendens, sicut ille vivificans nos post duos dies die tertio vivus resurrexit a mortuis, sic nos etiam in hujus sæculi fine resurrecturos usquequaque credamus: non in aerea vel in phantasticæ visionis umbra, ut quorundam improbanda opinio præstruit, sed in veridicæ carnis substantia in qua nunc sumus et vivimus, ac tempore judicii eoram Christo et sanctis angelis ejus astantes unusquisque referet corporis sui propriis, prout gessit, sive bonum, sive malum, recepturus ab eo aut pro propriis actibus interminabilis beatitudinis regnum, aut pro suis sceleribus perpetuæ damnationis interitum. Hujus etenim fidei Ecclesia sancta catholica baptismatis aqua abluta, Christi sanguine pretioso redempta, quæ neque in fide habet rugam, neque maculosi perferi operis notam, insignibus pollet, virtutibus cluit [T. 2, claruit], sanctique Spiritus donis referta coruscet: quæ etiam cum Jesu Christo Domino nostro capite suo, cujus corpus esse nequam ambigitur, est perenniter regnatura, atque omnes qui nunc in ea minime consistunt sive commiserint, aut ab ea recesserunt sive recesserint, aut*

^a Ab hoc titulo scribunt Codices A. et E.

^b E. 4, valide stylo alterantur. T. 1, 2, valide in

A peccata in ea relaxari diffidentis malo negaverint, nisi pœnitentis ope ad eam redierint et quæque Nicæna synodus servanda decrevit, Constantinopolitana conventus venerari instituit, Ephesini primi concilii amplecti auctoritas sanxit, atque Chalcedonæ sanctorum unanimitas vel reliquorum conciliorum, sive etiam omnium venerabilium Patrum in fide sana recte viventium edicta custodiri præcipiunt, absque aliquo dubietatis nervo non crediderint, perpetuæ damnationis sententia ulciscuntur atque in fine sæculi cum diabolo ejusque sociis ignivomis rogis cremabuntur. Sanctæ etenim fidei mysterium oris nostræ confessione pendentes, ad capitula quæ ob disciplinam ecclesiasticam moresque male errantium componendis necessaria sunt unanimis nostræ articulum flectamus, et quæ opportuna sunt decretis capitulis definimus.

1. De Judæorum perfidia ^a.

Licet in condemnatione perfidiæ Judæorum numerosæ antiquorum Patrum sententiæ ac leges promulgatæ nitescant, tamen quia, ut prophetale vaticinium propter eorum duritiam narrat, peccatum Judæ scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino, super petram duriores effecti in obstinationis 568 suæ cæcitate perdurant. Satis est conspicuum ut catholicæ Ecclesiæ murus machinis infidelitatis eorum crebrius proteratur, quo aut tandem corrigantur inviti aut valide ^b sic atterantur ex Domini in æternum judicio perituri. Nam peritorum medicorum est consuetudo laudabilis, ut ægris diversarum ægrimoniarum in commodis laborantibus studiosius medendi arte occurrant quoadusque salutis medelam recipiant. Quinimo quoniam gloriosissimi et amatoris Christi Egipcensis principis nostri fervens intentio et prompta devotio hujus admirabilis medelæ peritiam his adhibere contendit, quatenus aut convertantur ad fidem aut in perfidia perdurantes acrioribus sedulemolestantur stimulis, proinde, eo hortante pariter et jubente, delegit nostræ unanimis conventus, ut quidquid eorum sententiæ vel leges qui nos in fide catholica præcesserunt ad obtendam eorum perfidiam continere noscuntur, ab omnibus senioribus ^c cunctisque judiciariam curam habentibus studiosius in eis nihilominus compleantur, et ea quæ nunc a nobis instituuntur votis ferventioribus conserventur; ita nempe, ut quicumque eorum ad Christum plena mentis intentione converterint et fidem catholicam absque aliquo infidelitatis furo servaverint, ab omni functione, quam sacratissimo fisco persolvere consueti sunt, cum his quæ habere potuerint securi extorque que persistant; eandemque impensionem hi qui in infidelitate sua persistierint publicis utilitatibus in integritate persolvant. Ipsi vero qui ab errore suo conversi exstiterint, suis tantum utilitatibus ut cæteri ingenui vacent, et negotia sua agentes quidquid pro publicis indictionibus a principe eis fuerit imperatum ut veri Christicolæ expediant. Nam id æquitatis ordo

stylo alterantur.

^c E., B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., sacerdotibus.

deposcit, ut qui fide Christi decorantur coram omnibus ^a nobiles atque honorabiles habeantur. Legem sane illam, quæ de [B. R., in] præfatis capitulis ob eorumdem proterendam duritiam a domino nostro Egicane principe nuper est edita, firmamus et per hujus constitutionis nostræ decretum invulsibile ^b robur eam obtinere censemus.

II. De idolorum cultoribus.

Manifestissime liquet quod hostis humani generis, ut Apostolus narrat, per mundum rogiens currat querens quem devoret, nam diverso tergiversationis suæ astu quamplurimos insipientium decipiens suis eos decipulis irretire non cessat: et cum Dominus præcipiat: *Non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem quæ est in celo desuper et 568 quæ in terra deorsum*, et reliqua; et iterum: *Non facietis idolum et sculptile, nec titulos erigitis nec insignem lapidem ponetis in terra vestra ut adoretis eum*; rursumque: *Dominum Deum tuum adorabis et ipsi soli servies*; illi diversis suadelis decepti cultores idolorum efficiuntur, veneratorum lapidum, accensores sacularum, excolentes sacra fontium vel arborum, auguratores quoque seu præcantatores, multaque alia quæ perlongum est enarrare. Et quia ille nec conditor eorum est, nec Dominus ac redemptor, summo tempore rectoribus Ecclesiarum Dei convenit studere, ut quos maligna persuasionem per diversa sacrilegia sibi hostis idem subderat ^c, de ejus jure tollentes suo eos restituant creatori. De quibus videlicet sacrilegiis extirpandis quoniam multimoda sanctorum Patrum in diversis conciliis clarent edicta, ea ^C vigilanti sensuum indagatione perlustravimus ac dis creto gravitatis pondere eorum instituta perpendimus; et quia debita rationes plenitudine nitent, cum consensu ac ferventissimo jussu religiosissimi domini nostri Egicani regis instituente decernimus, ut omnes episcopi seu presbyteri, vel hi qui iudicandis casuum negotiis præstant, solerti cura invigilent, et in cujuscumque loco præmissa sacrilegia vel quilibet alia quæ divina lege prohibentur vel sanctorum Patrum cohibent instituta, venerantes quosque aut facientes repererint, cujuscumque sint generis aut conditionis, statim secundum prædictarum sententiarum veritatem emendare et extirpare non differant, et insuper ea quæ in eodem loco sacrilegii oblata fuerint, in conviciis ecclesiis coram ipsis qui hoc voto sacrilego dedicanda crediderant habenda perpetim offerantur. Quod si forsitan episcopus aut presbyter, seu etiam iudex, ad quem locus ille pertinet, manifestissimum ac probatissimum cujuspiam sacrilegii facinus prænosces, hoc ardenti voto emendare neglexerit, loci sui dignitate privatus anni unius spatio erit sub penitentia constitutus, loco suo in postmodum rediturus, scilicet ut in eodem tempore quo ille a loci sui propulsus fuerit officio specialiter a principe eligatur, qui timore Domini plenus et, ut Phinees, spirituali zelo accensus cum iudicibus sibiomet,

A ut diximus, junctis et sacrilegium quod invenerint omnimode extirpent, et ab omni populo iram Domini arceant. Si quis vero pro talium defensione obstiterit sacerdotibus aut iudicibus ut ea nec emendant et debent, nec extirpent ut concedat, et non potius cum eis exquisitores, ultores seu extirpatores tanti criminis exstiterit, sit anathema in conspectu individue Trinitatis, et insuper, si nobilis persona fuerit, auri libras tres sacratissimo fisco persolvat, si inferior, 570 centenis verberibus flagellabitur ac turpiter decalvabitur, et medietas rerum suarum fisci viribus applicabitur.

III. De sodomitis.

Sicut cordis corporisque munditia homines Deo proximos facit, ita incestivæ pollutionis actio a Deo alienos statuit, et sicut Sodomiticis populos horrenda nimiumque detestanda patratio igne cœlitus confluenti exurendos in præteritis tradidit, ita talibus immunditiis hominibus deditos æternæ damnationis rogos consumet, loquente Domino per prophetam: *Vestimentum mistum sanguine erit in combustione, et cibus ignis*. At nunc quoniam hæc funesta actio et sodomiticæ operationis malum multos sauciisse perpenditur, adeo nos ob hujus foedissimæ causæ extirpandam consuetudinem zelo Domini ardentes omnes in commune sancimus, ut qui hujus nefariæ actionis patratore exstiterint, quique in his turpitudinibus sese implicari permisissent et contra naturam masculi in masculos hanc turpitudinem operaverint [*pro operati fuerint*], siquidem episcopus, presbyter aut diaconus fuerit, de proprii honoris gradu dejectus perpetui exsilii manebit damnatione percussus; si vero cujuslibet ordinis, gradus sive personæ, et alterius colluvionis noxiis reperti fuerint implicati, illius legis quæ de talibus est edita nihilominus feriantur sententia atque ab omni Christianorum sint alieni caterva, et insuper centenis verberibus correpti ac turpiter decalvati exsilio mancipentur perpetuo; ita ut nisi tam eos qui religionis cultum turpasse visi fuerint quam etiam alios, ut diximus, cujuscumque ordinis homines, digna satisfactio penitentiae accipere corpus et sanguinem Christi in fine permisissent, aut Christianarum societati redierit, nec in exitus sui die secundum canonum ^D instituta communionis perceptione se noverint relevari nec catholicorum cœtui aggregari.

IV. De desperantibus.

Ad hoc sacerdotalis institutio debet sine dubio promulgari, ut et vitia inolita austerissima falce penitentiae desecat, et ulcus quod subito in membrorum compagibus exortum sauciat ac serpit rigidæ inventionis conatu usquequaque detruncet. Quorundam etenim hominum tam grave inolevit desperationis contagium, ut dum fuerint pro qualibet negligentia aut disciplinæ censura mulctati aut pro sui purgatione sceleris sub penitentiae satisfactione cu-

^a B. R., E. 4, T. 1, 2, hominibus.

^b B. R., E. 4, T. 1, 2, invulsibile.

^c B. R., E. 4, T. 1, 2 subjecerat.

studiae mancipii, incumbente desperationis incommodo se ipsos malunt aut laquei suspendio enecare **571** aut ferro vel aliis mortiferis casibus interire, et nisi praebente cujuslibet rei occasione suam nihilominus diabolus in eis perficit voluntatem; proinde huic nequissimae suadela cupientes ponere finem et malagmam congruam tali aegritudinae providere, coetus nostri decernit sacratissima unio, ut quicumque talibus decipulis irretitus interceptionis evaserit casus, duorum mensium spatio et a catholicorum collegio et a corpore et a Christi sanguine sacro manebit omnimode alienus; quia oportet ut per poenitentiae censuram pristinae reddatur spoli atque saluti qui animam suam per desperationem conabatur diabolo sociare.

V. De reparatione ecclesiarum vel diversis aliis causis.

Quaquam in praeteritis sanctorum Patrum de diversis causis sententiae evanescent, sed et nunc quae temporis ordinique congruunt ordinato jure instituenda sunt. Nam sicut antiquitas de causis ingruentibus edicta multimoda edidit, ita nunc nostri temporis aetas de his quae occurrunt ut fiant convenit. Quapropter in medio coetus nostri deducta est quorundam consuetudo inordinata sacerdotum qui parochias suas ultra modum diversis exactionibus vel angariis comprimunt vel quod quamplures ecclesiae destitutae persistant. Idcirco unio nostrae adunationis decernit atque instituit, ut tertias quas antiqui canones de parochiis suis habendas episcopis censuerunt, si eas exigendas crediderint, ab ipsis episcopis diruta ecclesiae reparentur; si vero eas maluerint cedere, ab earundem ecclesiarum cultoribus sub cura et sollicitudine sui pontificis reparatio eisdem est adhibenda basilicis. Quid si omnes ecclesiae aut incolumes fuerint aut quae dirutae erant reparatae extiterint, secundum antiquorum canonum instituta tertias sibi debitas unusquisque episcopus si voluerit assequi, facultas illi omnimoda erit, ita videlicet, ut citra ipsas tertias nullus episcoporum quidpiam pro regis inquisitionibus a parochianis ecclesiis exigat, nihilque de praediis ipsarum ecclesiarum cuiquam aliquid causa stipendii dare praesumat. Sed et hoc necessario instituendum delegimus, ut plures ecclesiae uni nequaquam committantur presbytero, quia solus per totas ecclesias nec officium valet persolvere, nec populis sacerdotali jure occurrere, sed nec rebus earum necessariam curam impendere: ea scilicet ratione, ut ecclesia quae usque ad decem habuerit mancipia super se habeat sacerdotem; quae vero minus decem mancipia habuerit, aliis jungatur ecclesiis. Si quis sane episcopus hanc nostram institutionem parvipenderit, et quispiam exinde temerandum crediderit, duorum mensium spatii **572** se noverit excommunicatione mulctari, ita nempe ut postquam ab excommunicationis interdico ad ordinis sui remeaverit locum, cunctas hujus canonis sanctiones modis omnibus studeat implere.

A VI. De integra oblata et ex studio preparata in sacrificio offerenda.

Licet multas sanctorum Patrum in fide sancta nobis praecedentium de rebus necessariis sententiae pro manaverint, tamen quia et nunc usque numerosa ultra quam oportet fieri praenoscentur, adeo necessarium duximus illicitis ausibus ponere terminum. Ad conventus etenim nostri agnitionem delatum est quod in quibusdam Hispaniarum partibus quidam sacerdotum, partim nescientia impliciti, partim temerario ausu provocitati, non panes munnos et ex studio praeparatos supra mensam Domini in sacrificio offerant, sed passim, quomodo unumquemque aut necessitas impulerit aut voluntas coegerit, de panibus suis usibus praeparatis crustulam in rotunditate auferant, eam super altare cum vino et aqua pro sacro libamine offerant: quod factum nequaquam in sacrae auctoritatis historia usquam gestum perpenditur. Nempe etenim per Matthaeum evangelica veritas inquit: *Cenantibus autem eis accepit Jesus panem et benedixit ac fregit*: Item per Marcum: *Et manducantibus illis accepit Jesus panem et benedicens fregit et dedit eis*: rursusque per Lucam: *Accepto pane gratias egit et fregit et dedit eis*. Item Apostolus: *Dominus Jesus in qua nocte tradebatur accepit panem et gratias agens fregit et dixit: Accipite et manducate, hoc est corpus meum*. Denique quid aliud innuitur, nisi quia panem integrum accipiens et benedicendo confrangens particulatim unicuique discipulorum sumendum contradidit? Quod et nos in postmodum facturos edocuit haud dubie significans quod omnis buccella panis, non omnis panis buccella. Unde et in subsequentiibus ait dum suum traditorem mallet significare: *Cui buccellam panis porrexero ipse est*. Ac proinde quia et Redemptoris verba testantur quod panem integrum accipiens non buccellam, quem post benedictionem confringens suis particulatim discipulis dederit, et Paulus apostolus similiter nihilominus narrat, quod panem acceperit et gratias agens confregit, nec non et illud quod Christus de quinque panibus contractis turbam refecerit; quid aliud instruit nos nisi ut panem integrum sumentes super altaris ejus mensam benedicendum ponamus, non particulam panis, quod caput nostrum nequaquam fecisse perpendimus? Nam si homo suae vitae diligentiam studiosius adhibere procurat, quanto magis sacris Dei cultibus nitorem debitum exhibere **573** summopere debet? Uade temeritatis hujus aut nescientiae cupientes terminum ponere, id unanimitalis nostrae delegit conventus, ut non aliter panis in altari Domini sacerdotali benedictione sanctificandus praeponeatur, nisi integer et nitidus qui ex studio fuerit praeparatus, neque grande aliquid sed modica tantum oblata secundum quod ecclesiastica consuetudo retentat; cujus reliquiae aut ad conservandum modico loco absque aliqua injuria facilius conserventur, aut si ad sumentum fuerit necessarium, non ventrem illius qui sumperit gravis sarciminis onere premat, nec quod in digestionem vadat, sed animam alimonia spirituali

reficiat; ita nempe, ut ab his qui eas sumpserint priseorum canonum instituta sorventur. Igitur quicumque hoc decretum nostrum temerandum crediderit, animadversioni divini iudicii subjacebit et anni unius spatium a communione alienus manebit.

VII. *De publicatione concilii.*

Grandis populo datur emendationis correctio, si gesta synodalia dum quandoque peraguntur relatione pontificum in suis parochiis publicantur. Et ideo plena decernimus unanimitate connexi, ut dum in qualibet provincia concilium agitur, unusquisque episcoporum admonitionibus suis infra sex mensium spatia omnes abbates, presbyteres, diacones atque clericos, seu etiam omnem conventum civitatis ipsius, ubi præesse dignoscitur, nec non et cunctam diocesis suæ plebem aggregare nequaquam moretur, quatenus eorum eis publice omnia reserata de his quæ eodem anno in concilio acta vel definita existierint, plenissime notiores efficiantur. Profecto etenim pravorum severitas extirpatur, dum canonica instituta ad agnitionem eorum observanda modis omnibus deducuntur, ita scilicet, ut quæque sunt aut in præteritis gestis aut in præsentibus constitutis nullus his contradicere audeat, nullus ea reverberare præsumat, nullus non implere contendat. Quod si quispiam ea aut parvipendenda crediderit, aut contempnenda elegerit, aut contra hæc inobedientia tumidus, susurrante plenus, invidia incensus et laceratione perfunctus, necnon potius earundem definitionum emiserit fautor benevolus, sententia excommunicationis duorum mensium curriculo persistet usqueaque mulctatus.

VIII. *De munimine proliis regiæ.*

Dum sanctæ actionis studia ac fervidæ intentionis vota longe lateque diffusa principali exhibitione cunctis patule liquent, et 574 Ecclesiæ sanctæ catholice obtutibus luce clarius enitescunt; cogunt ad nationis nostræ conventum quidpiam salutari provisione deprorere, et causa retributionis proli ejus aliquid congruum aut expeditibile promulgare, quo et parentali exhibitioni pro bene gestis videamur aliquantulum opem beneficentiæ reddere, et sobolem ejus piæ defensionis ac tuitionis necessario munimine præmunire. Gloriosissimus etenim ac serenissimus dominus noster Egica rex, ferventissimi amoris Christi igne succensus et sanctæ actionis ope perfunctus, inimicorum Christi perfidiam, illud prophetale vaticinium sequens: *Nonne qui oderant te, Deus, oderam illos et super inimicos tuos tabescebam?* utpote verus Christicola obnixius proterere decernit, Ecclesiæ Dei statum vigilaci instantia roborare disponit, sanctis Dei basilicis sese munificum exhibet, tributorum impensiones populis moderamine discreto remittit*, maligna contra se obstinatione agentibus animi liberalitate gratissima ac piæ miserationis instantia ignoscere consecuit, multos quoque qui contracti sunt liberos secundum prophetam omne onus dirumpendo in ingenuitatis statu reformat, atque

* Ex B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G. In A., *submitit*. In Æ., *omittit*.

A in diversis sanctæ vitæ studiis sese exerendo præpoliet. Quocirca quoniam pro tot tantisque beneficiis quæ multimoda devotione Ecclesiæ Dei gentis suæ populis prorogare studet, quid aliud illi unanimitas nostra condigne respondeat invenire non prævalet; id salutaris providentiæ quæ semper est utilis, imo semper est utile quod veram pertinet ad salutem, decernit atque instituit, ut ejus filii, ut præmisimus, fortia tuitionis ad futurum adminicula promulgemus, contestantes per nomen illud, cui cuncta cœlestia et terrestria genuflectunt, omnes præsentis et absentes, seu etiam futuris temporibus subsequentes sacerdotes vel principes, seu cujuscunque honoris aut ordinis homines, ut nullus ad futurum posteritati ejus atque his qui gloriæ suæ filii vel filiiatibus conjuncti esse noscuntur seu qui adhuc conjuncti non sunt, sed forte sunt conjungendi, injustas lædendi occasiones exquirat; nullus occulte vel publice per quæ abdicentur contra eos malitiosæ vota extendat; non eos gladio vel qualibet perniciose factione interimat; nullus consilium vel opus quibus injuste deiciantur vel nudentur rebus exhibeat; nullus his injuste violentum tonsuræ signaculum imprimat; nullus vestem contra ordinem filiabus suis atque nuris mutare præsumat; nullus etiam extra evidentiæ culpæ indicium aut exiliis eos relegandos inducat aut eorum corporibus quarumlibet truncationum vel flagellorum inferat detrimentum. Denique licet hæc quæ præmissa sunt æquissime digesta 575 existant, tamen quia ejusdem gloriosi nostri domini tantum emicat devotio prompta ut ea ipsa nequeant ei ad complementum vicem patientiæ reddere debitam, ob hoc universitatem nostram adijcere saluberrime convenit, ut tam per omnes civitates vel loca, in quibus sedes episcoporum esse noscuntur ad regni ejus ditionem pertinentes, quam etiam per eorundem episcoporum dioceses, excepto passionis Dominicæ die, quando altaria denudata persistunt nec cuiquam in eo die missarum licet solemnia celebrari, cunctis aliis diebus quibus idem Dominus noster in hæc vita superstes existierit, pro eo vel pro cunctis ejus filii vel filiabus aut pro his qui jam matrimoniali sunt jure conjuncti, adhuc qui sunt conjungendi, seu pro nepotibus vel suis omnibus sacrificiorum Domino libamina dedificentur, piæ orationis vota solvantur, ac cum gratiarum actione superno numini commendentur, desideria in eis bona quotidie multiplicentur, adversantium eorum conamina virtute suæ dexteræ confringantur, in largientia et gratia eis a sua misericordia conferatur, ut suæ potentis defensione protecti antiqui hostis decipula evadant, et charitate ac vitæ longævitate pollentes adire mereantur post transitum sidereas mansiones.

IX. *De Sisberto episcopo.*

Sicut summum bonum est valdeque conspicuum superno numini amanter fideliterque inhærere ejusque præceptionibus patientiam votis gliscentibus exhibere, ita consequens bonum est post Deum regi-

bus, utpote jure vicario ab eo præelectis, fidem promissam quomque inviolabili cordis intentione servare, et nulla contra eos occasione quidquam nocibilitatis excogitare nihilque nequius definire, d'cente Domino: *Notite tangere christos meos: et iterum David: Quis enim extendet manum suam in Christum Domini et innocens erit?* Item ipse euidam comminans: *Quare non timuisti mittere manum tuam ut occideres Christum Domini?* Unde opportunum satis est ut sponsio principibus compromissa absque aliquo fraudis nævo custodiatur, et fides eis reddita nullis factionibus nullisque etiam nequitæ machinationibus temeretur. Nam si nudi tantum verbi pollicitatio qualibet occasione violetur, eriminis denotatione censetur; quanto magis si fides regibus sub jurajurandi attestatione promissa nequaquam profanari pertimescatur? Est enim quorundam sæcularium, et, quod pejus est, sacerdotum, improbanda satis obstinatio animarum, ut fidem suis principibus sub juramento promissam observare contemnant, et verborum furo juramenti **576** obnubilent promissionem, dum in arcano pectoris retentant infidelitatis perversitatem, et dum scriptum est: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, nec enim habebis innotem Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra;* et iterum: *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui: ego Dominus;* rursumque: *Maledictus omnis qui jurat in nomine Dei sui mendaciter;* illi jurantes fidem promissam temerare non metuunt, et juramenti sui pollicitationem prævaricare nullatenus pertimescunt. Unde quia Sisbertus Toletanæ sedis episcopus talibus machinationibus denotatus reportus est pro eo quod serenissimum dominum nostrum Egicanem regem non tantum regno privare, sed et morte cum Fragello, Theodemiro, Liuvitane, Liuvigotone quoque, Thecla et cæteris interimere definivit, atque genti ejus vel patriæ inferre conturbium et excidium cogitavit, qui etiam per decreti nostri definitionem jam et loco et honore privatus existit; ideo nostrum in commune per hujus canonicæ sanctionis decernit collegium, ut hoc ipsam unionis nostræ decretum, quod etiam his synodicis definitionibus innectendum decrevimus, omni subsistat valore subnixum atque in perpetuum obtineat inconvulsibile robur: ipse vero Sisbertus pro sui juramenti transgressione facinoræque tanti machinatione secundum antiquorum canonum institutionem, qua præcipitur ut quisquis inventus fuerit talia fecisse et vivente principe in alium attendisse pro futura regni spe, a conventu catholicorum excommunicationis sententia repellatur, honore simul et loco depulsus, omnibusque rebus exutus quibusque in potestate prædicti principis redactis perpetui exsilii ergastulo maneat relegatus; ita ut scilicet, ut secundum eorundem antiquorum canonum decreta in fine vitæ suæ tantum communionem accipiat, excepto si regia eum pietas ante absolvendam crediderit. Simili quoque et cæteri qui

^a D. R., E. 4, T. 1, 2, *valide.*

A de religiosis, cujuslibet sint ordinis et honoris, deinceps talia contra principem egisse vel definisse reperti exstiterint, censura mulctandi sunt.

X. *De his qui juramenti sui profanatores exstiterint.*

Sicut ulcus quod granditer [E. 4, T. 1, 2, graviter] serpit in corpore non nisi gravioribus medicamentibus aut ferro curatur, ita perfidorum obstinatio, quæ nullatenus cohibetur, durioribus sententiis necesse est ut mulctetur. Nam quantum dominica sanctio protestetur: *Non morietur pater pro filiis neque filii pro parentibus, sed unusquisque pro peccato suo morietur;* Et iterum: *Filius non portabit iniquitatem **577** patris, et pater non portabit iniquitatem filii;* tamen quia et jurajurandi transgressio granditer ^a inolevit et machinandi contra principes nostros consuetudo sæva percrebuit, quo aut nec diversa princeps interimatur aut regni dignitate privetur, quod nequaquam cohiberi potest nisi severiori censura; adeo per hujus institutionis nostræ decretum sancimus, ut quicumque deinceps, cujuslibet sit honoris persona vel ordinis, in necem vel dejectionem regiam quidpiam machinaverit, eumque qualibet nocibilitate impetendum crediderit aut gentem ejus vel patriam quibuslibet factionibus vel machinationibus disturbare contenderit, tam ipse quam omnis ejus posteritas ab omni palatini ordinis dignitate privati fasci viribus sub perpetua servitate maneat religati, potestate tantum glorioso principi nostro Egicani servata, ut aut eos qui jam pro suæ infidelitatis perfidia canonicè legaliterque judicati sint, aut eos qui deinceps a fidei suæ juramento ab-orbitaverint, et adversus prædictum principem nostrum aliquid nocibilitatis agere aut machinari studuerint, si eos, ut diximus, piæ indulgentiæ voto quandoque relevare maluerit, licentia illi usquequaque manebit. Et quia res eorum justo ac legali modo in ejusdem domini nostri dominium pervenerunt, ex quibus etiam quædam ejusdem principis collatione tam Ecclesiæ Dei quam proles ejusdem domini nostri seu etiam alii plures pro sui servitii merito accipere meruerunt; proinde instituentes decernimus, ut nullo unquam tempore eorum filii qui juramenti sui profanatores exstitisse noscuntur seu exstiterint, vel subsequens eorum posteritas in nocibilitatem eorum intendere audeant, nec ipsas res eia auferre quoquo pacto studeant. Ideo denique, ut præmisimus, severissimam hanc decreti nostri curavimus promulgari sententiam, ut qui suum non formidat exitium, saltem filiorum cunctæque suæ posteritatis pertimescat interitum. Si quis sane regum succedentium cunctas hujus constitutionis nostræ definitiones custodire aut adimplere distulerit, omnis linea generationis ejus perpetim condemnata depereat, et insuper ex divino judicio rebus omnibus et honore præsentis in sæculo careat, atque Christo judicante cum diabolo ejusque sociis ad interitum gehennæ perveniat. Cui nostræ definitioni ex antiquo canone quædam necessaria innectimus et omnes in commune ipsis verbis, quibus,

ut diximus, hoc deprompsit antiquitas, proclamamus A
dicentes :

Quicumque igitur a nobis vel totius Hispaniæ a popu-
lis, qualibet conjuratione vel 578 studio sacra-
mentum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque Gotho-
rum statu vel pro conservatione regiæ salutis polli-
citus est, temeraverit, aut gloriosum principem no-
strum Egicanem, vel subsequentes principes nece
attractare voluerit, aut potestate regni exuere tenta-
verit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium
usurpare delegerit, anathema sit in conspectu Dei
Patris et angelorum, atque ab Ecclesia catholica,
quam perjurio profanaverit efficiatur extraneus, et
ab omni cœtu Christianorum alienus cum omnibus
impictatis suæ sociis ; quia oportet ut una pœna ten-
eat obnoxios quos similis error invenerit implica-
tos. Quod iterum secundo replicamus dicentes : Qui-
cunque amodo ex nobis vel cunctis Hispaniæ populis
quolibet tractatu vel studio sacramentum fidei suæ,
quod pro patriæ gentisque Gothorum statu vel con-
servatione regiæ salutis pollicitus est, violaverit, aut
prædictum principem nostrum, vel subsequentes
principes nece attractare voluerit, aut potestate re-
gni exuere tentaverit, aut præsumptione tyrannica
regni fastigium usurpare delegerit, anathema sit in
Christi conspectu et apostolorum ejus, atque ab Ec-
clesia catholica quam perjurio profanaverit efficiatur
extraneus, et ab omni consortio Christianorum alie-
nus, et damnatus in futuro iudicio habeatur cum
participibus suis ; quia dignum est ut qui talibus so-
ciantur ipsi etiam damnationis eorum participationi
obnoxii teneantur. Hoc etiam tertio acclamamus di-
cetes : Quicumque amodo ex nobis vel cunctis
Hispaniæ populis qualibet meditatione vel studio
sacramentum fidei suæ, quod pro salute patriæ gen-
tisque Gothorum statu vel incolumitate regiæ po-
testatis pollicitus est, violaverit, aut toties dictum
principem nostrum vel subsequentes principes nece
attractare voluerit, aut potestate regni exuere tenta-
verit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium
usurpare delegerit, anathema sit in conspectu Spi-
ritus sancti et martyrum Christi, atque ab Ecclesia
catholica quam perjurio profanaverit efficiatur ex-
traneus, et ab omni communionem Christianorum
alienus, neque partem justorum habeat, sed cum
diabolo et angelis ejus æternis suppliciis condemne-
tur una cum eis qui eadem conjuratione nituntur, ut
per pœna constringat quos in pernicie prava societas
copulat. Et ideo si placet omnibus qui ad-
tis hæc tertio reiterata sententia, vestræ vocis eam consensu
firmate. Ab universis Dei sacerdotibus, palatii se-
nioribus, clero vel omni populo dictum est : Qui
contra hanc vestram definitionem venire præsum-
pserit, sit anathema Maran atha, hoc est, perditio
579 in adventu Domini, et cum Juda Iscarioth par-
tem habeant et ipsi et socii eorum.

* B. R., E. 4, U, G., *Ecclesiæ*. Quæ sequuntur ab
hac voce usque ad hujus concilii finem desunt
omnia in A. et B., in quibus hæc ad marginem

XI. De gratiarum actione.

Finitis consummatisque omnibus quæ ob discipli-
nam ecclesiasticam necessario fuere definienda, vel
reliqua quæ nostro cœtui ob directionem exstiteret
delata, omnipotentissime et indivisibili Trinitati
ineffabilium gratiarum jura dependimus, laudum
vota persolvimus, ac tota mentis intentione gloriæ
ejus insignia prædicamus pro eo quod nos ejus dispo-
sitione mirabili non solum ad hunc sanctæ congrega-
tionis cœtum meruimus adunari atque alternæ
visionis intuitu confoveri, sed ex se nobis dicere
contulit et in se dicta complevit, obnoxius ejus im-
precantes clementiam, ut sicut nos alterutræ pacis
osculo dulcissimos reddidit et deflutionum nostrarum
primordia lineavit ac consummatione sublimi per-
ficiendo concludit, ita serenissimum ac piissimum
dominum nostrum Egicanem regem, cujus jussu
atque hortatu hic adunati sumus, salutiferæ defen-
sionis clypeo protegat, vexillo fidei munit, atque
cum gente et patria sibi credita per viam voluntatis
suæ deducat, quatenus protelatis præsentis ævi cu-
riculis feliciter polleat, et post hujus vitæ excursus
numerositate piæ actionis opimus cum his, quibus
nunc principatur, ad Christum perveniat lau-
reandus.

Decretum iudicii ab universis editum.

Actuum apostolorum probata satis et veneranda
narrat historia quod, Juda crimine proditionis dam-
nato, nequaquam Spiritus sanctus super reliquos un-
decim illapsu cœlico est diffusus, quoadusque Mat-
thias ab omnibus est præelectus in loco ejusdem
apostolus : obinde scilicet, quia undenarius numerus
transgressionem significat mandatorum. Et quia
Sisbertus Toletanæ sedis episcopus suo facinore de-
notatus nostro ex corpore constat abscissus, ob id
summopere numerositatem nostram convenit stude-
re, ut in loco ejus alio subrogato perfectioni debitæ
corpus nostrum reddatur, sicut per Matthiam per-
fectus numerus noscitur fuisse completus. Et quia
idem legatione superni numinis fungentes apostoli
sunt protestati dicentes : *Christi bonus odor sumus
Deo in his qui salvi fiunt et in his qui pereunt, aliis
quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ
in vitam* : illis videlicet odor vitæ in vitam qui præ-
ceptis eorum exhibere parientiam curaverunt, illis
vero odor mortis in mortem qui eorum nihilominus
monita contempserunt ; proinde quia prædictus Sis-
bertus Toletanæ sedis episcopus eorum salutaribus
monitis nequaquam maluit ex humilitate 580 de-
pendere obsequiam, quo Ecclesiam Dei ordine de-
bitore geret, humilitate instrueret et exemplis saluta-
ribus ad regna sidera provocaret, sed bicipiti se
percellens mucrone, superbis videlicet atque per-
jurii, gloriosum dominum nostrum Egicanem regem
non solum regno voluit privare, sed et mortis sus-
pensione perimere, ideo non congruit nos prius con-

nota describitur : *In synodo Toletana xv sesaginta sex
episcoporum invenies hæc*. Desumpta sunt ex B. R.
cum variantibus cæterorum lectionibus.

cilium inchoare, nisi illo prius canonica ac legali censura multato in loco ejus alius fuerit subrogatus Toletanæ sedis cathedram retenturus. Idcirco nobis omnibus in unum collectis, idem Sisbertus episcopus nostro est conventui præsentatus atque infidelitatis suæ machinationem patuli oris est affatu professus. Unde nos per hujus decreti nostri formulam sæpe dictam Sisbertum secundum edictam priscum synodice sanctionis ac decretum de talibus promulgatæ legis ab episcopali ordine et honore dejicimus, a perceptione corporis et sanguinis Christi excommunicatum in exilio perpetuo manere censemus, in fine tantum communionem per omnia percepturus, excepto si eum principalis pietas cum sacerdotali conniventia delegerit absolvendum.

Igitur quoniam favente Domino concilium est quam citius inchoandum secundum prælectionem atque auctoritatem toties dicti nostri Domini, per quam in præteritis jussit venerabilem fratrem nostrum Felicem Hispalensis sedis episcopum de præfata sede Toletana jure debito curam ferre, nostro eum in postmodum reservans ibidem decreto firmandum, ob id nos cum consensu cleri ac populi ad sæpe dictam Toletanam sedem pertinentis prædictum venerabilem fratrem nostrum Felicem episcopum de Hispalensi sede, quam usque hactenus rexit, in Toletanam sedem canonicè transducimus, ut in eadem Hispalensi cathedra fratrem nostrum Faustinum Bracarenensis sedis episcopum, nec non et Felicem Portucalensis Ecclesiæ antistitem in præfata Bracarenensis sedis pontificem subrogamus, ac perpetua sanctione unumquemque eorum in præfatis sedibus confirmamus, quatenus uterque easdem quas suscipiunt Ecclesias pia prædicatione instruant, moribus sanctis exornent, ac beatæ vitæ exemplis ædificent, ut unanimitate mirabili in unum collecti, unum corpus effecti eis nobiscum in synodali conventu pariter residentibus illapsum sancti Spiritus ut duodecim apostoli mereamur, quo eus igne succensi et doctrina imbuti quæ ad disciplinam ecclesiasticam pertineant et ad compescendos pravorum hominum mores æquissime promulgemus et laudes Altissimo devotis mentibus præcinamus. Quod videlicet collegii nostri decretum gestis synodalibus a nobis in concilio definiendis fore sociandum decernimus, et locum illi debitum ut obtineat definimus.

581 *Læ edita in confirmatione concilii.*

Synodalis conventus et numerosa adunatio sacerdotum eo venerabilior cunctis perpenditur, eo nihilominus terribilis cornitur, quod in medio cætus eorum præsentia individux Trinitatis adesse nequaquam ambigitur, sancto protestante Evangelio: *Ubiunque fuerint duo vel tres in nomine meo collecti ibi sum et ego in medio eorum.* Quocirca quia eo in eorum medio superni omnipotentia numinis adesse innotuit, quid aliud nisi quiddam ore depronitur iaspiramine est ejus effectam, qui se inter eos est factus habitaturus? Unde gloriosa serenitas nostra ea quæ unanimitas eorum deprompsit, imo quæ per

ora illorum Spiritus Sanctus promulgavit, venerabiliter suscepit, amanter amplectitur, et per hujus legis nostræ decretum firma in perpetuum manere decernit, inconvulsibili consistere auctoritate instituit, et omnimodum robur obtinere decernit: scilicet ut a præsentis diei temporisque articulo omni vigilantia, omni sollicitudine, omni etiam cura quæque sunt pro disciplina vel utilitate ecclesiastica in hac synodo definita, quæque pro corrigendis pravorum moribus edita, per cunctas regni nostri provincias ab omnibus custodiantur, et absque aliqua scrupulositate vel controversiæ oppositione serventur. Et quia ingruente inguinalis plagæ vastatione ad Narbonensem sedem pertinentes episcopi nequaquam sunt in hac sancta synodo aggregati, ideo per hanc nostræ mansuetudinis legem instituentes jubemus, ut omnes ad ejusdem cathedræ diocesium pertinentes episcopi in eadem urbe Narbona cum suo metropolitano adunentur, et cunctis hujus concilii capitulis vigilaci ab eis indagatone perlectis accedant ordinibus debitis subscriptores. Si quis igitur earundem definitionum constitutiones temerare præsumperit, detrahere nisus fuerit, et miserabili ausu eis contraire tentaverit, ecclesiasticæ communicationis sententia ferietur, et rerum suarum quarta [E. 4, T. 1, 2, quinta] parte multabitur.

In nomine Domini Flavius gloriosus Egica rex omnibus sanctissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus: Ecce sanctissimi in Christo Patres et apostolico dogmate fideles populi ducatores, synodice aggregationis vestræ unionem illo fiducialiter hortatu convenio, quo religiosum nobis vestræ sanctitudinis præbeatis suffragium, nostræque promulgationis consultum porrigatis omnimode præstolatum. Promptissime etenim sæpe gloriosæ nostræ serenitatis fervet devotio ac puræ voluntatis flagrat devotissima plenitudo illis cum plebe mihi credita affectibus vivere, pietatibus inhærere, ac misericordiæ incremento regendi studium servare, quibus tempora nostra nullis adversitatum stimulis commota, nullis civilibus vel externis excitationibus præpedita pacis munere floreat ac miserationis nostræ beneficio cumulata persistent: et quos forsitan pravæ infidelitatis implicat actio, respectu clementiæ nostræ, si fas est, pietatis releventur ex brachio, ut parcendo illis supernam mihi clementiam fautorem efficiam, et status gentis meæ ac patriæ nullis amplius, quod absit, ruinæ lapsibus concidat. Sed quantum culparum noxam remittere procuramus, tantum profanatorum transgressio molitur, et crebris perfidiæ ausibus præpedita subruitur. Unde si culpis indulgentiam, si condigna factis restituam, anceps nostræ tranquillitatis animus æstuat in eo quod plerumque ipsa culparum remissio increbrescente nequitia in contrarium vertitur, cum nec tandem vitia repimuntur, quæ facili emendationis conamine perduei ad terminum debuerunt. Ipsi autem in hoc sancto concilio liquido perpendatis, jamjamque antea plurimorum casus relato opinabili didicistis, quibus

perfidorum quantisque amulorum nefandis conatibus A
deceptionis meæ quotidie excidium sentiam, vel
quanta patriæ fuerint insolenter conturbata excitata.
Quorum denique sceleratorum, qui et in præteritis
et nunc perfidasse detecti sunt, prævaricatione com-
pellimur cœtus vestri universitatem consulere, ut
quid de talium excessibus, qui in præteritis vel nunc
usque mihi deliquisse noscuntur, agere serenitatem
nostram conveniat; utrum condignis sententiis cano-
nice ac legaliter feriantur, an parcendo illia nozarum
delicta impunita servantur, saluberrima unanimita-
tis [E. 4, T. 1, 2, humanitatis] vestræ promulgatione
attentius decernatur, illa nostræ gloriæ vel succes-
sorum nostrorum principum licentia modis omnibus
reservata, ut si deinceps quisque contra regiam B
potestatem, gentem, patriam nostram agere conatus
existierit, juxta canonicam sententiam tempore præ-
cessoris nostri domini Sisenandi principis de talibus
personis in concilio editam vel legis sententiam, ejus
debeat pravitas acriter coerceri, tantum est, ut sicut
præmissimus quo emendationis studio errantium mihi
transgressio emendetur, salutaris vestri responsio
nostris clarescat in sensibus. Nam et hoc decreti
vestri concedat stylo censendum, ut quia præcessor
noster divæ memoriæ dominus Wamba rex in ipsius
regnandi primordiis Theudemundum Spararium no-
strum contra generis vel ordinis sui usum, Festi
quondam incitatione Emeritensis episcopi, solius
tantum regie potestatis impulsu in eandem Emeriten-
tensem urbem numerarie officium agere instituit, C
quod etiam unius anni excursu 583 contra rationem
noscitur peregrisse, imo quia nec valuit imperio gentis
obsistere, vestri edicto concilii ab eodem Theude-
mundo suæque omni posteritate talis actionis offi-
cium suspendatis, quo nullo ulterius tempore tam
ipse quam omnis ejus progenies usque in finem sæ-
culi ob hanc causam videantur aliquatenus molestari.
Datum sub die Kalendas Maias anno feliciter sexto
regni nostri, in Dei nomine sedis nostræ Toletæ.

Pontifices.

Ego Felix indignus urbis regie episcopus hæc de-
creta synodalia a nobis edita subscripsi.

Ego Faustinus indignus Hispalensis sedis episcopus
hæc decreta synodalia a nobis edita subscripsi.

Maximus indignus sanctæ Ecclesiæ Emeritensis
episcopus hæc decreta synodalia a nobis edita sub-
scripsi.

Ego Vera indignus Tarraconensis sedis episcopus
hæc decreta synodalia a nobis edita subscripsi.

Ego Felix in Dei nomine Bracarensis atque Du-
niensis sedium episcopus hæc decreta synodalia a
nobis edita subscripsi.

Gaudentius Valeriensis Ecclesiæ episcopus sub-
scripsi.

Florus Montesana Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ervigius Beterrens Ecclesiæ episcopus sub-
scripsi.

Fructuosus Auresina Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Suniasius Lamiobrensis Ecclesiæ episcopus sub-
scripsi.

Gaudilla Empuritanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Donifa Cauriensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Arcontius Elborensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Aurelius Ilerdensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Gundericus Seguntinæ Ecclesiæ episcopus sub-
scripsi.

Spassandus Complutensis Ecclesiæ episcopus sub-
scripsi.

Basualdus Palentinæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Marianus Oretanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Wittisclus Valentinæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Sonna Oxomensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Gavinus Arcablicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Zacceus Cordubensis Ecclesiæ episcopus sub-
scripsi.

Anterius Segobricensis Ecclesiæ episcopus 584
subscripsi.

Honorius Malacitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Arbidius Astigitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Pappulus Eliplensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Decentius Segobiensis Ecclesiæ episcopus sub-
scripsi.

Avitus Urcitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Felix Calagurritanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Constantinus Aucensis Ecclesiæ episcopus sub-
scripsi.

Audebertus Oscensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Adelphus Tudensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Nepotianus Tirassonensis Ecclesiæ episcopus sub-
scripsi.

Sunigisidus Lamiobrensis Ecclesiæ episcopus sub-
scripsi.

Potentius Lucensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Eppa Illicitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Joannes Egarensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Onemundus Salamanticensis Ecclesiæ episcopus
subscripsi.

Balderedus Cæsaraugustanæ Ecclesiæ episcopus
subscripsi.

Involatus Dertosanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Argesindus Egitanensis Ecclesiæ episcopus sub-
scripsi.

Isidorus Setabianæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Joannes Abilensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Teudiselus Beatiensis Ecclesiæ episcopus sub-
scripsi.

Cuniildus Italicensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Wisefredus Ausonensis Ecclesiæ episcopus sub-
scripsi.

Lauffus Barcinonensis Ecclesiæ episcopus sub-
scripsi.

Emila Comimbriensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Leovericus Urgellitanæ Ecclesiæ episcopus sub-
scripsi.

Sisebado Tuccitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Gerontius Asidonensis Ecclesiæ episcopus sub-
scripsi.

Basilii Bastitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi. A
Fionius Lamecanus Ecclesiæ episcopus subscripsi. A
Mirus Gerundensis Ecclesiæ episcopus subscripsi. A
585 Landericus Olyssiponenſis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Joannes Pacensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Centerius Eliberitanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Teudfredus Venensis sedis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Aurelius Astoricensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Abbatas.

Gabriel misericordia Dei abbas hæc decreta synodalia a nobis edita subscripsi.

Eulalius abbas subscripsi.

Nerbantius abbas subscripsi.

Braulio abbas subscripsi.

Eugenius abbas subscripsi.

Vicarii episcoporum

Vitulus diaconus, agens vicem domini mei Marciani Dianensis Ecclesiæ episcopi, subscripsi.

586 Vincomalus diaconus, agens vicem domini

mei Marciani Pamilonensis sedis episcopi, subscripsi.

Crisces presbyter, agens vicem Agrippii Ossonobensis sedis episcopi, subscripsi.

Comites et viri illustres.

Vitulus vir illuster comes patrimonii et dux hæc decreta synodalia subscripsi.

Wimar comes subscripsi.

Teudulfus comes subscripsi.

Paulus comes subscripsi.

Teudfredus comes subscripsi.

David comes subscripsi.

Requisindus comes subscripsi.

Sisemundus comes subscripsi

B Ella comes subscripsi.

Teodehittus comes subscripsi.

Bigesuindus comes subscripsi.

Ega comes subscripsi.

Afrila comes subscripsi.

Danila comes subscripsi.

Audemundus comes procer subscripsi.

Teudemundus comes procer subscripsi.

LXII

CONCILIIUM * TOLETANUM DECIMUM-SEPTIMUM

HABITUM ANNO RELIGIOSISSIMI AC SERENISSIMI DOMINI NOSTRI EGICANI REGIS SEPTIMO, SUB DIE 7 IDUS NOVEMBERIS, ERA DCCXXII.

Dum in ecclesia gloriosæ virginis et confessoris Christi sanctæ Leocadiæ, quæ est in suburbio Tolitano ubi sanctum ejus corpus requiescit, plerique Hispaniarum et Galliarum pontifices convenissemus, debitis nobis in locis residentibus adfuit idem gloriosissimus princeps fervore sanctæ devotionis accensus sanctique Spiritus munere plenus, et in medio nostri consistens in clytulo caput reclinans sese a nobis benedice popescit et orationum nostrarum effusione Domino commendari optavit. His itaque, ut moris est, actis, tomum manu propria nobis obtulit inquit: Ecce sanctissimum ac reverendissimum Ecclesiæ catholicæ sacerdotale collegium et divini cultus honorabile sacerdotium, seu etiam vos illustre aulae regiae decus, ac magnificorum viro: um numerosus conventus, quos huic honorabili creatui nostra interesse celatudo præcepit, quia satis longum est ea quæ regni nostri utilitatibus seu genti et patriæ nostræ necessaria sunt vobis proprii oris nostri alloquio enarrare, ideo 587-588 hunc tomum, quia universa quæ nostra mansuetudo ad peragendam vestris sensibus debuit intimare dignoscitur continere, contrado, præcipiens pariter et exhortans vos per eam qui dixit: *Ubiunque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo et ego ero in medio eorum*; quia ea quæ tomus iste continet vel alia quæ ad ecclesiasticam disciplinam pertinent seu diversarum causarum negotia quæ se venerabili creatui vestro ingesserint audienda gravi ac maturato consilio pertractetis atque iudiciorum vestrorum edictis justissime ac firmissime terminetis. Qua sacri oris sui oratione finita e medio nostri benedictione percepta abscessit. Tunc unusquisque nostrorum residens suo in loco tomum ipsum reserari præcipimus, et quæ necessaria erant alterna collatione pertractare curavimus.

In nomine Domini Flavii Egica rex sanctissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus: Quo mentis ardore quantisque facibus serenitatis nostræ sublimitas religionis sanctæ amore succensa actuet, nec verborum proluxa potest ratione deprimi nec litterarum apicibus annotari; quia in quantum fides Christiana spiritualium virtutum lumine ineffabili comparatione coruscat, tantum sensus nostri brevitatem necesse valet ejus enarrare mysteria. At nunc quantum profunditatis ipsius abyssum nequeamus pertingere, magna tamen devotio clementiæ nostræ animos ad exhortandam vestram sanctitudinem cognoscat, qualiter vos in hac sancta synodo residentes in primis de ejus mysterio edictis spiritualibus disputetis et apostolice vestri ordinis dogmata promulgetis, quæ fidelium corda incomparabili sidere perlustrata infidelium quoque pectora mentis gressibus a tenebris ad lumen coarctata pertrancaut. Pro nefandis denique Judæis intra fines regni nostri degentibus ita

* Decet hoc concilium in A., Æ., E. 3. Desumptum est ex Codice B. R. cum variantibus cæterorum lectionibus.

præmittimus, quod etiam absque non minimo mœrore proferimus, qui ab initio propriorum rituum errore decepti Christi nomen incredibili pravitate negaverunt, nefariæque hæcenus argumentis eandem almæ fidei sectam deluserunt. Certum namque est verumque præconium in cuncto pene terrarum orbe relatione perspicua existisse vulgatum, quod fidei plenitudine hæc semper Hispaniæ floruerunt, unde nostram gloriam summa ratio cogit valida illis intentione resistere, cum in aliquibus mundi partibus alios dicuntur contra suos Christianos principes resultasse, plerisque vero justo Dei iudicio a Christicolis regibus interemptos fuisse; præsertim quia nuper manifestis confessionibus indubie invenimus hos in transmarinis partibus Hebræos alios consuluisse, ut unanimiter contra genus Christianum agerent præstolantes perditionis suæ tempus, qualiter ipsius Christianæ fidei regulam depravarent: quod et per easdem professiones quæ vestris auribus sunt reserandæ patebit. Nam et a primordio nostri regiminis, tanta fuit eorum conversione mansuetudinis nostræ intentio, ut non solum diversis persuasionibus eos ad fidem Christi pertrahere conaremur, verum etiam et mancipia Christiana quæ pridem ob suam perfidiam per legis ordinem caruerunt ex tranquillitatis nostræ decreto recipere solummodo, ut per veræ conversionis [E. 4, conversationis] propositum expulsa procul cordis perfidia eos matris sinus Ecclesiæ adoptivos exciperet. Sed et per cautionis [E. 4, causationis] seriem iuramentum attestante subnixi spondentes nec tandem promissa compleverunt, sed ritus et carimonias solitas proculdubio egisse perventi sunt. Et quia divinæ voluntatis imperio reservati sunt regni nostri tempore corrigendi, necessarium fore nostram perpendit tranquillitas ut vestro nostrorumque optimatum generali conventu eorum nequitia quantocius refrenetur, quo opitulante Christo extirpata ipsorum confestim nequitia Christianum nomen polleat et Christi fides infinite clarescat, ne tunc videatur tantæ perfidiæ obviari, quando Ecclesiam catholicam eorum dignoscatur adversitas impugnare. Ut ergo tam dira incredulitatis perversitas victa dispereat, aut synodali emendatione a parentali refrenentur errore, aut si placet uniformi vestra sententia falce maneat justitiæ desecata, sic quoque ut quid de illis cunctisque rebus ipsorum agere conveniat canonica vestri cœtus sententia patenti stylo constituat, quod nostræ legis censura perpetim stabile manere decernat, illis tantumdem Hebræis ad præsens reservatis, qui Galliciæ provinciæ videlicet intra clausuras noscuntur habitatores existere vel ad ducatum regionis ipsius pertinere, ut quia delictis ingruentibus et externæ gentis incursu et plagæ inguinalis interitu passim ipsa ab hominibus desolata dignoscitur, cum omnibus rebus suis in suffragio ducis terræ ipsius existant et publicis utilitatibus profectum incunctanter exhibeant, ita ut secundum sanctæ fidei regulam ut veræ Christicolæ vitam suam corrigant, et omnem genuinæ incredulitatis errorem a suis cordibus pellant.

A Quod si amodo vel in modicum detecti fuerint sanctæ fidei depravatores existere, illico de terra ipsa promoti eadem qua et prædicti parentes eorum censura erunt modis omnibus feriendi. Nam et quorundam sacerdotum non sinit veritas silere insaniam, qui ante sacrosanctum altare Dei pro superstitibus hominibus missas audeant dicere de defunctis, et cum aliis nocere intendunt ipsi sibi potius interfectores existunt et suorum incurrunt exitium animarum in eo quod scriptum est: *Os quod mentitur occidit animam*; et dum quodam invidia vel malitiæ livore tam nefaria gerunt, unum est quia et Deo mentiuntur et in arcum perversum sacerdotalem ordinem vertunt. Quod si Domino mendacium huiusmodi sacrificii offerre non metuunt, B quid de cætero falsitatis loqui pavescunt? Petrum denique apostolum dixisse legimus Ananæ memineo: *Ut quid Satanas implevit cor tuum mentiri te Spiritui sancto, quia non es hominibus mentitus sed Deo?* Tanti quippe facinoris admissum vestro concilio committimus extirpandum, quo et illos qui talia egisse detecti sunt et eos a quibus ob hoc nefas perpetrandum sciscitati sunt, ac deinceps in tali errore quosque delapsos regula decernatis canonica feriendos ut illatam in semetipsos sentientes correctionem et male acta pœniteant, et ne ab aliis ulterius fiant sententia vestra speciale prohibitionis exemplum ostendat. His igitur præmissis causis populorum negotia vestris auribus intimata cum Dei timore prudentiæ vestræ committimus dirimenda, C ut quia multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum, nulla sit occasio quæ vestræ mentis aciem ad promulgandam justitiam possit obtundere, nullus favoris se locus interserat lumen veritatis abscondere, quatenus ipsa vestrorum iudiciorum emissio luce clareat æquitatis, justitiam proroget debitam populis, et ad camulum nobis pertineat copiosæ mercedis. Sed et illud vestris precibus sedari obnixius a Domino præoptamus, ut quia hostis humani generis quosdam nostrorum inibiis non desinit ad perditionem subripere, ex quo proprio culpa eernuntur facinore non quod absit nostræ potestatis gravedine corruerit, tribus diebus hoc peracto concilio speciales obinde litanias contrito cordis arcano celebrare curetis, ita ut usque huius anni spatium per singulos menses eodemque modo tridua jejunia peragatis, ut quia neminem de his quos ditioni nostræ superna pietas subdidit usquam perire voluimus, nec amplius quempiam perdere querimus, sed de gentis nostræ vel patriæ statu lætari affatim delectamur, precatu saltem vestræ beatitudinis insidiarum stimula, quæ quotidie contra nostram gloriam preparant, a suis cordibus auferant et erga nostram serenitatem pura fidei sinceritate persistent, ut et a priorum lapsu se erectos esse congaudeant, et nostra gloria ex hoc cum eis pacis et charitatis munere cumulata Christo Domino indefessa gratiarum vota persolvat.

De regula sanctæ fidei.

Necessarius ordo deposcit ut secundum **590** Pauli vasis electionis edictum ante initium quarumcunque causarum regnum Dei quærat, quatenus ea quæ sequenter agenda sunt iustissime opitulante Domino terminentur. Ac proinde opportunum fore perspeximus fidei sanctæ mysterium, quod est salutis nostræ inconvulsibile fundamentum, ore proprio pandere et ructatione cordis patule enarrare: idcirco credentes et confitentes ea quæ in omnibus sanctis conciliis sanctorumque patrum oraculis gloriosa confessio protulit, symboli etiam seriem quæ totius sanctæ fidei continet sacramenta, oris nostri confessione proferimus.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem: et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, hominioni Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cælo et quæ in terra, qui propter nos et propter nostram salutem descendit et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine homo factus est, passus sub Pontio Pilato, et sepultus tertia die resurrexit, ascendit in cælos, sedet ad dexteram Patris, iterum [T. 1, 2, inde] venturus in gloria judicare vivos et mortuos, ejus regni non erit finis: credimus et in Spiritum sanctum Dominum et vivificantem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas: in unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam: confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum, exspectamus resurrectionem mortuorum et vitam futuri sæculi. Amen. Qua nostra credulitate, ut sanctorum Patrum adunatio edidit, reserata atque finita ad ea quæ sunt subsequenter agenda definitionis nostræ articulum vertimus.

I. *De tribus diebus, quibus in initio concilii nihil aliud agendum jubetur, nisi tantum de fide ac de aliis rebus spiritualibus, nullo sæcularium interposito.*

Ternarius numerus in eo quod initium mediumque finemque sortitur Trinitatis speciem signare videtur, ac proinde quia numerositas sacerdotum in nomine sanctæ Trinitatis pro synodo peragenda assolet congregari, opportune instituendum credimus in initio totius adunationis, ut trium dierum spatiis percurrente jejuniis de mysterio sanctæ Trinitatis aliisque spiritualibus sive pro moribus sacerdotum corrigendis, nullo sæcularium assistente, inter eos habeatur collatio, ita nempe ut dum scriptis causis sub nominis **591** divini timore per triduum habita fuerit altercatio, ejusdem sanctæ Trinitatis juvamine cæterarum causarum negotia inoffensibili peragantur instantia.

II. *De observandis ostiis baptisterii in initio Quadragesimæ.*

Licet in initio Quadragesimæ baptizandi generali-

ter claudatur mysterium, tamen ut ecclesiasticæ consuetudinis ordo deposcit necesse est ut ostia baptisterii in eodem die pontificali manu et annulo assignata [T. 1, 2, signata] claudantur, et usque in Cœnæ Domini solemnitate nullatenus reserentur, ob id videlicet ut et per signaculum pontificum, excepto gravissimæ necessitatis obventu, in his diebus monstraretur per totum orbem non licere fieri baptismum et sanctificationem; iterum episcopali eadem observatione reserata signetur dominicæ patere mysterium resurrectionis, in quo ad vitam factus est aditus homini, ut quia per baptismum consepultus est in morte Christi resurgat cum eo in gloria Dei. Quod quia in aliquibus ecclesiis minime hæc sancta consuetudo ab episcopis custoditur atque peragitur, ideo per hanc nostram sententiam sancimus atque decernimus, ut ita a totius Hispaniæ et Galliarum pontificibus custodiatur, quatenus in prædicto die, initii videlicet Quadragesimæ, et ostia sancti baptisterii cum laudum consummatione claudantur, et ab episcopis suorum annulorum signaculo obsignentur, ita ut nisi in Cœnæ Domini celebritate, quando more solito altaria assolent devestiri, eadem debeant ostia reserari. Inconveniens etenim res est, ut illic in præmemoratis Quadragesimæ diebus cunctis aditus pateat adeundi, ubi non licet debitum mysterium exerceri.

III. *De ablutione pedum in Cœna Domini faciendâ.*

Cælibe satis ratumque Deo cernitur mysterium, si ejus exempla sequentes imitatores ipsius esse studeant Christicolæ mentes, dicente Domino: *Qui mihi ministrat me sequatur.* Quocirca si Dominus redemptor noster discipulorum non designatus est ablutione aquæ abluere pedes, protestante evangelista: *Surgens Jesus a cœna et ponens vestimenta sua cepit lavare pedes discipulorum dicens: Si ego lavi pedes vestros dominus et magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes; cur nos piæ actionis exhibitione imbuti exemplorum ejus non simus devotissimi sectatores? Denique coruscante sanctæ operationis exemplo, partim desidia, partim consuetudine in quibusdam ecclesiis in Cœnæ Domini litatione pedes fratrum a sacerdotibus non lavantur, nihil aliud obtendentes **592** nisi solam traditionis consuetudinem, cum Veritas objurgans dicat: *Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?* itemque præcellentissimus doctor et invictissimos martyr Cyprianus prosequens ait: Frustra qui ratione vincuntur consuetudinem nobis opponunt, quasi consuetudo major sit veritate, aut non id sit spiritualibus sequendum quod in melius fuerit a sancto Spiritu revelatum; ideoque dum veritatis exemplum luce clarius enitescat et objurgationis ejus terribilia edicta præfulgeant, atque etiam doctoris præcipui sententia instruat majorem esse veritatem consuetudine, incassum nobis consuetudinem sine ratione objiciunt. Nam licet eadem ablutio pedum omni tempore ut fiat expeditibile habeatur, tamen necesse est ut specialius in eodem die quo a*

Christo gestum est omnimode observetur. Proinde hæc sancta synodus decernit atque instituit, ut deinceps non aliter per totius Hispaniæ et Galliarum ecclesiis eadem solemnitas celebretur, nisi pedes unusquisque pontificum seu sacerdotum secundum hoc sacrosanctum exemplum suorum lavare studeat subditorum. Quod si quisquam sacerdotum hoc nostrum distulerit adimplere decretum, duorum mensium spatium sese noverit a sanctæ communionis perceptione frustratum.

IV. *De sacris ministeriis vel ornamentis ecclesiarum.*

Sacerdotum quorundam improbanda voluntas et infausta temeritas sacrosancta sibi commissa altaris ministeria atque cætera ecclesiæ ornamenta non solum aliis tradunt pro suis nequissimis actibus abutenda, sed, quod peius est, suis ea non pertimescunt usibus adjungere insumenda. Unde licet antiquorum Patrum sententia de talibus personis, quæ vasa solummodo sacra disperdunt voluntate sacrilega, fuerit jam in præteritis promulgata, tamen in commune deinceps statuit coadunatio nostra, ut non tantum de sacris ministeriis, sed etiam et de universis ecclesiæ ornamentis nihil unusquisque sacerdotum pro suis usibus vel voluntatibus infringere, vendere aut naufragare pertentet. Si quis vero sacerdotum hoc nostrum violare tentaverit institutum, secundum prisca canonum instituta honoris proprii ordinem amittat, et ut sacrilegus perenni infamio denotatus a sacrae communionis perceptione, excepto in supremo temporis cursu, omnibus diebus vitæ suæ maneat alienus; atque iusuper si ejusdem temeroris extiterit propriæ rei habitio, quidquid de eisdem sacris ministeriis vel ornamentis ecclesiæ visus est naufragasse, aut ipse aut 593 pars ejus compellatur parti ejusdem ecclesiæ ex integro reformare.

V. *De his qui missam defunctorum pro vivis audent malevole celebrare.*

Dum sanctus Spiritus per os sanctorum suorum humano generi statuit omnibus modis mendacium præcavere, dicente Salomone: *Noli narrare mendacium adversus fratrem tuum neque amico similiter facias*; et iterum: *Os quod mentitur occidit animam*; plerique sacerdotum qui prædicatores veritatis existere debuerunt, et ex quorum ore universitas plebium legem veritatis debet exquirere, secundum Salomonem ^a qui dicit: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem exquirunt de ore ejus, quia angelus Domini est, ita præpediente delicto atque sauciati inimicitiae dolo non solum hominibus fallaciter loqui minime pertimescunt, sed in sanctis basilicis supra altare Domini coram Deo idem nequaquam perpetrare horrescunt. Nam missam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro vivis student celebrare hominibus, non ob aliud, nisi ut is pro quo idipsum offertur sacrificium ipsius sacrosancti libaminis interventu mortis ac perditionis incurrat periculum, et quod cunctis datum est in salutis remedium illi hoc*

^a Textus est Malachiæ cap. II, vers. 7.

perverso instinctu quibusdam esse expellunt in interitum. Obinde nostræ elegit unanimatis conventus, ut si quis sacerdotum deinceps talia perpetrasset fuerit detectus, a proprii deponatur ordinis gradu, et tam ipse sacerdos quam etiam ille qui eum ad talia peragenda incitasse perpenditur, exilii perpetui ergastulo religati, excepto in supremo vitæ curriculo, cunctis vitæ suæ diebus sacrae communionis eis denegetur perceptio, quam Domino se crediderunt fraudulento delibasse studio.

VI. *De diebus litaniarum per totos duodecim menses celebrandis.*

Quoniam priscorum Patrum institutio per totum annum per singulorum mensium cursum litaniarum vana decreverit persolvendum, nec tamen specialiter sanxerit pro quibus causis id ipsum sit peragendum, tamen quia cooperante humani generis adversario multa inolevit oberrandi consuetudo et jurisjurandi transgressio, ideo secundum evangelistam qui ait: *Vigilate et orate ne intratis in tentationem*, in commune statuente decernimus, ut deinceps per totum annum in cunctis duodecim mensibus per universas Hispaniæ et Galliarum provincias pro statu Ecclesiæ Dei, pro incolumitate principis nostri atque salvatione populi, et indulgentia totius peccati et a cunctorum fidelium cordibus 594 expulsionem diaboli, exomologesis votis gliscentibus celebretur, quatenus dum generalem omnipotens Dominus afflictionem perspexerit, et delictis omnibus miseratus indulgeat, et sævientis diaboli incitamenta ab animis omnium procul efficiat.

VII. *De munitione conjugis atque prolis regis.*

Præminentium exercitium ac devotionis sanctæ studium, dum sese per diversa piæ operationis gesta diffundit, et emolumentum sibimet conquirat virtutis et bene operandi adhibet incentivum subjectis, ita nempe ut pro eo quod bene gessit recipiat a Deo mercedem, et pro eo quod ad bonum alios incitavit statim recepisse gaudeat retributionis vicem. Quapropter dum principalis sublimitas talia agit, perspicuum est ut a sancta Ecclesia prorogetur ei vicissitudo mercedis, cur eandem Ecclesiam studet exornare operibus justis, quatenus et ille ad bene agendum promptior magis magisque efficiatur, et subditorum animus gratuita invitatione amplius roboretur. Ac proinde quia religiosus ac gloriosissimus princeps noster Egica rex zelo zelans pro Domino Deo exercituum inimicos veræ fidei, qui diversa actione maluerunt catholicæ credulitatis statum evertere, et jurisjurandi profanationem, dum cærimoniarum suarum ritus contra summam pollicitationem maluerunt servare, visi sunt incurrisse, in recto iudicii tramite digna cernitur ultione percutere, quatenus et injuriam crucis Christi vindicaret, et statum totius sanctæ Ecclesiæ conservaret, atque genti ac patriæ suæ defensionis munimina necessaria provideret. Ideo nos pro tot et tantis beneficiis, quibus tam sanctæ Ecclesiæ quam genti ac patriæ suæ prorogare intendit, cupientes in

aliquo eidem principi piam retributionem rependere, per hujus definitionis nostræ sanctionem deprimimus et per individuae Trinitatis inviolabile sacramentum cunctos tam nunc consistentes quam futuris temporibus, cujuslibet ordinis vel generis, homines succedentes convenimus ac contestamur, ut si quandoque contigerit quod gloriosa domina Cixilo regina diutinis et felicioribus serenissimi nostri principis Egicani annis transactis religiose existat in viduitate superstes atque ex eo habuerit dulcissimas proles, nulla mordacitate invidiæ pulsæ, nullo odii stimulo acti, nullo diabolicæ fraudis instinctu permoti contra eos quisquam conetur assurgere; nullus circa evidentium culparum indicium per quascunque subtilissimas indagaciones nocibilitatis adversus eos perquirat occasiones; nullis eorum vita cujuslibet instantia obtineretur injustissimis lædilis, nullis maceretur inediis; nullus quoque **595** filiis ac filiabus eorum contra eorum voluntatem religionis habitum imponat, aut exsilii ergastulis mancipandos statuatur, neque flagellorum verberibus cruciet, per quod et dignitate priventur et extra debitum justitiæ ordinem rerum suarum eis habitio auferatur, sed quietis ac tranquillitatis ope fulciti tam quod eis de parentali facultate debita successio dederit, quam etiam quod per auctoritatum oracula idem clementissimus dominus noster illis conferre maluerit, vel quæ ab illis juste conquistata extiterint, imperturbato jure possideant, et de rebus ipsis judicare quod voluerint incunctatam licentiam habeant. Necessarium enim unicuique debet videri ut sacerdotalibus præmuniatur oraculis et eorum edictis reddantur per omnia liberales. Qui, si quandoque extiterint destituti, secundum canonici vigorem edicti sacerdotum manebunt defensionibus contuendi. Si quis igitur hoc pietatis edictum violandum delegerit, infirmandum crediderit aut quoquo pacto temerare intenderit, sit perpetui anathematis ultione damnatus, a pagina cœlesti abrasus, atque cum diabolo ejusque sociis acrioribus suppliciis alligatus.

VIII. De Judæorum damnatione.

Sicut fidelium probitas magno debet dationis [T. 2, donationis] præmio munerari, ita infidelium pravitas fortissimo congruit judicantium mucrone percelli. Æquum etenim est, ut domestici fidei copiosius subleventur et adversarii ejus durius condemnentur, quatenus et illi magis Domino suffragante proficiant et isti Deo obnitente deficiant. Et ideo quia plebs Judæorum nequissima sacrilegii nota respersa et effusione sanguinis Christi cruenta ac multoties jurisjurandi profanatione nescitur maculosa, ut copiosa sunt eorum scelera, sic necesse est ut gravem sese incurrisse luceant animadversionis jacturam, qui per alia sua scelera non solum statum Ecclesiæ proturbare maluerunt, verum etiam auctore tyrannico inferre conati sunt ruinam patriæ ac populo universo, ita nempe ut suum quasi tempus invenisse gaudentes diversas in catholicos exercerent strages. Unde crudelis et stupenda præsumptio cru-

deliori debet extirpari supplicio, et ita in eis ordinatum debet sævire judicium quatenus usquequaque puniatur quod nequiter definitum prænoscutur. Quæ de causa dum in hac sancta synodo per aliarum causarum semitas dirigeremus cautissime gressus, extemplo eorumdem infidorum conspiratio ad volentis nostræ pervenit auditus, eo quod non solum contra suam pollicitationem suorum rituum observatione tunicam fidei, quæ eos per undam sacri baptismatis induit sancta mater Ecclesia, **596** maculaverint, sed et regni fastigium sibi, ut præmissum est, per conspirationem usurpare maluerint. Quod infaustum facinus dum ex ipsorum professionibus noster plenissime nosset conventus, hujus decreti nostri sententia eos decernimus irrevocabili ferri censura, scilicet ut ex jussione piissimi et religiosissimi principis nostri Egicani, qui zelo Domini accensus et sanctæ fidei ardore compulsus non solum injuriam crucis Christi vindicare vult, sed et gentis suæ ac patriæ exitium, quod fore illi inferendum sævius decrevere, acrius extirpare intendit, suis omnibus rebus nudati, et ipsæ resculæ fisci viribus societate tam eorumdem perfidorum personæ quam uxores eorum ac filiorum vel reliquæ posteritatis a locis propriis exsolutæ per cunctas Hispaniæ provincias perpetuæ subjectæ servituti, his quibus eos jusserit servituros largitæ, maneant usquequaque dispersæ: nec quoquo pacto eis in infidelitatis suæ obstinatione durantibus ad ingenuitatis statum detur quandoque occasio revertendi, quos numerosa examussim facinorum suorum macula denotavit. Sic tamen decernimus, ut secundum electionem principis nostri aliqui ex servis Christianis eorumdem Judæorum eligantur, qui de proprietatis eorum pecullo, quantum illis sæpe fatus dominus noster per auctoritatum seriæm aut scripturas libertatis conferri elegerit, accipiant; et quidquid functionis in rationem publicam ipsi Judæi visi sunt hactenus persolvisse, prædici illorum servi, quos idem princeps noster elegerit, sine qualibet excusatione in omni debeant integritate persolvere. Illi denique qui eosdem Judæos ex largitione sæpe fati domini nostri donatos perceperint, tale placitum in nomine suæ gloriæ conscribant, quatenus in nullo eos permittant rituum suorum caerimonias celebrare aut colere vel quascunque parentalis perfidiæ semitas imitari. Sed et filios eorum utriusque sexus decernimus, ut a septimo anno eorum nullam cum parentibus suis habitationem aut societatem habentes ipsi eorum domini qui eos acceperint per fidelissimos Christianos eos nutriendos contradant, ea scilicet ratione ut et masculos Christianis feminis in conjugio copulent, et feminas Christianis similiter viris maritali societate adjungant, et neque parentibus, sicut diximus, neque filiis sit penitus licentia quoquo pacto Judaicæ superstitionis caerimonias custodire, neque infidelitatis suæ semitas quibuslibet occasionibus iterare.

De gratiarum actione.

Cunctis denique ad sacræ institutionis vel aliorum

negotiorum ordinem pertinentibus Deo favente consummatis atque finitis, eidem 597 regi omnium Domino et inextimabiliter glorioso grates ineffabiles pandimus, concentus melodicis insonamus, et hymnorum vota continua júbilatione præcinnimus pro eo quod universitatem nostram sub sui nominis timore in unum collegit, et vicissim nos nobis visione alterutra præsentaneus reddidit; ejus obnixius omnipotentiam precibus indefessis orantes, ut orthodoxo ac religiosissimo principi nostro Egicano longævitatem felicitium temporum largiatur, per suæ voluntatis itinera ejus dirigat gressus, tribuens ei sibi creditarum plebium phalangas pie regere, moderamine discreto disponere, ac miseracionis ore fulcire, quo post enormes temporum cursus de temporali regno ad regnum perpetuum gestis piissimis opulentum eum transferre dignetur usquequaque cœlicolis sociandum, cujus jussu atque imperio ad hunc pacis conventum congregati fuisse dignoscimur.

Lex in confirmatione concilii edita.

Congruum satis genti ac patriæ nostræ atque expedibile perpenditur omni Ecclesiæ, si ea quæ

synodali definiuntur conventu 598 principali confirmantur stylo. Idcirco per hujus legis decretum serenitatis nostræ mansuetudo decernit, ut omnium capitulorum sententiæ quæ in hac sancta synode promulgatæ noscuntur, firmissimæ stabilitatis obtineant robur; id est: De tribus diebus quibus in initio concilii nihil aliud agendum jubetur, nisi tantum de fide ac de aliis rebus spiritualibus, nullo sæcularium interposito; De obserandis ostiis baptisterii in initio quadragesimæ; De ablutione pedum in Cœna Domini faciendâ; De sacris ministeriis vel ornamentis ecclesiarum; De his qui missas defunctorum pro vivis audent malevole celebrare; De diebus litaniarum per totos duodecim menses celebrandis; De munitione conjugis ac prolis regis: De Judæorum damnatione.

Quarum omnium constitutionum decreta quicquid temeranda crediderint, observare noluerint, venerari neglexerint, cujuslibet sint generis, personæ vel ordinis, secundum præcedentium conciliorum leges, quæ in confirmationem eorum sunt promulgatæ, sive excommunicatione seu etiam damno maneat usquequaque damnati.

LXIII

CONCILIIUM BRACARENSE PRIMUM

OCTO EPISCOPORUM, HABITUM ERA DIXIA, ANNO TERTIO AR. AMIRI ^a REGIS, DIE KALENDARUM MAIARUM.

Cum Galliciæ [U., Galliæ] provinciæ episcopi, id est Lucretius, Andreas, Martinus, Cottus, Ildericus, Lucetius, Timotheus, Maliosus, ex præcepto præfati gloriosissimi Ariamiri regis in metropolitana ejusdem provinciæ Bracarensis ecclesia convenissent, consedentibus simul episcopis, presentibus quoque presbyteris, astantibusque ministris vel universo clero, Lucretius memoratæ metropolitanæ ecclesiæ episcopus dixit: Diu est, sanctissimi fratres, quod secundum instituta venerabilium canonum et decreta catholicæ et apostolicæ disciplinæ desiderabamus sacerdotalem inter nos fieri debere conventum, qui non solum ecclesiasticis regulis et ordinibus opportunus est, sed etiam stabilem semper efficit charitatis fraternæ concordiam, dum congregati simul in nomine Domini sacerdotes ea inter se salutifera collatione requirunt quæ secundum doctrinam apostolicam unitatem spiritus in vinculo pacis obtineant. Nunc igitur quoniam optatum nobis hujus congregationis diem gloriosissimus atque piissimus filius noster aspirante sibi Domino regali præcepto concessit, et simul positi 599-600 consedemus, prius, si placet, de institutis fidei catholicæ perquiramus, tum deinde sanctorum Patrum instituta recensitis canonibus innotescant, postremo quedam etiam quæ ad obsequium Dei vel officium pertinent clericale diligentius pertractentur, ut si qua fortasse vel per ignorantiam

desidiam, vel per longi temporis incuriam, aut varia inter nos habentur aut dubia, ad unam sicut deceat rationis ac veritatis formulam revocentur. Omnes episcopi dixerunt: Prosecutio tuæ beatitudinis justa est, ea namque de causa convenimus ut aliqua nobis ecclesiasticæ constructionis utilitas commodetur. Lucretius episcopus dixit: Prius ergo de statutis fidei sicut superius dictum est proferamus ^b; nam licet jam olim Priscillianæ hæresis contagio Hispaniarum provinciis detecta sit et damnata, ne quis tamen aut per ignorantiam aut aliquibus, ut asolet, scripturis deceptus apocryphis aliqua adhuc ipsius erroris pestilentia sit infectus, manifestius ignaris hominibus declaretur qui in ipsa extremitate mundi et in ultimis hujus provinciæ regionibus constituti aut exigam aut pene nullam rectæ eruditionis notitiam contigerunt. Credo autem vestræ beatitudinis fraternitatem nosse, quia eo tempore quo in his regionibus nefandissima Priscillianæ sectæ venena serpebant, beatissimus papa urbis Romæ Leo, qui quadragesimus fere exstitit apostoli Petri successor, per Turibium notarium sedis suæ ad synodum Galliciæ contra impiam Priscilliani sectam scripta sua direxit. Cujus etiam præcepta Tarraconensis et Carthaginensis episcopi, Lusitani quoque et Bætica, facto inter se concilio, regulam fidei contra Priscillianam hæresem cum aliquibus capitulis conscribentes

^a Æ., T. 2, Argemiri, sicque postea hoc nomen in iisdem scribitur.

^b Æ., B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., conferamus.

ad Balconium, tunc hujus Bracarenſis Eccleſiæ præſulem direxerunt. Unde quia et ipſum præſcriptæ fidei exemplar cum ſuis capitulis præ manibus hic habemus, pro inſtructione ignorantium, ſi veſtræ placet reverentiæ, recitetur. Omnes epiſcopi dixerunt: Valde neceſſaria horum capitulorum eſt lectio, ut dum ſimplicioribus quibuſque priſtina ſanctorum Patrum ſtatuta panduntur, abominata jam olim a ſede beatiſſimi Petri apoſtoli et damnatæ Priscillianæ hæreſis ſigmenta cognoſcant. Lectum eſt exemplar fidei cum capitulis ſuis, quæ ne prolixitatem facerent hiſ geſtis minime ſunt inſerta. Poſt lectionem capitulorum omnes epiſcopi dixerunt: Licet horum capitulorum lectio neceſſaria recensita ſit, tamen evidentius et ſimplicius ea quæ ſunt execrabilia, ita præpoſitis etiam modo capitulis declarantur, ut et qui minus eſt eruditus intelligat, et ſic ſub anathematiſ ſententia expoſita jam olim Priscilliani erroris ſigmenta damnentur; ut quiſquis clericus vel monachus ſive laicus tale aliquid ſentire adiuſ vel defendere fuerit deprehenuſ, tanquam vere putre membrum continuo de corpore abſcidatur catholicæ Eccleſiæ, ne aut ſocietas ejuſ maculam ſuæ pravitateſ recte credentibus ingerat, aut amplius de permiſſione talium aliquid orthodoxiſ reputetur opprobrium.

Propoſita contra Priscillianam hæreſem capitula et relecta continent hæc.

I. Si quiſ Patrem et Filium et Spiritum ſanctum non conſtitetur tres perſonas uniuſ eſſe ſubſtantie et virtutiſ ac poteſtatiſ, ſicut catholica et apoſtolica Ecclēſia docet, ſed unam tantum ac ſolitariam dicit eſſe perſonam, ita ut ipſe ſit Pater qui Filiuſ, ipſe etiam ſit Paraclituſ Spirituſ, ſicut Sabelliuſ et Priscillianuſ dixerunt, anathema ſit.

II. Si quiſ extra ſanctam Trinitatem alia neſco quæ divinitatiſ nomina introducit dicens, quod in ipſa divinitate ſit Trinitaſ Trinitatiſ, ſicut Gnoſtici et Priscillianuſ dixerunt, anathema ſit.

III. Si quiſ dicit Filium Dei Dominum noſtrum antequam ex virgine naſceretur non fuiſſe, ſicut Pauluſ ſamoſatenuſ et Photinuſ et Priscillianuſ dixerunt, anathema ſit.

IV. Si quiſ Natalem Chriſti ſecundum carnem non vere honorat, ſed honorare ſe ſimulat jejunans in eodem die, et in dominico, quia Chriſtum in vera hominiſ natura natum eſſe non credidit, ſicut Cerdon, Marcion, Manichæuſ et Priscillianuſ dixerunt, anathema ſit.

V. Si quiſ animas humanas vel angelos ex Dei credit ſubſtantia exiſtiſſe, ſicut Manichæuſ et Priscillianuſ dixerunt, anathema ſit.

VI. Si quiſ animas humanas dicit priuſ in cœleſti habitatiōe peccaſſe, et pro hoc in corpora humana in terram dejectaſ, ſicut Priscillianuſ dixit, anathema ſit.

VII. Si quiſ dicit diabolum non fuiſſe priuſ bonum angelum a Deo factum nec Dei opificiuſ fuiſſe na-

turam ejuſ, ſed dicit eum ex chao et tenebris emiſſiſſe, nec aliquem ſui habere auctorem, ſed ipſum eſſe principiuſ atque ſubſtantiam mali, ſicut Manichæuſ et Priscillianuſ dixerunt, anathema ſit.

VIII. Si quiſ credit quia aliquantiaſ in mundo creaturaſ diaboluſ fecerit, et tonitrua et fulgura et tempeſtateſ et ſiccitateſ ipſe diaboluſ ſua auctoritate faciat, ſicut Priscillianuſ dixit, anathema ſit.

IX. Si quiſ animas et corpora humana fatalibuſ ſtellis credit aſtringi, ſicut pagani et Priscillianuſ dixerunt, anathema ſit.

X. Si quiſ duodecim ſigna de ſideribuſ, quæ mathematici obſervare ſolent, per ſingula animi vel corporiſ membra diſpoſita credunt et nominibuſ patriarcharum aſcripta **601** dicunt, ſicut Priscillianuſ dicit, anathema ſit.

XI. Si quiſ conjugia humana damnat et procreationem naſcentium perhorreſcit, ſicut Manichæuſ et Priscillianuſ dixerunt, anathema ſit.

XII. Si quiſ plasmationem humani corporiſ diaboli dicit eſſe ſigmentum, et conceptioneſ in uteriſ matrum operibuſ dicit dæmonum figurari, propter quod et reſurrectionem carniſ non credit, ſicut Manichæuſ et Priscillianuſ dixerunt, anathema ſit.

XIII. Si quiſ dicit creationem univerſe carniſ non opificiuſ Dei, ſed malignorum eſſe angelorum, ſicut Manichæuſ et Priscillianuſ dixerunt, anathema ſit.

XIV. Si quiſ immundoſ putat ciboſ carniū, quos Deus in uſuſ hominum dedit, et non propter afflictionem corporiſ ſui, ſed quaſi immunditiā putans ita ab eiſ abſtineat, ut nec olera cocta cum carniibuſ præguſtet, ſicut Manichæuſ et Priscillianuſ dixerunt, anathema ſit.

XV. Si quiſ clericorum vel monachorum præter matrem aut germanam vel thiam vel quæ proxima ſibi conſanguinitate junguntur, aliaſ aliquas quaſi adoptivaſ feminas ſecum retinent et cum ipſiſ cohabitant, ſicut Priscilliani ſecta docuit, anathema ſit.

XVI. Si quiſ quinta feria paſchali, quæ vocatur Cœna Domini, hora legitima poſt nonam jejuniuſ in ecclēſia miſſaſ non tenet, ſed ſecundum ſectam Priscilliani feſtivitatem ipſiuſ diei ab hora tertia per miſſaſ defunctorum ſoluto jejunio colit, anathema ſit.

XVII. Si quiſ ſcripturaſ, quāſ Priscillianuſ ſecundum ſuum depravavit errorem vel tractatuſ Dictini quos ipſe Dictiniuſ antequam converteretur ſcripſit vel quæcunq; hæreticorum ſcripta ſub nomine patriarcharum, prophetarum vel apoſtolorum ſuo errori conſona conſixerunt, legit et impia eorum ſigmenta ſequitur aut defendit, anathema ſit.

Propoſitiſ hiſ capituliſ et relectiſ Lucretiuſ epiſcopuſ dixit: Quoniaſ ea, quæ catholiciſ abominanda ſunt et damnanda, maniſteſtius et apertius etiam ignorantibuſ declarata ſunt, neceſſarium poſt hoc arbitror, ſi veſtræ fraternitatiſ videtur, ut inſtituta nobiſ ſanctorum Patrum, recenſitiſ antiquiſ canoniſ, innotescant; quæ eſi non omnia certe vel pauca quædam quæ ad inſtructionem clericaliſ diſciplinaſ

* *Æ., B. R., E. 3, U., G., docuerunt.*

pertinent relegantur. Omnes episcopi dixerunt. Placet hoc dictum, et congrua res est, ut quibus forsasse per incuriam abolita sunt ecclesiastica constituta, audiant sanctorum canonum regulam et observent. Relecti ex Codice coram concilio **602** tam generalium synodorum canones quam localium: post quorum lectionem Lucretius episcopus dixit: Ecce ex ipsa canonum lectione agnoscat sancta fraternitas vestra non solum in generalibus conciliis, sed etiam in localibus congregatos simul sacerdotes uno consensu ea quæ ecclesiastico conveniebant ordini statuisse, et secundum quod uniuscujusque rei exhibebat ratio prospexisse, sequentes sententiam doctrinæ apostolicæ dicentis: *Probate quæ bona sunt et tenete*. Si ergo placet charitati vestræ, quia sunt aliqua ecclesiasticæ institutionis obsequia, quæ in hujus præsertim extremitate provinciæ, non per contentionem, quod absit, sed magis sicut præfati sumus per incuriam aut per ignorantiam variantur, constituamus quædam inter nos capitula, ut quæ non uno modo tenentur a nobis ad unam omnino formulam revocentur. Omnes episcopi dixerunt: Necessarium et valde hoc utile arbitramur, ut ea quæ apud unumquemque nostrum varia et inordinata consuetudine retinentur, unito inter nos per Dei gratiam et concordiam celebrentur officio, et ideo si quid illud est magnum vel parvum quibus variari videmur, ad usum, sicut dictum est, formulam præfixis rationaliter capitulis revocetur: præcipue cum et de certis a quibusdam causis instructionem apud nos sedis apostolicæ habeamus, quæ ad interrogationem quondam venerandæ memoriæ præcessoris tui Profuturi ab ipsa beatissimi Petri cathedra directa est. Lucretius episcopus dixit: Recte vestra fraternitas pro auctoritate sedis apostolicæ reminiscita est, quæ licet eodem tempore innotuerit quo directa est, tamen pro firmitate testimonii et instructione multorum, si vestræ unanimitati complacet, quia præmanibus est, coram his omnibus relegatur. Omnes episcopi dixerunt: Justum est, ut quia mentio ipsius auctoritatis est habita, quæ sit ejus doctrina a circumstantibus audiatur. Relecta est auctoritas sedis apostolicæ ad quondam Profuturum directa episcopum, quæ propter prolixitatem his gestis minime est inserta. Post cujus lectionem Lucretius episcopus dixit: Manifestius potest apostolicam nobis optulari doctrinam; et ideo sicut fraternitas vestra prædixit, si quid per ignorantiam apud quosdam variat, ad uniformem concordiam regulam præscriptis inter nos capitulis astringatur. Proposita sunt igitur capitula et relecta, quæ continent hæc:

I. *De uno ordine psallendi* e.

Placuit omnibus communi consensu ut unus **603** atque idem psallendi ordo in matutinis vel vespertinis officiis teneatur, et non diversæ ac private, ne-

a *Æ.*, B. R., E. 4, T. 1, 2, cæteris.

b Ex reliquis, præter A., in quo: *terminata*.

c *Æ.*, dixerunt: *Placet et justum est*.

A que monasteriorum consuetudines cum ecclesiastica regula sint permixtæ.

II. *De solemnium diebus*.

Item placuit ut per solemnium dierum vigiliis vel missas omnes easdem et non diversas lectiones in ecclesia legant.

III. *De salutatione*: Dominus vobiscum.

Item placuit, ut non aliter episcopi et aliter presbyteri populum, sed uno modo saluent dicentes: *Dominus sit vobiscum*, sicut in libro legitur Ruthi, ut respondeatur a populo: *Et cum spiritu tuo*; sicut et ab ipsis apostolis traditum omnis retinet Oriens, et non sicut Priscilliana pravitas permutavit.

IV. *De ordine missarum*.

Item placuit, ut eodem ordine missæ celebrentur ab omnibus, quem Profuturus quondam hujus metropolitane Ecclesiæ episcopus ab ipsa apostolicæ sedis auctoritate suscepit scriptam.

V. *De ordine baptizandi*.

Item placuit, ut nullus eum baptizandi ordinem prætermittat, quem et antea tenuit metropolitana Bracarensis Ecclesia, et pro amputanda aliquorum dubietate prædictus Profuturus ab episcopis scriptum sibi et directum a sede beatissimi apostoli Petri suscepit.

VI. *De primatu episcopi*.

Item placuit, ut conservato metropolitani episcopi primatu cæteri episcoporum secundum suæ ordinationis tempus alius alio sedendi deferat locum.

VII. *De rebus ecclesiæ*.

C Item placuit, ut ex rebus ecclesiasticis tres æquæ fiant portiones, id est una episcopi, alia clericorum, tertia in recuperationem vel in luminaria ecclesiæ: de qua parte sive archipresbyter sive archidiaconus illam administrans episcopo faciat rationem.

VIII. *De ordinatione alterius clerici*.

Item placuit, ut nullus episcopus clericum alterius ordinare præsumat, sicut et antiqui canones veterunt, nisi forte signata ipsius episcopi scripta suscepit.

604 IX. *De orario diaconi*.

D Item placuit, ut quia in aliquantis hujus provinciæ ecclesiis diacones absconsis infra tunicam utuntur orariis, ita ut nihil differri a subdiacono videantur, de cætero superposito scapulae, sicut decet, utantur orario.

X. *De vasibus altarium*.

Item placuit, ut non liceat cuilibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare, nisi his qui ab episcopo subdiaconi fuerint ordinati.

XI. *De lectoribus ecclesiæ*.

Item placuit, ut lectores in ecclesia habitu sæculari ornati non psallant, neque granos gentili ritu dimittant.

XII. *De canonicis Scripturis*.

Item placuit, ut extra psalmos vel canonicarum

d B. R., E. 4, T. 1, 2, *varia habetur*.

e Illi tituli in A. et *Æ.* ad marginem depicti sunt; desunt in reliquis.

Scripturarum Novi et Veteris Testamenti nihil poetice compositum in ecclesia psallatur, sicut et sancti præcipiunt canones.

XIII. *Ubi omnes communicant.*

Item placuit, ut intra sanctuarium altaris ingredi ad communicandum non liceat laicis, viris vel mulieribus, nisi tantum clericis, sicut et in antiquis canonibus statutum est.

XIV. *De plebibus et carnibus.*

Item placuit, ut quicumque in clero cibo carniarum non utantur, pro amputanda suspitione Priscillianæ hæresis, vel olera cocta cum carnibus tantum prægustare cogantur; quod si contempserint, secundum quod de his talibus sancti Patres antiquitus statuerunt, necesse est eos pro suspitione hæresis huius officio excommunicatos omnibus modis removeri.

XV. *De auctore excommunicatorum.*

Item placuit, ut hi qui pro hæresi aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis communicare præsumat, sicut et antiqua canonum continent statuta; quæ si quis spernit voluntarie se ipsum alienæ damnationi tradet.

XVI. *De his qui se ipsos interficiunt.*

Item placuit, ut hi qui sibi ipsi aut per ferrum aut per venenum aut per præcipitium aut suspensionem vel quolibet modo violentiam inferunt mortem, nulla illis in oblatione **605** commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur: multi enim hoc sibi per ignorantiam usurparunt. Similiter et de his placuit qui pro suis sceleribus puniuntur.

XVII. *De catechumenis defunctis.*

Item placuit, ut catechumenis sine redemptione baptismi defunctis simili modo neque oblationis commemoratio neque psallendi impendatur officium, nam et hoc per ignorantiam usurpatum est.

XVIII. *De corporibus defunctorum.*

Item placuit, ut corpora defunctorum nullo modo intra basilicam sanctorum sepeliantur, sed si necesse est de foris circa murum basilicæ usque adeo non abhorret. Nam si firmissimum hoc privilegium usque nunc retinent civitates, ut nullo modo intra ambitus murorum cujuslibet defuncti corpus humetur, quanto magis hoc venerabilium martyrum debet reverentia obtinere?

XIX. *De benedictione chrismatis.*

Item placuit, ut si quis presbyter post hoc interdictum ausus fuerit chrisma benedicere, aut ecclesiam aut altarium consecrare, a suo officio deponatur, nam et antiqui hoc canones vetuerunt.

XX. *De laicorum gradu.*

Item placuit, ut ex laico ad gradum sacerdotii ante non veniat, nisi prius anno integro in officio

A lectorati vel subdiaconati disciplinam ecclesiasticam discat, et sic per singulos gradus eruditus ad sacerdotium veniat; nam satis reprehensibile est ut qui necdum didicit jam docere præsumat, dum et antiquis hoc Patrum institutionibus interdictum sit.

XXI. *De collatione fidelium.*

Item placuit, ut si quid ex collatione fidelium aut per festivitatem martyrum aut per commemorationes defunctorum offertur, **606** apud unum clericorum fideliter colligatur, et constituto tempore aut semel aut bis in anno inter omnes clericos dividatur; nam non modica ex ipsa inæqualitate discordia generatur, si unusquisque in sua septimana quod oblatum fuerit sibi defendat.

XXII. *De præceptis canonum antiquorum.*

B Item placuit, ut quæcumque præcepta antiquorum canonum, quæ modo in concilio recitata sunt, nullus audeat præterire: si quis autem quasi contumax transgreditur illa, necesse est ut de suo degradetur officio.

C Relectis capitulis Lucretius episcopus dixit: Quia opitulante nobis Domino ea quæ ad firmitatem catholicæ orthodoxæ fidei, vel quæ ad officium ordinis ecclesiastici pertinebant unanimi sicut oportebat collatione decrevimus, restat nunc ut ex omnibus his quæ per gratiam Dei salubriter statuta sunt, propriam unusquisque nostrum studeat docere atque informare diocesim. Si quis autem ex nobis in parochiis suis post agnita hujus concilii constituta aut clericum aut monachum sanæ huic doctrinæ resistentem invenerit aut in aliquo adhuc Priscillianæ sectæ errore latitare persenserit, et non continuo illum excommunicatum et anathematizatum de ecclesia foris ejecerit, ita ut cum hujuscemodi homine nec cibum aliquis fidelium communicare præsumat, noverit se is qui talem recipit et fraternæ esse excommunicationi obnoxium et divinæ proculdubio sententiæ reum. Omnes episcopi dixerunt: Quæcumque a nobis unito per Dei gratiam communi consensu decreta sunt pervigili necesse est sollicitudine observentur, quæ ut stabilem placitæ constitutionis obtineant firmitatem propria unusquisque his gestis manu subscribat. Et post episcoporum subscriptio subsecuta est.

D Lucretius episcopus subscripsi.

Andreas episcopus subscripsi.

Martinus episcopus subscripsi.

Cortus episcopus subscripsi.

Ildericus episcopus subscripsi.

Lucetius episcopus subscripsi.

Timotheus episcopus subscripsi.

Maliosus | T. 2, Meliosus. U., G., Maliciosus | episcopus subscripsi.

CONCILIVM BRACARENSE SECUNDUM

DUODECIM EPISCOPORUM, HABITUM ANNO SECUNDO REGIS MIRONIS, DIE KALENDARUM JUNIARUM, ERA DCX.

607-608 Cum Gallæciæ provinciæ episcopi tam ex Bracarensi quam ex Lucensi synodo cum suis metropolitanis præceptione præfati regis simul in metropolitana Bracarensi ecclesia convenissent, id est Martinus, Nitigis^a, Remisol, Andreas, Lucretius, Adoricus, Wittimer, Sardinarius, Viator, Anila, Polemius, Mahiloc, consedentibus his simul episcopis atque universo clero præsentem, Martinus Bracarensis Ecclesiæ episcopus dixit: Inspiratione hoc Dei credimus provenisse, sanctissimi fratres, ut per ordinationem domini gloriosissimi filii nostri regis ex utroque concilio conveniremus in unum, ut non solum de visione alterutra gratulemur, sed etiam ea quæ ad ordinationem et disciplinam ecclesiasticam pertinent pariter colloquamur; scriptum est enim in Evangeliiis dicente Domino: *Ubiunque fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, ibi ero in medio eorum.* Nitigis Lucensis Ecclesiæ episcopus dixit: Nec aliud potest credi nisi ea quæ ad utilitatem nostrarum pertinent animarum, divina inspiratione et inchoari et perfici posse: et ideo unanimes omnes atque id ipsum in Domino sentientes quæcunque ad instructionem nostram pertinent in medium prolata desideramus agnoscere. Martinus episcopus dixit: Arbitramur vestram beatitudinem recordari, quia cum primum in Ecclesia Bracarensi episcoporum concilium congregatum est, post multa quæ ad concordiam rectæ fidei fuerant roborata aliqua etiam quæ regularem sanctorum canonum continent discretionem firmavimus, quorum utilitas ut possit evidentius in memoriam revocari, ipsa si vobis placet epistola in vestra præsentia relegatur. Omnes episcopi dixerunt: Oportet omnibus modis ut in omnium auribus qui hic astant recitetur.

Recitatis ergo capitulis, quæ ne prolixitatem facerent his gestis minime sunt inserta, Martinus episcopus dixit: Hæc ergo quæ modo sunt recitata, quæ nobis tunc aut varia aut dubia aut inordinata sunt visa, auxiliante Deo directa sunt et suam immobiliter obtinent firmitatem: quæ autem tunc in memoriam non venerunt aut onerosum fuit in primo illo concilio multa simul ingerere, necessarium videtur modo ad notitiam sanctæ vestræ charitatis deferri, eo specialiter prospectu ut speciali ventilata examine purgentur. Sancti enim Patres ac præcessores nostri ad generales synodos undique collecti pro unitate rectæ fidei fecerunt, sicut in Nicæa contra Arium trecenti decem et octo, et in Constantinopoli contra Macedonium centum et quinquaginta, et in Epheso contra Nestorium ducenti, et in Chalcedone contra

A Eutychen sexcenti et triginta, aut certe speciales synodos per suas unusquisque provincias pro reseccandis contemptionibus vel emendandis aliquorum negligentis collegorunt, et prout eventus culparum aut qualiscunque excessus exegit per singulas quasque definitas canonum sententias mediante inter eos Dei spiritu conscripserunt, quas oportet nos legere et intelligere et tenere [Æ., retinere]. Et quia optulante Christi gratia de unitate et rectitudine fidei in hæc provincia nihil est dubium, illud modo nobis specialius est agendum, ut si quid fortasse extra apostolicam disciplinam per ignorantiam aut per negligentiam reprehensibile invenitur in nobis, recurrentes ad testimonia sanctarum Scripturarum vel antiquorum canonum instituta, adhibito communi consensu omnia quæ displicuerint rationabili iudicio corrigamus: et primum, si placet, relectis beati apostoli Petri præceptis, quæ pro regula sacerdotum in sua epistola evidenter scripsit, quidquid non eodem tenore sicut princeps apostolorum edocuit agi videtur a nobis sine ulla cunctatione ad emendationem ducere festinemus, ne fortasse dum aliis prædicamus, ipsi reprobi effecti divino illo condemnemur **609-610** eloquio dicente: *Tu vero odisti disciplinam et projecisti sermones meos post te.* Omnes episcopi dixerunt: Cupimus memoratam apostoli Petri epistolam ad locum, ubi sacerdotes docet, audire. Tunc allato libro hæc ex eadem epistola recitata sunt: *Seniores obsecro consenior: pascite qui est in vobis gregem Dei providentes, non coacte sed spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gratia sed voluntarie, neque ut dominantes in clericis sed forma facti gregis ex animo, ut cum apparuerit princeps pastorem recipiatis immarcescibilem gloriam coronam.* His relectis omnes episcopi dixerunt: Cognitis his quæ ex epistola beati Petri apostoli recitata sunt, desideramus auxiliante Dei gratia divinis obedire præceptis et apostolicæ epistolæ, quæ nobis recitata est, in his omnibus formulam imitari, ne forte in aliquibus inordinate ambulantes divino, quod absit, iudicio condemnemur, sed ut sanctorum Patrum vestigia subsequentes in ipsorum requiem mereamur esse participes, et immarcescibilem illum gloriæ coronam, quæ repromissa est, cum ipsis accipere mereamur. Ob hoc ergo tuam simul omnes deposcimus charitatem, ut has omnes causas singulis capitulis breviter comprehensas, qualiter corrigi debeant, his gestis subter annectas, quæ cum studiosius relecta et in notitiam omnium nostrorum evidentius fuerint perducta, propria unus-

^a B. R., E. 4, T. 1, *Nitigisis*. E. 5, *Nitigisus*. T. 2, *Nitigisus*; sique infra scribit.

^b T. 1, in clericis, T. 2, in clero.

quisque manu pro eorum emendatione et confirmatione subscribat, ut non solum nobis, sed etiam successoribus nostris hæc ad perfectionem episcopalis officii decreta proficiant.

I. *Ut episcopus ambulet per diocesem suam, et ante viginti dies Paschæ catechumeni doceantur symbolum.*

Placuit omnibus episcopis atque convenit, ut per singulas Ecclesias episcopi per diocesem ambulantes primum discutiant clericos, quomodo ordinem baptismi teneant vel missarum, et quæcunque officia quomodo peragantur; et si recte quidem invenerint, Deo gratias, sin autem minime, docere debeant ignaros, et hoc modis omnibus præcipere, ut sicut antiqui canones jubent ante dies viginti baptismi ad purgationem exorcismi catechumeni currant: in quibus viginti diebus omnino catechumeni symbolum quod est: *Credo in Deum Patrem omnipotentem, specialiter doceantur.* Postquam ergo hæc suos clericos discusserint vel docuerint episcopi, alio die convocata plebe ipsius ecclesiæ doceant illos, ut errores fugiant idolorum vel diversa crimina, id est homicidium, adulterium, perjurium, falsum testimonium et reliqua peccata mortifera, aut quod nolunt sibi fieri alteri non faciant, et ut credant resurrectionem omnium hominum et diem iudicii, in qua unusquisque secundum sua opera recepturus est: et sic postea episcopus de ecclesia illa profisciscatur ad aliam.

II. *Ut episcopus per diocesem ambulans duos solidos tantum accipiat, neque tertiam partem de oblationibus quærat, et ut clerici non cogantur more servili.*

Placuit ut nullus episcoporum, cum per suas dioceses ambulat, præter honorem cathedræ suæ, id est duos solidos, aliquid aliud per ecclesias tollat, neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi in ecclesiis parochialibus requirat; sed illa tertia pars pro luminariis ecclesiæ vel recuperatione servetur, ut singulis annis episcopo inde ratio fiat: nam si tertiam partem illam episcopus tollat, lumen et sacra tecta abstulit ecclesiæ. Similiter et ut parochiales clerici servili more in aliquibus operibus episcopi non cogantur, quia scriptum est: *Neque vi dominantes in clero.*

III. *Ut episcopus in ordinatione clericorum commodum nullum accipiat.*

Placuit ut de ordinationibus clericorum episcopi munera nulla accipiant, sed ut scriptum est quod gratis donante Deo accipiant gratis dent, et non aliquo pretio gratia Dei et impositio manuum vendetur: quia antiqua definitio Patrum ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit dicens: Anathema danti et accipienti. Propterea quia aliquanti multis sceleribus obruti sancto altario indigne ministrantes non hoc testimonio bonorum actuum sed profusione munerum obtinent, oportet ergo non per gratiam munerum, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonium clericos ordinare.

IV. *Ut pro chrismate episcopus nihil accipiat.*

Placuit ut modicum balsami, quod benedictum pro

* Sic, forte pro exspoliationem. EDIT.

A baptismi sacramento per ecclesias datur, quia singuli tremisse pro ipso exigunt, nihil ulterius exigatur, ne forte quod pro salute animarum per invocationem sancti Spiritus consecratur, sicut Simon magus donum Dei pecunia emere, ita nos vendere damnabiliter videamur.

V. *Ut pro consecratione basilicæ episcopus nihil exigat.*

Placuit ut quoties ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias episcopi invitantur, non quasi ex debito munus aliquod a fundatore **611** requirant: sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respiciatur; si vero aut paupertas illum aut necessitas retinet, nihil exigatur ab illo. Hoc tantum unusquisque episcoporum meminerit, ut non prius dedicit ecclesiam aut basilicam, nisi antea dotem basilicæ et obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatum accipiat: nam non levis est ista temeritas, si sine luminariis vel sine sustentatione eorum qui ibidem servituri sunt, tanquam domus privata, ita consecratur ecclesia.

VI. *Ut si quis oratorum pro quæstu suo in terra sua fecerit non consecratur.*

Placuit ut si quis basilicam non pro devotione fidei sed pro quæstu cupiditatis ædificat, ut quidquid ibidem oblatione populi colligitur medium cum clericis dividat, eo quod basilicam in terra sua ipse condiderit, quod in aliquibus locis usque modo dicitur fieri, hoc ergo de cætero observari debet, ut nullus episcoporum tam abominabili voto consentiat, ut basilicam quæ non pro sanctorum patrocinio, sed magis sub tributaria conditione est condita, audeat consecrare.

VII. *Ut de baptizatis nullus accipiat præmium.*

Placuit ut unusquisque episcopus per ecclesias suas hoc præcipiat, ut hi qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntarie pro suo offerunt voto, suscipiatur ab eis. Si vero per necessitatem paupertatis aliquid non habent quod offerre, nullum illis pignus violenter tollatur a clericis: nam multi pauperes hoc timentes filios suos a baptismo retrahunt, qui si forte dum differunt sine gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum exspolia * pertimescentes a baptismi se gratia retraxerunt.

VIII. *Ut qui clericum accusaverit et id non probaverit, excommunicetur.*

Placuit ut si quis aliquem clericorum in accusatione fornicationis impetit, secundum præceptum Pauli apostoli duo vel tria testimonia requirantur ab illo: quod si non potuerit datis testimoniis approbare quæ dixit, excommunicationem accusati accusator excipiat.

IX. *Ut per singulos annos a metropolitano episcopo Pascha prænuntiatur.*

Placuit ut postquam omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata, illud omnimodis observetur, ut superventurum ipsius anni **612** Pascha, quoto Calendarum die vel quota luna debet suscipi, a metropolitano episcopo nuntiatur: quod cæteri episcopi vel reliquus clerus breviculo subnotantes unusquisque in

sua ecclesia, adveniente Natalis Domini die, astanti A populo post lectionem evangelicam nuntiet, ut introitum Quadragesimæ nullus ignoret; in cujus principio convenientes in unum vicinæ ecclesiæ per triduum cum psalmis per sanctorum basilicas ambulantes celebrent litanias; tertio autem die celebratis hora nona sive decima missis, dimisso populo præcipiant quadragesimæ observare jejunia, et mediante Quadragesima ex diebus viginti baptizandos infantes ad exorcismi purgationem offerre.

X. *Ut presbyter post cibum non teneat missam pro mortuis.*

Placuit ut quia per stultitiam præsumpti nuper erroris aut certe ex veteris Priscillianæ adhuc hæresis fœtore corruptos cognovimus quosdam presbyteros in hujus præsumptionis audacia retineri, ut in missa mortuorum etiam post acceptum merum oblationem ausi sunt consecrare, ideo hoc præfixæ evidentis sententiæ admonitione servetur, ut si quis presbyter post hoc edictum nostrum amplius in hac vesania fuerit reprehensus, id est ut nec jejunus, sed quocumque jam cibo præsumptio, oblationem consecraverit in altari, continuo ab officio suo privatus a proprio deponatur episcopo.

His ita [F. 2, itaque] gestis placuit omnibus pro confirmanda horum observantia propria unumquemque manu subscribere eo placitorum [E. 4, U., placito] facto, ut si quis eorum capitulorum terminum transgressus ad inordinatas consuetudines reverti voluerit, totius concilii increpatione correctus severissimam sibi de sui ordinis inclinatione noverit imminere sententiam.

Martinus Bracarenensis metropolitane Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Remisol Besensis Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Lucetius Conimbrensis Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Adoricus Egestanæ Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Sardinarius Lamicensis Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Viator Magnetensis Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Ex synodo Lucensi.

Nitigis Lucensis ^a metropolitane Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Andreas Iriensis [U., G., Herenensis] Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

613 Wittimer Auriensis Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Polimius Asturicensis Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Anila Tudensis Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

Mabiloc Britonensis Ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi.

^a B. R., E. 4, T. 1, 2, *Lucensis Ecclesiæ.*

A *Capitula sive canones ex Orientalium antiquorum Patrum synodis a venerabili Martino episcopo vel ab omni Bracarensi synodo excerpti vel emendati tituli, ubi clericorum seorsum et laicorum seorsum sententiis restauravit, ut quod translatore a Græco in Latinum obscurius dixerunt, vel scriptorum ignavia depravaverat aut immutaverat, simplicius et emendatius omnia uno hoc contineantur in loco, ut de quo capitulo quis scire voluerit, possit celerius invenire.*

Domino beatissimo atque apostolicæ sedis honore suscipiendo in Christo fratri Nitigi ^b episcopo vel universo concilio Lucensis ecclesiæ Martinus episcopus salutem: Sancti canones qui in partibus Orientis ab antiquis Patribus constituti sunt Græco prius sermone conscripti sunt, postea autem succedenti tempore in Latinam linguam translati sunt: B et quia difficile est ut simplicius aliquid ex alia lingua transferatur in alteram, simulque et illud accidit, ut in tantis temporibus scriptores aut non intelligentes aut dormitantes multa prætermittant, et propterea in ipsis canonibus aliqua apud simplices videantur obscura; ideoque visum est ut cum omni diligentia et ea quæ per translatore obscurius dicta sunt, et ea quæ per scriptore sunt immutata, simplicius et emendatius restaurem, id primum observans, ut illa quæ ad episcopos vel universum pertinent clerum una parte conscripta sint, similiter et quæ ad laicos pertinent simul sint adunata, ut de quo capitulo aliquis scire voluerit, possit celerius invenire.

I. *De electione episcopi.*

C Non liceat populo electionem facere eorum qui ad sacerdotium provocantur, sed iudicium sit episcoporum, ut ipsi eum qui ordinandus est probent, si in sermone et fide et in spirituali vita edoctus est.

II. *De ordinatione episcopi.*

Episcopum oportet maxime quidem ab omni concilio constitui; sed si hoc aut pro necessitate aut pro longinquitate itineris difficile fuerit, ex omnibus tres colligantur et omnium præsentium vel absentium subscriptionibus 614 teneantur, et sic postea ordinatio fiat. Hujus autem rei potestas in omni provincia ad metropolitanum pertineat.

III. *De evacuanda ordinatione quæ absente metropolitano fuerit facta.*

D Non debet ordinari episcopus absque consilio et præsentia metropolitani episcopi: adesse autem oportet omnes qui sunt in provincia sacerdotes, quos per suam debet epistolam convocare; et si quidem omnes occurrerint, melius; si autem hoc difficile fuerit, plures oportet occurrere: qui autem non convenerint præsentiam sui per suas epistolas faciant, et sic omnium facto consensu ordinationem episcopi fieri oportet. Si autem aliter præter quod a nobis terminatum est fuerit factum, talem ordinationem nihil prævalere decernimus. Si autem secundum canones ordinatio episcopi fuerit facta et aliquis contra suam malitiam in aliquo contradixerit, plurimorum consensus obtineat.

^b B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., *Nitigisio.*

IV. *De primatu metropolitani.*

Per singulas provincias oportet episcopum cognoscere primatum metropolitani episcopi et ipsum curam suscipere: nihil autem agere reliquos episcopos præter eum, secundum quod antiquitus a Patribus nostris constitutum continetur in canone, propter quod metropolitanus episcopus nihil sibi præsumptive assumat absque consilio cæterorum.

V. *De eo qui per ambitionem de inferiori civitate ad majorem transiens vult agere clericatum.*

Si quis in parte alicujus fuerit ambitor inventus, sive episcopus sive presbyter vel diaconus, de inferiori civitate non transeat ad majorem; quod si quis contra hæc magni concilii constituta importunus exstiterit, omnimodo evacuetur hujusmodi factum, et suæ iterum restauretur Ecclesiæ, cujus episcopus aut presbyter aut diaconus prius fuerat constitutus.

VI. *De non mutanda parochia.*

Episcopum a propria parochia non liceat transire in aliam neque sua sponte introire, neque invitatus neque ab episcopo coactus, sed permaneat in loco in quo a Deo est ordinatus, et in ea quam sortivit Ecclesia secundum antiquorum canonum constitutum.

VII. *De præsumptione alienæ diocesis.*

Si quis episcopus, non per scripta metropolitani episcopi aut qui cum eo sunt, rogatus de alia provincia in aliam venerit, sed præsumptive irruens ad ordinationem et constitutionem clericorum qui ad illum non pertinent importunus existat, vacua sint et inania omnia quæ ab eo fuerint constituta: ipse autem digna increpatione excommunicetur et abominetur a sancto concilio.

VIII. *De non constituendo episcopo successore.*

Episcopum non liceat ante finem vitæ alium in loco suo constituere successorem: si quis autem hoc usurpare tentaverit, talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet nisi cum consilio et iudicio episcoporum, qui post exitum præcessoris potestatem habent ordinare quem dignum elegerint.

IX. *De irruptione vacantis ecclesiæ.*

Si quis episcopus vacans in ecclesiam non habentem episcopum subripiens populos sine concilio integri ordinis irruerit, etiamsi populus quem seduxit desideret illum, alienum eum ab ecclesia esse oportet. Integrum autem et perfectum concilium dicimus illum in quo præsens metropolitanus episcopus fuerit.

X. *De episcopo per necessitatem vacante.*

Si quis episcopus ordinatus pro contentione populi aut pro aliqua alia ratione et non pro sua culpa in parochiam quæ ei fuerit data non ierit, hunc oportet honorem sacerdotii tantummodo contingere et de rebus ecclesiæ in qua convenit nihil sibi præsumat: sustineat autem quid de eo sanctum concilium iudicare voluerit.

XI. *De contemptore episcopo.*

Si quis episcopus ab episcopo ordinatus noluerit agere sacerdotium neque consenserit in sibi com-

A missa ecclesiam ambulare, istum [Æ., statim] talem excommunicare oportet; quod si coactus contempserit, sanctum concilium quod placet de eodem determinet.

XII. *De seditioso episcopo.*

Si quis episcopus ordinatus fuerit et non vult ipsam parochiam suscipere in qua nominatus est, sed alibi vult ordinari et vim facit et seditiones concitat contra eos qui illum ordinauerunt, hunc ab honore oportet removeri. Si autem in pristino honore presbyterii vult stare, non vetetur ut gradum quem habuit retineat; quod si reluctatus fuerit, etiam de honore presbyterii ab ordinatore proprio deponatur.

616 XIII. *De dissensione iudicii.*

Si quis episcopus in aliquibus causationibus [B.R., T. 1, 2, accusationibus] iudicatur, et viderit ipsos episcopos qui in provincia sunt inter se iudicio discrepare, ut alii videantur eum qui iudicatur iustificare alique condemnare, pro definitione hujus dissensionis hoc placuit sancto concilio, ut de vicina provincia alter metropolitanus episcopus convocetur, ut per eum confirmetur quod secundum rectum placuerit canonem.

XIV. *De præsumptione episcopi in rebus ecclesiæ.*

Si quis episcopus nulla ecclesiasticæ rationis necessitate compulsus in scio clero aut ubi forte non est presbyter de rebus ecclesiasticis aliquid præsumpserit vendere, res ipsas ecclesiæ propriæ cujus sunt restaurare cogatur, et in iudicio episcoporum deiciatur auditus et tanquam furti aut latrocinii reus a suo privetur honore.

XV. *De rebus ecclesiasticis gubernandis.*

Quæ sunt ecclesiæ debent ecclesiæ conservari cum omni diligentia et bona conscientia et fide Dei qui omnia videt et iudicat. Gubernari ergo oportet cum iudicio et potestate episcopi, cui etiam omnis populus et congregatio commissa est animarum. Manifesta autem esse debent quæ ad ecclesiam pertinent in conscientia eorum, qui circa episcopos sunt et presbyteres et diacones, ut hi omnes sciant quæ sunt ecclesiæ propria, ut si episcopo contigerit transitus, nihil eos latere possit ex his quæ ad ecclesiam pertinent, ut nullo modo possint minui et perire. Neque res propriæ episcopi debent importunitatem pro rebus ecclesiæ pati; dignum et re vera et iustum est apud Deum et homines, ut ea quæ episcopi propria sunt cui voluerit derelinquat, et neque ecclesiam perpati damnum neque episcopum pro rebus ecclesiæ condemnari, aut post ejus obitum in causas quæ ad eum non pertinent aut in maledictum iacere.

XVI. *De rebus ecclesiæ dispensandis.*

Episcopus habeat potestatem in rebus ecclesiæ ut dispenset necessitatem habentibus. Cum omni reverentia et timore Dei participare eum oportet quæ necessaria sunt: si tamen ipse aut qui cum eo sunt fratres indiguerint aliquo, necessitatem nullomodo patiantur secundum sanctum Apostolum dicentem:

Victus et legumento, his contenti sumus. Si autem res ecclesiasticas episcopus in **617** suas voluntates usurpare voluerit et lucra ecclesiæ vel fructus agrorum non cum presbyterorum vel diaconorum consilio intaminaverit, aut fratribus vel filiis vel quibuscunque propinquis suis dederit potestatem, ut per eos latenter res lædantur ecclesiæ, hunc oportet obnoxium esse concilio. Similiter id, si episcopus vel qui cum eo sunt presbyteri aut diacones accusentur, qui ea quæ ex reditu vel ex quolibet actu veniunt ecclesiæ in suos sinus colligunt et pauperes fraudant et fame conficiunt, hos corripi oportet secundum quod ordinatum fuerit a sancto concilio.

XVII. De his qui ex vasis ministerii ecclesiæ aliquid vendiderint.

Si quis presbyter aut diaconus inventus fuerit aliquid de ministeriis ecclesiæ venundasse, quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione ecclesiastica non habere; in iudicio tamen episcopi dimitendum est sive dignus sit sive indignus in suo recipi gradu, quia multoties pro hoc ipso quod de sacrosancto altario intaminaverint id cum episcopi potestate dimissum est.

XVIII. De synodo facienda.

Propter ecclesiasticas curas et altercationum solutiones bene placuit per singulas provincias bis in anno concilium fieri, vocante a metropolitano episcopo omnes provinciæ episcopos, ita ut in his conciliis procedant omnes presbyteri, diacones vel hi qui in concilio eorum causæ examinatæ ad justum iudicium perducantur, ut si qui manifeste episcopi vel presbyteri aut diacones inventi fuerint in offensa, secundum rationem excommunicentur quandiu communi consensu mitiorem de his placuit dari sententiam. Nulli autem episcopo liceat propria apud semetipsum concilia facere præter eos quibus sunt metropoles creditæ.

XIX. De episcopo qui noluerit venire ad synodum.

Non liceat ad concilium convocatos episcopos continere, sed ire, et ea quæ ad utilitatem ecclesiæ vel cæterorum pertinent aut docere si novit, aut doceri si nescit: nam si extra ægritudinem contempserit ire, reus erit fraterni concilii.

XX. De legitima ætate ordinandi presbyteri.

Si quis triginta ætatis suæ non implaverit annos **D** nullomodo presbyter ordinetur, etsi valde sit dignus, quia ipse Dominus tricesimo **618** anno baptizatus est et sic cœpit docere. Oportet ergo eum qui ordinandus est usque ad hanc ætatem legitimam conservari.

XXI. De eunuchis qui ab aliis sunt vel qui ipsi sibi naturalia abscidunt.

Si quis pro casu suæ ægritudinis naturalia a medicis habuerit secta, similiter et qui a barbaris aut hominibus stultis ^b fuerint castrati, et moribus digni fuerint visi, hos canon admittit ad clericatus officium

promoveri. Si quis autem sanus non per disciplinam religionis et abstinentiæ, sed per abscisionem plasurati a Deo corporis, æstimans posse a se carnales concupiscentias amputari, castraverit se, non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod si jam ante fuerat promotus ad clericum ^c, prohibitus a suo ministerio deponatur.

XXII. De neophytis.

Neophytus qui nuper baptizatus fuerit jam ætate legitima, non continuo liceat eum ad ecclesiasticum ordinem promoveri, quia oportet illum prius doceri quod possit docere, et multo tempore post baptismum probari, ut benè probatus veniat ad clerum secundum præceptum Apostoli dicentis: *Non neophytum, ne forte in superbiam elatus in iudicium incidat et laqueum diaboli.* Si autem succedenti tempore in aliquo peccato gravi a duobus vel tribus fuerit devictus, depositus de gradu suo cesset a clero. Si quis contra hanc regulam facere præsumpserit, quasi contrarius magni concilii projiciatur a clero.

XXIII. De pœnitente non admittendo ad clerum.

Pœnitens, tantum si necessitas aut usus exegerit, inter ostiarios prius deputetur vel inter lectores, ita ut Evangelia vel Apostolum non legat. Si qui autem ante ordinati sunt, inter subdiacones habeantur, ita ut manum non imponant aut sacra non contingant: ex pœnitente enim dicimus de eo qui post baptismum pro homicidio aut pro diversis criminibus aut gravissimis peccatis publicam pœnitentiam sub cilicio gerens divino fuerit reconciliatus altario.

XXIV. De his qui sine discussione aut presbyteri aut diacones ordinati sunt.

Si quis presbyter aut diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certe, cum discuterentur, criminosa peccata sua celaverunt, et post ordinationem ab aliis sunt detecti, **619** abjiciantur a clero. Similiter et de universo ordine clerici servetur; nam hoc sibi quod irreprehensibile est sancta et catholica defendet Ecclesia.

XXV. De presbyteris vel diaconibus qui post ordinationem denotantur.

Si quis presbyter ante ordinationem peccaverit et post ordinationem confessus fuerit quia ante erravit, non offerat, sed tantum pro religione nomen presbyteri portet. Si autem non ipse confessus, sed ab alio publice fuerit convictus, nec ad hoc ipsum habeat potestatem ut nomen presbyteri portet. Similiter et de diaconibus observandum est, ut si ipse confessus fuerit ordinem subdiaconatus accipiat.

XXVI. De his qui viduas aut dimissas ducunt aut in malis consiliis mixti sunt.

Si quis viduam aut ab alio dimissam duxerit, non admittatur ad clerum, aut si obrepsit dejiciatur. Similiter si homicidii aut facto vel præcepto aut consilio aut assensione post baptismum conscius fuerit, et per aliquam subreptionem ad clericatum venerit, dejiciatur et in fine vitæ suæ communionem recipiat.

^a *Æ., B. R., T. 1 2. convocante.*

^b *Æ., B. R., T. 1, 2, U., aut a dominis stultis.*

^c *Æ., B. R., T. 1, 2, U., G., clericum.*

XXVII. *De fornicatoribus clericis.*

Si quis presbyter aut diaconus fuerit fornicatus aut incoehatus, projiciatur et agat poenitentiam.

XXVIII. *De his quorum uxores moechantur*

Si alicujus uxor in adulterio fuerit deprehensa, hic talis ad ministerium ecclesiasticum nullo modo adducatur. Si autem post ordinationem alicujus clerici uxor adultera ^a fuerit, dimittat eam : sin autem eum ipsa voluerit permanere, a ministerio alienus sit.

XXIX. *De viduis clericorum.*

Si qua vidua episcopi vel presbyteri aut diaconi maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea convivium sumat; nunquam communicet; morienti tantum ei sacramentum ^b subveniat.

XXX. *De filia episcopi vel presbyteri sive diaconi.*

Si devota fuerit et maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectum receperint, a communione habeantur alieni : pater vero causas in concilio se reverit praestaturum; **620** mulier vero non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit poenitentiam; sin autem vivente eo secesserit et ^c egerit poenitentiam vel petierit communionem, in ultimo vitae deficiens accipiat communionem.

XXXI. *De devota peccante vel quae se maritaverit.*

Devotam peccantem non recipendam in ecclesia, nisi peccare desierit et desinens egerit aptam poenitentiam decem annis et recipiat communionem. Prius autem quam in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullius convivium Christianae mulieris accedat; quod si admissa fuerit, etiam haec quae eam receperit habeatur abstenta; corruptorem etiam par poena constringat. Quae autem maritum acceperit non admittatur ad poenitentiam, nisi adhuc vivente ipso marito caste vixerit, aut postquam ipse de hac vita discesserit.

XXXII. *De subintroductis adoptivis mulieribus.*

Nullus episcopus neque presbyter neque diaconus neque omnino aliquis ex clero licentiam habeat intronitendi ad se quasi adoptivam aliquam mulierem, quasi in loco filiae aut sororis aut matris, nisi forte sororem veram ex germanitate aut sororem patris aut matris et illas solas personas quae ab omni mala suspicione alienae sunt. Similiter et religiosis feminis laicorum alienorum familiaritatem et consortium prohibemus, et eorum qui nec in Dei timore ^d subjecti sunt nec retinent continentiae disciplinam.

XXXIII. *De non recipiendis clericis vagis et infirmandae ordinatione ejus, qui sine consensu episcopi sui ab alio episcopo ordinatus est.*

Si quis in contemptu positus presbyter vel diaconus vel quicumque ex clero recesserit ab Ecclesia sua, nullomodo in ^d alia suscipiatur Ecclesia, sed omnimodo compellatur ut ad suam revertatur Ecclesiam. Si autem permanserit in superbia et reverti noluerit, excommunicetur et projiciatur. Si quis autem episcopus ausus fuerit illum in suam Ecclesiam ordi-

^a B. R., E. 4, T. 1, 2, adulterata.

^b In reliquis, praeter A., sacramenta subveniant.

^c A., B. R., E. 4, T. 1, 2, U., et poenituerit vel petierit.

A nare, non consentiente episcopo suo a quo recessit, ordinatio ejus vacua deputetur.

XXXIV. *De clericis desertoribus.*

Si quis presbyter aut diaconus aut aliquis de clero propriam Ecclesiam derelinquens ad alteram Ecclesiam vadit, et ibi multo tempore demoratur, omnino unquam ministret **621** in clero; et si admonuerit eum episcopus suus ut ad suam redeat parochiam, et redire noluerit, ubi est ibi de suo officio deponatur, ita ut nunquam in suum revertatur gradum propter dissolutionis peccatum. Si autem episcopus alter illum susceperit qui de reatu ejus est conscius, oportet ipsum episcopum sine increpatione in communi concilio non admitti, ut ecclesiasticum canonem ultra non solvat.

XXXV. *De importunis clericis.*

Si quis episcopus, presbyter aut diaconus excommunicatus in concilio injuste se queritur condemnatum, ad majorem episcoporum concilium revertatur et eorum inquisitionem et judicium exspectans, si quas se causas justas habere putat, exponat. Si autem contempserit et importunans se palatio aures principum inquietare voluerit, hic ad nullam veniam poterit pervenire neque spem futurae reconciliationis habebit.

XXXVI. *De purganda opinione haeresis.*

Si quis episcopus sive alicujus episcopi presbyter aut diaconus in alicujus haeresis opinionem offenderit, et ob hanc causam fuerit excommunicatus, nullus episcopus eum in communionem recipiat nisi prius in communi concilio porrecto fidei suae libello satisfaciatur omnibus, et ita liberam teneat suam purgationem. Hoc idem et de fidelibus laicis sit decretum si in aliquam haeresis opinionem fuerint nominati.

XXXVII. *De clericis excommunicatis.*

Si quis episcopus in concilio excommunicatus fuerit sive presbyter sive diaconus, et post excommunicationem praesumpserit sive episcopus ille aut presbyter vel diaconus facere oblationem vel matutinum aut vespertinum sacrificium quasi in officio suo agere sicut prius, non liceat ei nec in alio ^e concilio spem reconciliationis habere nec ultra recolligi; sed etiam eos qui ei communicaverint omnes ab Ecclesia respui, maxime eos qui sciebant eum esse dejectum. Si autem permanserit turbans et concilians Ecclesiam per forasticam potestatem, oportet eum sicut seditonarium ab omni plebe expelli.

XXXVIII. *De presbyteris ut in secundas nuptias non vadant.*

Presbyterem ad secundas nuptias convivam ire ^f non oportet pro eo quod hi qui **622** ad secundas nuptias veniunt poenitentiam postulent. Quomodo

^d A., B. R., E. 4, T. 1, 2, in aliena recipiatur Ecclesia.

^e E. 4, T. 1, 2, aliquo.

^f A., B. R., E. 4, T. 1, 2, U., fieri.

potest presbyter ille esse, qui propter convivium intereſt tali conjugio?

XXXIX. *De his qui ad diaconatum eliguntur.*

Si quis ad ministerium diaconatus eligitur, si contestatus fuerit pro accipiendo matrimonio et dixerit non posse in castitate permanere, hic non ordinetur. Quod si in ordinatione tacuerit et ordinatus fuerit, et postea matrimonium desideraverit, alienus sit a ministerio et vacet a clero.

XL. *Non liceat diaconum non jussu sedere.*^a

Non liceat diaconum ante presbyterem sedere nisi cum jussione presbyteri.

XLI. *Non liceat quemlibet ministeria tangere.*

Non liceat quemlibet ministeria tangere, nisi subdiacono aut acolytho in secretario^b tangere vasa Domini.

XLII. *Ut mulieres in sacrarium non intrent.*

Non liceat mulieres in secretarium^c ingredi.

XLIII. *Si lector alterius viduam duxerit.*

Lector si viduam alterius uxorem acceperit, in lectoratu permaneat, aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat, nihil autem supra: similiter et si bigamus fuerit.

XLIV. *Si subdiaconus secundam duxerit uxorem.*

Si subdiaconus secundam duxerit uxorem, inter lectores vel ostiarios habeatur, ita ut Apostolum non legat.

XLV. *Ut non ascendat in pulpitu lector.*

Non liceat in pulpito psallere aut legere, nisi qui a presbytero^d lectores sunt ordinati.

XLVI. *De conditionalibus non ordinandis, nisi cum consensu patronorum.*

Si quis obligatus tributo servill vel aliqua conditione patrocinio cujuslibet domus, non est ordinandus clericus, nisi probata vitæ fuerit et patroni concessus^e accesserit.

XLVII. *De non suscipiendis servis alienis in clero.*

Si quis servum alienum causa religionis doceat contemnere dominum suum et recedere⁶²³ a servitio ejus, durissime in omnibus arguatur.

XLVIII. *De non celebrandis natalitiis martyrum in Quadragesima.*

Non liceat in Quadragesima natales martyrum celebrare, sed tantum sabbato et dominico pro commemoratione eorum oblationes offerri: sed nec natalitia nec nuptias liceat in Quadragesima celebrari.

XLIX. *Non suscipi debere infantes ad baptismum, nisi ante tres septimanas paschæ.*

Non liceat ante duas septimanas paschæ, sed ante tres ad baptismum suscipere aliquem, oportet autem in his diebus ut hi qui baptizandi sunt symbolum discant et quinta feria novissimæ septimanæ episcopo vel presbytero reddant.

L. *De non solvendo jejuniis quinta feria paschæ.*

Non liceat quinta feria novissimæ septimanæ jejunium solvere et omnem exhonore Quadragesimam,

^a Hic et sequentes canonum tituli desumpti sunt ex Tolletanis Codicibus, cum desint in A.

^b B. R., T. 1, 2, *sacrario*.

sed sincere abstinentes totam Quadragesimam perire aridioribus cibis utentes.

LI. *De chrismate conficiendo.*

Omni tempore episcopis liceat chrisma conficere et per suas dioceses destinare, ita ut ad dirigendum chrisma diaconus aut subdiaconus ante diem paschæ de singulis Ecclesiis ad episcopum destinentur.

LII. *Non liceat presbytero, episcopo presente, chrismare.*

Presbyter, presente episcopo, non signet infantes, nisi forte ab episcopo fuerit illi præceptum.

LIII. *Non licet presbytero ante episcopum in baptisterium introire.*

Non liceat presbytero prius ab episcopo in baptisterium introire, sed cum episcopo, nisi forte aut absens fuerit aut ægrotus.

LIV. *De prægnantibus baptizandis.*

Si qua mulier prægnans desideraverit gratiam baptismi percipere, quando voluerit habeat potestatem; nam nihil in hoc participat mater infanti qui nascitur propter quod unicuique propria posse voluntas in confessione monstretur.

LV. *Quid in altari offerri oporteat.*

Non oportet aliquid aliud in sanctuario⁶²⁴ offerri præter panem et vinum et aquam, quæ in typo Christi benedicuntur, quia dum in cruce penderet de corpore ejus sanguis effluxit et aqua. Hæc tria unum sunt in Christo Jesu, hæc hostia et oblatio Dei in odorem suavitatis.

LVI. *De presbyteris forasticis.*

Forasticis presbyteris presente episcopo vel presbytero civitatis offerre non liceat neque ministrare in populo, nisi forte illis absentibus.

LVII. *De non jejunando in die dominico neque genuflectendo, similiter et in Quinquagesima.*

Si quis presbyter propter publicam poenitentiam a sacerdote acceptam aut aliqua necessitate die dominica pro quadam religione jejunaverit sicut Manichæi, anathema sit. Similiter et quod ab apostolis traditum canon tenet antiquus, placuit tam per omnes dominicas quam per omnes dies paschæ usque ad Quinquagesimam non prostrati neque humiliati, sed erecto vultu ad Dominum orationum fungamur officio; quia in ipsis diebus gaudium resurrectionis Domini celebramus.

LVIII. *De non prægustandis carnibus et non execrandis.*

Si quis non pro abstinentiæ disciplina, sed pro execratione ab esca carnum se abstinet, placuit sancto concilio ut prægustet, et si sic vult abstineat; si autem spernit ita ut olera cocta cum carnibus non degustet, iste non obediens nec suspicionem hæresis a se removens deponatur de ordine clericatus.

LIX. *De eo quod non liceat sacerdotibus vel clericis incantaturas vel ligaturas facere.*

Non liceat clericis incantatores esse et ligaturas

^c B. R., *sacrarium*.

^d Æ., B. R., T. 1, 2, U., *episcopo*.

^e E. 3, U., *consensus*.

facere, quod est colligatio animarum. Si quis hæc A 626 reliquiæ sunt depositæ ibi pro defunctis oblationem offerre.

LX. *Non liceat sacerdotibus vel clericis spectaculis interesse.*

Non liceat sacerdotibus vel clericis aliqua spectacula in nuptiis vel in conviviis spectare, sed oportet antequam ingrediantur ipsa spectacula surgere et recedere inde.

LXI. *Non liceat convivia facere de confertis.*

Non liceat sacerdotes vel clericos sed nec religiosos laicos convivia facere de confertis.

LXII. *De usuris vel negotiorum lucris.*

Si quis oblitus timorem Domini et sanctam 625 Scripturam quæ dicit : *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*, post hanc cognitionem magni concilii feneraverit et centesimas exegerit aut ex quolibet negotio turpia lucra quæsierit aut per diversas species vini vel frugis vel cujuslibet rei emendo vel vendendo aliqua incrementa susceperit, depositus de gradu suo alienus habeatur a clero.

LXIII. *De clericis qui ad matutinum et vespertinum non veniunt.*

Si quis presbyter vel diaconus vel quilibet clericus ecclesiæ deputatus, si intra civitatem fuerit aut in quolibet loco in quo ecclesia est, et ad quotidianum psallendi sacrificium matutinis vel vespertinis horis ad ecclesiam non convenit, deponatur a clero, si tamen castigatus veniam ab episcopo per satisfactionem noluerit promereri.

LXIV. *Non liceat clericis dominica ab ecclesia absentari.*

Non liceat quemlibet clericum die dominica ab ecclesia absentem esse, sed missarum solemnibus interesse et jejuniis.

LXV. *Non liceat clericos ante horam tertiam prandere, nec ad mensam accedere vel recedere sine hymno.*

Non oportet clericos vel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire convivia, neque aliquando clericos nisi hymno dicto edere panem, et post cibos gratias auctori Deo referre.

LXVI. *De attendenda coma clericorum vel habitu ordinato.*

Non oportet clericos comam nutrire et sic ministrare, sed attonso capite, patentibus auribus, et secundum Aaron talarem vestem induere, ut sint in habitu ordinato.

LXVII. *Non liceat psalmos poeticos in ecclesia dicere nec libros apocryphos legere.*

Non oportet psalmos compositos et vulgares in ecclesia dicere, neque libros qui sunt extra canonem legere, nisi solos canonicos Novi et Veteris Testamenti.

LXVIII. *Non liceat super monumenta mortuorum missas tenere.*

Non oportet clericos ignaros et [T. 2, aut] præsumptores super monumenta in campo ministeria [T. 2, mysteria] portare aut distribuere sacramenta, sed aut in ecclesia aut in basilica ubi martyrum

^a *Æ., B. R., T. 1, 2, et sacrificare de re mortuorum.*

LXIX. *Non liceat Christianis prandia in monumenta portare.*

Non liceat Christianis prandia ad defunctorum sepulcra deferre et sacrificia reddere mortuorum Deo.

LXX. *Non liceat clericis vel laicis catholicis ab hæreticis eulogias accipere aut cum ipsis vel schismaticis orare.*

Non liceat clericis vel laicis catholicis ab hæreticis eulogias accipere, quia maledictiones sunt magis quam benedictiones, neque liceat aut cum hæreticis aut schismaticis orare.

LXXI. *Non liceat Christianis observationes diversas attendere.*

Si quis paganorum consuetudinem sequens divinos et sortilegos in domo sua introduxerit, quasi ut malum foras mittant aut maleficia inveniant vel lustrationes paganorum faciant, quinque annis penitentiam agat.

LXXII. *Non liceat Christianis tenere traditiones gentiliam, observare lunæ aut stellarum cursum.*

Non liceat Christianis tenere traditiones gentiliam et observare vel colere elementa aut lunæ aut stellarum cursum aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda vel ad segetes vel arbores plantandas vel conjugia socianda, scriptum est enim : *Omnia quæ facitis aut in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo.*

LXXIII. *Non liceat Kalendas observare.*

Non liceat iniquas observationes agere Kalendarum et otios vacare gentilibus neque lauro aut viriditate arborum cingere domos. Omnis hæc observatio paganismi est.

LXXIV. *Non liceat medicinales herbas cum aliqua observatione colligere.*

Non liceat in collectione herbarum quæ medicinales sunt aliquas observationes aut incantationes attendere, nisi tantum cum symbolo divino aut oratione dominica, ut tantum Deus creator omnium et dominus honoretur.

627 LXXV. *Non liceat mulieres Christianas in lanificiis aliquid observare.*

Non liceat mulieribus Christianis aliquam vanitatem in suis lanificiis observare, sed Dominum invocent adiutorem qui eis sapientiam texendi donavit.

LXXVI. *De adulteris.*

Si cujus uxor adulterium fecerit aut vir in alienam uxorem irruerit, septem annis penitentiam agant. LXXVII. *De mulieribus fornicariis et abortum facientibus.*

Si qua mulier fornicaverit et infantem qui exiit fuerit natus occiderit, et quæ studuerit abortum [*Æ., T. 1, 2, abortum*] facere et quod conceptum est necare aut certe ut non concipiat elaborat, sive ex adulterio sive ex legitimo conjugio, has tales mulieres in morte recipere communionem priores canones decreverunt. Nos tamen promisericordia sive tales mulieres

sive conscientia scelerum ipsarum decem annis agere pœnitentiam iudicamus.

LXXVIII. De homicidio voluntario vel non voluntario.

Si quis voluntarie homicidium fecerit, ad januam ecclesiæ catholicæ semper subiaceat et communionem in exitu vitæ suæ recipiat. Si autem non voluntate, sed casu aliquod homicidium fecerit, prior canon septem annis agi pœnitentiam iussit, secundus canon quinque annis mandavit.

LXXIX. De muliere quæ duos fratres in conjugio vel viro qui duas sorores habet.

Si qua mulier duos fratres aut si quis vir duas sorores habuerit, a communione abstineantur usque ad mortem: in morte autem eis communicatio pro misericordia detur. Si vero supervixerint communione accepta et de infirmitate convaluerint, agant pœnitentiam plenam tempore constituto.

LXXX. De his qui nuptiis irruunt.

Si quis multis nuptiis fuerit copulatus, pœnitentiam agat: conversatio autem et fides pœnitentis compendiat tempus.

LXXXI. De his qui se animalibus commiscuerunt.

Si quis ante viginti annos in cujuslibet animalis commistione peccaverit, quindecim annis in humilitate subiaceat ad ecclesiæ januam, et post hoc [G., post hoc] alios a quinque annos tantum communionem receptus pœnitentiam agat, et sic gratiam sacramenti suscipiat. Interrogentur autem alii de eo, qualem vitam in pœnitentia egerit et sic communionis misericordiam consequatur. Si quis autem post viginti annos habens uxorem huic peccato irruerit, viginti et quinque annis humilitati subiaceat, et quinque annis orationibus tantum communicans postea

a Æ., B. R., U., aliis quinque annis in orationis tantum communionem receptus. G., aliis quindecim an-

recipiat sacramentum. Quod si et hanc mensuram aliquis transgressus fuerit, sacramentum in exitu consequitur. Oportet enim tales inter dæmoniosos orare.

LXXXII. De his qui usque ad finem vitæ in peccatis perdurant, et in exitu communionem experiant.
Si quis de corpore exiens novissimum et necessarium communionis viaticum expetit, non ei denegatur. Quod si in desperatione positus post perceptam communionem iterum sanus fuerit factus, tantum orationis particeps sit, nam non accipiet sacramentum donec constitutum pœnitentiæ impleat tempus. Qui ergo in exitu mortis sunt et desiderant accipere sacramentum, cum consideratione et probatione episcopi accipere debeant.

LXXXIII. De his qui intrantes in ecclesiam per nimiam luxuriam a sacramento se abstinent.

Si quis intra ecclesiam Dei et sacras Scripturas fabulando non audit et pro luxuria sua avertit se a communionem sacramenti et in observandis mysteriis declinat constitutam regulam disciplinæ, istum talem projiciendum de Ecclesia catholica esse decernimus donec pœnitentiam agat et ostendat fructum pœnitentiæ suæ, ut possit a communionem percepta indulgentiam promereri.

LXXXIV. De excommunicatis.

Non liceat communicare excommunicatis neque in domos eorum introire neque orare cum eis; neque liceat in alia ecclesia suscipi qui ab alia ecclesia segregatur. Si autem aliquis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet ecclesiasticus excommunicato communicaverit, quasi perturbans omnem disciplinam ecclesiasticam excommunicetur.

nis, etc.

b B. R., T. 1, 2, G., suæ, deprecans, ut possit.

LXV

CONCILIIUM BRACARENSE TERTIUM

HABITUM ANNO IV GLORIOSISSIMI DOMINI NOSTRI WAMBANIS REGIS, ERA DCCXIII.

629-630 Decenter satis per divinum Spiritum in Bracarensi urbe collecti de his quæ intra Dei Ecclesiam perversa actione geruntur tractaturi convenimus, ut adjuvante nos illo qui dixit: *Ubiunque fuerint duo vel tres in nomine meo collecti ibi ero in medio eorum*, pari animo parique devotionis studio exsurgentes male habitos extirpemus errores. Etenim dum nos in unum synodalis actio aggregasset, debitis in sedibus collocati primum de sanctæ fidei sacramento cœpimus habere sermonem, scilicet ne aut vanitate disputantium, aut nescientia simplicium erroris, quidpiam in hoc sacrosancto sacramento fidei teneretur. Unde cum omnes nos in vera fide uti speculum perlustraremus illæsos in eo quia nullum nostrorum schismatici erroris fœdaverat turbo, sed vera nos et simplex in hoc sacramento apostolica ostendit idoneos prædicatio, grates omnipotenti peregrinus Deo: quam tamen nostræ fidei regulam ipsis verbis atque sen-

PATROL. LXXXIV.

tentiis commemorando reteximus, quibus eam in conventu Nicæni concilii declaratum esse scimus.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem: et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, harmonie Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo et quæ in terra; qui propter nos et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est de Spiritu sancto, et Maria Virgine homo factus, passus sub Pontio Pilato, sepultus tertia die resurrexit, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris, inde [B. R., iterum] venturus in gloria iudicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis: credimus et in Spiritum sanctum dominum et vivificantem, ex Patre et Filio procedentem, cum

Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas : in unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam : confitemur unum baptismum in remissionem peccatorum ^a, expectamus resurrectionem mortuorum et vitam futuri sæculi. Amen.

Post hujus sanctæ fidei sacramentum relatus est in cognitionem ^b omnium nostrorum error manifestus pariter et diversus, qui tanta debet disciplinæ arte retundi quanta et perversitate comprobatur admitti. Quidam enim in sacrificiis Domini relati sunt lac pro vino, pro vino botrum offerre : eucharistiam quoque vino madidam pro complemento communionis credunt populis porrigendam; et, quod pejus his omnibus est, quidam sacerdotum in vasis Domini epulas sibi apponunt et manducare in eis præsumunt. Quidam etiam e sacerdotibus relati sunt quod, ecclesiasticæ consuetudinis ordine prætermissis, missam singulis orariis audeant dicere, et quod in solemnibus ^c martyrum reliquias suo collo imponant et in sellulis non ab aliis se portandos nisi ab albatibus diaconibus credant. Illud quoque quod plerique sacerdotum absque testimonio cum feminis commorentur, et quod quidam illorum honoratos fratres suos verberibus indiscretis subjiciunt; necnon et illud quod quidam Simonis cupiditate arrepti quos ordinaturi sunt sub cautione dimittant, qualiter postquam ordinati fuerint pecuniam ab illis promissam accipiant. Illud quoque quod familiam ecclesiæ in propriis laboribus quassant, damnum rebus dominicis facientes. Quæ omnia ne confuse viderentur esse prolata, discretis titularum ordinibus credimus subnectenda.

I. *Et, repulsis omnibus opinionibus superstitionum, panis tantum et vinum aqua permistum in sacrificio offeratur.*

Cum omne crimen atque peccatum oblati Deo sacrificiis deleatur, quid de cætero **631** pro delictorum expiatione Domino dabitur quando in ipsa sacrificii oblatione erratur? Audivimus enim quosdam schismatica ambitione detentos contra divinos ordines et apostolicas institutiones lac pro vino in divinis sacrificiis dedicare, alios quoque intinctam eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere, quosdam etiam non expressum vinum in sacramento dominici calicis offerre, sed oblati uvis populis communicare. Quod quam sit evangelicæ atque apostolicæ doctrinæ contrarium et consuetudini ecclesiasticæ adversum, non difficile ab ipso fonte veritatis probabitur a quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processerunt. Cum enim magister veritatis verum salutis nostræ sacrificium suis commendaret discipulis, non illum lac, sed panem tantum et calicem sub hoc sacramento benedixisse cognoscimus. Ait enim evangelica veritas : *Accipit Jesus panem et calicem, et benedicens dedit discipulis suis. Cesset ergo lac in sacrificando offerri, quia manifestum et evidens exemplum evangelicæ veritatis illuxit, quod præter panem et visum aliud offerre non sinit. Illud*

^a T. 1, 2, *pro resurrectione, carnis resurrectionem, et vitam.*

A vero quod pro complemento communionis intinctam tradunt eucharistiam populis nec hoc prolatum ex Evangelio testimonium recipit, ubi apostolis corpus suum et sanguinem commendavit; seorsum enim panis et seorsum calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem aliis Christum præbuisse non legimus, excepto illi tantum discipulo quem intincta buccella magistri proditorem ostenderet, non quæ sacramenti hujus institutionem signaret. Nam quod de inexpresso botro, id est de uvarum granis populus communicatur, valde est omnino confusum; calix enim dominicus, juxta quod quidam doctor edisserit, vino et aqua permistus debet offerri; quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo quando in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur et credentium plebs ei in quem credidit copulatur et jungitur, quæ copulatio et conjunctio aquæ et vini sic miscetur in calice Domini ut commistio illa non possit separari. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis; si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Ergo quando botrum solum offertur in quo vini tantum efficientia demonstratur, salutis nostræ sacramentum negligitur quod per aquam significatur: non enim potest calix Domini esse aqua sola aut vinum solum, nisi utrumque miscetur. Et ideo quia jam ex hoc plurima et multiplex majorum emanavit sententia, quorum pietas in Deum religiosa horum sacramentorum et efficientias copiose

632 disseruit et institutiones verissime declaravit, C omnis talis error atque præsumptio cessare jam de cætero debet, ne perversorum inordinata compago statum veritatis enervet. Et ideo nulli deinceps licitum erit aliud in sacrificiis divinis offerre, nisi juxta antiquorum sententias conciliorum panem tantum et calicem vino et aqua permistum. De cætero aliter quam præceptum est faciens tandiu a sacrificando cessabit, quandiu legitima poenitentiae satisfactione correptus ad gradus sui officium redeat quem amisit.

II. *Ne vasa Domino sacra humanis usibus serviant.*
Omni cura omni que stadio providendum est ne hi qui locum videntur obtinere regiminis contumeliam videantur inferre cælestibus sacramentis. Etenim, quod et auditui horribile et visui execrabile judicatur, relatum nobis est quod quidam sacerdotum sacrilega temeritate præcipites vasa Domini in proprios usus assumant epulasque sibi in eis comesturi apponant. Quod malum et obstupentes deflemus et deflentes obstupescimus, ut illic humana temeritas sibi epulam præparet ubi sanctum Spiritum cognoscitur advocasse, et ibi esum carniæ crapulatus assumat ubi divina visus est celebrasse mysteria, et in quibus tantæ rei sacramentum pro expiatione delictorum percipit in his expleat voluntatem ludibrii sui. Et ideo hujus de cætero præsumptionis persona, quæ sciendo divina vasa vel ministeria aut in usus suos transtulerit aut comedere in his vel poculum sibi su-

^b B. R., *collationem. E. 4, T. 1, concionem.*

^c B. R., E. 4, T. 1, 2, *solemnitatibus.*

meum elegerit, gradus sui vel officii periculum sustinebit; ita tamen ut si de sæcularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur; si vero religiosus, ab officio deponatur; sub hac quoque damnationis sententia et illi obnoxii tenebuntur, qui ecclesiastica ornamenta, vela vel quælibet alia indumenta atque etiam utensilia sciendo in suos usus transtulerint vel aliis vendenda vel danda^a crediderint.

III. *Ne sacerdos sine orario missam audeat celebrare.*

Cum antiqua et ecclesiastica noverimus institutione præfixum ut omnis sacerdos cum ordinatur orario utroque humero ambiatur, scilicet ut qui imperturbatus præcipitur consistere inter prospera et adversa virtutum semper ornamento utrobique circumæptus appareat, qua ratione tempore sacrificii non assumat quod se in sacramento accepisse non dubitat? Proinde modis omnibus convenit, ut quod quisque percepit in consecratione honoris hoc retinet in oblatione **633** vel perceptione suæ salutis; scilicet ut cum sacerdos ad solemnia missarum accedit aut per se Deo sacrificium oblaturus aut sacramentum corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi sumpturus non aliter accedat quam orario utroque humero circumseptus, sicut et tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus, ita ut de uno eodemque orario cervicem pariter et utrumque humerum preinens signum in suo pectore præferat crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitæ subiacebit.

IV. *Ne sacerdotes sive quicumque ex clero sine testimonio cum quibuslibet feminis habitent.*

Quamquam antiqua canonum institutio de hujusmodi præsumptione absolutas et multiplices disciplinas atque institutiones ediderit, nos tamen brevitate causa omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, id omnimoda sancimus auctoritate tenendum, ut nullus sacerdotum sive quisquis ille de clero absque honesto et competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet feminis secrete se præsumat adjungere, non solum cum extraneis mulieribus, sed nec ipsis etiam sororibus vel propinquis, ne licentiæ sororum vel propin quarum mulierum quisquis ille solutus familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Hujus ergo præceptionis transgressor sex mensibus se noverit penitentiae legibus subiacere.

V. *De damnata præsumptione quorundam episcoporum qui in festivitibus martyrum ad ecclesiam procedentes, appensis collo reliquiis, ab albis diaconibus in sellulis vehantur.*

Bona siquidem res est divina sacerdotibus contrectare mysteria, sed cavendum valde est ne hoc quisque ad usum pravitate suæ intorqueat, unde soli Deo de bono conscientie placere debuerat; scriptum est enim: *Væ his qui faciunt opus Domini fraudulenter et desidiose.* Ut enim quorundam episcoporum detestanda præsumptio nostro se coetui intulit dirimenda, agnovimus quosdam episcopos, quod in solemnitatibus martyrum ad ecclesiam progressuri reliquiis collo suo imponant, et ut majoris fa-

^a In reliquiis, præter A., donanda.

stus apud homines gloria intumescant, quasi ipsi sint reliquiarum arca levitæ albis induti in sellulis eos deportant. Quæ detestanda præsumptio abrogari per omnia debet, ne sub sanctitatis specie simulata vanitas sola prævaleat, si modum suum uniuscujusque ordinis reverentia non agnoscat. Et ideo antiqua in hac parte et solemnitas consuetudo servetur, ut in **634** festis quibusque diebus arcam Domini cum reliquiis non episcopi, sed levitæ in humeris gestent, quibus et in veteri lege onus id et impositum novimus et præceptum. Quod si etiam episcopus reliquiis per se deportare elegerit, non ipse a diaconibus in sellula vectabitur, sed potius pedisequa eo una cum populis progressionem procedente ad conventicula sanctarum ecclesiarum sanctæ Dei reliquiæ per eundem episcopum portabuntur. Jam vero qui hæc instituta sciendo adimplere distulerit, quantum in hoc vitio fuerit a sacrificando cessabit.

VI. *De honesta honoratorum disciplina.*

Cum beatus Apostolus arguere, obsecrare vel increpare in omni patientia præcipiat et doctrina, novimus quosdam ex fratribus tantis cædibus in honoratos subditos effervescere, quantas poterant atrocantium promereri personæ. Et ideo qui gradus jam ecclesiasticos meruerunt, id est presbyteres, abbates, sive levitæ, excepto gravioribus et mortalibus culpis, nullis debent verberibus subjacere; non enim est dignum ut passim unusquisque prælatus honorabilia membra sua, prout voluerit et cum placuerit, verberibus subiciat et doloribus; ne dum incaute sublita percussit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reverentiam subtrahat, juxta illud quod quidam sapiens dixit: *Leviter [B.R., T. 1, 2, leniter] castigatus reverentiam exhibet castiganti, asperitate autem nimis increpationis nec increpationem recipit nec salutem.* Et in eo si quis aliter quam dictum est prædictos honorabiles subditos licentiæ perceptæ potestatis elatus malitia tantum crediderit verberandos, juxta modum verberum quem intulerit excommunicationis pariter et exilii sententiam sustinebit.

VII. *Ne promissione munerum honoris gratia vendatur.*

Quia non expedit ut donum sancti Spiritus pecuniis comparetur, quamquam ex hoc antiquorum canonum discipline et multiplices maneat et diversæ, tamen quia necesse est ut frequentius retundatur quod sine intermissione præsumitur, ideo novellæ hujus institutionis formulam instituentes decernimus, ut quicumque pro conferendo cuiquam sacerdotii gradu aut munus quodcumque aut promissionem muneris antequam ordinetur acceperit, vel etiam postquam ordinatus fuerit in aliquo se pro hoc ipso præsumpserit munerari, sive ille qui dedit sive qui acceperit juxta sententiam Chalcedonensis concilii gradus sui periculum sustinebit.

635 VIII. *Ne rectores ecclesiæ plus propria quam ecclesiastica jura laborare intendant.*

Non decet rectores ecclesiæ in suis strenuos et in

ecclesiasticis rebus esse remissos. Nam quorundam fertur opinio, quod quidam sacerdotum familias ecclesiae in suis propriis laboribus quassent, rei propriae profectum augentes, dominicis vero dispendium nutriendas. Unde quicumque sub hoc neglectu rebus divinis laborare distulerit speciali placito distringendus est, qualiter si de rebus seu augmentis ecclesiae quaestum vel labores rei propriae auxit, et ex hoc ecclesiasticis rebus aut neglectum laboris exhibuit aut minorationem vel perditionem induxit: quidquid in rebus ecclesiae minorationis exhibuit, totum de rebus propriis ecclesiae illi restituat, ex cujus rebus atque suffragiis suos convinctus fuerit ampliasse labores. Quod si aliquid pro utilitatibus ecclesiae aut substantiae expendit aut dispendii vel perditionis quidpiam pertulit, si hoc comprobare potuerit, totum illi a rebus ejusdem ecclesiae reformabitur, pro cuius utilitatibus id expendisse probatur.

Gratias itaque omnipotenti peragimus Deo: **636** post haec sit pax, salus et diuturnitas piissimo et amatori Christi domino nostro Wambani regi, cujus devotio nos ad hoc decretum salutiferum convocavit; divinam postulantes clementiam, ut gloria Christi

^a B. R., E. 4, T. 1, *Leodegisius*. T. 2, *Leodecisius*.

A regnum ejus corroboret usque ad ultimam senectutem, praestante ipso qui cum Patre et Spiritu sancto unus vivit et gloriatur in Trinitate Deus in saecula saeculorum.

Leodegisius ^a in Christi nomine episcopus, cognomento Julianus, has constitutiones secundum quas nobis cum sanctis coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt, Deo inspirante, complacuit, relegi et subscripsi.

Genuitus Ecclesiae Tudensis episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Froaricus Portucalensis Ecclesiae episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Isidorus Asturicensis Ecclesiae episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Bela Britaniensis Ecclesiae episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Hilarius ^b Auresinae Ecclesiae episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Rectagenes Lucensis Ecclesiae episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Hulfus, qui cognominor Felix, Iriensis Ecclesiae episcopus, his constitutionibus interfui et subscripsi.

^b *Æ.*, B. R., E. 3, 4, T. 1, 2, *Alarius*. U., *Alaricus*.

LXVI

CONCILIIUM HISPALENSE PRIMUM.

EPISTOLA EPISCOPORUM AD PEGASIIUM EPISCOPUM MISSA.

Domino sancto et reverenter a nobis honorando charissimo fratri Pegasio episcopo Leander, Joannes, Agapius, Stephanus, Basilius, Velatus, Sintiarius et Petrus episcopi, qui in unum in urbe Hispalensi adfuimus, sanctitatem tuam charitatis studio salutantes, precamur Dominum qui nos de salute tua vel visione laetificare dignetur.

I. *De mancipiis Ecclesiae ab episcopo manumissis.*

Interea consententibus nobis in ecclesia Hispalensi sancta Jerusalem brevem mancipiorum Ecclesiae, quos libertasse visus fuerat decessor tuus sanctae recordationis Gaudentius episcopus, vestri nobis diacones obtulerunt, et non solum quos libertaverat ibidem relegimus, sed etiam quos proximis suis de familiis Ecclesiae donaverat in eodem **637** brevi recensuimus annotatos. Qua de re canonum constituta consulimus si talis libertas aut transactio potuisset esse stabilis. Comperimus autem in canone ut episcopus qui res proprias, excepto filiis et nepotibus, alteris et non Ecclesiae dimiserit, quidquid de Ecclesiae rebus aut donavit aut vendidit aut quoquo modo ab Ecclesia transtulerit, irritum haberetur. Et ideo si res praecessoris tui Gaudentii episcopi Ecclesia vestra non possidet, liberi qui ab eo facti sunt non sunt legitime absoluti liberti: caeterum si res illius in compensationem Ecclesiae vestrae deserviunt, illi propterea maneat liberi; nam si, ut dictum est, praestitum de suis rebus non fecit, Ecclesiae

damnum utique inferre non debuit. Propterea ergo de uno consensu omnes significamus magis humanius quam severius cogitantes, ut hi quos constat tali conditione fuisse liberatos in jure Ecclesiae maneat ut idonei, et peculium suum non aliis personis, sed tantum filiis suis derelinquant. Ipsis quoque filiis et nepotibus cum peculio ipsorum quasi idoneis in jure Ecclesiae permanentibus in extraneam eis non liceat personam quidpiam transmutare. Sed si quis eorum sine haerede discesserit, peculium eorum sanctae proficiat Ecclesiae.

II. *De mancipiis Ecclesiae ab episcopo proximis suis collatis.*

En vero mancipia quae memoratus episcopus de jure Ecclesiae sublata suis proximis contulit, si similia de proprio suo Ecclesiae ipsius non compensavit, Ecclesia vestra absque aliqua oppositione recipiat. Hanc forum non solum vestra, hoc est Astigitana, servabit Ecclesia, sed et si qui per omnem Baeticam provinciam tali conditione vel sorte de jure Ecclesiae commearunt pari sententiae subjacebunt. Durum est enim atque irreligiosum ut episcopus, qui ecclesiasticis stipendiis vivit et proprietatem suam lucris Ecclesiae minime confert, aliorum oblationes **638** a jure ecclesiastico privet.

III. *De clericis cum quibus mulieres cohabitant.*

Inter caetera vero cognoscite a nobis hoc delictum

pro abolendis maculis clericorum, quia quidam episcoporum non observantes nuper editum concilii Toletani decretum minus solliciti in subjectis existunt, proinde placuit, ut si presbyteres, diacones vel clerici consortia extraneorum feminarum vel ancillarum familiaritatem per sacerdotis sui admonitionem a se minus removerint, in secundis iudices easdem mulieres cum voluntate et permissu episcopi comprehensas in suis lucra usurpent, ut vitium hoc, dum sacerdos inhibere non prævalet, potestas judicialis coerceat; dato tamen a iudicibus sacramento episcopis ut eas clericis nulla arte restituant; quod si restituerint, ipsi iudices sententia excommunicationis feriantur. Mulieres vero illæ juxta priores canones a sacerdote [T. 2, sacerdotibus] distractæ, pretium earum indigentibus dispensetur. Quæ statuta manu nostra subscripsimus. Data ad sanctitatem vestram die pridie Nonas Novembres, anno quinto

^a B. R., E. 4, T. 1, 2, *distractæ in monasterium Deo votarum tradantur servituræ. Quæ statuta. In A. et reli-*

regni gloriosissimi domini nostri Reccardi regis, æra DCXXVIII^b.

Leander Ecclesiæ sanctæ Hispalensis episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

Joannes Ecclesiæ Egabrensis episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

Agapius Ecclesiæ Cordubensis episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

Stephanus Ecclesiæ Eliberitanæ episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

Basilius Ecclesiæ Eliplensis episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

Velatus Ecclesiæ Tuccitanensis episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

Sinticius Ecclesiæ Italicensis episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

Petrus Ecclesiæ Accitanæ episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

quis deest forte vox renudentur et.

^b B. R., E. 4, T. 1, æra DCXXVII.

LXVII

CONCILIIUM HISPALENSE SECUNDUM

HABITUM DIE IDUUM NOVEMBRUM, ANNO NONO REGNI GLORIOSISSIMI PRINCIPIS SISBUUTI, ÆRA DCLVII.

639 I. De Teudulfi Malacitanæ Ecclesiæ episcopi querimoniis adversus reliquos episcopos pro quibusdam parochiis.

In nomine Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi Isidorus, Bisinnus, Rufinus, Fulgentius, Cambra, Fidentius, Teudulfus et Honorius episcopi, qui pariter in urbe Hispalensi pro aliquibus ecclesiasticis negotiis coadunati sumus. Consedentibus igitur nobis in secretario sacrosanctæ Jerusalem Hispalensis ecclesiæ cum illustribus viris Sisiselo rectore rerum publicarum atque Suavilane actore^a rerum fiscalium, stante^b religiosissimo clericorum cœtu, prima actione Teudulfi Malacitanæ Ecclesiæ antistitis ad nos oblata precatio est asserentis an iquam ejusdem urbis parochiam militaris quondam hostilitatis discrimine fuisse descissam et ex parte aliqua ab ecclesiis Astigitanæ, Eliberitanæ atque Egabrensis urbium esse retentam. Pro qua re placuit ut omnis parochia quæ ab antiqua divisione ante militarem hostilitatem retinuisse Ecclesiam suam comprobaret, ejus privilegio restitueretur. Sicut enim per legem mundialem his, quos barbarica feritas captiva necessitate transvexit, postliminio revertentibus redditur antiqua possessio, non aliter et Ecclesia receptura parochiam quam ante retinuit cum rebus suis, sive ab aliis Ecclesiis possideantur, sive in cujuslibet possessionem transfusa sunt, non erit obijcienda prescriptio temporis ubi necessitas interest hostilitatis.

^a Ex A., E. 3, 4, U., G. In A., *rectore. In B. R., T. 1, 2, auctore.*

^b T. 1, *instante. T. 2, adstante.*

II. De querimoniis Fulgentii et Honorii episcoporum pro quibusdam parochiis.

C Secundo examine inter memoratos fratres nostros Fulgentium Astigitanum et Honorium⁶⁴⁰ Cordubensem episcopos discussio agitata est propter parochiam basilicæ, quam horum alter Celticensem^c, alter Regiensem asseruit; et quia inter utrasque partes hætenus limitis actio vindicata est, cujus quamvis vetusta retentio nullum juris præjudicium afferret, ideoque ne in dubium ultra inter eos nostra devocaretur sententia, prolatis canonibus synodalia decreta perfecta sunt, quorum auctoritas præmonet hæc oportere inhiberi cupiditatem ut ne quis terminos alienos usurpet, ob hoc placuit inter alternas partes inspectionis viros mittendos, ita ut si in diocesi possidentis sitam basilicam veteribus signis limes præfixus monstraverit, Ecclesiæ cujus est justa retentio sit æternam dominiam: quod si et limes legitimus eandem basilicam non concludet, sed tam longi temporis probator objecta præscriptio, appellatio repetentis episcopi non valebit, quia illi tricennalis objectio silentium ponit. Hoc enim et sæcularium principum edicta præcipiunt et præsulum Romanorum decrevit auctoritas. Sin vero infra metas tricennalis temporis extra alienos terminos basilicæ injusta retentio reperitur, repetentis episcopi juri sine mora restituatur.

III. De desertoribus clericis ut episcopis suis restituantur.

Tertia definitione ad nos oblata precatio est a reverentissimo fratre nostro Cambrano Italicensi epi-

^c Ex A., B. R., E. 3, 4. In A., *Celsitensem. In T. 1, 2, Celticensem. In U., G., Alticensem.*

scopo pro quodam clerico Spassando, qui deserens Ecclesiam suam cultum in qua dicatus ab infantia exordiis fuerat ad Ecclesiam Cordubensem se contulit; quem elegimus, ut si nihil proponeretur de eo citra delationis objecta proprio reformaretur episcopo. Scribitur enim in lege mundiali de colonis agrorum, ut ubi esse quisque jam coepit ibi perduret. Non aliter **641** et de clericis qui in agro Ecclesiae operantur canonum decreto praecipitur, nisi ut ubi permanent ubi coeperunt. Ideoque placuit, ut si quis clericus ministeris Ecclesiae propriae destitutus ad aliam transitum fecerit, compellente ad quem fuerit sacerdote ad Ecclesiam quam prius incolue:at remittatur. Qui vero eum susceperit nec statim sine ullo nisu exceptionis ad propriam Ecclesiam remittendum elegerit, quandiu eum restituat communionem se privatum agnoscat. Desertorem autem clericum cingulo honoris atque ordinis sui exutum aliquo tempore monasterio deligari convenit, sicque postea in ministerium ecclesiastici ordinis revocari. Nam non poterit in talibus pervagationibus aboleri licentia, nisi fuerit in eis propter correctionem disciplinae subsecuta censura.

IV. De bigamis ad presbyterium vel diaconatum non promovendis.

Quarta actione nuntiatum est nobis apud Astigitanam Ecclesiam quaedam nuper ordinationes illicitas extitisse, ita ut quidam viduarum mariti levitarum ministerio sacrarentur: quos quidem convenit a gradu suscepto in irritum devocari, nec ultra provehi ad diaconi ministerium qui contra divina atque ecclesiastica jura instituti reperiuntur.

V. Ne presbyter diaconum aut presbyterem ordinare praesumat.

Quinto iudicio ad cognitionem nostram Aniani Egabrensis diaconi relatu deductum est de quibusdam ipsius Ecclesiae clericis, quorum dum unus ad presbyterium, duo ad levitarum ministerium sacrarentur, episcopus eorum oculorum detentus dolore fertur manum suam super eos tantum posuisse, et presbyter quidam illis contra ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse; qui licet propter tantam praesumptionis audaciam poterat accusatus iudicio praesenti damnari, si adhuc in corpore positus non fuisset mortis vocatione praeventus: sed quia iam ille examini divino relictus humano iudicio accusari non potest, hi qui supersunt et ab eo non consecrationis titulum, sed ignominiae potius eloquium perciperunt, ne sibi licentiam talis ultra usurpatio faciat, decrevimus ut gradu sacerdotalis vel levitici ordinis, quem perverse adepti sunt, depositi a quo iudicio abutantur [Fortis, abjiciantur]. Tales enim merito iudicati sunt removendi, quia prave inventi sunt constituti.

642 VI. De presbyteris vel diaconibus ab uno episcopo non deponendis.

Sexta actione comperimus Fragitanum Corduben-

^a *A.*, B. R., E. 4, T. 1, U., G., *elogium*. T. 2, *entlogium*.

^b In reliquis, praeter A., *sacerdotibus*.

^c *E. R.*, E. 4, T. 1, 2, U., G., *apud praetores ac*

sis Ecclesiae presbyterem a pontifice suo injuste olim dejectum et innocentem exilio condemnatum, quem rursus ordini suo restituentes id denuo adversus praesumptionem nostram decrevimus, ut juxta priscorum Patrum synodalem sententiam nullus nostrum sine concilii examine deiciendum quemlibet presbyterem vel diaconum audeat; nam multi sunt qui indiscussos potestate tyrannica non auctoritate canonica damnant, et sicut nonnullos gratiae favore sublimant, ita quosdam odio invidiaque permoti humiliant, et ad levem opinionis auram condemnant quorum crimen non approbant. Episcopus enim presbyteris ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest. Si enim hi qui in saeculo a dominis suis honorem libertatis adepti sunt in servitutis nexu non revolvuntur, nisi publice apud praetores tribunali foro fuerint accusati, quanto magis hi qui divinis altaribus consecrati honore ecclesiastico decorantur? Qui profecto nec ab uno damnari nec uno iudicante poterunt honoris sui privilegiis exui, sed praesentati synodali iudicio, quod canon de illis praecipit definiri.

VII. De his quae prohibentur presbyteris in ecclesiasticis sacramentis.

Septimo examine relatum est nobis venerantissimum quondam Agapium Cordubensis sedis episcopum frequenter presbyteres destinasse, qui absente pontifice altaria erigerent, basilicas consecrarent: quod quidem non est mirum id praecipisse virum ecclesiasticis disciplinis ignarum et statim a saeculari militia in sacerdotale ministerium delegatum. Ergo ne ultra talis a nobis licentia usurpetur, communi sententia statuendum oportuit, scientes quia sicut presbytero illicita consecratio est altarium, ita et constitutio. In divinis enim litteris praecipiente Domino solus Moyses in Tabernaculo Dei erexit altare, solus ipse unxit utique quia summus sacerdos Dei erat, sicut scriptum est de eo: *Moses et Aaron in sacerdotibus ejus*. Ideoque id quod tantum facere principibus sacerdotum iussum est, quorum typum Moyses et Aaron tenuerunt, presbyteres qui filiorum Aaron gestant figuram arripere non praesumant. Nam quamvis cum episcopis plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio, quaedam tamen auctoritate veteris **643** legis, quaedam novellis ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint, sicut presbyterorum et diaconorum ac virginum consecratio, sicut constitutio altaris, benedictio vel unctio, siquidem nec licere eis ecclesiam vel altarium consecrare nec per impositionem manus fidelibus baptizatis vel conversis ex haeresibus Paracletum Spiritum tradere, nec chrisma conficere nec chrismate baptizatorum frontem signare, sed nec publice quidem in missa quemquam poenitentium reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Haec enim omnia illicita esse presbyteris, quia pontificatus

praesides tribunali.

^d *A.*, B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., *urbis*.

^e *A.*, B. R., E. 3, 4, U., *mysticiorum*.

apicem non habent; quod solis deberi episcopis auctoritate canonum precipitur, ut per hoc et discretio graduum et dignitatis fastigium summi pontificis demonstraretur. Sed neque coram episcopo licere presbyteris in baptisterium introire, neque presente antistite infantem tingere aut signare, nec poenitentes sine præcepto episcopi sui reconciliare, nec eo præseute sacramentum corporis et sanguinis Christi conficere, nec eo coram posito populum docere vel benedicere aut salutare nec plebem utique exhortari.

VIII. *De superbis Ecclesiæ libertis ut ad servitium revocentur.*

Octava discussio est agitata de quodam Eliseo ex familia Egabrensis Ecclesiæ, qui ab episcopo suo traditus libertati de libertate confestim ad contumaciæ morbum transiit, sicque per superbiam non solum ejusdem episcopi veneficis artibus salutem lædere voluit, sed etiam patronam Ecclesiam libertatis immemor damnavit^a. Adversus quem ingrati actio canonum ac legum auctoritate juste dirigitur, scilicet ut immeritæ libertatis damno mulctatus ad servitii nexum quo natus est revocetur. Talium enim status, qui contra episcopum suum vel patronam Ecclesiam nititur, decidi potius quam servari^b convenit, ut quorum libertas perniciosa est sit salutifera servitus, et qui superbire uoverint adepta libertate præditi discant obedire subjecti.

IX. *De œconomis ne ex laicis constituentur.*

Nona actione didicimus quosdam ex nostro collegio contra mores ecclesiasticos laicos habere in rebus divinis constitutos œconomos. Proinde pariter tractantes elegimus ut unusquisque nostrum secundum Chalcedonensium Patrum decreta ex proprio clero œconomum sibi constituat. Indecorum est enim laicum vicarium esse episcopi et sæculares^c in Ecclesia judicare: in uno enim eodemque officio non decet dispar professio. Quod etiam in lege divina prohibetur dicente Moyse: *Non arabis in bove simul et asino*; id est homines diversæ professionis in officio uno non sociabis. Unde oportet nos et divinis libris et sanctorum Patrum obedire præceptis, constituentes ut hi qui in administrationibus Ecclesiæ pontificibus sociantur discrepare non debeant nec professione nec habitu; nam coherere et conjungi non possunt quibus et studia et vota diversa sunt. Si quis autem episcopus post hæc ecclesiasticam rem aut laicali procuratione administrandam elegerit, aut sine testimonio œconomi gubernandam crediderit, vere ut contempitur canonum et fraudator ecclesiasticarum rerum non solum Christo de rebus pauperum judicatur reus, sed etiam et concilio manebit obnoxius.

X. *De monasteriis non convellendis.*

Decima actione poscentibus monasteriorum Patribus pari sententia statuimus, ut cœnobia nuper condita in provincia Bætica, sicut et illa quæ sunt antiqua, immobili et inconcussa stabilitate permaneant solidata.

^a In reliquis, præter A., prædamnavit.

^b A., B. R., F. 3, 4, T. 1, 2, U., conservari.

^c B. R., T. 1, 2, U., G., eundem sacri cœtus eversorem.

A Si quis autem, quod absit, nostrum vel nobis succedentium sacerdotum quodlibet monasterium aut vi cupiditatis exspoliandum aut simulatione aliqua fraudis convellendum vel dissolvendum tentaverit, anathema effectus maneat a regno Dei extraneus, nec proficiat illi bonum fidei vel operis ad salutem qui tanti et tam salutaris vitæ destruxerit tramitem. Super hæc etiam universi Bætici provincie episcopi congregati eundem sacrilegum et eversorem a communione suspendant, convulsum monasterium cum rebus suis restaurent, ut quod imple unus subverterit omnes pie reforment.

XI. *De monasteriis virginum ut a monachis tueantur.*

Undecima actione consensu communi decrevimus ut monasteria virginum in provincia Bætica^d condita monachorum administratione ac præsidio gubernentur. Tunc enim salubria Christo dicatis virginibus providemus, quando eis Patres spirituales elegimus, quorum non solum gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis ædificari possint, ea tamen circa monachos cautela servata, ut remoti ab earum peculiaritate nec usque ad vestibulum habeant accedendi familiaritatem permissum, sed neque abbatem vel eum qui præficitur extra eam quæ præest loqui virginibus⁶⁴⁵ Christi aliquid quod ad institutionem morum pertinet licebit; nec cum sola quæ præest frequenter eis loqui oportet, sed sub testimonio duarum vel trium sororum, ita ut rara sit accessio et brevis omnino locutio. Absit enim ut monachos, quod etiam dictu nefas est, Christi virginibus familiares esse velimus, sed juxta quod jussa regularum vel canonum admonent longe discretos atque sejunctos eorum tantum easdem gubernaculis deputamus, constituentes ut unus monachorum probatissimus eligatur, cujus curæ sit prædia earum rustica vel urbana intendere, fabricas extruere, vel si quid aliud ad necessitatem monasterii providere, ut Christi famulæ pro animarum suarum tantum utilitate sollicitæ solis divinis cultibus vivant, operibus suis inserviant. Sane is qui ab abbate præponitur judicio sui episcopi comprobetur. Vestes autem illæ iisdem cœnobiis faciant a quibus tuitionem expectant, ab iisdem denuo, ut prædictum est, laborum fructus et procurationis suffragium receptoræ. Si qui autem monasteriorum hanc ordinationem aut contempserint aut qualibet inertie dissolutione neglexerint, sciant quod eorum tepor atque superbia ex communicationis sit plectenda censura.

XII. *De quodam Acephalorum episcopo.*

Duodecima actione ingressus est ad nos quidam ex hærese Acephalorum natione Syrus, ut asserit ipse, episcopus, duarum in Christo naturarum proprietatem abnegans et deitatem passibilem asserens: cujus dum nostris sensibus tanti erroris confusio patuisset, prolatis illi de incarnatione Domini nostri Jesu Christi testimoniis sanctorumque Patrum sententiis recitatis, omni eum deinde exhortatione ad

^d Ex reliquis, præter A., in quo: *Batica vel ubique condita.*

veræ fidei rectitudinem sacerdotali modestia invitavit. Qui salutaribus monitis pertinaciter per multos diurnosque conflictus communionem renitens, tandem gratia divina edoctus cunctis coram astantibus hæresim propriam abdicavit, duasque naturas et unam personam in uno eodemque Domino nostro Jesu Christo confessus est, credens impassibilem naturam deitatis atque in sola humanitate suscepisse infirmitates passionis et crucis. Conversus itaque atque receptus suscepit fidei confessionem cum stipulatione iurejurando protulit, atque ab omnibus suis erroribus purgatus apparuit. Talique pro merito gaudentes Christo gratias egimus, quod eundem post pravitatem hæresis ad rectitudinem fidei divina gratia promovisset, quem optamus ut permanens **646** in fide Christi pure ac devotissime conservetur.

XIII. *De duabus in Christo naturis et una persona.*

Tertia decima, id est ultima prosecutione, breviter narrandum putavimus ad refutationem eorundem hæreticorum qui duas naturas Christi post unionem delirantes confundunt, et passibilem in eo divinitatis substantiam asserunt; contra quorum blasphemias oportet nos in una persona Christi geminæ naturæ proprietatem ostendere, passionemque ejus in sola humanitatis susceptione manifestare, ut si forte aliqui stultorum hujus inscientiæ errore decepti sunt, dum ista legerint respiciant rectæque fidei veritatem firmiter teneant. Nam proculdubio multi sunt ^a qui secundum Apostoli vocem prurientes auribus a veritate quidem auditum avertunt, ad fabulas autem convertuntur. Ergo, sicut immaculata fides et sancta Ecclesia Dei docet, conitemur Dominum nostrum Jesum Christum intemporaliter ex Patre Deo natum, temporaliter ex uterò gloriosæ virginis Mariæ hominem editum, et ob hoc in una subsistenti persona duas naturas habentem, deitatis qua ante sæcula genitus est, humanitatis in qua diebus ultimis editus est; in illa secundum formam Dei, in ista secundum formam servi consistens; in illa Patri manens æqualis, in ista sine peccato similis nostræ conditioni; in illa invisibilis, in ista visibilis; in illa inviolabilis, in ista passibilis; in illa ex qua mori non potuit, in ista in qua mortem suscepit. Cujus geminæ naturæ distinctio primum ex litteris legis, deinde ex prophetis et evangelicis atque apostolicis depremdenda est paginis, ut ea quæ asserimus non argumentis sed exemplis Scripturarum firmemus. Lex in una eademque Salvatoris ^b nostri persona sic demonstrat utramque naturam: divinam, loquente Domino ad Moysen: *Eccemitto angelum meum qui præcedat te ^c, observa eum et audi vocem ejus, quia est nomen meum in illo;* humanam, loquente eodem Domino ad Abraham: *In semine tuo benedicentur omnes gentes;* id est in carne Christi quæ de Abraham stirpe descendit. Prophetia in Psalmis sub una eademque Christi persona sic ostendit utramque naturam, divinam secundum

A illud: *Ex utero ante luciferum genui te;* humanam secundum hoc: *Et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus;* divinam secundum illud: *Eruclavit cor meum verbum bonum;* humanam secundum hoc: *Speciosus forma præ filiis hominum.*

647 Prophetia in Proverbiis in una eademque Christi persona sic declarat utramque naturam: divinam secundum illud: *Ante colles genui me;* humanam secundum hoc: *Dominus creavit me in initio viarum suarum;* divinam secundum illud: *Necdum erant abyssi et ego jam concepta eram;* humanam secundum hoc: *Sapientia ædificavit sibi domum, corporis utique sui templum in quo Filius Dei inhabitaret, dum Verbum est caro factum.* Prophetia in Isaia sub una eademque Christi persona sic demonstrat utramque naturam, deitatis secundum illud: *Nunquid qui alios parere facio ipse non pariam? dicit Dominus;* humanitatis secundum hoc: *Ecce virgo in utero concipiet et pariet filium;* divinitatis secundum illud: *Rorate, cæli, desuper, et nubes pluant justum;* humanitatis secundum hoc: *Aperiatur terra et germinet Salvatorem et justitia oriatur simul;* humanitatis secundum hoc: *Parvulus natus est nobis;* divinitatis secundum illud: *Filius datus est nobis.* Parvulus enim in Christus ad susceptæ humanitatis naturam pertinet, quia homo factus est; Filius autem datus ad divinitatem, quia Dei Filius, et ut ostenderet in utraque natura unam esse personam parvulum natum et Filium datum adjecit: *Vocabitur nomen ejus magni consilii angelus, Deus fortis, Pater futuri sæculi.* In Evangelio quoque in uno eodemque Christo divinæ naturæ significatio est: *Ego et Pater unum sumus;* humanæ naturæ insinuatio: *Pater major me est;* divinæ naturæ significatio: *Ego sum veritas et vita;* humanæ naturæ insinuatio: *Tristis est anima mea usque ad mortem;* divinæ naturæ significatio: *Omnia per ipsum facta sunt;* humanæ naturæ insinuatio: *Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me, Patris.*

Paulus quoque apostolus in uno eodemque Christo naturam divinitatis exprimit dum dicit: *Primogenitus omnium creaturæ ipse est ante omnes, et omnia in illo constant;* naturam humanitatis declarat dum dicit: *Ipse est caput corporis Ecclesiæ;* et alibi: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servæ accipiens.* Per hoc enim quod dixit: *Qui cum in forma Dei esset,* naturam in eo divinæ majestatis ostendit: pro eo autem quod adjecit, *Formam servæ accepit,* naturam in eo humanæ humilitatis significavit. Et iterum: *Cum esset, inquit, dives, pauper factus est ut illius inopia nos divites essemus.* Ubi enim dixit: *Cum esset dives,* divinæ naturæ gloria panditur, et ubi adjecit, *Pauper factus est,* humanæ infirmitatis subjectio demonstratur. In ipso initio apostolici symboli geminæ sic ostenditur in una eademque Christi

^a T. 1, 2, sunt stultorum qui.

^b A., Christi persona.

^c In T. 2, recentiori manu, duas inter lineas addi-

tur: *et custodiat te in via et introducat ad locum quem præparavi, observa eum.*

persona naturæ distinctio : deitatis ex Patre dum dicit : **648** Credo in Deum Patrem omnipotentem et in Jesum Christum Filium ejus unicum, Deum et Dominum nostrum ; humanitatis ex matre dum adjecit : Natum de Spiritu sancto ex utero Mariæ virginis.

Ecce ex utroque Testamento duæ naturæ in Christo : divinitatis una, altera humanitatis, quæ quidem gemina unam fecit personam, quia unus idem mediator Dei et hominum homo Christus Jesus.

Jam vero de passione ejusdem Salvatoris nostri et Domini Jesu Christi, quam in sola humanitate non in deitate sustinuit, sicut superius legis et prophetarum auctoritas, Evangeliorum quoque et apostolorum prædicatio adhibenda est.

Lex de passione corporis Christi sic dicit : *Lavabit in vino stolam suam et in sanguine vix pallium suum.* **B** Quid hic pallium, quid stola nisi caro Christi passionis sanguine decorata ? Hæc enim sola contumelias crucis sustinuit ; divinæ vero naturæ majestas nihil injuriæ sensit.

Propheta quoque in Psalmis passionem Christi in carne sola esse sic asserit : *Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea :* ubi non deitatis sed tantum crucifixi corporis injuria intelligitur. Ibi enim in membrorum significatione sola caro clavis suspensa in ligno atque suffixa pronuntiatur, sicut et apud Jeremiam legitur : *Venite, mittamus lignum in panem ejus,* id est crucem in corpore ejus. Neque enim divinitas ligno suspendi potuit, sed sola utique humanitas cruce suffixa pendit ; **C** cujus etiam caro tolerantiam mortis perpessa sic ostenditur alibi dnm dicit : *Caro mea requiescit in spe ;* utique quia sola in Christo carnis materia mortis fragilitate defuncta a spem resurrectionis suæ spectabat, etiam sine corruptione recepturam dum adjecit : *Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

Salomon autem in Canticorum passionem carnis Christi sic prædicat dicens : *Manus, inquit, mee distillaverunt myrrham et digiti mei gutturi :* ubi specialiter ostenditur in manibus ac digitis solam carnem Christi suffixam stipite, sicut in psalmo centesimo octavo decimo legitur : *Confige clavis timoris tui carnes meas.*

Isaias autem Christum in sola humanitate qua apparuit passionis injuriam suscepisse ita prædixit : *Homo, inquit, in plaga et sciens ferre infirmitates, vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit.* Quis ipse nisi utique homo ? nam pati et deficere in illo natura Dei non potuit, sed homo portavit in eo passionem et mortem, in quo et ipsa mors habet conditionem. Nam et cum de eo idem propheta dixisset : *Quis est iste qui venit de Edom, tinctus vestibus de Bosra ?* et adjecit : *Quare rubrum est vestimentum tuum et indumentum tuum tanquam calcantium in torculari ?* Quid hic per indumentum **649** et vestimentum rubrum voluit ostendere nisi solam carnem Christi passionem crucis infectam cruce ? Unde et in ipsa passione

^a B. R., T. 1, 2, *hominem ? et comprehenderunt.*

^b Ex reliquis præter A., in quo : *sed potens est ver-*

chlamyde coccinea Christus induitur, ut imago sanguinis tantum in carne demonstraretur. Jerentias quoque corpus solum obtulisse Christum passioni sic loquitur : *Non sum, inquit, contumax neque contradico, corpus meum dedi percutientibus :* non dixit divinitatem quæ passionem nescit perferre. Et iterum : *Posui scapulas meas ad flagella et maxillas ad palmas.* Quod et ipsum ad carnis patientiam non ad deitatis refertur injuriam. Et Zacharias : *Videbunt, inquit, in quem confixerunt.* Quem alium nisi indubitanter hominem, quem Judæi crucifixerunt, et in carne judicantem videbunt ?

Ecce pronuntiata est passio corporis Christi ex lege et prophetis : transeamus inde ad Evangelia. Ibi quæramus Christum Filium Dei in sola carne portasse valetudines passionis, injuriam crucis, loquente ipso discipulis : *Ecce ascendimus Hierosolymam et consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis : tradetur enim gentibus et uldetur et flagellabitur et conspuetur, et postquam flagellaverint occident eum, et die tertia resurget.* Quod totum in Christo secundum hominem dictum non ad substantiam deitatis, sed ad naturam pertinet carnis. Quod etiam in sequentibus docetur, Judæis dicentibus Christo : *Quod signum ostendis nobis quia hæc facis ?* Et dixit Jesus : *Solvite hoc templum et post triduum suscitabo illud.* Hoc autem dixit de templo corporis sui, nam et in passione sua dum corripiens proditorem diceret : *Juda, osculo filium hominis tradis ?* **C** Quem interrogat tradere proditorem, nisi hominem ? quem et comprehenderunt, non deitatem quam cæcati perfidia nec agnoscere poterunt.

Beatus autem apostolus Paulus Christum in homine solo pertulisse crucem sic asseruit : *Ut homo, inquit, humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis :* qui proinde dicit : *Ut homo, ut nuncupatione hominis distinctio naturæ insinuaretur passibilis.* Quod confirmans alias ait : *An experimentum queritis ejus qui in me loquitur Christus ? Qui non infirmatur, sed ^b potens est in vobis ; nam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, sed vivit ex virtute Dei.* Passus est ergo Christus et mortuus, sed ex nostra infirmitate ; vivit autem impassibilis et immortalis, sed ex sua virtute, quæ tanta est ut in se nec passionem recipiat nec mortem admitat. Petrus quoque apostolorum princeps crucis Christi supplicium sic prædicat in solo corpore consummatum : *Qui **650** peccata, inquit, nostra pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui justitiæ viveremus, cujus livore sanati sumus.* Et paulo post : *Christo igitur passo in carne.* Ergo si Christus in carne est passus, non est secundum Deum, sed secundum hominem crucifixus.

Ecce perpatuit de Filio Dei quod passus est, quod mortuus est, corporis hoc tantum fuisse, non deitatis ; aliena sunt enim ista a Deo, testante propheta de illo : *Deus sempiternus, Dominus creans fines terrarum ejus in vobis.*

non laborabit neque deficiet. Et [T. 1, 2, ac] psalmus A [U., Psalmista]: *Tu autem idem ipse es et anni tui non deficient.* Omnes enim in Christo infirmitates humanitas sola portavit; caro enim habuit vagitus infantie, non divinitas: caro est pannis involuta, non deitas: caro habuit alimenta, caro portavit ætatum commercia: nam et quod fatigatus est, quod esuriit, quod dormivit, quod flevit, quod passioni proximus tristicus fuit, quod postremo ipsam passionem et mortis conditionem sustinuit, totum hoc ad infirmitatem pertinet humanitatis, non ad incomprehensibilem substantiam deitatis. Unus est enim Christus Deus et homo, Verbum et caro, sed unde Deus inde habet immortalitatem, unde homo inde pertulit passionem, et unde caro inde mortuus, et unde Verbum inde æternus. Neque enim potest esse divinitate passibilis qui est virtute paternæ naturæ æqualis: unde et Patri derogatur dum natura deitatis in Filio passibilis creditur. Nam si una Patris et Filii substantia est, utique sicut Pater ita et Filius immortalis est, et si *Ego et Pater unum sumus*, sicut in Patre non est mors, ita nec in Dei Filio mors; et si verum est: *Omnia quæ habet Pater mea sunt*, ergo immortalitas Patris cum Filio est communis. Nam quod ait Apostolus de infidelium ignorantia: *Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent*, non quasi Dominus gloriæ sit crucifixus, ut natura deitatis videatur esse passibilis, sed quia unus in utraque natura est Christus, secundum assumpti hominis formam Dominus gloriæ dicitur passus, sicut e contrario illud: *Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo filius hominis*, dum de cælo non descendisset nisi tantum Dei Filius nondum idem factus hominis filius. Propter personæ igitur unitatem et ad hominem referuntur in Christo quæ Deo propria sunt, et divinitati ascribuntur quæ hominis sunt; et ideo dum pati et mori non deitatis, sed carnis proprium sit, tamen propter personæ unitatem ipse Deus et natus ex virgine et passus et mortuus prædicatur, sed infirmitate carnis nostræ, non virtute divinitatis 651 suæ. Quod vero idem Apostolus ait: *Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus*; sic hic dicitur Filius Dei mortuus, sicut dicitur de martyribus passis et mortuis, quorum tamen animæ non sunt occisæ in corporis passione ore Veritatis testante: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* Ubi agnosci oportet, si anima martyrum corpore perempto suppliciiis extinguere non potest, Deus, qui est conditor animarum, quomodo per crucem carnis pati potuit exitum mortis? Quod etiam alibi apertius declaratur, eodem Filio Dei loquente: *Potestatem habeo ponendi animam meam et potestatem habeo iterum sumendi eam.* Quod si ipsa deitas mortua existit, quæro: quæ animam ipsam resumpsit? stultum est ergo crucis passionem divinæ applicare naturæ, sed tantum creabili et humane. Sola enim caro crucis exitum sensit, sola

^a In reliquis, præter A., *judicaturus de vivis et mortuis.*

caro lanceam pertulit, sola sanguinem et aquam manavit, ipsa sola mortua, ipsa sola in sepulcro posita, ipsa sola de sepulcro tertia die resuscitata, quæ etiam glorificata cælos adiit, in qua et venturus est iudex in gloria Patris iudicaturus ^a vivos et mortuos.

Prolatis igitur Novi ac Veteris Testamenti testimoniis in quibus duæ naturæ Christi patefactæ sunt in una subsistenti persona, et in quibus passio ejus apparuit in homine solo expleta, deinde oportuit sententiam subnecti sanctorum Patrum qui in sacris litteris ingenti gloriæ fulserunt, ut etiam eorum traditione perpateat quia Dominus noster Jesus Christus ex duabus naturis et una persona subsistit, et quia mortem et passionem in sola carne suscepit.

Sanctus igitur Hilarius in expositione Epistolæ ad B Timotheum sic loquitur: Nam et cum dicit Scriptura *homo Christus*, et cum dicit *Christus mortuus*, et cum dicit: *Verbum caro factum est*, non exspoliandus est per fraudulentiam legentis expositionibus suis sermo. Namque ubi homo Christus est præcedit mediator Dei atque hominum, ex Deo homo, utrumque unum, et inter hominem et Deum medius confessione in se utriusque naturæ. Ubi Christus mortuus est subjicitur: qui resurrexit, qui est in dextera Dei: in morte ejus carnis nostræ infirmitas est, in resurrectione virtus ^b ejus, in consensu Dei dignitas. Sanctus quoque Ambrosius in expositione Evangelii secundum Lucam sic asserit: Non enim suam, sed nostram crucem Christus ascendit, nec mors illa divinitatis, sed hominis fuit. Et paulo post: Etenim Christus omnia et in Christo omnia, licet in singulis Christus operetur, caro tamen moritur ut resurgat. Item idem in eodem libro 652 exponens inter alia dicit: *Tristis est anima mea*: et alibi: *Nunc anima mea turbata est valde*: non ergo suscipiens, sed suscepta turbatur, anima enim obnoxia passionibus, divinitas libera. Denique spiritus promptus, caro autem infirma; tristis est autem non ipse, sed anima, non est tristis sapientia, non divina substantia, sed anima: suscepit corpus meum, non me fefellit ut aliud esset et aliud videretur. Sanctus Athanasius in tractatu quem scripsit de Christi Nativitate sic dicit: In hoc sit ergo, fratres charissimi, fides nostra, in hoc tota salus et vita consistat, ut credamus Deum Dei Filium primum ante omnia sæcula a Deo Patre invisibiliter et impassibiliter genitum, deinde ex Maria virgine secundum hominem natum, et secundum hunc hominem passum, mortuum et sepultum resurrexisse, ab inferis ascendisse in cælum. Item idem in expositione de Fide: Verbum, inquit, nascitur de virgine Maria accipiens corpus animale, sed neque Sermo comprehensus est carne, sed in carne et supra carnem, et sicut Deus præscius, Dei virtus, Dei veritas, passus autem humana, sed Sermo Dei impassibilis est. In passione quidem moritur homo ut vivificaret protoplastum, qui ceciderat per inobedientiam. Sanctus Gregorius scribens ad Celedonium dicit: Naturæ enim duæ in

^b B. R., E. 4, T. 1, 2, U., G., *virtutis ejus potentia in consensu.*

Christo, Deus et homo, non autem duo filii nec Dii duo. Item idem in sermone de Filio: Uno autem, inquit, capitulo moneo, ut altiora quidem ascribas divinitati et illi naturæ quæ passionibus et corpore probatur esse superior, humilliora vero humanæ naturæ attribuas, quæ ex parte infirmitatis nostræ assumpta est. Item ipse in quarto libro contra Eunomium: Et ne aliquis incorruptibili naturæ deitatis crucem passionis applicet, per alia manifestius talem emendat errorem, mediatorem ipsum Dei et hominum et hominem et Deum ipsum nominans, ut cum duo de uno dicantur, congruum intelligitur circa utrumque, circa deitatem quidem impassibilitas, circa humanitatem autem dispensatio passionis. Sanctus quoque Basilius in quarto libro contra Eunomium ita scribit: Quid est: *Dominus creavit me, et ante omnes colles genuit me?* Ubi intelligendum hoc quod *genuit* de Dei Filio, hoc autem quod dicit *creavit* de ea parte qua in forma servi est, ut utramque naturam in una persona ostenderet. Sanctus Cyrillus in prima ad Successum epistola dicit: Ergo quantum quidem ad intellectum pertinet et ad videndum tantumdem oculis animæ, quemadmodum incarnatus est Unigenitus, duas naturas esse dicimus, unum autem Filium et Christum et Deum et Dominum, Verbum incarnatum et hominem **653** factum constemur. Item in secunda ad eundem Successum epistola sic ait: Cum unus, inquit, sit et solus Filius Christus, idem ipse Deus et homo sicut in deitate perfectus, ita et in humanitate perfectus: non autem ipsum unigenitum Filium Dei, secundum quod intelligitur et est Deus, passum esse in sua natura, sed passum esse terrena natura. Oportet etenim necessario utraque servari uni et vero Filio, et non pati secundum deitatem, et dici passum esse eundem secundum humanitatem: ipsius enim passa est caro. Idem in expositione Levitici inter alia: Totum in his iterum circuminspice Salvatoris nostri mysterium et emundationem quæ per sanctum baptismum fit: duas enim aviculas sumi jubet vivas et mundas, ut intelligas per volatilia cœlestem hominem simul et Deum in duas naturas, quantum pertinet ad rationem, dividendum unicuique convenientem. Item sanctus Augustinus in Excerptis: Neque enim illa susceptione alterum eorum in alterum conversum atque mutatum est, nec divinitas quippe in creaturam mutata est ut desisteret esse divinitas, nec creatura in divinitatem ut desisteret esse creatura. Nam si substantia hominis, quod absit credere, in divinitatem conversa est, augmentavit aliquid deitati; sed absit ut augmentum recipiat ineffabilis et incomprehensibilis plenitudo. Manet ergo utraque Filii Dei natura et una persona. Rursus ipse adversus Maximum: Si ergo attendas distinctiones naturarum, Filius Dei de cœlo descendit, et filius hominis crucifixus est: si unitatem personæ, et filius hominis descendit de cœlo et Filius Dei est crucifixus in terra. Idem in sequentibus: Oportebat Christum pati et resurgere

A a mortuis die tertia. Ubi resurgeret nisi in eo quod potuit cadere? Ibi resurrexit ubi mortuus est: quare mortem in Verbo, nunquam esse potuit: quare mortem in anima, nunquam esse potuit: quare mortem in carne, plane ibi fuit, et ideo ibi fuit quia mors vera fuit. Et paulo post: Quid miraris? certe vita est Christus. Quare mortua est vita? nec anima mortua est, nec Verbum mortuum est, caro mortua est. Quare? ut in ea mors moreretur. Item in explanatione Joannis evangelistæ: Quis ergo est per quem factus est mundus? Christus Jesus, sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? idem ipse Jesus Christus, sed in forma servi. Beatus quoque Leo apostolicæ sedis antistes in ea epistola quam scripsit ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum sic ait: Salva igitur proprietate utriusque naturæ et in unam euntem personam suscepta est a maiestate humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas, et ad resolvendum conditionis nostræ debitum natura inviolabilis **654** naturæ est unita passibili, ut quod nostris remediis congruebat, unus atque idem mediator Dei et hominum homo Christus Jesus et mori posset ex uno, et mori non posset ex altero. In integra ergo veri hominis perfecta que natura verus natus est Deus, totus in suis, totus in nostris. Et paulo post: Qui manens in forma Dei fecit hominem, idem in forma servi factus est homo: tenet enim sine defecto proprietatem suam utraque natura, et sicut forma servi Dei formam non adimit, ita forma Dei servi formam non minuit. Item paulo post: Agit enim utraque forma cum alterius communionem quod proprium est, Verbo scilicet operante quod Verbi est, et carne exsequente quod carnis est. Unum horum coruscet miraculis, aliud succumbit injuriis, et sicut Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recedit, ita caro naturam nostri generis non relinquit. Sanctus quoque Fulgentius in libro quem de Incarnatione Domini nostri Jesu Christi scripsit inter alia sic intulit: Dico itaque vobis juxta sanctorum Patrum traditionem Dominum nostrum Jesum Christum in duabus naturis et inconluis, id est divinitatis et humanitatis, una persona sive substantia consistere. Idem post alia: Si quis igitur in Domino nostro Jesu Christo aut duas naturas aut unam noluerit sive debita veritatem credere ac prædicare personam, vel si quis noluerit consistere eundem Deum atque hominem, id est Verbum incarnatum de Maria virgine pro nostra salute veraciter natum, tantum catholica fide reprehenditur ac demonstratur extraneus, ut sacramento redemptionis humanæ resistat ingratus. Et paulo post: Verbum ergo caro factum unus et plenus est Christus, unus ex utraque atque in utraque, id est humana divinaque natura, in quo sit utriusque naturæ prorsus initio gloriosa subsistat, ut sive divinitati Christi humanitatem quis demat, sive humanitati divinitatem detrahat, Christum sacrilega infidelitate et blasphemata predicatione dissol-

* *Æ., B. R., E. 4, persistat. T. 1, 2, U., G., perstatit.*

vat. Item paulo post : Christus pro nobis est carne passus, qui de Deo Patre solus natus est impassibilis Deus. Ipsum itaque Christum Filium Dei pro nobis mortem carne gustasse salva immortalitate divinitatis ejus veraciter credimus. Et iterum post hoc : sed quia non est alter Deus, alter homo, sed idem unus est Christus Deus et homo, profecto idem Deus Christus est qui mortem sua carne suscepit, et idem homo Christus est qui mortem sua divinitate destruxit. Idem quippe Christus Dei Filius qui divinitate mori non potuit, carne mortuus est, quam mortalem Deus immortalis accepit; et idem Christus Dei Filius carne mortuus resurrexit, quia immortalitatem suae divinitatis **655** carne mortuus non amisit. Hinc est quod etiam post resurrectionem suam sicut in cicatricibus veris et in vera comestione piscis et mellis soliditatem in se verae carnis edocuit, ita clausis foribus ingrediens veram in se virtutem sempiternae divinitatis ostendit, ut agnosceretur et naturalis fuisse Christi mortuus infirmitas, et eidem resurgenti naturalis inesse majestas.

Haec quidem quae tam divinae Scripturae quam etiam sanctorum Patrum eloquia docuerunt, decretis vestris breviter inserta protulimus demonstrantes gemi-

A nam carnis et deitatis naturam in una Domini et Salvatoris nostri persona, passum quoque eundem in ea natura quae corporis est, non passum in ea natura quae deitatis est. His agitur concordia sententia in tribus secretariis definitis, pro confirmatione sui proprias subscriptiones **656** subjecimus.

Isidorus in Christi nomine Ecclesiae Hispalensis episcopus subscripsi.

Bisinus in Christi nomine Ecclesiae Eliberitanae episcopus subscripsi.

Rufinus in Christi nomine Ecclesiae A-dionensis episcopus subscripsi.

Fulgentius in Christi nomine Ecclesiae Astigitanae episcopus subscripsi.

B Cambra in Christi nomine Ecclesiae Italicensis episcopus subscripsi.

Joannes in Christi nomine Ecclesiae Egabrensis episcopus subscripsi.

Fidentius in Christi nomine Ecclesiae Tuc-itanæ episcopus subscripsi.

Theudulphus in Christi nomine Ecclesiae Malacitanæ episcopus subscripsi.

Honorius in Christi nomine Ecclesiae Cordubensis episcopus subscripsi.

LXVIII

CONCILIIUM BARCINONENSE PRIMUM^a.

Cum convenissent in Dei nomine Barcinone sancti episcopi, id est, Sergius metropolitanus, Nibridius Barcinonensis, Casontius Empuritanus, Andreas Herdensis, Staffilius Gerundensis, Joannes Cæsaraugustanus, Asellus Dertosanus, hæc observanda constituerunt.

I. Ut psalmus quinquagesimus ante canticum dicatur.

II. Ut benedictio in matutinis fidelibus sicut in vespera tribuatur.

III. Ut nullus clericorum comam nutriat aut barbam radat.

IV. Ut diaconus in consensu presbyteri nullatenus sedeat.

V. Ut episcopo presente orationes presbyteri in ordine colligant.

VI. Pœnitentes viri tonso capite et religioso habitu utentes jeuniis et obsecrationibus vitæ tempus peragant.

VII. Ut pœnitentes epulis non intersint nec negotiis operam dent in datis et acceptis, sed tantum in suis domibus vitam frugalem agere debeant.

VIII. De his qui in infirmitatibus pœnitentiam et a sacerdote accipiunt, si postea convalescerint vitam pœnitentiam peragant, excepta manus impositione, segregati a communione quandiu probabilem sacerdos eorum approbaverit vitam.

IX. Jubemus vero in infirmitate positos, vinteam benedictionem percipiant.

^a D. est hoc concilium in reliquis Codicibus præter *Æ.*, ex quo desumptum est.

X. De monachis vero id observari præcipimus quod synodus Chalcedonensis constituit.

De fisco Barcinonensi.

Dominis sublimibus et magnificis filiis aut fratribus numerariis Artemius vel omnes episcopi ad civitatem Barcinonensem fiscum inferentes : Quoniam ex electione domini et filii ac fratris nostri Scipionis comitis Patrimonii in anno feliciter septimo gloriosi domini nostri Reccaredi regis in officium numerarii in civitatem Barcinonensem provincie Tarraconensis electi estis, et a nobis sicut consuetudo est, consensum ex territoriis, quæ nobis administrare consueverunt, postulastis; idcirco per hujus consensu nostri seriem decrevimus, ut tam vos quam agentes, sive adjuutores vestri pro uno modio canonico ad populum exigere debeatis, hoc est siliquas octo, et pro laboribus vestris siliquam unam, et pro inevitabilibus damnis **657** vel inter pretia specierum siliquas quatuor quæ faciunt in uno siliquis quatuordecim. Inibi hordeo, quod pro nostra definitione, sicut diximus, tam vos quam adjuutores atque agentes exigere debeant, nihil amplius præsumant vel exigere vel auferre. Si quis sane secundum consensum nostrum acquiescere noluerit vel tibi inferre minime procuraverit in specie, quod tibi convenerit, fiscum suum inferre procuret. Quod si ab agentibus vestris aliqua superexacta fuerint, quam hujus consensu nostri tenor demonstrat, vos emendare et restituere cui male **658** ablata sunt ordinetis.

In quo consensu subter qui consensimus manibus nostris subscripsimus. Factum consensum sub die pridie Nonas Novembres, anno septimo regni domini nostri.

Artemius in Christi nomine episcopus consensum nostrum subscripsi.

Sophronius in Christi nomine episcopus consensum nostrum subscripsi.

Galanus in Christi nomine episcopus consensum nostrum subscripsi.

Joannes in Christi nomine episcopus consensum nostrum subscripsi.

LXIX

CONCILIIUM BARCINONENSE SECUNDUM.

Cum duce Domino Jesu Christo die Kalendarum Novembrium anno feliciter quarto decimo regni Christianissimi et piissimi domini Reccaredi regis Tarraconensis provincie episcopi in urbem Barcinonensem in ecclesia sancte Crucis fuissent congregati, hoc sancta synodus statuere elegit :

I. Ut cum ad officia ecclesiastica clerici provehantur, nihil pro benedictione aut subdiaconi aut diaconi vel presbyterii collata quidquam vel suboblacionis nomine a quocunque episcopo vel ab ejus clero inquiratur; illud Domini Jesu meminentes edictum quod ait : *Gratis accepistis, gratis date.*

II. Simili etiam statutum conditione est, ut cum chrisma presbyteris diocesanis pro neophytis confirmandis datur, nihil pro liquoris pretio accipiatur, ne gratia Dei pretio benedictionis affecta simoniaco interitum ementibus vendentibusque associet.

III. Hoc etiam innovandum custodiendumve in omnibus sancta statuit synodus, ut secundum priscorum canonum constitutionem vel synodaliū epistolā præsulum præmonentes, nulli deinceps laicorum liceat ad ecclesiasticos ordines, prætermissis canonum præfixo tempore, aut per sacra regalia aut per consensionem cleri vel plebis vel per electionem assensionemque pontificum ad summum sacerdotium aspirare vel proveli, sed cum per canonum conscripta tempora ecclesiasticos per ordinem spirituali opere desudando, probate vitæ adminiculo comitante, conscenderit gradus, ad summum sacerdotium, si dignitati vita responderit, auctiore Domino provehatur : ita tamen ut duobus aut tribus quos consensus cleri et plebis elegerit, metropolitani iudicio ejusque coepiscopis præsentatis, quem sors, præeunte episcoporum Junio, Christo Domino terminante, monstraverit, benedictio consecrationis accumulēt. Aliter deinceps, quod absit præsumptum, et ordinatores et ordinatos proprii honoris depositio subsequatur.

^a Deest hoc concilium in cæteris Codicibus præter *Æ.*

IV. Pari etiam consideratione sancientes, ut si qua virgo propria voluntate, abjecta laicali veste, devotarum more induta castitatem servare promiserit, vel si qui hominum utriusque sexus penitentiae benedictionem expetendo a sacerdote perceperint et ad terrena connubia sponte transierint, aut violenter abstractae feminae a pudicitiae violatore se sequestrare noverint, utriusque ab Ecclesiarum liminibus expulsi ita ab omnium catholicorum communione sint separati, ut nulla prorsus eis vel colloqui consolatio sit relicta.

Asiaticus in Christi nomine episcopus Tarraconensis metropolitane civitatis his constitutionibus interfui, consensi et subscripsi.

In Christi nomine Ugnus Barcinonensis episcopus hunc consensum subscripsi.

Simplicius in Christi nomine Urgelitane Ecclesie episcopus hanc constitutionem consentiens subscripsi.

659 In Christi nomine Aquilinus Ausonensis Ecclesie episcopus hanc constitutionem consentiens subscripsi.

Julianus in Christi nomine Ecclesie Dertosane episcopus consentiens subscripsi.

Mumius in Christi nomine Ecclesie Calagurritane episcopus consentiens subscripsi.

Galanus in Christi nomine Ecclesie Empuritanæ episcopus his constitutionibus annuens subscripsi.

Froisclus in Christi nomine Ecclesie Dertosane **660** episcopus annuens subscripsi.

Joannes peccator de Geruada in his constitutionibus annuens subscripsi.

Maximus Ecclesie Cæsaraugustanæ minister in his constitutionibus annuens subscripsi.

Amelius in Christi nomine Ecclesie Ilerdensis episcopus his constitutionibus annuens subscripsi.

Hergius in Christi nomine Ecclesie Egarensis episcopus in his constitutionibus subscripsi.

LXX

CONCILIIUM NARBONENSE.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, anno feliciter quarto regni domini gloriosissimi Reccaredi regis, Migetius, Sedatius, Benenatus, Boetius, Pelagius, Tigridius, Agripinus et Sergis episcopi Gallie provincie, concilia sanctorum antiquorum Patrum vel

decreta observare cum Dei timore cupientes, nos in urbe Narbona, secundum quod sancta synodus per ordinationem gloriosissimi domini nostri Reccaredi regis in urbe Toletana fluit, die Kalendarum Novembrium Deo auspice in unum convenimus, et aliquanta

^b Deest hoc concilium in reliquis Codicibus præter *Æ.*

quæ juste et pie sunt edita et per patrocinationis A potestatem non supplebantur, ad memoriam nuoc temporibus domini nostri sub præfationibus deducentes, recapitulare fecimus, et quæ pro regula et fidei catholicæ disciplina adhuc visa sunt, communi tractatu elegimus conscribenda et canonibus definitivus adjungenda, quæ tenor capitulorum subsequenter evidenti jure declarat.

I. Hoc regulariter definitum est, ut nullus clericorum vestimenta purpurea induat, quæ ad jactantiam pertinent mundialem, non ad religiosorum dignitatem; ut sicut est devotio in mente, ita et ostendatur in corpore, quia purpura maxime laicorum potestate prædhis debetur, non religiosis: quod quisque non observaverit, ut transgressorem legis coercendum.

II. Hoc itaque definitum est, ut in psallendi ordinibus per quemque psalmum Gloria dicatur omnipotenti Deo; per majores vero psalmos, prout fuerint, prolixius pausationes fiant et per quamque pausationem Gloria Trinitatis Domino decantetur.

III. Nam et hoc secundum priscorum censuram canonum finitum est, ut nullus clericus, subdiaconus, diaconus vel presbyter in plateis resideat; certe nec in plateis stare et fabulis diversis commiseri: quod si quis facere præsumpserit, repellendum omnino ab officio et execrandum; si non emendaverit, et a communione et ab officio privetur.

IV. Ut omnis homo tam ingenuus quam servus, Gothus, Romanus, Syrus, Græcus vel Judæus, die Dominico nullam operam faciant, nec boves jungantur, excepto si immutandi necessitas incubuerit: quod si quisque præsumpserit facere, si ingenuus est, det comiti civitatis solidos sex, si servus centum flagella suscipiat.

V. Secundum concilium Nicænum sanctissimum concinnabula vel conjurationes non fiant clericorum, quæ sub patrocinio solebant fieri laicorum; nec unusquisque de inferiori gradu seniore sibi elatus aut inerepet aut injuriet: quod si quis prætermissio tam justæ censuræ ordine ausus fuerit facere, districtione sævissima corrigatur, ut sub pœnitentiæ nomine vita recedente, id est anno uno in monasterio sciat abjicere superbiam unde inflatur, quod est diabolus, et addiscat humillationem, quia per ipsam mortem gustare dignatus est.

VI. Secundum concilia priscorum orthodoxorum decrevit fraternitas, ut quicumque fuerit culpabilis inventus clericus aut honoratus de civitate et ad monasterium fuerit deputatus, sic abbas qui est prædictus 661 cum illo qui dirigitur agat, sicut ab episcopo manifesta correctione fuerit ordinatus: aliter si abbas facere elegerit, pro correctione tempus aliquod suspendatur, quia ob hanc causam dirigitur ut emendet, non ut passim ferculis diversis saturetur.

VII. Quicumque clericorum a maximo usque ad infra contra sanctæ Ecclesiæ utilitatem agere, tractare vel conari fuerit repertus, merito dejiciatur, quia fidem servare minime cognoscitur.

VIII. Quicumque clericus, subdiaconus, diaconus,

presbyter, sine conscientia episcopi aliquid de possessionibus vel de domo ecclesiæ tulerint aut fraudem fecerint, non solum cum omni dedecore constricti restituant quod fecerunt, sed etiam non debet e ibi in ecclesia esse ubi fraudem visus est operasse: duobus jaceat sub pœnitentiæ annis, et dum desleverit factum, revertatur ad officium.

IX. Hoc ante omnia decretum est, ut Judæis non liceat corpus deducere psallendo, sed, ut eorum habuit mos et consuetudo antiqua, corpus deducant et reponant: quod si facere aliter præsumpserint, inferant comiti civitatis auri uncias sex.

X. Hoc maxime definitum est, ut nullus audeat clericorum ordinationem sui episcopi contemnere, sed ubi ordinatus fuerit ambulare debeat cum gratia et obedientia, et quæ injuncta fuerint agere: quod si sub còthurno superbiam neglexerit implere, non solum ab stipendio, sed anno uno a communione privetur.

XI. Amodo nulli liceat episcoporum ordinare diaconum aut presbyterum litteras ignorantem; sed si qui ordinati fuerint, cogantur discere. Qui vero diaconus aut presbyter fuerit litteris inruditus et desidiose legere vel implere officium distulerit et in ecclesia paratus ad omnia non fuerit, ab stipendio rejiciendum et inclinandum quoad usque curvatus impleat et defendat quod esse cognoscitur aut quid erit in Ecclesia Dei: si non fuerit ad legendum exercitatus et si perseveraverit desidiose et non vult proficere, mittatur in monasterium, quia non potest nisi legendo ædificare populum.

XII. Hæc maximo pro Dei timore et modo disciplinæ canonicæ elegimus custodienda vel tenenda, ut dum missa celebratur, nullus presbyter aut diaconus absque aliqua infirmitate, dum missa perficiatur, egredi de altario audeat, nec diaconus aut subdiaconus, certe vel lector, antequam missa consummetur, alba se non præsumat exuere: quod si quisque non impleverit constituta, presbyteri increpentur ut redeant; diaconos et execrandos et stipendio privandos, reliquos districtione certissima condemnandos.

XIII. Hoc regulariter secundum priorum 662 statuta canonum finitum est, ut tam subdiaconus quam D ostiarius vel reliqui servitium sanctæ Ecclesiæ consuetum absque ulla desidia impleant et senioribus vela ad ostia sublevent: qui contempserint facere et adimplere, subdiaconos verbis corripiendos, et si non emendaverint, ab stipendio privandos, reliquos flagris coercendos.

XIV. Hoc itaque propter ampliandam fidei catholicæ disciplinam elegimus finiendum vel tenendum, ut si qui viri ac mulieres divinatores, quos dicunt esse caragios atque sorticularios, in cujuscunque domo Gothi, Romani, Syri, Græci vel Judæi, fuerint inventi, aut qui ausus fuerit amodo in eorum vana carmina interrogare et non publice hoc voluerit annuntiare, pro hoc quod præsumpsit non solum ab Ecclesia suspendatur, sed etiam sex auri uncias co-

miti civitatis inferat. Hii vero qui tali iniquitate repleti sunt et sortes et divinationes faciunt et populum prævaricando seducunt, ubi inventi vel inventæ fuerint, seu liberi, seu servi, vel ancillæ sint, gravissime publice fustigentur et venundentur, et pretia ipsorum pauperibus erogentur.

XV. Ad nos pervenit quosdam de populis catholice fidei execrabili ritu diem quintam feriam, quæ dicitur Jovis, multos excolere et operationem non facere : quam rem pro Dei timore execrantes et blasphemantes, quicumque ab hac die, præter festivitates in eo die venientes, ausus vel ausa fuerit vacare et operam non facere, si ingenuus est aut ingenua de Ecclesia repellendus et sub pœnitentia mittendus anno uno, et elemosyna et fletu satisfaciatur ut ei Dominus ignoscat : si servus aut ancilla fuerit, centenis flagellis correcti domino consignentur et ultra talia eos observare non permittant.

Migeius in Christi nomine Ecclesie catholice Nar-

bonensis episcopus has constitutiones, secundum quod nobiscum fratribus nostris, Deo inspirante, placuit, relegi et subscripsi.

Sedatius in Christi nomine Ecclesie catholice Vetterensis episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Boetius in Christi nomine Ecclesie Magalonen- sis episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Pelagius in Christi nomine Ecclesie Neuman- nensis episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Tigradius in Christi nomine Ecclesie Agathen- sis episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Sergis in Christi nomine Ecclesie Carcassonensis episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

Agripinus de civitate Loteba in Christi nomine episcopus his constitutionibus interfui et subscripsi.

LXXI

CONCILIIUM OSCENSE *

HABITUM ANNO TERTIO DECIMO REGNI DOMINI NOSTRI GLORIOSISSIMI RECCAREDI REGIS.

663-664 In nomine Domini Jesu Christi convenientes omnes in unum concilio Oscensi, hoc synodus sancta fieri elegit, ut annuis vicibus unusquisque nostrum omnes abbates monasteriorum vel presbyteros et diaconos suæ diocesis ad locum ubi episcopus elegerit congregari præcipiat, et omnibus regulam demonstret duceudi vitas, cunctosque sub ecclesiasticis regulis adesse præmoneat quousque etiam parcimonie et sobrietatis atque veridice castimonie honestorum virorum testimonio fama commendet. Sollicitum etiam pro hac re unumquemque nostrum esse convenit, ut curiosa indagine perquiramus si presbyteris et diaconibus atque subdiaconibus et

clericis pudica et casta sit vita : quod si, quod absit, quidquam malum de quoquam fama dictaverit, per veram et certissimam clericorum probationem vel virorum amanuensium, vel certe illarum feminarum, de quibus fama percurrit, atque etiam diversis argumentis ex quibus adulterorum indicia certissime suspicari solent, omnia argutissime perquirantur, ut nec per falsitatis obumbrationem quisquam notetur, nec per quasdam excusationes admissum facinus operiatur, dum per publicam probationem minime reconvinci garriant, sed probata vitæ se vixisse, honestorum clericorum testimonio clarere demonstrent.

* Deest hoc concilium in cæteris Codicibus præter Æ.

LXXII

CONCILIIUM EGARENSE *.

In nomine Domini Jesu Christi, sub die Iduum Januariarum anno feliciter tertio regni gloriosissimi domini nostri Sisebuti regis, convenientes in unum episcopi provincie Tarraconensis in locum Egara, id sancta instituit synodus, ut constitutio quæ dudum in anno tertio decimo regni divæ memoriæ Reccardi regis in concilio Oscensi constituta quidem, sed minime conscripta fuit, confirmata et in perpetuum valitura perduret; et omne quidquid ex castimonia presbyterorum et inferiorum clericorum conscriptum fuit, eadem forma et de omnibus episcopis sub tali industria solertiaque omni tempore pepigendo scrutetur, ut, auxiliante Domino et adminiculante, talis vitæ sollicitudinem nulla, quod absit, reprehensionis occasio subripere aliquando prævaleat.

Eusebius subscripsi.

* Deest hoc concilium in reliquis Codicibus præter Æ.

Mumius subscripsi.

Joannes subscripsi.

Maximus subscripsi.

Emilia subscripsi.

Rufinus subscripsi.

Ursus subscripsi.

Vincentius subscripsi.

Stephanus subscripsi.

Pompedius subscripsi,

Sinthasius subscripsi.

Iustus subscripsi.

Maximus presbyter, agens vicem domini mei Stephani episcopi, subscripsi.

Fructuosus in Christi nomine diaconus, agens vicem domini mei Gomarelli episcopi, subscripsi.

CONCILIIUM^a EMERITENSE

DUODECIM EPISCOPORUM, HABITUM DIE VIII IDUUM NOVEMBRIS, ANNO XVIII SERENISSIMI ET PISSIMI RECCESVINTHI REGIS, ERA DCCIV.

665—666. Congregatis omnibus provinciæ Lusitanicæ episcopis in nomine Domini et residentibus in sanctæ Jerusalem ecclesia, quæ in Emeritensi urbe, quæ caput hujus provinciæ noscitur esse et sub principali nomine manet dedicata, juxta ordinem priorum canonum nostrorum cum Dei juvamine cœptum est initium. Primum, ut mos est, debitas laudes persolvimus omnipotenti Deo, cujus munere adunati sumus et dono; deinde serenissimo atque clementissimo principi nostro et domino gratiarum actiones impendimus regi Reccesvintho, optantes divinam misericordiam, ut qui ei tribuit regni potestatem concedat et vitæ felicitatem cum pacis quiete, sicque eum de suis hostibus reddat victorem, ut suorum inimicorum colla ditioni ejus subdat gratia favente quatenus et præsentem vitam quietus possideat per tempora longa, et post multa annorum curricula beatitudinis gaudia obtineat per sæcula nunquam finienda. Et quoniam de sæcularibus sancta illi manet cura, et ecclesiastica per divinam gratiam recte disponit mente intentata, sit illi opitulatrix ineffabilis omnipotentis Dei gratia, quæ quærentibus manet propinqua.

I. *De fidei institutione ejusque ordine.*

Juxta priorum Patrum regulam, quæ sancte nobis est tradita, cujus institutione profectum fidei habet sancta Dei Ecclesia catholica, quamlibet permultis conciliis maneat memorata, oportet tamen a nobis non eam esse prætermittendam. Hæc enim est prima concilii via, et nisi digne fuerit astructa perveniendi ad aliud ratio est incongrua. Nos ergo quia certos fatemur in fide et perpetim hanc profiteamur, ore dignum est in hoc sancto concilio credulitatem nostram exponere.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem; et in unum Dominum^b Jesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, hominioni Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo et quæ in terra; qui propter nos et propter nostram salutem descendit et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine homo factus, passus sub Pontio Pilato, sepultus tertia die resurrexit, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris, iterum venturus in gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis; et in Spiritum sanctum dominum et vivificantem ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio ado-

^a Deest hæc concilium in A., Æ. et E. 3. Desumptum est ex Codice B. R. cum variantibus cæterorum lectionibus.

Arandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas: in unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam: constemur unum baptisma in remissionem peccatorum: exspectamus resurrectionem mortuorum, vitam futuri sæculi. Amen.

Hæc est fides nostra et hæc credulitas sancta; hanc quisquis digne tenet judicii tempore remunerationem condignam accipiet; quisquis ab ea discesserit et in hac fide esse noluerit, cum diabolo penas æterni supplicii luet. Oremus ergo omnipotentem Deum, ut hæc credulitas sincera divina nobis conferat beneficium ejusque pietas sancta præsentem in sæculo emeta nobis dimittat peccata, et cum venerit judicare vivos et mortuos, ad **667** dexteram suam nos justificandos statuatur. Si quis non crediderit aut confessus non fuerit Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum esse in Trinitate Deum, anathema sit.

II. *De vespertini officii servando ordine.*

Sicut in fide sancta nostra est unanimitas, ita pro sancto Dei officio debet esse intentio summa. Oportet igitur ut sicut in aliis Ecclesiis vespertino tempore post lumen oblatum prius dicitur vespertinum quam sonnum in diebus festis, ita et a nobis custodiatur in ecclesiis nostris. Si quis hunc ordinem minime custodierit in sua Ecclesia, cunctosque ad se pertinentes non instruxerit ut bonum hujus operis agant, dum ta'e ad metropolitanam pervenerit aures et fuerit res convicta, excommunicationis se noverit seiri sententia.

C III. *Quid sit observandum tempore quo rex in exortu progreditur pro regis, gentis aut patriæ statu atque salute.*

Quantum cum Dei juvamine ratio comperit^c et rectitudinis regula ponatur in ecclesiastico ordine, tantum necessarium est ea excogitare et ordinare quæ clementissimo domino nostro Reccesvintho regi fideliumque suorum genti aut patriæ debeant prosperitatem afferre. Ob hoc ergo instituit^d sanctum concilium, ut quodocumque eum causa progredi fecerit contra suos hostes, unusquisque nostrum in Ecclesia sua hunc teneat ordinem, ita ut omnibus diebus per bonam dispositionem sacrificium omnipotenti Deo pro ejus suorumque fidelium atque exercitus sui salute offeratur, et divinæ virtutis auxilium impetretur, ut salus cunctis a Domino tribuatur, et victoria illi omnipotenti Deo concedatur. Tandiu hic ordo tenendus est quandiu cum divino juvamine ad suam redeat sedem. Quisquis hujus institutionis modum implere distulerit, sciat se a suo metropolitano esse excommunicatum.

^b F. 4, T. 1, 2, *Dominum nostrum Jesum.*

^c E. 4, T. 1, 2, *comperit.*

^d E. 4, T. 1, 2, *instituit hoc sanctum.*

IV. *Qualiter metropolitanus suis confinitimis, aut confinitimi metropolitano suo placitum faciant.*

Postquam fidei nostræ credulitas est manifesta, illa inserenda curavimus quæ rectitudinem faciant in Ecclesia sancta. Cœtus ergo nostræ unanimittatis hoc inserendum esse curavit, ut tempore quo metropolitanus in Ecclesia Dei fuerit ordinatus episcopus, placitum in nomine suorum provincialium^a episcoporum faciat ut caste, sobrie recteque vivat. Similiter et quando confinitimi episcopi in Ecclesiis quibus præesse potuerint fuerint ordinati, placitum faciant in nomine⁶⁶⁸ episcopi sui metropolitani ut caste, recte et sobrie vivant. Quod si juxta canonum sententiam per voluntatem metropolitani atque informationis ejus epistolam per regiam jussionem ab alio metropolitano aliqui fuerint ordinati, tempore quo ad metropolitanum suum post suam venerint ordinationem, tale placitum non differant facere. Quod si distulerint, tandiu quisquis ille excommunicatum se esse noverit, quandiu impleat ordinem bonæ institutionis.

V. *Ut episcopus pro sua persona ad concilium non diaconem, sed aut archipresbyterum aut presbyterum dirigat.*

Juxta canonum ordinem tempore quo concilium per metropolitani voluntatem et regiam jussionem electum fuerit agere, omnes confinitimos episcopos in unum oportet adesse, nec pro tali re quælibet causa opponi debet ad excusationem. Quod si contigerit aliquem de fratribus retineri ab infirmitate, qualiter non possit venire aut per regiam jussionem injunctum acceperit aliquid agere ut sit per quod non possit concilio interesse, quidquid tale acciderit, metropolitano suo fideliter intimet cuncta per suam epistolam manu sua subscriptam, ut in postmodum queratur ne excusationem faciat aliquam. Ad suam tamen personam non aliter nisi aut archipresbyterum suum diriget, aut si archipresbytero impossibilitas fuerit, presbyterum utilem, cujus dignitas cum prudentia patent, a tergo episcoporum inter presbyteros sedere et quæque in eo concilio fuerint acta scire et subscribere. Injustum enim hoc accipit cœtus noster, ut quisquam episcoporum diaconum ad suam personam dirigat; hic enim, quia presbyteris junior esse videtur, sedere cum episcopis in concilio nulla ratione permittitur. Quemcumque ergo ex presbyteris dirigere elegerit, instructum per informationem dirigat, ut ratio possit, atque cum eo mandatarium suum juxta legis ordinem munitum, ut si a quolibet contra eundem episcopum in concilio fuerit suggestum, ab eo quem direxit qui potest accipiat responsum, et justitia quæ fuerit ordinata nullam in postmodum dilationem habeat.

VI. *Qualiter episcopus, admonitione accepta, ad metropolitani suum veniat.*

Deo credimus esse placitum quando pro bono opere dignam in Ecclesia sancta imponimus regulam. Ideoque placuit fraternitati nostræ, ut sicut primatus reverentiæ a metropolitano episcopo jubetur impendi

^a E. 4, T. 1, 2., *comprovincialium.*

A per synodicam regulam, ita et a comprovincialibus⁶⁶⁹ suis serventur hæc monita. Communi deliberatione censemus et sententiæ hujus ordinem servandum institimus, ut dum quisquam comprovincialis episcopus metropolitani sui admonitionem acceperit pro diebus festis Nativitatis Domini et Paschæ cum ea peragendis, veniendi ad eum nullam faciat excusationem. Quod si contigerit eum ab aegritudine esse detentum vel per nimiam intemperantiam aerum non habere qualiter ad præsentiam ejus possit venire, epistolam manu sua subscriptam dirigere debet, in qua hujus rei causa verissime notescat. Quod si sanus qui admonitionem acceperit fuerit, et venire distulerit, absque excommunicatione dimittendus non erit.

B VII. *Qualiter secundum priorum canonum instituta concilium fiat.*

Decretum est de priscis canonibus semel in anno fieri concilium ubi elegerit metropolitani episcopus, atque in ea sancta regula manet ordinatum, ut comprovinciales episcopi, dum a suo metropolitano fuerint admoniti, præsentem esse debeant ad locum temporis debiti, quæ res non extra regiam agitur voluntatem. Sunt nonnulli qui pro hoc admonitionem sui metropolitani et regiam jussionem accipiunt et minime implent quæ jubentur: hos priscorum canonum sententiæ excommunicatos esse jubent usque ad tempus superventuri concilii, et quamvis excommunicationis damno feriantur, nihil tale in his impenditur quod debeant meluere. Placuit huic sanctæ synodo, ut quisquis ille episcopus ad concilium venire distulerit admonitus, illic excommunicationis agat tempus ubi cum his qui præsentem fuerint elegerit metropolitani. Cella vero et res ad eum pertinentes, quousque ille sub poenitentia fuerit, instantia et sollicitudine regantur metropolitani; quia ideo est hoc electum ut discat sub poenitentia quod implere noluit voluntate recta. Dum ergo ad suam redierit cellam, rem in statu inveniat quæ Ecclesiæ suæ est debita.

C VIII. *Quid ordinatum maneat de episcopis qui inter se de parochiis intentionem habent.*

Omnibus penè cognitum manet quomodo divina gratia, quæ cor serenissimi^b domini nostri et principis Recesvinthi regis in manu tenet et ubi vult illud vertit, suggerente sanctæ memoriæ sanctissimo viro Orontio episcopo, animum ejus ad pietatem moverit, ut terminos hujus provinciæ Lusitanæ cum suis episcopis eorumque parochiis juxta priorum canonum sententiæ ad nomen provinciæ⁶⁷⁰ et metropolitani hanc sedem reduceret et restauraret. His ergo juxta eandem regulam decreto synodico judicii formula et suæ clementiæ confirmatione ad hanc metropolim reductis, dum miserante Domino principis jussu in unum ad sanctum convenissemus concilium, unus de eis Seta nomine sanctæ Egidianæ Ecclesiæ episcopus interpellavit sanctam synodum eo quod Justus Salamanticensis Ecclesiæ episcopus debitam illi teneret diocesem, hoc enim etiam adji-

^b E. 4, T. 1, 2., *serenissimi atque clementissimi domini.*

ciens ut de eo id unde ad Gallæciæ metropolim diocesis suæ fuerat possessum ille recipere, quamvis longa post tempora, quæ parochiæ suæ fuerant debita. Sed quia antiquorum canonum sunt instituta, ut si in una provincia quisquis episcopus de alterius diocesi partem aliquam per triginta annos possederit, quietus teneat, justum perspeximus ut quia nec ille triginta annos adhuc habet quo ad hujus provinciæ metropolim reductus est, et ille quod perlongo tempore non possedit recepit, et triginta adhuc non sunt in hoc illi impleti anni, sicut ille ad debitam diocesem rediit, ita et hic qui pulsat diocesim sibi debitam ordinante metropolitano cum suis fratribus per suum sajone[m] recipiat; ita tamen ut de præsentia metropolitani inspectores dirigantur, qui per evidentia signa dioceses ipsas conspiciant, et unusquisque quod illi debitum est accipiat et habeat. Pacta vero, quæ juxta canonicam regulam inter episcopos per pacificam deliberationem justissime fuerint facta, in omnibus placet esse servanda. Quoniam vero episcopis id instituitur esse servandum, ut parochiam suam bene custodiant nec a quolibet fratre eam usurpari permittant: quibus si tricennalis numerus per voluntatem aut negligentiam occurrerit, nullo modo reddenda erit.

IX. *Quid presbyter observare debeat qui presbyteris jubetur dare sanctum chrisma.*

Conveniens in omnibus nobis hæc manet sententia, quæ digne custodiatur in nostra provincia. Placuit, ut quisquis ab episcopo sanctum in potestate presbyteris ad distribuendum tempore opportuno acceperit chrisma, nihil ab eis beneficii causa tollere aut petere præsumat. Similiter et presbyteri, qui sanctum Dei baptisma infantibus tradunt, nihil pro tali gratia a parentibus eorum auferre præsumant. Quod si quis aliquid offert per bonam voluntatem, accipiat gratæ, nihil tamen, ut diximus, auferatur quacunque occasione. Si quis sententiæ hujus ordinem non custodierit eumque transgredi præsumserit, tribus mensibus sub poenitentia excommunicatus manebit.

671 X. *Ut omnis episcopus infra hanc provinciam constitutus archipresbyterum, archidiaconum et primicerium in sua Ecclesia habeat.*

Communi deliberatione sancimus, ut omnes nos episcopi infra nostram provinciam constituti in cathedralibus nostris ecclesiis singuli nostrum archipresbyterum, archidiaconum et primicerium habere debeamus; sanctus quippe est ordo et a nobis per omnia observandus. Ideoque placuit huic magnæ synodo, ut quicumque ad hoc officium pervenerit humilitatem pontifici suo et reverentiam præbeat, ne quolibet modo superbæ fastum quilibet ex his incurrat, sed in ordine quo quisque fuerit constitutus benigne persistat, et sui dignitatem officii per omnia teneat. Si quis ex his sui gradus ordinem non custodierit et quæ illi pro tali officio a suo episcopo imperata fuerint adimplere distulerit, prout causa patuerit, excommunicationis damno mulctandum se noverit.

* Ex reliquis, præter B. R., in quo: curas.

A XI. *Ut omnis presbyter, abbas vel diaconus, episcopo suo humilitatem teneat et reverentiam summam.*

Pervenit ad costum hujus sancti concilii presbyteros, abbates et diaconos episcopo suo inobedientes esse, atque id intronissum est ut dum quilibet ex presbyteris aut abbatibus ecclesiarum suarum a decedentibus episcopis habeant absolutionem, episcopo suo dignam obedientiam justamque reverentiam non exhibeant, et quibus concessa est per canonicam sententiam visitandi suam parochiam, his potius inferatur injuria et movetur calumnia. Proinde placuit huic sancto concilio, ut tam a presbyteris quam ab abbatibus sive etiam a diaconibus episcopo honor debitus impendatur, ut a nullo contumeliam pati videatur, et quandoque contigerit eum juxta canonicam sententiam visitare suam parochiam, et digne eum suscipiant et prout habuerint aut ratio permiserit illi præparent quæ fuerint necessaria. Id ergo per omnia servandum institimus, ut nulli presbytero vel diacono sine voluntate episcopi sui licentia sit sæculares peragere causas aut injunctiones expedire publicas. Si quis hujus ordinem capituli transgredere voluerit, excommunicationis sententia feriendum se noverit.

XII. *Ut episcopus qui illi placiti fuerint de parochia sua presbyteros atque diaconos cathedrales sibi jactat.*

Si priorum canonum sententia hunc recte tenet ordinem, ut episcopus ab alio episcopo, si indigentiam habuerit, clericum ad ordinandum petat et accipiat; cur qui in diocesi sua habet eos, quos pro Dei officio et suo juvamine dignos repererit, ad suam principalem Ecclesiam non perducatur et habeat? Pro hujus rei causa hoc elegit unanimis nostra, ut omnis episcopus provinciæ nostræ si voluerit de parochiatis presbyteris atque diaconibus cathedralem sibi in principali Ecclesia facere, maneat illi per omnia licentia. Hi tamen qui fuerint transducti humilitatem dignam episcopo suo teneant, et eo honore et reverentia habeantur et venerentur in cathedrali Ecclesia, sicut hi quos constat fuisse ordinatos in ea, et quamvis ab episcopo suo stipendii causa per bonam obedientiam aliquid accipiant, ab ecclesiis tamen in quibus prius consecrati sunt vel a rebus earum extranei non maneant, sed pontificali electione sub presbyteri ipsius ordinatione presbyter alius instituatur, qui sanctum officium peragat et discretionem prioris presbyteri victus et vestitus rationabiliter illi ministretur ut non egeat: aut si quasierit qui ordinatur stipendium a suo presbytero accipiat, quantum dignitas officii eum habere expetat; clericis vero vel quos ad serviendum ei dederit per discretionis modum quæ necessaria sunt ministret. Si quis sententiæ hujus ordinem implere distulerit, prout ratio permiserit, excommunicandum se esse noverit.

XIII. *Ut episcopus eum quem viderit de clericis suis ad bonum profectum tendere honorandi et munificandi de rebus Ecclesiæ licentiam habeat.*

In Ecclesia Dei sancta congregatio clericorum sit

non modica, et sunt aliqui quorum intentio non pauca in sancto Dei officio, atque multi quos segnitudo factus minime perducit ad bonum profectum. Ob hoc ergo sancto huic placuit concilio, ut quemcumque episcopus ad bonum profectum viderit crescere, per bonam intentionem venerandi, amandi et honorandi atque de rebus Ecclesie quod voluerit illi largiendi habeat potestatem: hæc enim causa et majoribus majorem prestat gratiam et minores excitat ut ad melius tendant. Quidquid ergo bonis largitur per gratiam ita in jus habeant, ut et remedium ex hoc sentiant et rem Deo dicatam ad augmentum perducat. Quod si id quod acceperint per suam tepiditatem ad profectum minime perduxerint aut detrimentum patuerit, episcopus habeat licentiam sine ullo præjudicio in jure Ecclesie revocare rem propriam.

673 XIV. *De pecunia quæ in Ecclesia Dei offertur fideliter colligenda et fideliter dividenda.*

In sancta Dei Ecclesia diebus festis pro consuetudine et mercede communicationis tempore a fidelibus pecuniam novimus poni. Pro hoc placuit sancto concilio hæc rectitudinis ponere regulam, ut quia omni clero communis labor manet in officio sancto, omnibus juxta meritum ex hoc rependatur vicissitudo. Statuimus in nostris ecclesiis vel civitatibus hoc esse servandum, ut quidquid pecunie a fidelibus in Ecclesia fuerit oblatum, fideliter collectum maneat et conservatum et fideliter episcopo præsentetur, qualiter exinde tres partes fiant æquales: unam episcopus habeat; alteram presbyteri et diacones inibi deservientes consequantur, et inter se ut dignitas et ordo poposcerit dividant; tertia vero subdiaconibus et clericis tribuatur, ut a primicerio, juxta quod in officio eos perspicit esse intento, ita singulis dispensetur. Similis forma et de parochianis presbyteris in ecclesiis illis a Deo creditis erit servanda.

XV. *Ut episcopi atque presbyteri pro gravibus causis, quod legum damnant sententia, sine judicis examine familiam Ecclesie non debeant extirpare.*

Si regalis pietas pro salute hominum suarum legum dignata est ponere decreta, cur religio sancta per sancti concilii ordinem non habeat instituta quæ omnino debent esse cavenda? Ideoque placuit huic sancto concilio, ut omnis potestas episcopalis modum suæ ponat iræ, nec pro quolibet excessu cuilibet ex familia Ecclesie aliquod corporis membrorum sua ordinatione præsumat extirpare aut auferre. Quod si talis emerit culpa, advocato judice civitatis ad examen ejus deducatur quod factum fuisse asseritur. Et quia omnino justum est ut pontifex sævissimam non impendat vindictam, quidquid eorum judice verius patuerit per disciplinae severitatem absque turpi decalvatione maneat emendatum, et ab episcopo suo aut donatus fidelibus suis maneat qui malum aliquod, quod leges graviter damnant admisit, aut abjiciendi eum episcopus si voluerit licentiam habebit. Similiter et quia comperimus aliquos presbyteros, aegritudine accedente, familia

A Ecclesie suæ crimen imponere, dicentes ex ea homines aliquos maleficium sibi fecisse eosque sua potestate torquere et per multam impietatem detrimantare, et hoc emendari placuit per rectitudinem hujus sententia. Instituentes igitur decernimus, ut si presbyter talia pati se dixerit, ad aures hoc sui perducatur episcopi: ipse autem datis bonis hominibus ex latere suo **674** judicem hoc jubeat quærere, et si sceleris hujus causa fuerit inventa, ad cognitionem episcopi hoc reducant, et processa ex ore ejus sententia in malum extirpatum maneat, ne hoc quisquam alius facere præsumat. Si quis sententia hujus ordinem non observaverit, excommunicationis sententia feriendus erit et a clero abjiciendus.

XVI. *Ut episcopo non liceat tertiam de parochianis ecclesiis tollere.*

Bene disposuit divina gratia ut unaquæque ecclesia quidquid a fidelibus collatum est habeat. Perprisicis quippe canonibus erat decretum ut episcopus de parochianis ecclesiis tertiam sequeretur, cui sua plenissime sufficere possunt. Placuit huic sancto concilio ut nullus provincie Lusitanie episcopus sententia hujus terminum excedat, nec a qualibet parochiana ecclesia tertiam auferre præsumat; sed quidquid exinde consequi potuerat totum in reparationem ipsarum basilicarum proficiat. Omnes vero supradicti presbyteri qui virtutem habuerint episcopo suo placitum faciant, ut reparare ecclesias sibi commissas intendant. Quod si facere distulerint, ab episcopo suo districti ecclesias sibi creditas, ut ratio permittit, digne reparant. Ecclesiam tamen, quæ mundiales res nullas habent, sollicitudine, intentione et dispositione episcopali, ut ratio permiserit, habeant reparationem.

XVII. *Ut post mortem episcopi nulli subjectorum licet de eo quidquam detrudere.*

Quis per divinam gratiam in sancta Dei Ecclesia episcopalis ordinatur potestas, dignum est ut sicut honore et bonitate summus habetur in vita, ita post mortem detractio de eo sit nulla. Hujus rei causa hæc sententiam protulit et per omnia jubet esse firmam congregationis nostræ. Instituentes igitur decernimus, ut nullus sui fecius decedentem detrahat episcopum, nullus de eo derogat nec malum quidquam loquatur. Si quis talia deinceps facere præsumperit, si presbyter fuerit, tribus mensibus ab episcopo suo sub pœnitentia religatus maneat; si diaconus, quinquæ; si subdiaconus aut clericus vel quilibet religiosus de majori gradu, quia constat ex his jam aliquos per bonam actionem esse venerandos, novem; si minimi fuerint qui levi corde sint minimæque adhuc personæ, quinquagenis flagellis jussione feriantur episcopi; quod si laicus, quamvis ingenuus in domo ecclesie tamen nutritus et ab ecclesie rebus dignitatis gratia præditus, juxta quod dignitas ejus exegerit, pro tali excessu excommunicationis sententia feriendus erit; si vero de familia ecclesie fuerit quisque, quia et in his discretionis

est gradus, si major **675** fuerit qui dignitate polleat, sex mensibus ab episcopo suo excommunicatus maneat; inferior tamen aut minima disciplina mereatur, juxta quod episcopi sui processerit sententia. Dignum est etenim ut cui in vita honor fuit impensus, post mortem detractionis subtrahatur stimulus.

XVIII. *Ut parochitani presbyteri juxta ut posse habuerint de familia ecclesie suae clericos sibi faciant et habeant.*

Quod quid unanimiter digne disponitur in sancta Dei Ecclesia, necessarium est ut a parochitanis presbyteris custoditum maneat. Sunt enim nonnulli qui ecclesiarum suarum res ad plenitudinem habent, et sollicitudo illis nulla est habendi clericos cum quibus omnipotenti Deo laudum debita persolvant officia. Proinde instituit haec sancta synodus, ut omnes parochitani presbyteri, juxta ut in rebus sibi a Deo creditis sentiunt habere virtutem, de ecclesiae suae familia clericos sibi faciant, quos per bonam voluntatem ita nutriant ut et officium sanctum digne peragant, et ad servitium suum aptos eos habeant. Hi etiam victum et vestitum dispensatione presbyteri merebuntur, et domino et presbytero suo atque utilitati Ecclesiae fideles esse debent. Quod si inutiles apparuerint, ut culpa patuerit, correptione disciplina feriuntur. Si qui presbyterorum hanc sententiam minime custodierit et non adimpleverit, ab episcopo suo corrigatur ut plenissime custodiat quod digne jubetur.

XIX. *Ut presbyter qui plures ecclesias habuerit commissas, pro singulis Dominicis diebus in singulis sacrificium Deo offerre intendat.*

In parochiis multae sunt ecclesiae constitutae, quae a fidelibus factae aut paucum aut nihil de rebus videntur habere; sacerdotali ergo decreto presbytero uni plures exstant commissae; unde cavendum est ne, occurrente paupertate, ordo ibidem non impleatur missae. Proinde salubri deliberatione censemus, ut pro singulis quibusque ecclesiis, in quibus presbyter jussus fuerit per sui episcopi ordinationem praesesse, pro singulis diebus Dominicis sacrificium Deo procurret offerre, et eorum nomina, a quibus eas ecclesias constat esse constructas vel qui aliquid his sanctis ecclesiis videntur aut visi sunt contulisse, si viventes in corpore suat, ante altare recitentur tempore missae; quod si ab hac decesserunt aut discesserint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur suo in ordine. Si quis hanc institutionem presbyter implere neglexerit, dum talis causa per quemlibet ad aures sui episcopi pervenerit, presbyter ille excommunicationis sententia feriendus erit.

676 XX. *Qualiter libertos episcopi faciant vel qualiter liberti a patrocinio Ecclesiae nunquam discedant.*

In priorum canonum ordine institutum manet qualiter episcopi de familia ecclesiae libertos debeant facere. Multi etenim sacerdotes, prout illis concessit divina gratia, habent unde canonicum ordinem impleant et sic libertos faciant, et sunt multi

A qui nihil habentes ad hanc gratiam veniunt et sic libertos facere presumunt. Tales etiam libertos regula canonica esse non jubet stabilitos: contingere etenim solet ut postquam manumisso eorum ab hac discesserit luce, talis occurrat successor qui aut ecclesiae familiam minime quærat, aut per bonam voluntatem vel negligentiam hi a quo nihil ecclesiae offerente liberi facti sunt longo pro tempore libertos se esse defendant, atque eas libertates ita abscondant ut pro hoc quærenti episcopo laborem faciant. Talium si sit voluntas, licentia conceditur nulla quia non potuerunt, neque a servitio Ecclesiae nunquam discedunt et pro his rebus in libertate permanere non poterunt. Sanctorum canonum non abjicienda sunt instituta atque his quae implenda esse oportet addimus nova. Placuit huic sanctae synodo, ut quisquis digne juxta canonicam regulam libertus fuerit factus, in libertate maneat et a patrocinio ecclesiae ipse aut posteritas ejus nunquam discedat. Quisquis vero, non ut ordo canonicus poscit, libertus fuerit factus, quamvis prolixitas temporis in scripturae suae textu inventur, quia a servitio Ecclesiae nunquam visus est abscessisse, et canonica sententia rescindi jubet talem libertatem, ut ille et posteritas omnis ejus in servitio permaneant sanctae Ecclesiae, cui debiti manent per veram originem. Illos vero per omnia stabilitos in libertate esse institimus, qui ab his episcopis liberi sunt vel fuerint facti, qui de suo bona plurima sanctae Ecclesiae, in qua praesident, per suae scripturae textum cognoscuntur contulisse: et hi quamlibet jubeantur esse stabiles, nullo modo recedendi sunt a patrocinio sanctae Ecclesiae. Quod si contigerit eos eorumque filios personis ingenuis esse conjunctos, et quandoque eorum posteritas patrocinium Ecclesiae voluerit despiciere ex cujus familia per veram originem constat eos genitos esse, si ex his libertis trahunt originem qui juxta canonicam sententiam jubentur esse stabiles, et dignitatis suae nomen teneant, et Ecclesiae patrocinium nunquam amittant. Certe si ex his inventi fuerint originem trahere, quae canonicae regulae non jubent liberos esse, quamlibet post longa tempora dummodo origine firmata, reducendi tamen sunt ad sanctae Ecclesiae cui pertinent jura. Liberti **677** tamen ex familia Ecclesiae facti et posteritas quae ex his est procreata, si libertatem suam vel parentum suorum inventi fuerint celasse aut abscondere, et tempore quo ab episcopo fuerint admoniti eam praesentare distulerint, dum eorum origo, ut jam diximus, fuerit manifestata per legalem testem, ad servitium Ecclesiae reducantur, et ut episcopo fuerit placitum ita eos habeat. Haec forma et in presbyteris servanda erit, qui cum voluntate episcopi sui, juxta canonicam regulam, de familia suae Ecclesiae liberos facere voluerint.

XXI. *Qualiter stabilitum manent quod episcopus in amicis suis servis aut libertis de re Ecclesiae suae donare voluerit.*

Non putandum est contra regulam iri canonicam,

quando ea institutum quæ servari oportet de re ecclesiastica. Quamvis etenim canonicæ sententiæ ordinem habeant, quid episcopus pro re Ecclesiæ observare debeat, opportunum tamen est ut ubi ab episcopo bonus impenditur profectus, a succedente institutus teneatur modus, Placuit huic sancto concilio, ut si episcopus Ecclesiæ suæ in qua præsidet de rebus suis inventus fuerit plurima contulisse, quidquid amicis suis servis aut libertis vel quibuscumque personis de Ecclesiæ suæ rebus compertus fuerit aliquid donasse, si triplum aut multo plus patuerit esse quod conscripsit in nomine Ecclesiæ suæ, firmum maneat quod distribuit in personis quæ prænotatæ sunt superiori ordine, nec licebit succedenti episcopo prioris sui irrumpere voluntatem. His etiam si causæ ecclesiasticæ fuerint commissæ, et fideliter prosequentes in rebus Ecclesiæ profectum visi fuerint facere, laboris sui consequantur mercedem, ita ut de eo quidquid acquisierint, quia constat eos non sine utilitate Ecclesiæ negotia commissa peragere, de eo quidquid cum fide et bona intentione ad effectum perduxerint et ad jus Ecclesiæ per eos reductum patuerit, de mobili re decimum suum sequantur; pro immobili ab episcopo reparationem dignam accipiant, et tamen quæ meruerint ipsi aut posteritas eorum vel quibus largiri voluerint perenniter possideant. Si quis episcoporum, contra hujus sententiæ ordinem agens, irrumpere voluerit quod prior ejus fecit, et vocem amittat et scripturæ quæ facta est pœnam adimpleat, insuper et a cœtu fraterno excommunicatus maneat, ut excessus sui emendet causam.

XXII. *Qualiter excommunicari oportet qui canonicæ hujus non custodierit sententiam.*

Quia, juvante nos divina gratia, ea in hoc **678** sancto concilio peregrinus quæ ad rectitudinem ecclesiastici ordinis sunt debita, in aliquibus sententiis cavendi modum imposuimus, aliqua tamen, quia singulari ordine non manent constricta, per hujus sententiæ decretum institutum, quod quisque episcoporum vel presbyterorum atque inferiori gradu constituti debeant metuere. Quisquis hujus canonicæ regulæ instituta servare distulerit, quamlibet major esse videatur, mediocri vero aut inferiori gradu constitutum se esse perspexerit, ut causa permiserit, a metropolitano episcopo cum suis confinitimis, qui supra notatum sententiarum ordinem custodierint, is qui servare distulerit excommunicatum se evidentissimo noverit.

XXIII. *Confirmatio hujus concilii.*

Postquam fidei nostræ exposuimus credulitatem et quæ necessaria existerant, ut potuimus, digessimus

T. 1, 2. Igiditana.

A per ordinem, Creatori nostro et Domino quem credimus Trinum in unitate et veneramur unum in Trinitate Patri et Filio et Spiritui sancto debitas persolvimus laudes, tantæ majestatis glorificantes nomen qui dignatus est nobis rectitudinis viam ostendere: ac deinde serenissimo atque piissimo orthodoxo viro clementissimo domino nostro Reccevintho regi gratiæ impendimus opem, cujus vigilantia et sæcularia regit cum pietate summa, et ecclesiastica plenius disponit divinitus sibi sapientia concessa. Ipse enim Dominus, cujus Trinitatem veneramur et confitemur, et Ecclesiæ suæ fidei conferat lucra et sacerdotibus, ministris atque omni clero, ut digne illi serviant, conferat remedia quæ ipsi sunt parata. Clementissimo principi Reccevintho regi felicem vitam felicioraque præsentem in sæculo, et futuro post in regno sempiterna concedat gaudia possidenda; atque id omnibus in se credentibus præstare dignetur, ut dum sui judicii manifestare voluerit tempus, omnibus tribuat perenne remedium ipse Dominus et Redemptor noster, qui cum Deo Patre et cum Spiritu sancto in Trinitate Deus permanet unus, cui est honor, gloria, virtus et imperium nunc et in omnia sæcula sæculorum. Amen.

Profcio Dei miseratione Lusitanæ provincie sanctæ Emeritensis Ecclesiæ metropolitanae episcopus hæc gesta synodalia cum confluitimis meis episcopis instituta manu mea subscripsi.

C Ego Selva Egiditana civitatis Ecclesiæ episcopus, pertinens ad metropolim Emeritensem, hæc instituta cum archiepiscopo meo Profcio a nobis definita subscripsi.

Adeodatus in Christi nomine sanctæ Pacensis Ecclesiæ episcopus similiter.

679 Asphalius in Christi nomine sanctæ Abitensis Ecclesiæ episcopus similiter.

Theodericus in Christi nomine sanctæ Olyssiponensis Ecclesiæ episcopus similiter.

Theodiscus Dei misericordia episcopus sanctæ Ecclesiæ Laucensis similiter.

Justus Dei miseratione sanctæ Salamanticensis Ecclesiæ episcopus similiter.

Cantaber Dei gratia episcopus sanctæ Ecclesiæ **680** Conimbriensis similiter.

D Donatus in Christi nomine episcopus sanctæ Ecclesiæ Cauriensis similiter.

Exarnus Dei misericordia episcopus sanctæ Ecclesiæ Ozonovensis similiter.

Petrus Dei misericordia Ilborensis Ecclesiæ episcopus similiter.

Aloavius indignus sanctæ Calabriensis Ecclesiæ episcopus similiter.

EPISTOLÆ DECRETALES.

INCIPIT *

NUMERUS DECRETALIIUM

VIGINTI EPISCOPORUM

DAMASI, SIRICII, INNOCENTII, ZOSIMI, BONIFACII, COELESTINI, LEONIS, FLAVIANI, PETRI, HILARII, SIMPLICII, ACACII, FELICIS, GELASII, ANASTASII, SIMACHI, HORMISDÆ, JOANNIS, VIGILII, GREGORII.

I

EPISTOLA DAMASI PAPÆ AD PAULINUM EPISCOPUM ANTIOCHENUM

Dilectissimo fratri Paulino Damasus.

Per filium meum Vitalem ad te scripta direxeram, tuæ voluntati et tuo iudicio omnia derelinquens : et per Petronium presbyterum indicaveram me in articulo jam perfectionis ejus aliqua ex parte commotum. Unde ne aut tibi scrupulus ^b resideret, et volentes forsitan Ecclesiæ copulari tua cautio præblanda differret, fidem misimus non tam tibi, qui ejus fidei communionique ^c sociaris, quam his qui in ea subscribentes ^d tibi, id est, nobis per te voluerint sociari, dilectissime frater. Quapropter si supra dictus filius meus Vitalis, et hi qui cum eo sunt tibi voluerint aggregari, primum debent in ea expeditione fidei subscribere, quæ apud Nicæam pia Patrum voluntate firmata est.

I. *Quod integrum hominem susceperit Christus sine peccato.*

Deinde quoniam nemo potest futuris vulneribus adhibere medicinam, ea hæresis eradicanda est, quæ postea in Oriente dicitur pullulasse, id est, confitendus ipse sapientiæ sermo Filius Dei humanum suscepisse corpus, animam, sensum, id est, integrum Adam, et, ut expressius dicam, totum veterem no-

* In *Æm.* : *Insequuntur decreta quædam præsulum Romanorum ad fidei regulam ecclesiasticam.*

^b Ex *Bibl. Reg., Ger., Tol. 1.* In *Alv.* et reliquis : *scrupulus.*

Astrum sine peccato hominem. Sicut enim confitentes eum humanum suscepisse corpus, non statim ei et humanas vitiorum adjungimus passiones, ita et dicentes eum suscepisse et hominis animam et sensum, non statim dicimus et cogitationum eum humanarum subjacuisse peccato.

II. *Quod unus sit Christus ante sæcula ex Patre natus, et in tempore ex Virgine editus.*

Si quis autem dixerit Verbum pro humano sensu in Domini carne versatum, hunc catholica Ecclesia anathematizat; necnon et eos qui duos in Salvatore filios confitentur, id est, alium ante incarnationem, et alium post assumptionem carnis ex Virgine, et non eundem Dei Filium et ante et postea confitentur. Quicumque huic epistolæ subscribere voluerit, ita tamen ut in ecclesiasticis canones, quos optime nosti, et in Nicænam fidem ante subscripserit, hunc debeas absque aliqua ambiguitate suscipere; non quod hæc ipsa quæ nos subscripsimus non poteris convertentium subscriptioni proponere, sed quod tibi consensus noster liberam in suscipiendum ^e tribuat exemplum.

* *Bibl. Reg., communicationique.*

^d Ex *Æm., Bibl. Reg., Esc. 3, 4., Tol. 1.* In reliquis : *scribentes.*

^e *Æm., Esc. 3, suscipiendo.*

II

EPISTOLA EJUSDEM PAPÆ DAMASI AD EUMDEM PAULINUM.

I. *De damnatione quorundam hæreticorum.*

Post concilium Nicænum, quod in urbe Roma postea congregatum est, catholici episcopi addiderunt de Spiritu sancto : et quia postea is error inolevit, ut quidam ore sacrilego auderent dicere Spiritum sanctum factum esse per Filium, anathematizamus eos qui non tota libertate proclamant eum cum Patre et Filio unius potestatis esse atque substantiæ. Anathematizamus quoque eos qui Sabellii

C sequuntur errorem, eundem dicentes Patrem esse quem et Filium. Anathematizamus Arium atque Euzonitium qui pari impietate, licet sermone dissimili, Filium et Spiritum sanctum asserunt esse creaturas. Anathematizamus Macedonianos, qui de Ario stirpe venientes non perfidiam mutaverunt sed nomen. Anathematizamus Photinum, qui Ebionis hæresim instaurat, qui Dominum Jesum Christum tantum ex Maria confitetur. Anathematizamus eos qui duos fi-

illos asserunt, unum ante secula, et alterum post assumptionem carnis ex Virgine. Anathematizamus eos qui pro hominis anima rationali^a et intelligibili dicunt Verbum Dei in humana carne versatum, cum ipse Filius sit Verbum Dei et non pro anima rationali et intelligibili in suo corpore fuerit, sed pro nostra, id est, rationalem et intelligibilem sine peccato animam susceperit atque salvaverit. Anathematizamus eos qui verum Filium Dei extensione, aut collectione et a Patre separatum in substantiam et finem habiturum esse contendunt.

Si quis non dixerit semper Patrem, semper Filium, semperque Spiritum sanctum, anathema sit.

Si quis non dixerit Filium natum de Patre, id est, de substantia divina ipsius, anathema sit.

Si quis non dixerit Verbum Domini, Filium Dei Deum, et omnia posse, et omnia nosse, et Patri æqualem, anathema sit.

Si quis dixerit quod in carne constitutus Filius Dei, cum esset in terra, in cœlis cum Patre non erat, anathema sit.

Si quis dixerit quod in passione crucis dolorem sustinebat Filius Dei Deus, et non caro cum anima, qua induerat formam servi quam sibi acceperat, sicut ait Scriptura, anathema sit.

Si quis non dixerit quod in carne, quam assumpsit Christus, sedet ad dexteram Patris, in qua venturus est judicare vivos et mortuos, anathema sit.

Si quis non dixerit Spiritum sanctum de Patre esse vere ac proprie, sicut Filius, de divina substantia, et Deum verum, anathema sit.

Si quis non dixerit omnia posse Spiritum sanctum, omnia nosse, et ubique esse, sicut Filium et Patrem, anathema sit.

Si quis dixerit Spiritum sanctum facturum aut per Filium factum, anathema sit.

Si quis non dixerit omnia per Filium et Spiritum sanctum Patrem fecisse, id est, visibilia et invisibilia, anathema sit.

Si quis non dixerit Patris et Filii et Spiritus sancti unam divinitatem, potestatem, majestatem, potentiam, unam gloriam, dominationem, unum regnum, atque unam voluntatem, ac veritatem, anathema sit.

Si quis tres personas non dixerit veras, Patris, et

^a Ger., *rationabili*; sicque postea.

^b Bibl. Reg., Esc. 3, *existimet*.

Filii et Spiritus sancti, æquales, semper viventes, omnia continentes visibilia et invisibilia, omnia potentes, omnia judicantes, omnia vivificantes, omnia facientes, omnia salvantes, anathema sit.

Si quis non dixerit adorandum Spiritum sanctum ab omni creatura, sicut Filium et Patrem, anathema sit.

Si quis de Patre et Filio bene senserit, et de Spiritu sancto non recte habuerit, hæreticus erit: quod omnes hæretici de Filio Dei, et de Spiritu sancto male sentientes, in perfidia Judæorum et Gentium inveniuntur.

II. De unitate Trinitatis.

Quod si quis patiat, Deum Patrem dicens, et Deum Filium ejus, et Dominum Spiritum sanctum Deos dici, et non Deum, propter unam divinitatem et potentiam, quam credimus esse, et scimus, Patris, et Filii, et Spiritus sancti: subtrahens autem Filium, aut Spiritum sanctum, ita solum existimet^b esse Deum Patrem, dici, aut credi unum Deum, anathema sit.

Omnibus imo Judæis, quod nomen deorum in angelis et in sanctis hominibus a Deo est positum et donatum; de Patre autem, et de Filio, et de Spiritu sancto, propter unam et æqualem divinitatem non nomen deorum, sed Dei nobis ostenditur atque indicatur, ut credamus quia in Patre et Filio et Spiritu sancto solummodo baptizamur, et non in archangelorum nominibus aut angelorum, quomodo hæretici, aut Judæi, aut Gentiles dementes faciunt. Hæc ergo salus Christianorum est, ut credentes Trinitati, id est, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, in eo veram solamque unam divinitatem, et potentiam, majestatem et substantiam eandem esse, sine dubio credamus.

III. De sacerdotibus qui de ecclesiis suis ad ecclesias alias migraverunt.

Eos autem sacerdotes qui de ecclesiis ad ecclesias migraverunt, tandiu a communione nostra habeamus alienos, quandiu ad eas redierint civitates in quibus primum sunt constituti. Quod si alius, alio transmigrante, in locum viventis ordinatus est, tandiu vacet sacerdotii dignitate qui suam deseruit civitatem, quandiu successor ejus quiescat in Domino.

^c In Excusis deest paragraphus iste.

III

EPISTOLA SIRICII PAPÆ AD EUMERIUM TARRACONENSEM EPISCOPUM.

De Arianis catholicis non rebaptizandis.

Siricius Eumerio Tarraconensi episcopo salutem.

Directam ad decessorem nostrum sanctæ recordationis Damasum fraternitatis tuæ relationem [*Æm.*, precepcionem], me jam in sede ipsius constituto, quia sic Dominus ordinavit, inveni, quam cum in conventu fratrum sollicitius legeremus, tanta inve-

nimus quæ reprehensione et correctione sinu digna, quanta optarem laudanda cognoscere. Et quia necesse nos erat in ejus labores curasque succedere, cui^a per Dei gratiam successimus in honore, facto, ut oportebat, meæ protectionis prius indicio, ac singula, prout Dominus aspirare dignatus est, con-

^a Ex *Æm.*, Bibl. Reg., Esc. 3, Tol. 1. In Alv. et reliquis: *cujus*.

religionis tuæ responsum competens non negamus quia pro officii nostri consideratione non est nobis dissimulare, non a tacere est libertas quibus major emetis christianæ religionis zelus incumbit. Portamus onera omnium qui gravantur; quin imò hæc portat in nobis beatus Petrus apostolus, qui nos in omnibus ut ^a confidimus, administrationis suæ proteget et tuetur hæredes.

I. *De Arianis a catholicis non baptizandis c.*

Prima itaque paginæ tuæ fronte signasti baptizatos ab impiis Arianis plurimos ad fidem catholicam festinare, et quosdam de fratribus nostris eosdem denuo velle baptizare; quod non licet, cum hoc fieri et Apostolus vetet, et capones contradicant, et post cassatum Ariminense concilium missa ad provincias a venerandæ memoriæ prædecessore meo Liberio generalis decreta prohibeant: quod nos cum Novatiani alisque hæreticis, sicut est in synodo constitutum, per invocationem solam septiformis Spiritus episcopalis manus impositione catholicorum conventui sociamus: quod etiam totus Oriens, Occidensque custodit ^d a quo tramite vos quoque post hæc minime convenit deviare, si non vultis a nostro collegio synodali sententia separari.

II. *Ut præter pascha et pentecosten non celebretur baptismus.*

Sequitur deinde de baptizandorum tempore, prout unicuique libitum fuerit, improbabilis et emendanda confessio, quæ a nostris consacerdotibus, quod commoti dicimus, non ratione auctoritatis alicujus sed sola temeritate præsumitur, ut passim ac libere natalitibus Christi, seu apparitionis, necnon et apostolorum seu martyrum festivitibus innumeræ, ut adseris, plebes baptismi mysterium consequantur, cum hoc sibi privilegium et apud nos, et apud omnes ecclesias dominicum specialiter cum pentecoste sua pascha defendat. Quibus solis per annum diebus ad fidem confluentibus generalia baptismatis tradi convenit sacramenta, his dumtaxat electis, qui ante quadraginta vel eo amplius dies nomen dederint, et exorcismis quotidianisque orationibus atque jejuniis fuerint expiati, quatenus apostolica impleatur illa præceptio, ut, expurgato fermento veteri, nova incipiat esse conspersio. Sicut ergo paschalem reverentiam in nullo dicimus esse minuendam, ita infantibus, qui necdum loqui potuerint per ætatem, vel his quibus in qualibet necessitate opus fuerit, sacri unda baptismatis omni volumus celeritate succurri, ne ad nostrarum perniciem tendat animarum, si, negato desiderantibus fonte salutari, exiens unusquisque de sæculo et regnum perdat et vitam. Quicunque etiam discrimen naufragii, hostilitatis incursum, obsidionis ambiguum, vel cujuslibet corporalis agitudinis desperationem inciderint, et sibi unico credulitatis auxilio poposcerint subveniri, eodem, quo

^a *Æm.*, Bibl. Reg., Esc. 3, 4, T. 1, 2, Ger., Urg., non est tacere.

^b *Ex Æm.*, Esc. 3, Bibl. Reg., Tol. 1. In reliquis: *quæ.*

poseunt, momento temporis expectati regenerationis præmia consequantur. Nactenus erratum in hac parte sufficit.

Nunc præfatam regulam omnes jam teneant sacerdotes, qui nolunt ab apostolicæ petræ soliditate divelli, super quam Christus universalem construxit Ecclesiam.

III. *De apostatis ab Ecclesia separandis.*

Adjectum est etiam quosdam Christianos ad apostasiam, quod dici nefas est, transientes et idolorum cultu ac sacrificiorum contaminatione profanatos: quos a Christi corpore et sanguine, quo dudum redempti fuerant renascendo, jubemus abscedi. Et si resipiscentes forte aliquando fuerint ad lamenta conversi, his, quandiu vivunt, agenda pœnitentiæ est, et in ultimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda, quia, docente Domino, nolumus mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.

IV. *Quod non liceat alterius sponsam in matrimonii jura sortiri.*

De conjugali autem velatione requisisti, si desponsatam alii puellam alter in matrimonium possit accipere: hoc ne fiat modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cujusdam sacrilegii instar est si ulla transgressione violetur.

V. *De his qui acceptam pœnitentiæ minime servaverint.*

De his vero non incongrue dilectio tua apostolicam selem credidit consulendam, qui acta pœnitentiæ, tanquam canes ac sues ad vomitus pristinos et volutabra redeunt, et militiæ cingulum et ludicras voluptates, et nova conjugia, et inhibitos denuo appetivere concubitus, quorum profectam incontinentiam generati post absolutionem filii prodiderint. De quibus, quia jam suffragium non habent pœnitendi, id duximus decernendum, ut sola intra ecclesiam fidelibus oratione jungantur, sacris mysteriorum celebritatibus, quamvis non mereantur, intersint; a Dominicæ autem mensæ convivio segregentur, ut hæc saltem districtione correpti et ipsi in se sua errata castigent, et aliis exemplum tribuant, quatenus ab ohcenis cupiditatibus extrahantur. Quos tamen, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cum ad Dominum cœperint proficisci, per communionis gratiam volumus sublevari. Quam formam et circa mulieres, quæ se post pœnitentiæ talibus pollutionibus devinxerant, servandam esse cœsemus.

VI. *De monachis et virginibus propositum non servantibus.*

Præterea monachorum quosdam atque monacharum, abjecto proposito sanctitatis, in tantam profectaris demersos esse lasciviam, ut prius clanculo velut sub monasteriorum prætextu illicita ac sacrilega

^c *Æm.*, Bibl. Reg., Esc. 3, Tol. 1, 2, rebaptizandis.

^d *Æm.*, Bibl., Reg., Esc. 3, posthæc.

^e *Æm.*, Bibl. R., Esc. 3, 4, prod. derunt.

se contagione miscuerint, postea vero in abruptum conscientiæ desperatione perducti de illicitis complexibus libere filios procreaverint, quod et publicæ leges et ecclesiastica jura condemnant. Has igitur impudicas detestabilesque personas a monasteriorum contu ecclesiarumque conventibus eliminandas esse mandamus, quatenus retrusæ in suis ergastulis tantum facinus continua lamentatione descentes, purgatorio possint posititudinis igne decoqui; ut eis vel ad mortem, solius saltem misericordiæ intuitu, per communionis gratiam possit indulgentia subvenire.

VII. De ministris incontinentibus.

Veniamus nunc ad sacratissimos ordines clericorum, quos in venerandæ religionis injuriam ita per vestras provincias calcatos atque confusos, charitate tua insinuante, reperimus, ut Jeremiæ nobis voce dicendum sit: *Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrymarum et flebo populum hunc die ac nocte?* Si ergo beatus propheta ad lugenda populi peccata non sibi ait lacrymas posse sufficere, quanto nos possumus dolore percelli, cum eorum, qui in nostro sunt corpore, compellimur facinora deplorare, quibus præcipue secundum beatum Paulum instantia quotidiana et sollicitudo omnium ecclesiarum indesinenter incumbit? Quis enim infirmatur et ego non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror? Plurimos autem sacerdotes Christi atque levitas post longa consecrationis suæ tempora tam de conjugii propriis quam etiam de turpi coitu soboles didicimus procreasse, et crimen suum hac prescriptione defendere, qua in Veteri Testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc quisquis ille est sectator libidinum præceptorque vitiorum, si æstimat quod in lege Moysis passim sacris ordinibus a Deo laxata sint frena luxuriæ, cur eos quibus committebantur sancta sanctorum præmonet dicens: *Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester?* Cur etiam procul a suis domibus anno vicis suæ in templo habitare jussi sunt sacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum uxoribus possint carnale exercere commercium, ut conscientiæ integritate fulgentes acceptabile Deo munus offerrent. Quibus, expleto deservitionis suæ tempore, uxoris usus solius successione causa fuerat relaxatus, quia non ex alia nisi ex tribu Levi quisquam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti. Unde et Dominus Jesus, cum nos suo illustrasset adventu, in Evangelio protestatur quia legem venerit implere, non solvere. Et ideo Ecclesiæ, cujus sponsus est, formam castitatis voluit splendore radiare, ut in die judicii, cum rursus adveniret, sine macula et ruga eam possit, sicut per Apostolum suum instituit, reperire. Quarum sanctio-

num omnes sacerdotes atque levitæ insolubili lege constringimur, ut a die ordinationis nostræ sobrietas ac pudicitia et corda nostra mancipemus et corpora, dummodo per omnia Deo nostro in his, quæ quotidie offerimus, sacrificiis placeamus: *Qui autem in carne sunt, dicente electionis vase, Deo placere non possunt. Vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis.* Et ubi poterit, nisi in corporibus, sicut legimus, sanctus sanctus Dei Spiritus habitare? Et quia aliquanti de quibus loquimur, ut tua sanctitas retulit, ignorantia lapsos esse se dederunt, his hac conditione misericordiam dicimus non negandam, ut sine ullo honoris augmento in hoc, quo detecti sunt, quandiu vixerint, officio perseverent, si tamen post hæc continentes sese studuerint exhibere. Hi vero, qui illiciti privilegii excusatione nituntur ubi sibi asserant veteri hæc lege concessum, noverint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne usi sunt, apostolicæ sedis auctoritate dejectos, nec unquam posse veneranda atrectare mysteria, quibus se ipsi, dum obscenis cupiditatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla præsentia cavere nos præmouent in futurum: Si quilibet episcopus, presbyter, atque diaconus, quod non optamus, deinceps fuerit talis inventus, jam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum; quia ferro necesse est excidantur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam.

VIII. Quales debeant ad clericatus officium pervenire.

Didicimus etiam licenter ac libere inexplorata vitæ homines, quibus etiam fuerant numerosa conjugia, ad præfatas dignitates, prout cuique liberit, aspirare. Quod non tantum illis, qui ad hæc immoderata ambitione perveniunt, quantum metropolitani specialiter pontificibus imputamus, qui dum inhibitis ausibus connivent, Dei nostri, quantum in se est, præcepta contemnunt. Et ut tacemus quod altius suspiramus, ubi illud est quod Deus noster data per Moysen lego constituit dicens: *Sacerdotes mei semel nubant?* Et alio loco: *Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam, non repudiatam, non meretricem?* Quod secutus apostolus ex persecutore prædicator, unius uxoris virum tam sacerdotem quam diaconum fieri debere mandavit. Quæ omnia ita vestrarum regionum despiciunt episcopi, quasi in contrarium magis fuerint constituta. Et quia non est nobis de hujusmodi usurpationibus negligendum, ne nos indignantis Domini vox justa corripiat quæ dicit: *Videbas furem et currebas cum eo, et ponebas tuam cum adulteris portionem;* quid ab universis posthac ecclesiis sequendum sit, quid vitandum, generali pronuntiatione decernimus.

IX. De clericorum conversatione.

Quicumque itaque se Ecclesiæ vovit obsequi a sua

quia et ego.

^a Æm., Esc. 3..... *privatas.*

^b Æm., Bibl. Reg., Esc. 3, 4, Ger., Urg., Tol. 1, 2, *sacerdotes..... accipiant.*

^c Bibl., Reg., Esc. 3... *usurpatione.*

^a Æm., *palpebris meis.*

^b Æm., Bibl. Reg., Esc. 3, 4, Tol. 1, Urg., Ger., *minu.*

^c Æm., Bibl. Reg., Esc. 3, 4, Tol. 1..... *quia.*

^d Æm., Bibl. Reg., Esc. 3, 4, Ger., Urg., Tol.....

infantia, ante pubertatis annos baptizari et lectorum debet ministerio sociari, qui ab accessu adolescentiæ usque ad tricesimum ætatis suæ annum, si probabiliter vixerit, una tantum et ea, quam virginem communi per sacerdotem benedictione percepit^a uxore contentus, acolythus vel subdiaconus esse debet; postque ad diaconii gradum, si se ipse primitus continentia præsertim dignum probaverit, accedat: ubi si ultra quinque annos laudabiliter ministraverit, congruus presbyterium consequetur: exinde post decennium episcopalem cathedram poterit adipisci, si tamen per hæc tempora integritas vitæ ac fidei ejus fuerit approbata.

X. De his qui grandævus in sacram militiam convertuntur.

Qui vero jam ætate grandævus mellioris propositi conversione provocatus ex laico ad sacram militiam pervenire festinat, desiderii sui fructum non aliter obtinebit, nisi ex eo quo baptizatur tempore statim lectorum aut exorcistarum numero societur, si tamen eum unam habuisse vel habere et hanc virginem accepisse constet uxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium alio acolythus vel subdiaconus fiat, et sic ad diaconii, si per hæc tempora dignus judicatus fuerit, promoveatur officium: et exinde jam accessu temporum presbyterium vel episcopatum, si eum cleri ac plebis evocarit electio, non immerito sortietur.

XI. De clericis qui ad secundas nuptias transeunt, ut deponantur.

Quisquis ante clericus aut viduus, aut certe secundam conjugem duxerit, omni ecclesiasticæ dignitatis privilegio mox augetur, laica tantum sibi communionem concessa, quam ita demum poterit possidere, si nihil postea, propter quod hanc perdat, tale quicquam admittat.

XII. De feminis quæ cum clericis debeant habitare.

Feminas vero non alias esse patimur in domibus clericorum, nisi eas tantum quas propter solas necessitudinis causas habitare cum eisdem synodus Nicæna permisit.

XIII. De monachorum promotione ad clerum.

Monachos quoque quos tamen morum gravitas et vitæ ac fideli institutio sancta commendat, clericorum officiis aggregari et optamus et volumus, ita ut qui intra tricesimum annum ætatis sunt digni in minoribus per gradus singulos crescentes promoveantur ordinibus, et sic ad diaconatus vel presbyterii insignia maturæ ætatis consecratione perveniant, nec saltu ad episcopatus culmen ascendant, nisi in his eadem, quæ singulis dignitatibus superius præfiximus, tempora fuerint custodita

^a Esc. 3, Urg..... *perceperit.*

^b Ex reliquis, præter Alv., in quo..... *ecclesiastico.*

^c Ex reliquis, præter Alvend., in quo.... *quosque.*

^d Em., Bibl. Reg., Esc. 4, Ger., Tol. 1, *fuerint...*

^e Esc. 4, *fuerant.*

^f Esc. 3..... *clericatus admitti.*

XIV. De clericis ut poenitentiam per impositionem manus sacerdotis non accipiant.

Illud quoque nos par fuit providere, ut sicut poenitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita et post poenitentiam ac reconciliationem nulli unquam laico liceat honorem clericatus adipisci, quia quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere qui dudum fuerunt vasa vitiorum.

XV. De poenitentibus, vel digamis, seu viduæ maritis, ut non permittantur ad ordinem clericatus.

Et quia his omnibus, quæ in reprehensionem veniunt, sola excusatio ignorantis obtenditur, cui nos interim solius pietatis intuitu necesse est clementer ignoscere, quicumque poenitens, quicumque digamus, quicumque viduæ maritus ad sacram militiam indebite et incompetenter irrepsit^f, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, ut id magno debeat computare beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in hoc, quo invenitur ordine perpetua stabilitate permaneat. Scituri posthac provinciarum omnium summi sacerdotes quod si ultra ad sacros ordines quemquam de talibus crederint adumendum, et de suo et de eorum statu, quos contra canones et interdicta nostra provexerint, congruam ab apostolica sede promendam esse sententiam

Explicimus ut arbitror, frater charissime, universa quæ digesta sunt in querelam, et ad singulas causas, de quibus per alium nostrum Bassianum presbyterum ad Romanam Ecclesiam utpote ad caput tui corporis retulisti, sufficientia, quantum opinor, responsa reddidimus. Nunc fraternitatis tuæ animum ad servandos canones, et tenenda decretalia constituta magis ac magis incitamus, ut hæc quæ ad tua consulta rescripsimus, in omnium coepiscoporum nostrorum perferri facias notionem, et non solum eorum qui in tua sunt diocesi constituti, sed etiam ad universos Carthagenenses ac Bæticos, Lusitanos atque Gallecos, vel eos qui vicinis tibi collimitant^h hinc inde provinciis, ut hæc, quæ a nobis sunt salubri ordinatione disposita, sub litterarum tuarum protectione mittantur. Et quanquam statuta sedis apostolicæ vel canonum venerabilia definita nulli sacerdotum Domini ignorare sit liberum, utiliusⁱ tamen et pro antiquitate sacerdotii tui dilectioni tuæ admodum poterit esse gloriosum, si ea, quæ ad te speciali nomine generaliter scripta sunt, per unanimis tuæ sollicitudinem in universorum fratrum nostrorum notitiam perferantur, quatenus et quæ a nobis non inconsulte, sed provide sub nimia cautela et deliberatione sunt salubriter consti-

^f Esc. 3, Bibl. Reg., *irrepsit.*

^g Em., Bibl. Reg., Esc. 3, 4, Ger., Urgel., Tol. 1., 2., *antistites.*

^h Ex reliquis, præter Alv., in quo.... *committant*

ⁱ Ex omnibus Codicibus, præter Alv., in quo.... *utiliter.*

tuta, intemerata permaneant, et omnibus in posterum excusationibus aditu, qui jam nulli apud nos patere poterit, obstruantur. Datum III Idus Februariarum, Arcadio et Bauto consulibus.

IV

EPISTOLA EJUSDEM SIRICII PAPÆ

Per diversos episcopos missa adversus Jovinianum hæreticum ejusque socios ab Ecclesiæ unitate removendos.

Optarem semper, fratres charissimi, dilectionis et pacis vestræ sinceritati gaudia nuntiare, ita ut vicissim discurrentibus litteris sospitatis indicio juvarentur. At vero quia non patitur quietos nos ab incursatione sua vacare hostis antiquus, ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem ut deciperet se ante decepit, pudicitiam adversarius, luxuriæ magister, crudelitibus pascitur, abstinentia puniendus, odit jejunia ministris suis prædicantibus dum dicit esse superflua, spem non habens de futuris, Apostoli sententia repercussus dicentis: *Manducemus et bibamus, cras enim moriemur.* O infelix audacia! O desperata mentis astutia! Jam incognitus sermo hæreticorum intra Ecclesiam cancri more serpebat, ut occupans pectus totum hominem præcipitaret in mortem. Et nisi Dominus Sabaoth laqueum, quem paraverant, dirumperet, scena tanti mali et hypocrisis publicata multorum simplicium corda traxerat in ruinam, quia facile ad deteriorem partem mens humana transducitur, malens per spatiosam viam ambulare quam arctæ viæ iter cum labore transire.

Qua de re necessarium satis fuit, dilectissimi mihi, quæ hic gesta sunt ad vestram conscientiam cognoscendam mandare, ne ignorantia cujuspiam sacerdotis pessimorum hominum Ecclesiam irruentium sub religioso nomine contagio violaret, sicut scriptum est Domino dicente: *Muli venient ad vos in vestitu ovium, intus autem sunt lupi rapaces: ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Hi sunt videlicet qui subtiliter Christianos sese jactant, ut sub velamento pii nominis gradientes domum orationis ingressi sermonem serpentinae disputationis effundant, ut sagittent in obscuro rectos corde, atque a veritate catholica avertendo ad suæ doctrinae rabiem diabolico more transducant atque ovium simplicitatem defraudent. Et quidem multarum hæresum malignitatem ab apostolicis temporibus nunc usque didi-

cimus, et experti probavimus; sed nunquam tales canes Ecclesiæ mysterium latratibus fatigant, quales nunc subito hostes fidei erumpentes, doctrina perfidiae polluti, cujus sint discipuli verborum fructibus prodiderunt. Namque cum alii hæretici singula sibi genera quæstionum male intelligendo proposuerint convellere atque concerpere de divinis institutionibus, isti non habentes vestem nuptialem, sauciantes catholicos, Novi et Veteris Testamenti, ut dixi, continentiam pervertentes, spiritu diabolico, illecebroso atque ficto sermone aliquantos Christianos cœperunt jam vastare, atque suæ dementiae sociare, intra se continentes nequitiae suæ virus, electis blasphemias suas conscriptione temeraria publice prodiderunt, et desperatae mentis furore conciti passim in favorem Gentilium publicarunt. Verum a fidelissimis Christianis viris, genere optimis, religione præclaris, ad meam humilitatem subito scriptura horribila videtur esse delata, ut sacerdotali iudicio detecta divinae legi contraria speciali sententia deleantur. Nos sane nuptiarum vota non aspernantes accepimus quibus velamini intersumus, sed virgines Deo devotas majori honorificentia numeramus. Facto igitur presbyterio constitit doctrinae nostræ, id est, Christianæ legi esse contraria. Unde apostolicum secuti præceptum, quia aliter quam quod accepimus annuatiabant, omnium nostrorum tam presbyterorum et diaconorum, quam etiam totius cleri una facta fuit sententia ut Jovinianus, Auxentius, Genialis, Germinator, Felix, Plotinus, Martianus, Januarius et Ingeniosus, qui auctores novæ hæresis et blasphemiae inventi sunt, divina sententia et nostro iudicio in perpetuum damnati extra Ecclesiam remaneant. Quod custodituram sanctitatem tuam non ambigens hæc scripta direxi per fratres et compresbyteros meos Crescentem, Leopardum, et Alexandrum, qui religiosissimum fidei officium possint spiritu adimplere ferventi

^a Æm. . Bibl. Reg., Esc. 3, 4, Ger., Urg., Tol. 1, disruptisset.

^b In Bibl. Reg. Photinus.

^c In omnibus Codicibus, remanere: forte remanent, ut in excusis.

^d In reliquis præter Alv., in quo religiosum.

V

EPISTOLA EJUSDEM PAPÆ SIRICII PER DIVERSOS EPISCOPOS DIRECTA.

Ut indignus nullus efficiatur episcopus.

Siricius papa orthodoxis per diversas provincias

^a Bibl. Reg., Esc. 4, Urg., constituta.

Cogitantibus nobis metum divini iudicii, fratres charissimi, et post vitam hanc unumquemque

^b Tolet. 2, papa episcopis orthodoxis.

ut ^a gesserit recepturum, quid veniat in querelam tacere non licuit, sed loqui necessitas imperavit, dicente propheta: *Exalta ut tuba vocem tuam*: et cui omnium Ecclesiarum cura est, si dissimulem ^b, audiam Dominum dicentem: *Rejecistis ^c mandatum Dei ut traditiones vestras statuatis*. Quid enim aliud est rejicere mandatum Dei quam privato consilio et humano iudicio novis rebus constituendis liberius delectari?

I. Quinam ad ecclesiasticum ordinem sint promovendi.

Porritum namque est ad conscientiam apostolicæ sedis contra ecclesiasticum canonem præsumi, et quæ ita sunt a maioribus ordinata, ut ne vel levi susurro debeant violari, proprias quosdam novas observationes inducere, et prætermisso fundamento supra arenam construere velle, dicente Domino: *Non transfores terminos quos constituerunt patres tui*. Quod et sanctus quoque apostolus Paulus Novi et Veteris Testamenti prædicator monet, in quo locutus est Christus: *State, inquit, et tenete traditiones vestras ^d quas didicistis sive per verbum, sive per epistolam*. Quæ de re videt vestra sinceritas in sacris ministeriis aut in ordinationibus vestris sacerdotum magna cura et diligenti sollicitudine observari: Denique ad Timotheum loquitur: *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis*. Quod propterea memoratur, ut examine habito ^e probitate morum et ecclesiastico labore sit commendatior qui vocatur in medium ut summum sacerdotium possit accipere, probatus iudicio, non favore; susceptus veritate, non gratia; apostolico ordine functus, non præcipiti voluntate. De quo, charissimi mihi, antea ad vestram sinceritatem hujusmodi litteræ cucurrerunt ^f multo fratrum et consacerdotum consensu hæc vestra subscriptione firmata; ut ecclesiastici canonis dispositio, quæ apud Nicæam translata ^g est, confirmata suo merito fundatissima permaneret: ut tales videlicet ad ecclesiasticum ordinem permitterentur accedere, quales et apostolica auctoritas jubet; non quales nunc ambitus causa conatur arripere, curiales dico, vel eos qui cingulo militiæ sæcularis astricti olim gloriati sunt: qui posteaquam pompa sæculari exultaverunt aut negotiis reipublicæ optaverunt militare, aut curam mundi tractare, adhibita sibi quorundam manu et proximorum

^a In omnibus, præter Alv.,..... prout.

^b Ex reliquis, præter Alv., in quo..... se dissimilem.

Em., Rejecistis.

Em., traditiones quas. Bibl. Reg., Esc. 3, 4,.....

A favore stipati, hi frequenter ingerantur auribus meis, ut episcopi esse possint qui per traditionem **IO** et evangelicam disciplinam esse non possint. Quantis hoc aliquoties certatum est viribus! Sed nihil tale potuit eligi quæ ratio non compellit, etiam ut de longinquo veniant ordinandi ut digni possint et plebis et nostro iudicio comprobari ^h.

II. Ut ignotis sacerdotium non detur.

Quantum illud ferri non potest, ut transeuntes sive simulent sive vero sint monachi ut se appellant, quorum nec vitam possumus scire nec baptismum, quorum fidem incognitam habemus nec probatam, nolint sum, tibus adjuvare sed statim aut diaconos facere, aut presbyteros ordinare festinant, aut quod est gravius episcopos constituere non formidant? Charius apud illos dari sumptum est transeunti, quam sacerdotium nescienti. Inde in superbiam exaltantur; inde ad perfidiam cito corruunt, quia fidem veram in ecclesiasticis toto orbe peregrini discere non asserunt.

III. Ut neophyti sive laici sacerdotes non fiant.

Certe etiam et illud non fuit prætermittendum, quod semel aut secundo necessitas hæreticorum intulit contra apostolica præcepta, velut lege licitam, cœpisse præsumi: neophytum sive laicum, qui nullo ecclesiastico functus fuerit officio, inconsiderate vel presbyterum, vel diaconum ordinari; quasi meliores apostolis sint, quorum audeant mutare præceptam, et qui non didicit jam docere compellitur. Ita nullus reperitur idoneus clericorum? Nec inter diaconos nec inter alios clericos invenitur qui sacerdotio dignus habeatur, sed ad condemnationem Ecclesiæ laicus postulatur? Quod ne fiat, hortor, admoneo, prædico; ut unam fidem habentes unum etiam in traditione sentire debeamus, probantes unanimis atque concordis pacifici in Christo et in observationibus apostolicis habere charitatem. Medio itaque Patre et Unigenito Filio ejus et Spiritu sancto et unius divinitatis Trinitate convenio, ut in his fides catholica et disciplina nostra permaneat. Nec quisquam ordinet tanquam ordinationes terrenas fieri, cum celeste sit sacerdotium, ut fidelibus gloria maneat dignitatis ejusdem, et ante tribunal Christi exhibere non habeat quod accuset.

^D nostras.

^e Ex *Em.*, Bibl. Reg., Esc. 4, Esc. 3, concurrerunt. In reliquis, concurrunt.

^f *Em.*, Esc. 3, 4, Ger., Tol.,..... tractata.

^g A sequenti numero desunt folia in Esc. 3.

VI

EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ AD DECENTIUM EPISCOPUM.

Innocentius Decentio episcopo Eugubino ^a salutem.

Si instituta ecclesiastica, ut sunt a beatis apostolis tradita, integra vellent servare Domini sacerdotes, nulla diversitas, nulla varietas in ipsis ordinibus et

consecrationibus haberetur. Sed dum unusquisque non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit hoc æstimat esse tenendum, inde diversa in diversis locis vel ecclesiis aut tenori aut celebrari videntur, ac fit scandalum populis, qui, dum nesciunt traditio-

^a Ex *Em.*, Bibl. Reg. In reliquis..... *Eugubino*.

nes antiquas humana præsumptione corruptas, putant sibi aut Ecclesiæ non convenire, aut ab apostolis, vel apostolicis viris contrarietatem induciam. Quis enim nesciat aut non advertat id quod a principi, e apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari, nec superinduci aut introduci aliquid, quod auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum, præsertim cum sit manifestum in omnem Italiam, Galliam ^a, Hispanias, Africam, atque Siciliam, **II** insulasque interjacentes nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilis apostolus Petrus aut ejus successores constituerunt sacerdotes? Aut legant, si in his provinciis alius apostolorum invenitur, aut legitur docuis e. Qui si non legunt, quia nusquam inveniunt [*Æm.*, invenitur], oportet eos hoc sequi quod Ecclesia Romana custodit, a qua eos principium ^b accepisse non dubium est, ne dum peregrinis assertionibus ^c student, caput institutionum videantur omittere. Sæpe dilectionem tuam ad urbem venisse, ac nobiscum in ecclesia convenisse non dubium est, et quem morem vel in consecrandis mysteriis, vel in cæteris agendis arcanis teneat cognovisse. Quod sufficere arbitrarer ad informationem Ecclesiæ tuæ vel reformationem, si præcessores tui minus aliquid aut aliter tenuerint satis certum haberem, nisi de aliquibus consulendos nos esse dixisses. Quibus ideo respondeamus non quod te aliqua ignorare credamus, sed ut majori auctoritate vel tuas instituas, vel si qui a Romanæ Ecclesiæ institutionibus errant aut commoneas, aut indicare non differas, ut scire valeamus qui sint qui aut novitates inducunt, aut alterius Ecclesiæ quæ Romanæ existimant consuetudinem esse servandam.

I. De pacis ^d osculo dando post confecta mysteria.

Pacem igitur asseris ante confecta mysteria quosdam populis imperare, vel sibi inter se sacerdotes tradere, cum post omnia, quæ aperire non debeo, pax sit necessaria indicenda, per quam constet populam ad omnia, quæ in mysteriis aguntur atque in Ecclesia celebrantur, præbuisse consensum, ac finita esse pacis concludentis signaculo demonstrantur.

II. De nominibus ante precem sacerdotis non recitandis.

De nominibus vero recitandis, antequam precem sacerdos faciat atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendet, quam superfluum sit, et ipse pro tua prudentia recognosces, ut cujus hostiam necdum Deo offeras, ejus ante nomen insinues, quamvis illi incognitum nihil sit. Prius ergo oblationes sunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum sunt, edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur; non inter alia quæ ante præmittimus, ut ipsis mysteriis [*Æ.*, ministeriis] viam futuris precibus aperiamus.

^a *Æm.*, Bibl. Reg., Esc. 4, *Gallias*.

^b *Gerund*..... *a qua se hoc principium*.

^c *Ex Æ*, Bibl. R., Esc. 4, T. 1. In reliquis deest vel assertionibus.

A III. Quod non debent baptizati nisi ab episcopis consignari.

De consignandis vero infantibus manifestum est, non ab alio, quam ab episcopo fieri licere. Nam presbyteri, licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hoc autem pontificibus solis deberi ut vel consignent, vel paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum et illa lectio Actuum apostolorum, quæ asserit Petrum et Joannem esse directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum sanctum. Nam presbyteris, seu extra episcopum seu præsertim episcopo cum baptizant, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum; non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis cum tradunt Spiritum paracletum. Verba vero dicere non possum, ne magis prodero videar, quam ad consultationem respondere.

IV. Quod rite omni sabbato jejunatur.

Sabbato vero jejunandum esse ratio evidentissima demonstrat. Nam si diem Dominicum ob venerabilem resurrectionem Domini nostri Jesu Christi non solum in pascha celebramus, verum etiam per singulos circulos hebdomadarum ipsius dici imaginem frequentamus; ac si sexta feria propter passionem Domini jejunamus, sabbatum prætermittere non debemus, quod inter tristitiam atque lætitiæ tempore illius videtur inclusum. Nam utique constat apostolos biduo isto et in mœrore fuisse, et propter metum Judæorum se occuluisse, quod utique non dubium est in tantum eos jejunasse biduo memorato, ut traditio Ecclesiæ habeat isto biduo sacramenta penitus non celebrari. Quæ forma utique per singulas tenenda est hebdomadas propter id quod commemoratio diei illius semper est celebranda. Quod si putant semel atque uno sabbato jejunandum, ergo et Dominica, et sexta feria semel in pascha erit ut que celebranda. Si autem Dominici diei ac sextæ ferie per singulas hebdomadas reparanda imago est, dementis est bidui agere consuetudinem sabbato prætermisso, cum non disparem habeat causam a sexta videlicet feria in **12** qua Dominus passus est, quando et ad inferos fuit, ut tertia die resurgens redderet lætitiæ post biduanam tristitiam præcedentem. Non ergo nos negamus sexta feria jejunandum, sed dicimus et sabbato hoc agendum, quia ambo dies tristitiam apostolis vel his qui Christum secuti sunt indixerunt: qui die Dominico exhilarati non solum ipsam festivissimum esse voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse duxerunt ^e.

V. De fermento civitatis presbyteris dirigendo.

De fermento vero, quod die Dominico per titulos mittimus, superflue nos consulere voluisti, cum omnes Ecclesiæ nostræ intra civitatem sint constitutæ. Quarum presbyteri, quia die isto propter plebem

^d *Tol. 1, 2, De pace*..... *danda*.

^e *Bibl. Reg. Esc. 4, Ger., Urgel., Tol. 2, dixerunt*.

sibi creditam nobiscum convenire non possunt, idcirco fermentum a nobis confectum per acolythos accipiunt, ut se a nostra communione maxime illa die non judicent separatos. Quod per parochias fieri debere non puto, quia non longe portanda sunt sacramenta: nec nos per coemeteria diversa constitutis presbyteris destinamus, et presbyteri eorum conficiendorum jus habeant atque licentiam.

VI. De energumenis baptizatis.

De his vero baptizatis, qui postea a dæmonio, aut vitio aliquo aut peccato interveniente, arripiuntur, quæsit dilectio tua, si a presbyteris, vel diaconibus possint aut debeant signari, quod hoc nisi episcopum præcipere non licet: nam eis manus imponenda omnino non est, nisi episcopus auctoritatem dederit id efficiendi. Ut autem fiat, episcopi est imperare ut manus eis vel a presbytero, vel a cæteris clericis imponatur. Nam quomodo id fieri sine magno labore poterit, ut longe constitutus energumenus ad episcopum deducatur, cum si talis casus ei in itinere acciderit, nec ferri ad episcopum nec referri ad sua facile possit?

VII. De pœnitentibus.

De pœnitentibus vero, qui sive ex gravioribus commissis sive ex levioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interveniat ægritudo, quinta feria ante pascha eis remittendum Romanæ Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Cæterum de pondere æstimando delictorum sacerdotis est judicare, ut attendat ad confessionem pœnitentis, et ad fletus, atque lacrymas corrigentis, ac tunc jubere dimitti cum viderit congruam satisfactionem. Sane si quis in ægritudinem inciderit, atque usque ad desperationem devenerit, ei est ante tempus paschæ relaxandum, ne de sæculo absque communione discedat.

^a Bibl. Reg., Totel. 1,..... presbyteros ecclesiam et, etc.

A VIII. De epistola sancti Jacobi apostoli, in qua pro infirmis orare præcipitur.

Sane quoniam de hoc, sicut de cæteris, consolere voluit dilectio tua, adjecit etiam filius meus Cælestinus diaconus in epistola sua esse a tua dilectione positum illud, quod in beati apostoli Jacobi epistola conscriptum est: *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros^a et orent super eum ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et suscitabit illum Dominus, et si in peccatis fuerit remittentur ei.* Quod non est dubium de fidelibus ægrotantibus accipi, vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt, quo ab episcopo confecto non solum sacerdotibus sed et omnibus Christianis uti licet in sua aut in suorum necessitate ad uogendum. Cæterum illud superfluum videmus adjectum, ut de episcopo ambigatur quod presbyteris licere non dubium est. Nam idcirco presbyteris dictum est, quia episcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. Cæterum si episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem a se visitandum, et benedicere, et tangere chrismate sine cunctatione potest, cujus est ipsum chrisma conficere. Nam pœnitentibus istud fundi non potest quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi? His igitur, frater charissime, omnibus quæ tua dilectio voluit a nobis exponi, prout potuimus respondere curavimus, ut Ecclesia tua Romanam consuetudinem, a qua originem ducit, servare valeat atque custodire. Reliqua vero, quæ scribi fas non erat, cum adfueris, interrogati poterimus edicere. Erit autem Domini potentia etiam id procurare, ut et tuam Ecclesiam et clericos nostros, qui sub tuo pontificio divinis famulantur officis, bene instituas, et aliis formam tribuas, quam debeant imitari. Data xv Kalendas Aprilis, Theodosio Augusto VII et Palladio^b viris clarissimis consulibus.

^b Tol. 1, Palladio V consulibus.

VII

EPISTOLA IN EUSDEM INNOCENTII PAPÆ AD VICTORICUM ROTHOM. EPISCOP.

Innocentius Victorico episcopo Rothomagensi salutem.

13 Eui tibi, frater charissime, pro merito et honore sacerdotii, quo plurimum polles, vivendi et docendi ecclesiastica nota sint regulæ, neque sit aliquid quod de sacris lectionibus tibi videatur ignotum: tamen quia Romanæ Ecclesiæ normam atque auctoritatem magnopere postulasti, voluntati tuæ morem admodum gerens digestas vitæ et morum probabilium disciplinas annexas litteris meis misi, per quas advertant ecclesiarum regionis vestræ populi, quibus rebus et regulis Christianorum vita in sua cujusque professione debeat contineri, qualisque in urbis Romæ ecclesiis ordo servetur. Erit dilectionis tuæ per plebes finitimas et consacerdotes nostros, qui in illis regionibus propriis ecclesiis

D præsidet, regularum hunc librum quasi didascalicum atque monitorem sedulo insinuare, ut et nostros cognoscere et ad fidem confluentium mores valeant docendi sedulitate formare. Aut enim propositum suum ex hac nostra congruenti lectione cognoscent, aut si quid adhuc desideratur, facile poterunt ex bona imitatione supplere. Incipiam igitur, adjuvante Deo et sancto Petro apostolo, per quem et apostolatus et episcopatus in Christo cœpit exordium, ut quoniam plures sæpe emergerunt causæ, quæ in aliquantibus non erant causæ, sed crimina, de cætero sollicitudo sit unicuique sacerdoti in sua ecclesia curam hujusmodi habere, sicut beatus apostolus prædicat Paulus talem ecclesiam Deo exhibendam non habentem maculam aut rugam, ne alicujus morbidæ ovis afflata conscientia nostra contaminata videatur.

Propter eos igitur, qui vel in ignorantia vel desidia non tenent ecclesiasticam disciplinam, et multa non presumenda præsumunt, recte postulasti, ut in illis partibus istiusmodi, quam tenet Ecclesia Romana, forma servetur: non quod nova præcepta aliqua imperentur, sed ea, quæ per desidiam aliquorum neglecta sunt, ab omnibus servari cupiamus, quæ tamen apostolica et Patrum traditione sunt constituta. Scriptum est namque ad Thessalonicenses apostolo Paulo monente: *State et tenete traditiones nostras, quas tradidi vobis sive per verbum, sive per epistolam.* Illud certe tuam debet mentem vehementius exercere, ut ab omni labe sæculi istius ante Dei conspectum securus inveniaris. Cui multum enim creditur plus ab eo exigitur cum usura poenarum. Ergo quoniam non pro nobis tantum, sed et pro populo Christi præstare cogimur rationem, disciplina dominica populum erudire debemus. Quosdam enim asseris existisse, qui, statuta majorum non tuentes, castitatem Ecclesiæ sua præsumptione violant, populi favorem sequentes et Dei iudicium non timentes. Ergo ne silentio nostro existimemur his præbere consensum, dicente Domino per prophetam: *Videbas furem et currebas cum eo*; hæc sunt quæ deiiceps intuitu divini iudicii omnem catholicum episcopum expedit custodire.

I. *Quod extra conscientiam metropolitani non sint ordinandi episcopi.*

Primum ut extra conscientiam metropolitani episcopum nullus audeat ordinare. Integrum est enim iudicium, quod plurimorum sententia confirmatur. Nec unus episcopus ordinare præsumat episcopum, ne furtivum beneficium præstitum videatur. Hoc enim et synodus Nicæna constituit.

II. *De his qui post baptismum cingulum militiæ secularis acceperunt.*

Si quis vero post remissionem peccatorum cingulum militiæ secularis habuerit, ad clericatum admitti omnino non debet.

III. *De causis clericorum, quæ, in provincia si minime finiuntur, ut ab apostolica sede determinentur.*

Si quæ autem causæ vel contentiones inter clericos tam superioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, secundum synodum Nicænam congregatis ejusdem provinciæ episcopis iudicium terminetur, nec alicui liceat (sine præiudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus causis debetur reverentia custodiri), relictis his sacerdotibus qui in eisdem provinciis Dei ecclesias gubernant, ad alias convolare provincias. Quod si quis forte præsumperit, ab officio clericatus submotus et injuriarum reus ab omnibus iudicetur. Si majores causæ in medio fuerint devolutæ, ad sedem apostolicam, sicut velis consuetudo exigit, post iudicium episcopale referantur.

^a Ex Bibl. Reg. Codice. In reliquis: *concurrerbas.*

^b Ex reliquis, præter Alv. Urg., et Ger., in qui-

IV. *De uxoribus clericorum: ut virginibus socientur, et secundam non ducant uxorem.*

Mulierem viduam clericus non ducat uxorem, quia scriptum est: *Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam nec ejectam.* Utique quia ad sacerdotium labore suo et vitæ probitate contendit, cavere debet ne hoc præiudicio impeditus pervenire non possit.

V. *Ut et laicus viduam duxerit, clericus non fiat.*

Ut is qui mulierem viduam, licet laicus, duxit uxorem, seu ante baptismum sive post baptismum, non admittatur ad clerum, quia eodem vitio videtur exclusus. In baptismo enim crimina dimituntur, non acceptæ uxoris consortium relaxatur.

VI. *Ut clericus non sit, qui secundam duxerit.*

Nec is qui secundam duxerit uxorem, clericus fiat, quia scriptum est: *Unius uxoris virum*; et iterum: *Sacerdotes mei semel nubant.* Ac ne ab aliquibus æstimetur ante baptismum, si forte quis accepit uxorem, et ea de sæculo recedente alteram duxerit, et dixerit in baptismo esse dimissum, satis errat a regula, quia in baptismo peccata dimituntur, non acceptarum uxorum numerus aboletur: cum utique uxor ex legis præcepto ducatur in tantum, ut et in paradiso parentes humani generis, cum jungerentur, ab ipso Domino sint benedicti: et Salomon dicat: *A Deo præparabitur viro uxor*; quam formam etiam sacerdotes omnes servare usus ipse Ecclesiæ demonstrat. Satis enim absurdum est aliquem credere uxorem ante baptismum acceptam post baptismum non computari, cum benedictio, quæ per sacerdotem super nubentes imponitur, non materiam delinquendi dedisse, sed formam tenuisse a Deo legis antiquius institutæ doceatur. Quod si non putatur uxor esse computanda, quæ ante baptismum ducta est, ergo nec filii, qui ante baptismum geniti sunt, pro filiis habeantur.

VII. *Ut alterius clericum nullus episcopus ordinare usurpet.*

Ut de aliena ecclesia clericum ordinare nullus usurpet, nisi ejus episcopus precibus exoratus concedere voluerit: quod etiam Nicæna videtur synodus continere. Abiectus a sua ecclesia clericus ab altera ergo non suscipiatur ecclesia.

VIII. *Ut non rebaptizentur qui a Novatianis, vel Montensibus veniunt.*

Ut venientes a Novatianis vel Montensibus per manus tantum impositionem accipiantur, quia, quantumvis ab hæreticis, tamen in Christi nomine sunt baptizati, præter eos, qui forte a nobis ad illos transeuntes rebaptizati sunt. Hi, si resipiscentes et ruinam suam cogitantes redire maluerint, sub longa poenitentiae satisfactione admittendi sunt.

IX. *Ut sacerdotes et levitæ cum mulieribus coire non debeant.*

Præterea, quod dignum et pudicum et honestum est, tenere Ecclesia omnimodo debet, ut sacerdotes et levitæ cum uxoribus suis non misceantur, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. Scri-

bis: *catholicorum.*

^c Esc. 4,....., *commisceantur.*

ptum est enim : *Sancti estote, quoniam et ego sanctus sum Dominus Deus vester.* Nam si priscis temporibus de templo Dei sacerdotes anno vicis suæ non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domum suam omnino tangebant; quibus utique propter sobolis successionem uxoris **15** usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu et præterquam ex semine Aaron ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere, quanto magis hi sacerdotes vel levitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, quibus vel sacerdotium vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, qua vel a sacrificiis divinis aut a baptismatis officio vacent? Nam si beatus apostolus Paulus ad Corinthios scribit dicens : *Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi* : et hoc utique laicis præcipit, multo magis sacerdotes, quibus et orandi et sacrificandi iuge officium est, semper debent ab huiusmodi consortiis abstinere. Qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore sacrificare usurpabit, aut qua conscientia, quove merito exaudiri se posse credit, cum dictum sit : *Omnia munda mundis; coinquanatis autem et infidelibus nihil est mundum? Sed fortasse licere hoc credit, quia scriptum est : unius uxoris virum.* Non permanentem in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non admisit qui ait : *Vellem autem omnes sic esse sicut et ego.* Quod et apertius declarat dicens : *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu.*

X. Ut monachus, si clericus factus fuerit, propositum suum servare debeat.

De monachis, qui diu ^a morantes in monasteriis si postea ad clericatus ordinem pervenerint non debere eos a priori proposito discedere. Aut enim, sicut in monasterio fuit, et quod diu servavit, in meliori gradu positus amittere non debet, aut si corruptus postea baptizatus, in monasterio sedens et ad clericatus ordinem accedere voluerit, uxorem omnino ^b habere non potest ^c quia nec benedici cum sponsa potest iam ante corruptus. Quæ forma servabitur in clericis; maxime cum vetus regula hoc habeat, ut quisque corruptus postea baptizatus clericus esse voluisset, sponderet se uxorem omnino non ducere.

XI. Ut ex curialibus clericus non fiat propter voluntates quas a diabolo inventas exhibere compellitur.

Præterea frequenter quidam ex fratribus nostris curiales vel quibuslibet publicis functionibus occupatos clericos facere contendunt, quibus postea major

^a Ex Bibl. Reg., Tol. 1. 2. In reliquis : *qui demorantes.*

^b *Em.,..... omnino non habebit.*

A tristitia cum de revocandis eis aliquid ab imperatore præcipitur, quam gratia nascitur. Constat enim eos in ipsis monitis etiam voluptates exhibere, quas a diabolo inventas esse non dubium est, et ludorum vel munerum partibus aut præesse, aut interesse. Sic certe in exemplum sollicitudo et tristitia fratrum, quam sæpe pertulimus imperatore præsentem, cum pro his sæpius rogarem, quam ipse nobiscum positus cognovisti, quibus non solum inferiores clerici ex curialibus, verum etiam iam in sacerdotio constituti ingens molestia, ut redderentur, instabat.

XII. De virginibus sacratis si lapsæ fuerint.

Item quæ Christo spiritualiter nupservunt et velant a sacerdote meruerunt, si postea vel publice nupservint, vel occulte corruptæ fuerint, non eas admittendas esse ad agendam pœnitentiam, nisi hi, quibus se junxerunt, de hac vita discesserint. Si enim de laicis hominibus hæc ratio custoditur, ut quæcumque vivente viro alteri nupservit habeatur adultera, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, nisi unus ex eis fuerit defunctus; quanto magis de illa tenenda est, quæ ante immortalis se sponso junxerat, et postea ad humanas nuptias ut transiret elegit?

XIII. De virginibus non velatis, si devierint.

Hæc vero, quæ necdum sacro sunt velamine consecratæ, tamen in proposito virginali se permanere promiserant, licet velatæ non sint, si forte nupservint; his ad agendam aliquanto tempore pœnitentiam sit liberum, quia sponsio earum a Deo tenebatur. Nam si inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ita pollicitatio, quam cum Deo pepigerunt, solvi sine vindicta non debet? Nam si apostolus Paulus, quæ a proposito viduitatis discesserint, dixerit eas habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, quanto magis virgines, quæ pactionis suæ fidem minime servaverunt?

Hæc itaque regula, frater charissime, si plena vigilantia fuerit ab omnibus Dei sacerdotibus custodita, cessabit ambitio, dissensio conquiescet, hæreses et schismata non emergent, locum non accipiet diabolus sæviendi; sed manebit unanimitas, iniquitas **16** omnis ^d superata calcabitur, veritas spiritali fervore flagrat, pax prædicata labiis et mente servabitur, implebitur edictum Apostoli, ut unanimes unum sentientes permaneamus in Christo, nihil per contentionem nobis neque per inanem gloriam vindicantes, non hominibus sed Deo nostro salvatori placentes, cui est honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen. Datum sub die xv Kalendas Martias, Honorio Augusto et Aristo consulibus.

^c Bibl. Reg., Esc. 4,..... poterit.

^d Ex reliquis præter Alv., in quo,..... hominibus.

VIII

EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ AD EXUPERIUM TOLOSANUM EPISCOPUM.

Innocentius Exuperio episcopo Tolosano salutem. Consulenti tui, irate charissime, quid de proposita

specie unaquaque sentirem, pro captu intelligentiæ meæ quæ sunt visa respondi, quid sequendum vel

docilis ratio persuaderet, vel auctoritas lectionis ostenderet, vel custodita series temporum demonstraret. Et quidem dilectio tua, institutum secuta prudentium, ad sedem apostolicam referre maluit quid deberet de rebus dubiis custodire, potius quam usurpatione præsumpta, quæ sibi videntur, de singulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus discere aliquid, quam omnino nescire? Mibi quoque ipsi de collatione docibilitas^a accidit, dum perscrutatis rationibus ad proposita respondere compellor: eoque fit ut aliquid semper addiscat qui postulatur ut doceat. Proponam igitur singula subjiciamque responsum.

I. De incontinentia sacerdotum vel levitarum.

Proposuisti quid de his observari debeat, quos in diaconii ministerio aut officio presbyterii positos incontinentes esse aut fuisse generati filii prodiderunt. De his et divinagum legum est disciplina, et beatæ recordationis viri Siricii episcopi^b monita evidentiæ commuearunt, ut incontinentes in officiis talibus positi omni honore ecclesiastico privarentur, nec admittantur ad tale ministerium, quod^c sola continentia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacræ legis auctoritas, jam iude ab initio custodita, quod in templo anno vicis suæ habitare præcepti sunt sacerdotes, ut servientes sacris oblationibus puros et ab omni labe [Tol. 1, sorde] mundatos sibi vindicent divina mysteria. Neque eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent vel cum uxore carnale consortium: quia scriptum est: *Sancti estote quia ego sanctus sum Dominus Deus vester*. Quibus utique propter sobolis successio-
nem uxoris usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere. Quanto magis hi sacerdotes vel levitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, quibus vel sacerdotium vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, qua vel a sacrificiis divinis, vel a baptismatis officio vacent? Nam si beatus Paulus^d ad Corinthios scribit dicens: *Abstinetes vos ad tempus ut vacetis orationi*: et hoc utique laicis præcepit; multo magis sacerdotes, quibus orandi et sacrificandi iuge officium est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere. Qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, **17** quo pudore vel sacrificare usurpabit, aut qua conscientia, quove merito exaudiri se credit, cum dictum sit: *Omnia munda mundis: coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum?* Sed fortasse hoc licere credit quia scriptum est: *unius uxoris virum*. Non ad permanentem in concupiscentia generandi hoc dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim in egros corpore non admisit qui ait: *Vellem autem omnes sic esse, sicut et ego*. Et apertius declarat dicens: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu*; et ad libentem filios, non generantem dixit. Sed ea plane

^a Fortassis, docilitas: ast in omnibus Codicibus legitur docibilibus.

^b Esc. 4, papæ.

^c Ex Tol. 1 et Urg. in cæteris, ministerium nunciamos sola, etc.

dispar et diversa sententia est. Nam si ad aliquos forma illa ecclesiasticæ vitæ pariter et disciplinæ, quæ ab episcopo Siricio ad provincias commueavit, non probabitur pervenisse, his ignorationibus venia remittetur, ita ut de cætero penitus incipiant abstinere: et ita gradus suos, in quibus inventi fuerint, sic retinent, ut eis non liceat ad potiora conscendere. Quibus in beneficio esse debet quod hunc ipsum locum quem retinet, non amittant. Si qui autem scire se formam vivendi missam a Siricio deteguntur, neque statim cupiditates libidinibus abjicere, illi sunt modis omnibus submovendi, qui post admonitionem cogitam præponeudam arbitrati sunt voluptate.

II. De his qui post baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti ultimo penitentiam percipiunt.

Et hoc quæsitum est, quid de his observari oporteat qui post baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti in extremo vitæ suæ sine penitentiam simul et reconciliationem communionis exposcunt. De his observatio prior durior, posterior interveniente misericordia inclinatio est. Nam consuetudo prior tenuit ut concederetur penitentia, sed communio negaretur. Cum enim illis temporibus crebræ persecutiones essent, ne communionis concessa facultas homines de reconciliatione securos non revocaret a lapsu, merito negata communio est, concessa penitentia, ne totum penitus negaretur, et duriolem remissionem fecit temporis ratio. Sed posteaquam Dominus noster pacem Ecclesiis suis reddidit, jam depulso terrore^e communionem dari abeuntibus placuit, et propter Domini misericordiam quasi viaticum profecturis, et ne, ut Novatianus hæretici, negantes veniam, asperitatem et duritiam eorum sequi videamur. Tribuitur ergo cum penitentia extrema communio, ut homines hujusmodi vel in supremis suis, permittente Salvatore nostro, a perpetuo exitio vindicentur.

III. De administratoribus.

Quæsitum est etiam super his qui post baptismum administraverunt, et aut tormenta sua exercuerunt, aut etiam capitalem protulere sententiam. De his nihil legimus a majoribus definitum. Meminerant autem a Deo potestates fuisse concessas, et propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, et Dei ministrum esse datum huiusmodi vindicem. Quomodo igitur reprehenderent factum quod auctore Domino viderent esse concessum? De his ergo ita ut hactenus servatum est, sic habemus, ne aut disciplinam avertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsi autem in ratione reddenda gesta^f sua omnia servabuntur.

IV. Quod viri cum adulteris uxoribus non conveniant.

Et illud desideratum est scire, cur communicantes viri cum adulteris uxoribus non conveniant, eum

^d Esc. 4, beatus apostolus Paulus.

^e Ex reliquis, præter Alv., in quo errore.

^f Ex cæteris Codicibus, præter Alv. et Esc. 3, in quibus legitur: in ratione reddenda quæ gesta sunt omnia servabuntur.

contra uxores adulterorum virorum in consortio manere videantur. Super hoc Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat; sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, et non habent latentia peccata vindictam; viri autem liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consueverunt. Et ideo mulieribus, pro dolo earum crimine, communicatio denegatur: viros autem, latente commisso, non facile quisquam ex suspicionibus abstinere, qui utique submovebitur, si ejus flagitium detegatur. Cum ergo par causa sit, interdum probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit.

V. *Quod qui preces vel criminales dictant habeantur immunes.*

Illud etiam sciscitari voluisti, an preces dictantibus liberum concedatur, utique post baptismi regenerationem, a principibus poscere mortem alicujus, vel sanguinem de reatu. Quam rem principes nunquam sine cognitione concedunt; sed ad **18** iudices commissæ ipsa vel crimina semper remittunt, ut causa cognita vindicentur. Quæ cum quaesitori fuerint delegata, aut absolutio aut damnatio pro negotii qualitate profertur, et dum legum auctoritas in im probis exercetur, evitator immunitatis.

VI. *Quod hi qui intercedente repudio divortium pertulerunt, si se nuptiis vincerent, adulteri esse monstrantur.*

De his etiam requisivit dilectio tua, qui interveniente repudio alii se matrimonio copularunt, quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui vero vel uxore vivente, quamvis dissociatum videatur esse conjugium, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantum ut

^a *Æm., Bib., Reg., Esc. 6, Urg., Gen., Tol. 1, pertulerunt atque se.*

A etiam hæ personæ, quibus tales conjuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commississe videantur, secundum illud quod legimus in Evangelio: *Qui dimiserit uxorem suam, et duxerit aliam, machatur: Similiter et qui dimissam duxerit, machatur: et ideo omnes a communione fidelium abstinendos.* De parentibus autem, aut de propinquis eorum nihil tale statui potest, nisi inceptores illiciti consortii sui esse delegantur.

VII. *Qui libri in canone recipiantur.*

Qui vero libri recipiantur in canone sanctarum Scripturarum brevis adnexus ostendit. Hæc sunt ergo quæ desiderata voce monere voluisti: Moysis libri quinque, id est, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium; nec non et Jesu Nave, et Judicum, et Regnorum libri quatuor, simul et Ruth, prophetarum libri sexdecim, Salomonis libri quinque, Psalterium. Item historiarum: Job liber unus, Tobias unus, Esther unus, Judith unus: Machabæorum duo, Esdræ duo, Paralipomenon duo. Item Novi Testamenti: Evangeliorum libri quatuor; Pauli apostoli Epistolæ quatuordecim; Epistolæ Joannis tres; Epistolæ Petri duæ: Epistola Judæ: Epistola Jacobi, Actus apostolorum, Apocalypsis Joannis.

Cætera autem quæ sub nomine Matthæi [*Tol. 2, Matthæi*] sive Jacobi minoris, vel sub nomine Petri et Joannis quæ a quodam Leucio scripta sunt, vel sub nomine Andree, quæ a Xenocharide et Lemida philosophis, vel sub nomine Thomæ, et si quæ sunt aliæ, non solum repudianda, verum etiam noviter esse damnanda. Datum x Kalendas Martias, Sallicone II et Anthemio consulibus.

^b *In Aty. desunt hæc verba: Petri et Joannis, quæ a quodam Leucio scripta sunt.*

IX

EPISTOLA INNOCENTII AD FELICEM EPISCOPUM.

Innocentius Felici episcopo Nocerino [*Tol. 1, Nocerino*].

Mirari non possum dilectionem tuam sequi institata majorum, omniaque quæ possunt aliquam recipere dubitationem ad nos, quasi ad caput atque ad apicem episcopatus, referre, ut consulta videlicet sedes apostolica ex ipsis rebus dubiis certum aliquid faciendum pronuntiet, quod nos et libenter accepimus, et dilectionem tuam memorem canonum comprobamus. Scripsisti igitur quod fervore fidei, quo posses, et amore sanctæ plebis vel reparaveris ecclesie Dei, vel novas quasque construxeris: sed in his clericos quos constituas non habere, aliquos vero mutilos, ^a aliquos digamos esse. **19** Ad quod stupuimus prudentem virum de his voluisse consulti; quæ omnibus sunt certa ratione comperta. Ergo non quasi ignorantem dicimus, sed in aliis forsitan occupatos istud oblitos esse vos dicimus.

^a *In quibusdam Codicibus macros, in aliis macros. Mendium videtur in omnibus pro mutilos, ut ex consequentibus aperte dignoscitur.*

I. *Si quis volens partem sibi corporis amputaverit, clericus esse non potest, nolens autem potest.*

Qui igitur partem cujuslibet digiti sibi ipse volens abscidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui vero casu aliquo contigit, dum aut operi rustice curam impendit, aut aliquid faciens se non sponte percussit, hos canones præcipiunt clericos fieri, et si in clero fuerint reperti non abjici. In illis enim voluntas est judicata quæ sibi causa fuit ferro incidere, quod scilicet et alii id facere dubitare non possunt. In istis vero casus veniam meruit.

II. *Quod digami admitti non possint ad clerum.*

De digamis autem nec consuli debuit, quod manifesta sit lectio Apostoli: *unius uxoris virum*; ad sacerdotium sive ad clericatum admitti debere; et hanc ipsam tamen si virginem accepit. Nam ea quæ habuerit ante virum, licet defunctus sit, tamen si clerico postea fuerit copulata, clericus qui eam

acceperit esse non poterit, quia in lege cautum est, non viduam, non abjectam habere posse conjugem sacerdotem.

III. *Quod de laicis ad clerum admitti non possunt* ^a.

De laicis vero religio tua consulit quos canones ordiuarum prohibeant. Certum est quidem hoc regulas ecclesiasticas continere, sed non ita definitum est ut de omnibus aut laicis constitutum. Neque enim clerici nasci, et non fieri possunt, sed designata sunt genera, de quibus ad clericatum pervenire non possunt: id est: si quis fidelis causas egerit, hoc est postulaverit; si quis fidelis administraverit. De curiis autem manifesta ratio est, quoniam et si inveniantur hujusmodi viri qui debeant clerici fieri, tamen, quoniam sæpius ad curiam repetuntur, cavendum ab his est propter tribulationem quam sæpe de his Ecclesiæ provenit.

IV. *Qui de laicis possunt clerici fieri. Hic* ^b *aperte concubina prohibetur.*

Laici vero qui habentes uxores baptizati sunt ac

^a Æm., Bibl. Reg., Esc. 4, Urg., Ger., Tol. 1, 2, debeant.

sic se instituerint, ut opinio eorum in nullo vacillet, ut aut clericis juncti sint, aut monasteriis ex quo baptizati sunt hæserint, si non concubinam, non pellicem noverint, si in omnibus bonis operibus vigilarint, non prohibentur hujusmodi ad clericatus sortem adsumi.

V. *De temporibus in cleri ordinibus immorandis.*

Ita sane, ut in eos tempora a majoribus constituta serventur, nec cito quilibet lector, cito acolythus, cito diaconus, cito sacerdos fiat, quia in minoribus officiis si diu perdurent, et vita eorum pariter et obsequia comprobantur, ut ad sacerdotium postea emensis stipendiorum meritis veniant, nec præcipiant quod vita probata mereatur accipere. Quoniam ergo certa definitione monstratum est qui debeant admitti, qui vero reprobari, ex his hominibus, quos videt dignatio tua non posse reprobari, eligere debebis quos clericos facias. Si enim nullam gratiam hominibus aut beneficium præstare velimus, tales invenire possumus, de quorum assumptione nec incurrere nec erubescere valeamus,

^b Æm., Bibl. Reg., Esc. 4, Urg., Ger., ubi.

X

EPISTOLA INNOCENTII AD MAXIMUM ET SEVERUM EPISCOPOS.

De his qui in presbyterio filios genuerunt, ut ab officia removeantur.

Innocentius Maximo et Severo episcopis per Britios ^a.

20 *Ecclesiasticorum canonum norma nulli esse debet incognita sacerdoti, quia nesciri hæc a pontifice satis est indecorum, maxime cum a laicis religiosis viris et sciatur, et custodienda esse ducatur. Nuper quidem Maximilianus filius noster agens in rebus hujusmodi qualem querelam detulerit, libelli ejus serice adnexa declarat. Qui zelo fidei ac disciplinæ ductus non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios asserit procreasse: quod non licere exponerem, nisi nossem*

^a Bibl. Reg.,..., Briacios, Tol. 1, Brutios.

vestram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres charissimi, libelli, qui subjectus est, tenore perspecto, eos qui talia perpetrare dicuntur, jubebitis in medio collocari, discussisque objectionibus quæ ipsis presbyteris impinguntur, si convinci poterint, a sacerdotali removeantur officio, quia qui sancti non sunt sancta tractare non possunt, atque alieni efficiantur a ministerio quod vivendo illi cæpolluerunt. Miramur autem hæc eorum distimulare episcopos, ut aut connivere, aut nescire esse illicita judicentur.

XI

EPISTOLA INNOCENTII AD AGAPITUM ET RELIQUOS EPISCOPOS.

Quod post penitentiam nullus ad Clerum possit admitti,

Innocentius Agapito, Macedonio et Marino episcopis ^D Apulis.

Multa in provincia contra canones ecclesiasticos, decretaque majorum usurpari a plurimis, et relationes diversorum et suggestiones fidasimæ retulerunt. Quæ quidem possent facile rescari, si episcopi in his non invenirentur auctores, qui dum aut amicis, aut obsequiis gratiam præstare nituntur, religionem violant, ordinesque corrumpunt. Ac sic evenit ut indigni quique honores suscipiant ecclesiasticos, et admittantur ad clerum, qui nec inter laicos quidem

dignum locum habere merentur; sicuti nunc dato nobis libello monstratum est, Modestum quemdam multis criminibus involutum, propter quæ etiam penitentiam egisse dicitur, non solum clericum effectum, quod non licet, verum etiam ad episcopatus apicem tendere, cum canones apud Nicæam constituti penitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludant. Et ideo, fratres charissimi, perspecto tenore libelli, eum jubete præsentari, ut si vere constiterit talem qualem libellus affirmat, non solum ab ambitione, sed etiam a clericatus removeatur officio.

XII

EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ AD RUFUM ET GERONTIUM,
ET CÆTEROS PER MACEDONIAM EPISCOPOS CONSTITUTOS.

De Bubalio et Tauriano damnatis a provincialibus episcopis, quorum sententiam sedes apostolica retractare curavit.

Innocentius Ruffo, Gerontio, Sophronii ^a Flaviano ^b Macédonio, Prosdocio ^c et Aristeo ^d episcopis per Macedoniam constitutis.

21 Mora coepiscoporum nostrorum Maximiani et Eumenii ^e, vel potius importunitas temporum fecit, ut vos iteraretis de Bubalio et Tauriano querimoniam, et nos iterum in homines perditissimos insurgere. Sed, ut possum, paucioribus verbis malorum tantorum meditabor compendium et strictum quæ in volumine litterarum vestrarum conspexerim retractabo. Grave non oportuit videri piissimis mentibus vestris cujuscunque retractari iudicium, quia veritas exagitata sæpius magis splendescit in lucem, et perniciæ revocata in iudicium gravius et sine pœnitentiâ condemnatur: nam fructus divinus est iustitiam sæpius recenseri, fratres charissimi. Verum illud

^a Ger., Urg., Sophroniano.

^b Ex reliquis, præter Alv., in quo, Alaviano.

^c Ex Æm., Bibl. Reg., Esc. 4, Urg., Ger. in Alv.,

A video movisse animos vestros quod in multis Bubalio sæpe fallacis reprehensus objecerit exemplaria fictarum quasi a nobis litterarum, cum pro consuetudine hominis nihil quod proferret jam fide dignissimum videretur. Sed sileatur omne jam de tali negotio murmur et convicti diaboli ipsi avelitus comprimantur. Subjuximus autem his priores litteras, quas per memoratos episcopos miseramus, quibus ita plenaria sententia nostrorum sensuum designata est, ut dum relegeritis, nihil ambiguum, nihil requirendum in hac causa de cætero repetatis. Hanc autem paginulam nostram sollicitius Cretensibus episcopis relegendam mittite, ut sciant plenissime quid sit de Bubalio et Tauriano cæterisque pronuntiatum, ut servent qui digni admonitione sunt cavere a talibus, ne talia sortiantur.

^d Prosdoco. In Tol. 1, Prosdicio. In Tol. 2, Prosdocio.

^e Ex cæteris, præter Alv., in quo, Arisaco.

^f Tol. 1, Eugenii. Tol. 2, Emenii.

XIII

EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ AD FLORENTIUM EPISCOPUM TIBURTINENSEM.

De terminis minime transferendis.

Innocentius Florentio episcopo Tiburtinensi.

22 Non semel sed aliquoties clamat Scriptura divina transferri non oportere terminos a Patribus institutos, quia nefas est si quod alter semper possederat alter invadat: quod tuam bonitatem frater et coepiscopus noster Ursus asserit perpetrasse. Nam Nomentanam sive Faciliensem parochiam ad suam diœcesim a majoribus pertinentem invasisse te, atque illic divina celebrasse, inconsulto eodem ac nescien-

te, non sine dolore conquestus est. Quod si verum est, non leviter te incurrisse cognoscas. Unde si declinare cupis tantæ usurpationis invidiam, nostris litteris admonitum te convenit abstinere. Certe si aliquid tibi credis iustitiæ suffragari, integris omnibus et in pristino statu manentibus, post dies venerabiles paschæ adesse debebis, ut memoratis possis intentionibus respondere, patribusque in medio collocatis quid antiquitas aut veritas habeat inquiramus.

XIV

EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ AD PROBUM.

Si cujus uxor fuerit abducta in captivitatem, et alteram maritus acceperit, revertente prima, secunda mulier debet excludi.

Innocentius Probo.

Conturbatio procellæ barbaricæ facultati legum intulit casum; et bene constituto matrimonio inter Fortunium et Ursam captivitatis incursus fecerat nœvum, nisi sancta religionis statuta providerent. Cum enim in captivitate prædicta Ursa mulier teneretur, aliud conjugium cum Restituta Fortunius memoratus iniisse cognoscitur. Sed favore Domini re-

versa Ursa nos adiit, et nullo diffidente uxorem se memorati esse perducit. Qua de re, domine fili merito illustris, statuimus fide catholica suffragante illud esse conjugium quod erat primitus gratia divina fundatum, conventumque secundæ mulieris, priore superstite, nec divortio ejectæ, nullo pacto posse esse legitimum.

XV

EPISTOLA EJUSDEM INNOCENTII PAPÆ
AD AURELIUM ET AUGUSTINUM AFRICANOS EPISCOPOS.*Scripta salutaria plena charitate.*

Innocentius Aurelio et Augustino episcopis.

23 Acceptissimi mihi germani compresbyteri, illo recursus vacuus officio nostro esse non debuit. Percharos enim salutare charissimos naturale quodammodo nobis videtur, et consequens. Gaudere

A igitur in Domino vestram germanitatem, amantissimi, cupimus, et pro nobis paria ad Deum vota rependere precamur; quia, ut bene nostis, communionibus et alternis plus agimus orationibus, quam singularibus aut privatis.

XVI

EPISTOLA EJUSDEM INNOCENTII PAPÆ
AD EUMDEM AURELIUM CARTHAGINENSEM EPISCOPUM.*De pascha.*

Charitatis nostræ officium nullo intervallo dirimitur, etiam si charta nullos apices ferat. Vivit enim spiritualis gratia alternis in cordibus, et amorem nostrum confovet sacerdotalis ipsa societas. Cura ergo, ut dignum est, unitatem Ecclesiæ custodire ^a, idemque omnes pariter et sentiamus et pronuntiamus, frater charissime. Has ergo litteras de ratione paschali alterius (dico futuri) anni præscripsi. Nam cum ante diem undecimum Kalendarum Aprilium pene luna sexta decima colligatur (non quipiam minus est) itemque cum in ante diem quartum Kalendarum earundem veniat vicesima tertia, existimavi undecimo Kalendarum memoratarum die

festas paschalia celebranda, quoniam in vicesima tertia luna nullum pascha unquam ante hoc factum esse cognoscimus. Sententiæ meæ exposui atque edixi tenorem. Jam prudentiæ erit tuæ, consors mihi frater, cum unanimes et consacerdotibus nostris hanc ipsam rem in synodo religiosissima retractare ^b, ut si nihil dispositioni nostræ resultat, nobis plenissime aperteque scribas, quo deliberatam paschalem diem jam litteris ante, ut moris est, servandam suo tempore præscribamus. Compresbyterum autem Archidamum quamvis noverim quod libentissime ac more suscipias consueto, tamen ex abundantibus postulo ut eum inter tuos habere digneris.

^a In excusis: *Cur ergo indignum est unitatem Ecclesiæ custodiri?*

^b In Urg., *tractare*. Retractare igitur hoc loco est iterum tractare.

XVII

EPISTOLA EJUSDEM INNOCENTII PAPÆ
AD EUMDEM AURELIUM CARTHAGINENSEM EPISCOPUM.*Ut nullus contra ordinem canonum efficiatur episcopus.*

Dilectissimo fratri Aurelio Innocentius.

24 Qua indignitate, qua molestia male tractari Ecclesiam, præcipueque episcopos relegam vel audiam, et tua fraternitas bene novit, et ego idonea tanto dolori verba invenire non possum; dum facile imponuntur manus, dum negligenter summus sacerdos alligitur. Ecce facta est querela publica, quæ fecit semper ut communis omnibus tremenda sit reverentia. Sic clerici ecclesiasticorum dogmatum nutriti vel honorati intra altaria Christi respuuntur: sic prætereuntur, quasi nefas sit ad primatum per ordinem pervenire. Nam cum involuti mundanis nexibus, actibus, vel moribus abrupte asciscuntur ad tantæ collegium sacerdotii, et illi videntur contemni, de quibus oportuerat eligi, et isti male intronitti, qui præter ordinem irrupunt potius quam deliguntur. Quam enim miserum est eum magistrum fieri qui nunquam discipulus fuit! Eum summum fieri

C sacerdotem, qui nunquam ullo gradu obsecutus fuerit sacerdotii! Relege præfectorum litteras, et vide quæ vel falso, vel pro certo sublimitium potestatum adnotentur scriptis. Perdidimus profecto nos ipsi, nos, inquam, sanctimoniam reverentiam, qui quasi vilissimum aliquid summos efficimus sacerdotes, ut jam incipiat quasi noxium aliquid publicis interloctionibus condemnari. Frater charissime, hæc, velim, cuncta recitanda per omnes Africanas Ecclesias scripta dirigas, et istis connectas, quas adjunximus litteras præfectorum ^a ut consilium de his quæ iniquelaudentur, iudiciumque, si quid tale probari poterit, fiat, ut et præterita mala, si doceantur admessa, digna severitate coerceantur, et de futuro caveatur, ne Ecclesiæ sanctitas per nostram fatigata negligentiam perdat privilegia quæ est per viros venerabiles consecuta. Deus te incolumem custodiat. Datum nonas Junias Julio IV et Palladio V consulibus.

^a Em., Bibl. Reg., Urg., Ger., *pro'ectorum*.

XVIII

EPISTOLA EJUSDEM INNOCENTII PAPÆ AD JULIANAM NOBILEM EXHORTATORIA.

Singulare membrum Ecclesiæ tuæ religionis am- A plitudinem existere, et a nobis reverentissime coli, satis est omnibus manifestum. Ipso enim apice nobilitatis multo nobiliorem **25** Ecclesiæ devotionem impendis, et magis læta Christi agnitione præceptis ejus obtemperas, et in fide potius exultas, quam tanti generis floræ jactaris. Summæ virtutis est vi-

^a *Æm., Bibl. Reg., T. 1, 2, Urg., In ipso.*

XIX

EPISTOLA EJUSDEM INNOCENTII PAPÆ AD BONIFACIUM PRESBYTERUM.

De Antiochena Ecclesia.

Innocentius Bonifacio presbytero.

Ecclesia Antiochena, quam priusquam ad urbem perveniret Romam beatus apostolus Petrus sua præsentia illustravit, velut germana Ecclesiæ Romanæ diu se ab eadem alienam esse non passa est. Nam missis legatis ita pacem postulavit et meruit, ut Evagrianos suis ordinibus ac locis intemerata ordinatione, quam acceperant a Memorato, susciperet, et Joannis sanctæ memoriæ vel clericos vel laicos in unum colligeret atque congregaret, promittens ipsius civitatis episcopus frater meus Alexander, etiam si quis forte vel a nobis vel aliunde postero-

B ris ordinationis ad eosdem advenerit, se sine controversia recepturum, ac nomen episcopi Memorati inter quiescentes episcopos recitaturum. Cujus rei nos noveris tradidisse manus, frater charissime, et eos in nostra viscera recepisse, ne diu membra, quæ requisiverant sanitatem, ab universitate corporis haberentur aliena. Omnia vero quæ per ordinem gesta sunt filius meus diaconus Paulus, harum scilicet portitor litterarum, tuæ dilectioni poterit enarrare, ut et gaudium commune nobiscum habeas, et eos informes qui pro Attici partibus intervenire consueverunt.

XX

EPISTOLA EJUSDEM INNOCENTII PAPÆ AD ALEXANDRUM ANTIOCHENUM EP.

De pace.

Innocentius Alexandro episcopo.

26 Quam grata mihi, quam pia, quam necessaria legatio ex tua sanctitate, frater charissime, ad nos directa fuerit, gestorum ipsorum replicatione cognoscas ^a. Voluit enim compresbyter noster Cassianus hanc amicitiarum nostrarum paginulam per compresbyterum nostrum Paulum, Nicolaum diaconum et Petrum subdiaconum filios nostros quasi prim-

C tias pacis nostræ conscribi. Saluto itaque et tuam mihi in Christo germanitatem, et omnem illam, quæ tecum bene sentit, Ecclesiam, nosque, ut facitis, et alloquamini, peto, crebrius litteris, et frequentius de vestra salute lætificetis. Dabit enim, ut confido, Dominus totius nos præteriti temporis dispendia amantissimo litterarum colloquio repensare.

^a *Ex reliquis, præter Alv. et Esc. 4, in quibus: cognoscis.*

XXI

EPISTOLA EJUSDEM INNOCENTII PAPÆ AD MAXIMIANUM EPISCOPUM.

De Attico Constantinopolitano episcopo.

Innocentius Maximiano episcopo.

Miramur prudentiam tuam scripta ad Atticum episcopum Constantinopolitanæ urbis a nobis, et prosecutione propria et dato libello, qui subter annexus est, postulare a quo nec missas ulla saltem epistolas ad nos, vel ad nostram synodum utique protulisti. Idque non petenti æstimes tribuendum, quod videas deprecantibus discussa ratione conces-

D sum. Communio enim suspensa restituitur demonstranti causas, quibus id acciderat, jam esse detorsas, et profitentem conditiones pacis impletas. Quod neque apud vos, neque apud nos, ut prædixi, Atticos missis aliquibus sanctorum vel dicere voluit vel demonstrare completam, quemadmodum Antiochena Ecclesiæ frater et coepiscopus noster Alexander digna legatione et pro. ecutus est et probavit. Quibus

omnibus utique interesse dignatus cognovisti, quem admodum sigillatim omnia scriptorum nostrorum antehæc de causa beatissimi Joannis quondam episcopi nostri discussis, ut quæ illi in omnibus satis evidenter monstraverint universa, quæ apud Antiochiam fieri debuerint, fuisse completa. Quorum amplexati pacem utique fidem fecimus et **27** magno tramite omnibus eandem, quam præstolaris, ostendimus, si modo quæ discussa sunt atque completa etiam ipsi se pro suo loco fecisse vel complere ali-

quando monstraverint, communionemque, ut isti, legatione solemniter destinata sibi rogaverint reddideri. Expectamus ergo et professionem memorati de completis omnibus conditionibus, quas diversis temporibus prædiximus, et petitionem communionis ut recte et petenti et probanti se eandem mereri reddamus, frater charissime. Nam de omnibus plenissimas ad sanctam fratrum nostrorum synodum dudum litteras percepisti.

XXII

EPISTOLA EJUSDEM INNOCENTII PAPÆ AD ALEXANDRUM ANTIOCHENUM EPISCOPUM

De pace.

Innocentius Alexandro Antiocheno episcopo.

Apostolice favoris gratia magno pacis usque ad nos decore resplendit, tantumque lucis gaudiorumque fœdit fidelibus, ut dicentes Deo maximas laudes majores nos debere fateamur: plusque a Deo jucundati sumus, quod, discussis omnibus lateribus actionum tuæ fraternitatis, ita totum pietate ac patientia gestum cognovimus, ut in omnibus Dominum laudaremus: successumque ipsum ideo præstitum tuis laboribus videamus, quod tanta virtute pacis amator existens eam requisitam inveneris, et repertam summa eharitate servaveris cum erga omnes tum præcipue circa illos, qui quondam Paulini atque Evagrii episcoporum consilii fuerant nomine. Habeo summam votorum meorum, cum antiqui navi purgatio tuis temporibus tuisque meritis prorogatur. Quorum etiam **C** filios ejusdem nominis, qui in Italia merita clericatus acceperant, consilii bono quietis gratiam retinere susceptam. Et quia noster compresbyter Cassianus gratum dixit tui fore dignationi, si meo consilio in civitate vestra clericatus ordinem ducere censerentur, statui propter benevolentiam tuam, promissaque memorati, ut inter cæteros sacerdotes ministrosque qui in civitate sunt annumerentur, frater charissime.

B Libenter præterea de episcopis Heliadio atque Pappo cognovi quod sine questione suas Ecclesias recuperaverint, et multum in gestis, ut subjecta testantur, sollicitius inquisivi, utrum omnibus esset conditionibus satisfactum in causa beati et vero Deo digni sacerdotis Joannis. Et cum per singula assertio legatorum ex voto completa esse fateretur, gratias agens Domino communionem Ecclesiæ vestræ ita recepi, ut per me feram apostolicæ sedis condiscipulos primos dedisse cæteris viam pacis, in qua firmatos vos, nosque Domini Christi ita benignitas amplexabitur atque communit, ut nullo de cætero titillamento, vel levi cuiusquam contentionis pudore pulseatur. Scripta autem Acacii episcopi quoniam cum vestris porrecta suscepimus, ne per vestram injuriam ille, qui olim a nobis suspensus fuerat, repudiaretur, et tamen satis abunde quæ in actis statuimus, sicut dignanter relegere præcurabis, quid in ejus personâ debeat custodiri, ut si per omnia vestris consiliis, actibusque tam sanctis se rogaverit esse communem, præstetur seni favore vestro, nostroque judicio communionis ac litterarum a nobis gratia prorogata. Subscripserunt viginti episcopi Italiæ.

XXIII

EPISTOLA EJUSDEM INNOCENTII PAPÆ AD EUMDEM.

Innocentius Alexandro episcopo.

28 I. Et onus et honor nobis a tua fraternitate impositus necessarii tractatus causas induxit, quo litteris vel communitorio vestro, ut dat sancti Spiritus gratia, respondere possimus. Revolventes itaque auctoritatem Nicænæ synodi, quæ una omnium per orbem terrarum mentem explicat sacerdotum, quæ consuit de Antiochena Ecclesia cunctis fidelibus ne dixerim sacerdotibus esse necessarium custodire, qua super dioccesim suam prædictam Ecclesiam non super aliquam provinciam recognoscimus constitutam. Unde advertimus non tam pro civitatis magnificentia hoc eidem attributum, quam quod prima apostolica sedes esse monstratur, ubi et nomen acce-

D pi religio Christiana et quæ conventum apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit, quæque urbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit ista susceptum apud se consummatumque gauderet, itaque arbitramur, frater charissime, ut sicut metropolitanos auctoritate ordinas singulari, sic et cæteros non sine permisso conscientiaque tua sinas episcopos procreari, in quibus hunc modum recte servabis, ut longe positos litteris datis ordinari censeas ab his qui nunc eos suo tantum ordinant arbitrato. Vicinos autem si æstinas ad manus impositionem tuæ gratiæ statuas pervenire. Quorum enim te maxima expectat cura præcipue tuum debent mereri iudicium.

II. Quod non oportet secundum constituta imperatorum duos esse metropolitanos episcopos.

Nam quod sciscitaris utrum divisio imperiali iudicio provinciis, ut duæ metropoles fiant, sic duo metropolitani episcopi debeant nominari, non vere visum est ad mobilitates necessitatum mundanarum Dei Ecclesiam commutari, honoresque aut divisiones perpeti, quas pro suis causis faciendas duxerit imperator. Ergo secundum pristinum provinciarum morem metropolitanos episcopos convenit numerari. Cyprios sane asseris olim Arianæ impietatis potentia fatigatos non tenuisse Nicænos canones in ordinandis sibi episcopis, et usque adhuc habere præsumptum, ut suo arbitratu ordinent, neminem consulentes. Quocirca persuademus eis ut curent juxta canonum fidem catholicam sapere, atque unum cum cæteris sentire provinciis, ut appareat Spiritus sancti gratia ipsos quoque ut omnes Ecclesias gubernari.

III. Quod Arianorum clerici non sint recipiendi in suis officis, quamvis eorum baptismum, quod catholicum constat, confirmet Ecclesia.

Arianos præterea cæterasque ejusmodi pestes,

A quia eorum laicos conversos ad Dominum sub imagine poenitentiae ac sancti Spiritus sanctificatione per manus impositionem suscipimus, non videtur clericos eorum cum sacerdotii aut ministerii consueptiam suscipere dignitate. Quoniam quibus solum baptismum ratum esse permittimus, quod utique in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti perficitur, nec sanctum Spiritum eos habere ex illo baptismo illisque mysteriis arbitramur, quoniam cum a catholica fide eorum auctores desciscerent, perfectionem spiritus quam acceperant amiserunt. Nec dare eis plenitudinem possunt, quæ maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis suæ perfidiam potius quam fidem dixerim perdidit. Quomodo fieri potest ut eorum profanos sacerdotes dignos Christi honoribus arbitremur, quorum laicos imperfectos, ut dixi, ad sancti Spiritus percipiendam gratiam cum poenitentiae imagine recipimus? Gravitas itaque tua hæc ad notitiam coepiscoporum, vel synodi, si potes, vel per harum recitationem facias pervenire, ut ea quæ ipse tam necessario percontatus es, et nos tam elimine respondimus, communi omnium consensu studioque serventur.

XXIV

EPISTOLA EJUSDEM INNOCENTII PAPÆ AD ACACIUM BEROEÆ EPISCOPUM.

De sancto Joanne Constantinopolitano episcopo.

29 Adgaudere litteris fraternitatem tuam de re-
ceptis Paulini vel Evagrii episcoporum clericis, popu-
lisque, et de restitutis Helpidio atque Pappo co-
episcopis percensimus, et vel sero receptæ pacis
gratiam te sœvere postposita omni contentione per-
vidimus. Unde has ad præstantissimum fratrem et
coepiscopum nostrum Alexandrum reddendas tuæ
transmisimus unanimitati, videlicet, ut si omnis ini-
micitia, omnis æmulatio tam de nomine sancti Jo-
annis mirandi episcopi, quam de omnibus ejusdem

C communionis participibus a tua animositate disces-
sit, has nostræ societatis recipias litteras, frater
charissime, modo ut omnia quæ hic actis firmata
sunt apud mediatorem nostrum amabilem Alexan-
dram ore proprio ut communicantem convenit fa-
tearis. Ut enim hæc nobis unanimis charitatisque
causa venerabilis est, sic in hæreticis sollicita, ne quid
obliquum aut succisivum in quoquam residere no-
scentur.

XXV

EPISTOLA EJUSDEM INNOCENTII PAPÆ AD LAURENTIUM SINIENSEM EPISCOPUM.

De Bonosiensis quod Judæis sint comparandi.

Innocentius Laurentio episcopo Siniensi.

Diu mirati sumus, dilectionis tuæ litteris lectis,
hæreticos Photini venena sectantes in territorio di-
lectionis tuæ non solum esse, sed et publice sibi
conventicula in aliquorum possessionibus præparare,
cum detecto pene orbe nusquam tam multi quam ad
vos legerint a habitare. Quorum doctrinæ nefariæ
auctor Marcus dudum de Urbe pulsus temeritatis
tantæ est ductus, audacia, ut primum sibi inter eos
vindictæ locum. Sed ne ulterius debauchandi habeant
facultatem, et animam simplicium ac rusticorum

D secum in gebennam, cui destinati sunt, trahant,
actum est adversum eos a defensoribus Ecclesiæ no-
stræ quod eos possint expellere, ut qui Christum
Deum et Patris substantia ante sæcula negant geni-
tum, hi cum Judæis, qui ejus deitatem negaverunt
et nunc usque negant, participium habeant damna-
tionis. Tuum est, frater charissime, 30 quæ præ-
cepta sunt non segnius agere, ne plebem tibi credi-
tam dissimulatione deperdas, et incipias Deo de per-
ditis reddere rationem.

* Æm., Bibl. Reg., delegerint.

Superiori^a tempore, si tamen recte reor me meminisse tam ad dilectionem tuam quam ad fratres et coepiscopos nostros Rufum et cæteros hujusmodi litteras de clericis Naxensibus transmisisse, his videlicet qui se ante damnationem Bonosi asseruerant ab eodem tam presbyteros quam diaconos ordinatos, ut, si relicto atque damnato ejus errore vellent Ecclesiæ copulari, libenter reciperentur, ne forte qui essent digni recuperandæ salutis in eodem errore deperirent. Verum nunc in Ravennati urbe mihi constituto propter Romani populi necessitates creberrimas Germanus qui se as-erit esse presbyterum, atque Lupentius qui se diaconum dicit, multorum talium quasi legatione suscepta, prece fusa dolores proprios exprimere gesserunt, asserentes se quidem ecclesias in dilectionis tuæ constitutas parœciis retinere, sed tuam communionem non potuisse mereri; ea videlicet ratione, quia Rusticius quidam nomine iterata ordinatione presbyterium suscepisset. Et non levi

A impedimento sit, dum aut illi dolent hujusmodi hominem in Ecclesia retineri, aut ille sic peccare debere in alio arbitretur, quemadmodum in se agnoscit esse peccatum. Et quamvis de eadem re plenius litteræ meæ contineant, quas superius memoravi, tamen etiam nunc admonendam duximus fraternitatem tuam, ut si vere constat aliquos ante damnationem Bonosi ordinatos ab eodem postea voluisse, vel nunc velle reverti, eos recipiendos esse censeamus; maxime cum memorati asserant se in tantum anteriori tempore ordinatos, ut sanctæ recordationis virum Cornelium episcopum Sirmiensiis urbis, nec non et fratrem nostrum Nicetam, aliosque nonnullos fuisse præsentem, cum honoribus quos se habere commemorant, faterentur. Unde, frater charissime, si eorum assertio fidem recipit veri, suscipiendus esse ambigere non debes, quos tandiu ecclesias sibi creditas passus es retinere.

^a In excussis paragraphus iste epistolam Innocentii vigesimam octavam constituit.

XXVI

EPISTOLA EJUSDEM INNOCENTII PAPÆ

AD RUFUM ET EUSEBIUM CÆTEROSQUE EPISCOPOS.

Innocentius Rufo et Eusebio et cæteris episcopis Macedonibus et diaconis in Domino salutem.

Magna me gratulatio habuit cum post discrimina totius, ut ita dixerim, mundi Vitalis archidiaconus vestrarum portitor litterarum ex illis partibus ad nos usque directus advenit: quem cum vidissemus, illico, ut oportebat, percontati sumus de vestro statu. Verum ubi reperimus vos ex sententia degere, Deo nostro uberes gratias retulimus, quod vos famulos suos, suisque altaribus^a servientes, et in adversis tueatur, et in prosperis gubernare dignetur. Qui cum tradidisset epistolas, eas præcepi illico recenseri, in quibus multa posita esse pervidi, quæ stuporem mentibus nostris indicerent, facerentque nos non modicum dubitare, utrum aliter putaremus, an ita illa essent posita quemadmodum personabant. Quæ cum sæpius repeti fecissem, adverti sedi apostolicæ, ad quem relatio quasi ad caput Ecclesiarum missa currebat, fieri injuriam, **31** cujus adhuc in ambiguum sententia duceatur. Unde de quibus jam dudum scripsisse me memini, nunc iterare formam argumentis evidentioribus geminata percontatio vestra compellit.

I. *Ut si sacerdos vel quilibet ex clero viduam uxorem duxerit, vel abjectam, suum officium perdat.*

Eos qui viduas accepisse suggeruntur uxores non solum effectus clericos agnovi, verum etiam ad infulas summi sacerdotis pervenisse, quod contra legis et se præcepta nullus ignorat. Nam cum Moyses legislator clamitet: *Sacerdos uxorem virginem accipiat: ac ne in hoc præceptum aliquid putaretur ambiguum, addidit: Non viduam neque abjectam.* Contra quod

præceptum divina auctoritate subnixum nulla defensio mandati alterius opponitur, nisi consuetudo vestra, quæ, ut ipsi fatemini, ex ignorantia, et ut veracundius dicam, non ex apostolica traditione et ratione integra constituta est. Nos autem, omnesque per Orientem Occidentemque Ecclesias noverit vestra dilectio hæc penitus non admittere, nec ad ultimum ecclesiastici ordinis locum tales assumere et, si reperti fuerint, submovere.

II. *Ut si quis catechumenus habuerit uxorem defunctam jam, et post baptismum acceperit alteram clericus esse non possit.*

Deinde ponitur non dici oportere digamum eum qui catechumenus habuerit atque amiserit uxorem, si post baptismum aliam fuerit sortitus, eamque primam videri, quæ novo homini copulata sit, quia illud conjugium per baptismi sacramentum cum cæteris criminibus sit ablutum. Quod cum de una utique dicitur, certe, si tres habuerit in veteri positus homine uxores, erit ei, quæ post baptismum quarta est, sic interpretantibus prima: virginis æque nomen accipiet, quæ quarto ducta est loco. Quis ergo istud non videat contra Apostoli esse præceptum quod^b ait: *Unius uxoris virum oportere fieri sacerdotem?* Sed objicitur quod in baptismo quidquid in veteri homine gestum est sit lotum. Dicite mihi, cum pace vestra loquor, crimina tantum dimittuntur in baptismo, an et illa quæ secundum Domini præcepta ac Dei instituta complentur? Uxorem ducere crimen est, aut non est crimen? Si crimen est, ergo, præfata venia dixerim, erit auctor in culpa, qui ut crimina committerentur, in paradiso, cum

^a Ex reliquis præter Alv., in quo: *altariis.*

^b *Æm., Bibl. Reg., Tol. I, Urgel., Ccr., qui.*

ipse eos iungeret, benedixit. Si vero non est crimen, quia quod Deus iunxit nefas sit crimen appellari, et Salomon addidit: *Etenim a Deo preparatur viro uxor*; quomodo creditur inter crimina esse dimissum quod Deo auctore legitur consummatum? Quid de talium filiis percensetur? Nunquid non erunt admittendi in hæreditatis consortio quia ex ea suscipiuntur quæ ante baptismum fuit uxor? Eruntque appellandi vel naturales vel spurii, quia non est legitimum matrimonium nisi illud, ut vobis videtur, quod post baptismum assumitur. Ipse Dominus cum interrogaretur a Judæis, si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit: *Quod ergo Deus iunxit, homo non separet*. Et ne de his locutus esse credatur, quæ post baptismum sortiuntur, meminerint hoc et a Judæis interrogatum et Judæis esse responsum. Quæro et sollicitus quæro si una eademque sit uxor ejus, qui ante catechumenus, postea fit fidelis, filiosque ex ea cum esset catechumenus suscepit, ac postea alios cum a de fidelibus; utrum sint fratres appellandi, an non habeant postea defuncto patre hæreditatis consortium, quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis creditur abstulisse? Quod cum ita sentire atque iudicare absurdum est, quæ ratio est hoc malum defendi et vacuum magis opinionem iactari, quam aliqua auctoritate probari cum non possit inter peccata deputari quod lex præcepit et Deus iunxit? Nunquid si quis catechumenus virtutibus studuerit, humilitatem secutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemosynas fecerit, morti destinatus qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, castitatem tenuerit, quæro si hæc cum fuerit factus fidelis amittit, quia per baptismum totum, quod vetus homo gesserat, putatur auferri? Aspiciamus gentilem hominem Cornelium orationibus atque eleemosynis revelationem Petrumque ipsum vidisse. Nunquid per baptismum hæc illi ablata sunt propter quæ ei baptismum videtur esse concessum? Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur, quia quidquid bene gestum fuerit, et secundum præcepta legalia custoditum, non potest facientibus reperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non potest dici peccatum. Et quod peccatum non est, solvi **32** inter peccata omnino non debet, eritque integrum æstimare, aboleri non posse prioris nomen uxoris, cum non dimissum sit pro peccato, quia ex Dei sit voluntate completum.

III. Quod non admittantur clerici ab hæreticis ordinati.

Ventum est ad tertiam questionem, quæ pro sui difficultate longiore exigit disputationem, cum nos dicamus ab hæreticis ordinatos vulneratum per illam manus impositionem habere caput. Ubi vulnus infixum est, medicina est adhibenda, quo possit recipere sanitatem, quæ sanitas post vulnus secuta sine

A cicatrice esse non poterit. Atque ubi penitentiam remedium necessarium est, illic ordinationis honorem locum habere non posse decernimus. Nam sicut legitur quod *« tetigerit immundus, immundum erit »*: quomodo ei tribuetur quod munditia ac puritas consuevit accipere? Sed e contra asseritur cum qui honorem amisit, honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse, quia nihil in dante erat quod ille posset accipere. Aequiescimus et verum est: certe quia quod non habuit, dare non potuit; damnationem utique, quam habuit per pravam manus impositionem dedit: et qui particeps factus est damnato, quomodo debeat honorem accipere invenire non possum. Sed dicitur vera iustaque legitimi sacerdotis benedictio auferre omne vitium quod a vitioso fuerat injectum.

IV. Quod in ordinationibus crimina vel vitia non bene credantur auferri.

Ergo si ita est applicentur ad ordinationem sacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei, quia per benedictionem ordinationis crimina vel vitia putantur auferri; nullus sit penitentiae locus, quia id potest præstare ordinatio, quod longa satisfactio præstare consuevit. Sed nostræ lex est Ecclesiæ venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati sunt, per manus impositionem laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem, vel exiguum, subrogare.

V. Quod hi qui a Bonoso hæretico ordinati sunt, propterea sint recepti ne scandalum remaneret Ecclesiæ.

C At vero hi qui a catholica fide ad hæresim transierunt, quos non aliter oportet nisi per penitentiam suscipi, apud vos non solum penitentiam non agunt, verum etiam honore cumulantur. Sed Anisi fratris quondam nostri, aliorumque sacerdotum summa deliberatio hæc fuit, ut quos Bonosus ordinaverat nec cum eodem remaneret, ac ne fieret non mediocre scandalum, ordinati recipentur. Vicinus, ut opinor, ambigua. Jam ergo quod pro remedio ac necessitate temporis statutum est constat primitus non fuisse, ac fuisse regulas veteres, quas ab apostolis aut ab apostolicis traditas Ecclesiæ Romana custodit, custodiendasque mandat his qui eam audire consueverunt. Sed necessitas temporis id fieri magnopere postulabat. Ergo quod necessitas pro remedio reperit, cessante necessitate debet utique cessare pariter quod urgebat; quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quam ad præsens fieri tempus impellit. Sed canones apud Nicæam constituti de Novatiani fieri permiserunt. Prius ille canon a Patribus institutus ponendus est, ut possimus advertere vel quid vel qualiter ab eisdem sensum sit, vel præceptum. De his, inquit, qui nominant seipsos Catharos, id est, mundos, et aliquando veniunt ad catholicam Ecclesiam, placuit sanctæ et magnæ synodo, ut accepta

^a Æm., Bibl. Reg., Tol. 1, 2, cum fidelis.

^b In reliquis, præter Alv. et Esc. 4, roborari.

^c Ex Æm., Bibl. Reg., Tol. 1, Urg. in reliquis:

Quod tetigerit immundum, immundum erit. Tol. 2, *Qui tetigerit immundum, immundus erit.*

manus impositione sic maneat in clero. Possum A vero dicere de solis hoc Novatianis esse præceptum, nec ad aliarum hæreseum clericos pertinere. Nam si utique de omnibus ita definirent, addidissent a Novatianis aliisque hæreticis revertentes debere in suum ordinem recipi. Quod si ita esset, etiam illud maxime, quod de Paulianistis dictum est, poterit confirmari, a quibus venientes jam baptizari præcipiuntur. Nunquidnam cum de Paulianistis jubent omnes qui ab hæreticis revertuntur erunt hoc exemplo baptizandi? Quod cum nullus audeat facere, de ipsis tantum esse præceptum ratio ipsa demonstrat. Denique baptizatos rite ab evangelista Philippo Petrus et Joannes sola manus impositione consummant. Illos vero quos apostolus Paulus Joannis baptismate baptizatos reperit, interrogavitque an Spiritum sanctum suscepissent, fatentibusque se illud nequidem nomen audivisse, jussit eos baptizari. Videtis ergo rite baptizatos illo dono iterari non posse, et aliter sola aqua lotos baptizari in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti necessarium prævideri. Ita et de Novatianis tantum jussum esse lucida manifestatione perlegitur. Quod idcirco distinctum esse ipsis duabus hæresibus ratio B manifesta declarat, quia Paulianistæ in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti minime baptizant, nec apud istos de unitate potestatis divinæ, hoc est, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, quæstio aliquando commota est. Et ideo de omnibus segregatis hæc sola electa est, cui istud crederent concedendum, quia nihil in Patris et Filii et Spiritus sancti sacramento peccarent. Si quis vero de catholica fide ad hæresim transiens, aut fidelis ad apostasiam revertens, et resipiscens redire voluerit, nunquid eadem ratione poterit ad clerum permitti, cujus commissum non nisi per longam poenitentiam poterit aboleri? Nec post poenitentiam clericum fieri ipsi canones sua auctoritate permittunt. Unde constat qui de catholica ad Bonosum transiere damnatum, atque se passi sunt vel cupierunt ab eodem ordinari, non oportuisse ordinationis ecclesiasticæ suscipere dignitatem, qui commune omnium ecclesiarum iudicium deserentes suam peculiariter in Bonoso vanitatem sequendam esse duxerunt. Sed multos constat vim passos atque invitos attractos, repugnantesque ab eodem ordinatos. Dicat mihi, volo, quisquis hoc credit, si non post ordinationem Bonosi interfuit cum conficeret sacramenta, si communioni ejus participatus non est, si statim discedens de ejus pessimo conciliabulo ad Ecclesiam rediit, iste talis potest habere colorem aliquem excusationis. Cæterum qui post annum aut mensem ad Ecclesiam redierunt, intelligimus eos, quia in catholica noverant se propter vitia sua non posse suscipere ordinationem, idcirco ad illum perrexisse qui passim et sine ulla discussione ordinationes illicitas faciebat, credentes se posse per istam institutionem locum in Ecclesia catholica reperire, de quo antea desperarunt. Nunc illud quod superest interrogo, qui post mensem aut amplius rediit, cum se presbyterum a Bonoso confudit ordinatum, si

non sacramenta confecit, si non populis tribuit, si non missas secundum consuetudinem complevit, quod de his censeatis, quæso, promatis apertius. Ad summam certe qui nihil a Bonoso acceperunt rei sunt usurpatæ dignitatis, qui conficiendorum sacramentorum sibi vindicaverunt auctoritatem, atque id se putaverunt esse quod de his nulla fuerat regulari ratione concessum.

VI. *Quod in Ecclesia peccatum populi inultum soleat præterire.*

Pervidet ergo dilectio vestra hactenus talia transisse, et advertite quod utique, ut dicitis, necessitas imperavit in pace jam Ecclesias constitutas non præsumere, sed, ut sæpe accidit, quoties a populis aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum soleat transire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, et de reliquo maxima sollicitudine præcavendum.

VII. *Quod subreptum fuerit apostolicæ sedi, et suam in melius sententiam commutarit quando damnationem Photini rescindit.*

Veniam nunc ad maximum quasi ad quoddam thema Photinum, et quod mihi anxium est ac difficillimum, majorum meorum revolvam sententias. Fuerat de illo quoque [*Em.*, *Esc.* 4, quoque] pacto, ut etiam ipsi meministis, aliquid utique gravius constitutum. Verum quoniam id per rumorem falsum, ut asseritis, subreptum huic sedi, et elicium per insidias demonstratis, quia res ad salutem rediit, veniam nos hanc in tantum vobis annitentibus post damnationem more apostolico subrogamus; tantisque vestris assertionibus vobisque tam bonis, tam charis non dare consensum, omnibus duris rebus duris arbitramur. Pro vestra ergo approbatione, fratres charissimi, et sententia, ac postulatione episcoporum Photinorum habetote. Licitum est ita constituere, ut deprecamini, et nostram in melius conversam sententiam labore vel testimonio vestro compotes voti suscipite. *Æque* Eustathium [*Bibl. Reg.*, Eustachium] a me sæpius comprobatum nolite expectare ut diaconii gratia exspoliatur. Sollicitus enim vos pro salute libenter audio, contra caput etiam si faciendum est non libenter admitto. Cui manum porrigitis, vobiscum porrigo: cui porrigo, necum porrigite. Hæc enim ad Corinthios apostolica est declarata benignitas, ut in uno spiritu ductam ac reductam sententiam boni semper indifferenter sequantur. Nam fateor, hæc me primum res bene habet erga Eustathium diaconum, quod nec contra fidem quidquam locutus sit, nec loquentem admiserit, nec ad mortem crimen aliquod commisisse, vel jactatum unquam, vel fictum recognoverim. Et qui in his salvus est, si quo pacto conversationes amabiles non habet, habendus est ut minus pro tempore dilectus, non ut iniuivicus existimatus, diabolo in perpetuum mancipandus. Cognosco illum inter illas [*Esc.* 3, *Tol.* 1, 2, multas] similitates ac turbines contra multorum studia, non dico qualia, diversa acuisse, et

eum hinc res calamitatesque **34** ipsæ emendatæ sunt, adhuc Dizoniani et Ciriaci diaconorum ^a non potuisse apud vos emendationem reviviscere. Compescite, quæso, ab illo, prædictisque, quorumcunque videtis animos, ac non justas æmulationes ut ipse,

^a In reliquis, præter Alv., *subdiaconorum*.

apud nos integer, apud vos cum suis reparatus mereatur pacem non fictam pervidens charitatem. Omnibus igitur vobis, ac singulatiim occurrat charitas, et vinculis, quæ nullis modis a Christo solvuntur, vobiscum pariter in perpetuum connexa lætetur in Domino.

XXVII

EPISTOLA EJUSDEM INNOCENTII PAPÆ

AD UNIVERSOS EPISCOPOS IN TOLOSA.

Innocentius universis episcopis in Tolosana synodo constitutis dilectissimis fratribus in Domino salutem.

I. *De reprehensione Hispanorum qui inordinate constituant clericos.*

Sæpe me et nimia cum teneret cura sollicitum super dissensiones et schismata Ecclesiarum, quod malum per Hispanias latius inducens separationis gradu incedere fama proloquitur, necessarium tempus emerit quo non possit emendatio tanta differri et deberet congrua medicina provideri. Nam de ordinationibus, quæ præ consuetudinis vitio Hispanienses episcopos celebrare cognoscimus, fuerat aliquid secundum majorum traditiones statuendum, nisi perpenderemus ne perturbationes quamplurimas Ecclesiis moveremus. Quorum factum ita reprehendimus, ut propter numerum corrigendorum ea quæ quoquomodo facta sunt in dubium non vocemus, sed Dei potius dimittamus iudicio.

II. *Ut causidici vel curiales vel sæculari militia dediti ad clericum non admittantur.*

Quantos enim ex his qui post acceptam baptismi gratiam in forensi exercitatione versati sunt, et obtinendi pertinaciam susceperunt, ascitos ad sacerdotium esse comperimus, e quorum numero Rufinus et Gregorius perhibentur! Quantos ex militia, qui cum potestatibus obedierint severa necessario præcepta sunt exsecuti! Quantos ex curialibus, qui, dum parent potestatibus, quæ sibi sunt imperata fecerunt! Quantos, qui voluptates et editiones populo celebrarunt, ad honorem summi sacerdotii pervenisse! Quorum omnium neminem nec ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat pervenire. Quæ si singula discutienda mandemus, non modicos motus, aut scandala Hispaniensibus provinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducimus. Idcirco remittenda potius hæc putamus: sed ne deinceps similia committantur, dilectionis vestræ maturitas providere debet, ut tantæ usurpationis saltem nunc finis necessarius imponatur, eo videlicet constituto:

III. *Ut quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.*

Post hæc si quis adversus formas canonum, vel ad ecclesiasticum ordinem vel **35** ad ipsum sacer-

^a In Codicibus numerus tertius inscriptionis constituit hujus periodi membrum.

dotium venire tentaverit, una cum ordinatoribus suis ipso, in quo inventi fuerint, ordine et honore privetur. Et quamvis dilectioni vestræ, fratres charissimi, regulæ Nicænæ sint cognitæ secundum quas ordines faciendos esse per sententiam decernitis; tamen aliquam partem, quæ de ordinationibus est provisiva inserendam putavi, et secundum hæc ordinationes in posterum celebrandas, ne cui interpretandi aliter liberum arbitrium relinquatur: ac primum quæ sunt prohibita digerantur.

IV. *De commemoratione Nicæni concilii, in quo supradicta prohibentur.*

Ne quispiam, qui post baptismum militaverit, ad ordinem debeat clericatus admitti, neque qui causas post acceptum baptismum egerint, aut qui post acceptam Dei gratiam administraverint. Neque de curialibus aliquos ad ecclesiasticum ordinem venire posse, qui post baptismum vel coronati fuerint, vel sacerdotium, quod dicitur, sustinuerint, et editiones publicas celebraverint. Nam et hoc de curialibus est cavendum, ne iidem, qui ex curialibus fuerint, aliquando a suis curiis, quod frequenter videmus accidere, poscantur [*Em.*, reposcantur]. Quæ omnia rationabiliter prohibita oportet modis omnibus custodiri.

V. *Quales eligendi sunt in ordine clericorum.*

Quales vero eligendi sunt in ordine clericorum evidens forma declarat, id est, qui ab inèunte ætate baptizati fuerint, et lectorum officio sociati, vel si majores sunt, cum fuerint Dei gratiam consecuti, statim se ecclesiasticis ordinibus mancipaverint. Et si uxores habuerint, quærendum, si uxorem virginem acceperint, quia scriptum est in Veteri Testamento: *Uxorem virginem accipiat sacerdos*: et alibi: *Sacerdotes mei semel nubant*. Neque qui duas uxores habuerit, quia Paulus apostolus ait: *Unius uxoris virum*.

VI. *De eo qui ante baptismum uxorem habuit et post baptismum aliam, clericus non fiat.*

Nec illud debere admitti, quod aliquanti pro defensione pravi erroris opponunt et asserunt quod ante baptismum omnia dimittuntur, non intelligentes hujusmodi quod sola in ^b baptismo peccata dimittuntur, nec uxoris numerus aboletur. Nam si a

^b In Alv., *In baptismo originalia peccata*.

Deo, ut scriptum est, præparatur viro uxor, et quod Deus iunxit homo non separet, et ipsi auctores generis humani in origine a Deo benedicuntur : quomodo inter peccata ista creduntur posse dimitti ? Quod si secundum illos qui ita credunt verum est, ergo omnis justitia, quæ a catechumenis ante baptismum fuerit operata, per baptismum auferetur. Nullus ergo contra Apostolum tale aliquid sentiat, nec admittat, sed fideliter intelligat : *Unius uxoris virum*, sive ante baptismum esse nominatum ^a, sive post baptismum. Si enim uxor ante baptismum accepta

^a Ex reliquis, præter Alv., in quo : *numeratum*.

non ducitur in numerum, nec filii ex eadem suscepti inter filios poterunt numerari. Quod quam absurdum sit et alienum, prudentia vestra melius æstimabit. Unde neminem ^b liceat interpretari aliter divinas Scripturas, nisi quod recta ratio permittit, ne dum quidam remedia sibi iniqua ad excusationem præparant, et corrupisse legem, et regulas evertisse judicentur. Sed ea tenenda sunt quæ divinarum Scripturarum series continet, et a sacerdotibus utili ratione sunt constituta. Bene valeatis, fratres charissimi.

^b Bibl. Reg., *neminem, dixerim, liceat*.

XXVIII

EPISTOLA DECRETORUM PAPÆ ZOSIMI

AD HESYCHIUM EPISCOPUM SALONITANUM.

Zosimus episcopus urbis Romæ Hesychio episcopo Salonitano salutem.

36 Exigit dilectio tua præceptum apostolicæ sedis, in quo Patrum decreta consentiunt, et significas nonnullos ex monachorum cœtu, quorum solitudo quavis frequentia major est, sed et laicos ad sacerdotium festinare.

I. Quod monachi vel laici nisi per gradus ecclesiasticos non debeant ad summum sacerdotium pervenire.

Hoc autem specialiter, et sub prædecessoribus nostris, et nuper a nobis interdictum constat esse, litteris ad Gallias Hispaniasque transmissis, in quibus regionibus familiaris est ista præsumptio, quamvis nec Africa super hac admonitione nostra habeatur aliena : ne quis penitus contra Patrum præcepta, qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem non fuisset imbutus, et temporum approbatione divinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum Ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumeret, ut non solum in eo ambitio inefficax haberetur, verum etiam in ordinatores ejus, ut carerent eo ordine quem sine ordine contra præcepta Patrum crediderant præsumendum. Unde miramur ad dilectionem tuam statuta apostolicæ sedis non fuisse perlata. Laudamus igitur propositum constantiæ tuæ, frater charissime, nec aliud de pontificii tui censura veteris auctoritatis genus expectandum fuit, quam ut talibus ambitionibus pro præceptis Patrum in procinctu fidei constitutus occurreres. Igitur si quid auctoritatis, quod non opinamur, existimatur defuisse, supplemus. Vos obsistite talibus ordinationibus, obsistite superbis et arrogantibus venientibus. Tecum faciunt præcepta Patrum : tecum sit apostolicæ sedis auctoritas. Si enim officia sæcularia principalem locum, non vestibulum actionis ingressis, sed per plurimos gradus examinatis ^a temporibus deferunt, quis ille tam arrogans, tam impudens invenitur, ut in cœlesti militia, quæ propensius ponderanda est, et sicut aurum repetitis ignibus exploranda, statim dux esse desideret, cum tiro ante non fuerit, et prius velit docere quam dis-

^a Ex reliquis, præter Alv., in quo : *examinatores*.

cere ? Assuescat in Domini castris in lectorum primitus gradu divini rudimenta servitii, nec illi vile sit exorcistam, acolythum, subdiaconum, diaconum per ordinem fieri, nec hoc saltu sed statuti majorum ordinatione temporibus. Jam vero ad presbyterii fastigium talis accedat, ut et nomen ætas impleat, et meritum probitatis stipendia antefacta tententur ; jure inde summi pontificis locum sperare debet. Facit hoc nimia remissio consacerdotum nostrorum, qui pompam multitudinis quærunt, et putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri. Hinc passim numerosa popularitas etiam his locis ubi solitudo est talium reperitur, dum parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præstare non possunt divinos ordines largiantur : quod oportet districti semper esse judicii. Rarum est enim omne quod magnum est.

II. Quod si quis interdicta despexerit, gradus sui periculo subjacebit.

Proinde nos ne quid meritis dilectionis tuæ derogemus, ad te potissimum scripta direximus, quæ in omnium fratrum et coepiscoporum nostrorum facies ire notitiam, non tantum eorum qui in ea provincia sunt, sed etiam qui vicinis dilectionis tuæ provinciis adjunguntur. Sciet quisquis hoc postposita Patrum et apostolicæ sedis auctoritate neglexerit, in his districtius vindicandum, ut loci sui minime **37** dubitet sibi non constare rationem, si hoc putat post tot prohibitiones impune posse tentari. Contumeliæ enim studio sit quidquid interdictum tollis usurpatur.

III. Quæ in singulis clericorum gradibus tempora sint præfixa.

Hæc autem singulis gradibus observanda sunt tempora. Si ab infantia ecclesiasticis min steris nomen dederit, inter lectores usque ad vicesimum ætatis annum continuata observatione perduret. Si major jam et grandævus accesserit, ita tamen ut post baptismum statim se divinæ militiæ desiderat mancipari, sive inter lectores sive inter exorcistas quinquennio te-

neatur. Exinde acolythus, vel subdiaconus quatuor annis sit, et sic ad benedictionem diaconatus, si ueretur, accedat. In quo ordine quinque annis si inculpate se gesserit, hærere debet. Exinde suffraganeis stipendiis, per tot gradus datis propriæ fidei documentis, presbyterii sacerdotium poterit promereri. De quo loco, si eo illum exactior ad bonos mores vita produxerit, summum pontificatum sperare

^a In omnibus Codicibus, præter Alv., Esc. 3 et Ger., ix.

^A debet; hac tamen lege servata, ut neque digamus, nec viduus maritus, neque penitens ad hos gradus possit admitti. Sane ut etiam defensores Ecclesiæ, qui ex laicis sunt, supradicta observatione teneantur, si meruerint esse in ordine clericatus. Datum viii^o Kalendas Martias, dominis nostris Honorio XII et Theodosio VIII Augustis consulibus.

XXIX

EPISTOLA EJUSDEM ZOSIMI PAPÆ AD CLERUM RAVENNENSEM.

Zosimus episcopus urbis Romæ presbyteris et diaconibus qui Ravennæ sunt.

Ex relatione fratris nostri Archidami ^a presbyteri qualiter suscepti sitis, vel quid egeritis cognovimus, vel qualiter illi suscepti sunt qui contra canones adversum nos ad comitatum, nescio qua audaci temeritate, ire voluerunt. Ad quos hæc quæ nunc emisimus olim scripta feceramus eorum quas injuriose miserant, respondentes epistolis. Sed quoniam non potuerunt rei in sua, hoc est, in nostra Ecclesia Romana cum nostris compresbyteris commorari ^b, has ad vos illis tradendas litteras destinavimus, in quibus decreto nostro sanximus memoratos perturbatores

^a Bibl. Reg., Archiami. Tol. 2, Arcianini.

^b In omnibus, præter Alv., in quo, commemorari.

^c Tol. 2, probatam nostram sententiam.

^d In omnibus, præter Alv., in quo, etiam.

^e Esc. 4, Urg., hæc.

^B omnium ab apostolicæ nostræ sedis communione alienos fuisse, atque nostra subscriptione probatam ^c sententiam suscepisse. Illos vero ^d qui effrenato hujus facti consilioque assensum commodare voluerunt, vestræ charitatis est astimare qualiter habeantur. Quibus hoc ^e objicere vos debeatis, quod juxta canonum præcepta fortiter incurrere, et, qualiter presbyteros non decebat, rebelles existere tentaverunt. Vos autem monemus in speculis esse debere, ne quorum prorumpat audacia, quos anathematizatos scit ^f esse sancta et apostolica Ecclesia. De his vero qui eorum se societati junxerunt, quid agere debeamus, cum reversi fueritis, consilio meliori tractabimus.

^e In Codicibus mutilis apparet hic locus. In quibusdam deest vox scit: in alijs sancta et apostolica Ecclesia; in aliquibus sancta et; in cæteris pro sancta et scribitur suscite; ex omnibus itaque desumpta lectio.

XXX

EPISTOLA PAPÆ BONIFACII AD HONORIUM AUGUSTUM.

Supplicatio ejusdem papæ ut constituatur a principe, quatenus in urbe Roma per ambitum nunquam pontifex ordinetur.

Bonifacius episcopus Honorio Augusto.

38 Ecclesiæ meæ, cui Deus noster meum sacerdotium, vobis res humanas regentibus, deputavit, cura constringit, ne causis ejus, quamvis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conventus, qui a sacerdotibus universis et clericis et Christianæ plebis perturbacionibus agitantur, apud aures Christianissimi principis desim. Si quid enim secus quam oportet eveniat, non vos id facere, qui cuncta æqua moderatione componitis, sed nos per nostram tacentes desidiam videbimur, quod civitatibus quietem et Ecclesiæ pacem pervertere valeat, admisisse. Cum enim humanis rebus divinæ cultor religionis, Domino ^a favente, præsideas, nostra culpa erit si non id sub vestra gloria, quam certum est divinis semper rebus animo promptiore favisse, firmo et stabili jure custodiatur, quod per tot annorum seriem, et sub illis etiam principibus obtinuit, quos nulla nostræ religionis cura constrinxit, id est ut fidens utar licitis, et sub vestræ imperio clementiæ quæ sunt illicita for-

midantur. Ipsa enim Ecclesia devotionem tuam, Christianissime imperator, meo quidem sermone, sed suo venerabili appellat affectu; quam Christus Dominus noster vestri fidus rector et gubernator imperii sui desponsatam sibi et intactam virginem servat, ut non in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum fluctus illidi, et quieta facie tempestatis insolitiæ timore turbari, gloriosissime et tranquillissime imperator Auguste. Ipsa ergo, quæ uni desponsata, vestra tamen mater est, Ecclesia pietatem vestram legatione, quam suis sacerdotibus commisit, appellat: præterita præsentiaque repetit in vobis, quibus religiose imperantibus crevit meus, modo tuus, populus tam fidus Deo, quam tibi qui es princeps Christianorum. Ecce enim inter ipsa mysteria, inter preces suas, quas pro vestri felicitate dependit imperii, teste, apud quem et de cujus sede agitur, sancto Petro, sollicitis pro religionis observantia vocibus clamat, cum sollicita petitione miscetur oratione, ne hos in varias res sæmel avulsa detrahat, et a cultu

^a Desunt folia in Esc. 3.

solito, tentatore sollicitante, dissociet. Augetur pluribus, princeps Christianissimo, nisi apud te suarum esset securarum et in oppressionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, divino cultu pariter cum imperio semper florente, vicisset. Habet refugium tuæ mansuetudinis animum cum suæ religionis veneratione conjunctum, cum quidquid huic

A proficiat vos agatis, et conferatis fratribus, et concardotibus meis probatissimis viris, a me et ab omnibus qui Ecclesiam faciunt legatis : quibus, precamur, sacræ causam religionis prosequentibus in urbe vestræ mansuetudinis hoc animo, quo postulamus, adunatis, et in perpetuum statui universalis Ecclesiæ consulatis. Datum Kalendas Julias.

XXXI

RESCRIPTUM HONORII AUGUSTI AD BONIFACIUM PAPAM,

In quo statuit ut si denuo Romæ episcopi ordinati fuerint duo, ambo de civitate pellantur.

Victor Honorius inclytus triumphator, semper Augustus, sancto et venerabili Bonifacio papæ urbis Romæ.

39 Scripta beatitudinis tuæ debita reverentiæ gratulatione suscepimus quibus recensitis egimus omnipotenti Deo maximas gratias quod sanctimoniam tuam post longum incommodum optatæ redditam didicimus sanitati. Et ideo reverentibus venerabilibus viris gaudium nostrum sacrorum apicum attestazione signamus ac petimus, ut quotidianis orationibus apostolatus tuus studium ac votum suum circa salutem aique imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostræ satis placuisse cognosco, quod sanctimoniam tuam de Ecclesiarum aut populi perturbatione sollicita est^a quæ ne aliqua ratione possit even-

^a la Alv. desunt hæ voces : *sollicita est, quæ ex cæteris Codicibus desumptæ sunt.*

B nire satis clementia nostra credit esse provisum. Denique prædicante beatitudine tua id ad cunctorum clericorum notitiam volumus pervenire, ut si quid forte religioni tuæ, quod non optamus, humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum : ac si duo forte contra fas temeritate certantes fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus sacerdotem ; sed illum solum in sede apostolica permansurum, quem ex numero clericorum nova ordinatione divinum iudicium, et universitatis consensus elegerit. Unde id observandum est, ut omnes tranquillam mentem et pacificos animos ex serenitatis nostræ admonitione custodiant, nec aliquid seditiosis conspirationibus tentare conentur, cum certum sit nulli partium sua studia profutura.

XXXII

EPISTOLA BONIFACII PAPÆ AD EPISCOPOS GALLIÆ.

De Maximo episcopo dicens criminibus accusato.

Bonifacius episcopus Patroclo, Remigio, Maximo, Hilario, Severo, Valerio, Juliano, Castorio, Leontio, Constantino, Joanni, Montano, Marino, Mauricio, et cæteris episcopis per Gallias et septem provincias constitutis.

40 Valentini nos clerici civitatis adierunt proponentes per libellum crimina, quæ Maximum teste tota provincia asserunt commisisse, delegata toties cognitione illum constituta semper subterfugisse iudicia, nec confusum conscientia festinasse, ut si esset innocens, examinatis omnibus, purgaretur, quæ toties decreta ex vestrarum quoque chartarum instructione cognovimus. Qui e contrario probavit de se illa quæ dicta sunt, cui ad ea confutanda, cum essent innumera, a decessoribus meis provincialis est delegata cognitio. Conventus etiam dicitur evitasse et adesse minime voluisse. Et nullus dubitat quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum ut absolatur qui est innocens quærit. Sed astuta cavillatio eorum qui versutis agendum credunt esse consiliis, nunquam innocentiam nomen accipiet. Constitetur enim de omnibus quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat. Veniet tamen aliquando ille, qui talis perhibetur, in medium ; nec prodest illi toties latuisse, et toties subterfugisse, quom sui actus et

C ommissa quæcunque fuerint ea quæ obijciuntur illi, si vera sunt, crimina persequuntur. Deberam quidem jam nunc dignam pro ejus accusatis in nostro iudicio actibus, qui cognitionem et decretum iudicium sæpe declinando credidit illudendum, ferre sententiam. Ac ne aliquis præcocem forsitan iudicaret, et sibi, qui absens est, licet sit quæstus a nobis, reservatum esset nihil diceret, maluimus, intercapedine temporis data, differri, cum hoc etiam ejus accusatores assererent, de quorum intentionibus et moribus sit securum, Maximum tanto magis damnanda committere, quanto tardius se constituto iudicio præsentavit. Quem Manichæorum involutum caligine, arguunt turpi secta olim ita, ne eum possit abluere, animum sordidasse, in probationem objectæ rei gesta synodalia proferentes et commissis involutum undique flagitiis nullum cum sanitatis habuisse respectum. Quem furore suo et insana temeritate ad sæcularium quoque iudicium tribunalia subditum quæstioni, quod in vili quoque persona turpissimum est, obijci pervenisse, et homicidii damnatum assererent, gestis prolatis in medium : et hunc talem post tanta talia que commissa episcopatus adhuc sibi nomen in suis latibus vindicare in propriæ civitatis infamiam nimis doloribus conquærantur, et sanctum nosse

vindicando sibi velle polluere. Ideoque, fratres charissimi, quia audiendus hic presentare se noluit, ne, convictus forsitan ab accusantibus se clericis, possit digna tandem aliquando, presentatus episcopali iudicio, pronuntiationis congruæ ferri sententia (quam illi cum hæc edocta fuerint, quæ potest huius nominis esse jactura, qui pudorem nunquam habuisse sacerdotii perhibetur, et locum suum, ne iudico quidem tempore, custodisse?), dilationem dedimus, et decrevimus vestrum debere intra provinciam esse iudicium, et congregari synodum ante diem Kalendarum Novembrium, ut si adesse voluerit^a, præsens, si confidit, ad objecta respondeat; si adesse neglexerit, dilationem sententiæ non lucretur de ab-

^a Ab his vocibus prosequitur Esc. 3.

^b Ex Æm., Bibl. Reg., Tol. 2, Urg. In reliquis: *compressione*.

sentia. Nam **41** manifestum est confiteri eum de crimine, qui indulto et toties delegato iudicio purgandi se occasione non utitur. Nihil enim interest utrum in presenti examine omnia quæ dicta sunt, comprobentur, cum ipsa quoque pro confessione^b procurata toties constet absentia. Nos autem per omnes provincias litteras dirigemus, ne excusationem sibi ignorantis obtendat, ut ad provinciam venire cogatur, et illic se constituto presentari iudicio. Quidquid autem vestra charitas de hac causa duxerit decernendum, cum ad nos relatum fuerit, nostra, ut concedet, necesse est auctoritate firmetur. Datum sub die Idus Junias Monaxio^c XI viro clarissimo consule.

^c Ex reliquis, præter Alv., in quo: *Nona XI vicis consule*.

XXXIII

EPISTOLA EJUSDEM BONIFACII PAPÆ AD HILARIUM NARBONENSEM EPISCOPUM.

Ut in unaquaque provincia nemo contempto metropolitano episcopus ordinetur.

Bonifacius episcopus urbis Romæ Hilario episcopo Narbonensi salutem.

Difficile [*Bibl. Reg.*, difficillime] quidem fidem querimoniis commodamus quarum sacerdotes Domini pulsati intento, maxime cum eos loquuntur quippiam contra Patrum statuta tentasse: sed frequenter has asserit, sicut nunc, multitudo causantium. Ecce enim, ut charitas tua recognoscit, ex subditis Lutubensis^a Ecclesiæ cleri ordo vel plebis preces suas vel lacrymas ad nos, quantum datur intelligi, magno cum dolore miserunt, dicentes coepiscopum nostrum Patroclum sua petitione cessante in locum decedentis episcopi, nescio quem, in^b aliena provincia prætermisso metropolitano contra Patrum regulas ordinasse. Quod nequaquam possumus ferre patienter, quia convenit nos paternarum sanctionum diligentes esse custodes. Nulli etenim videtur incognita synodi constitutio Nicæna, quæ ita præcepit, ut eadem proprie verba ponamus: per unamquamque provinciam jus metropolitanos singulos habere debere, nec cuiquam duas esse posse subjectas; quod illi, quia aliter credendum non est, servandum, sancto Spiritu suggerente, sibi met censuerunt. Unde, frater charissime, si ita res

^a Ex Æm., Bibl. Reg., Esc. 3, Tol. 1, Urg., Ger. In Alv., Esc. 4 et Tol. 2, *Lugdunensis*.

sunt et Ecclesiam supradictam provinciæ tuæ limes includit, nostra auctoritate commonitus, quod quidem facere sponte deberes, desideriis supplicantem et voluntate respecta, ad eundem locum, in quo ordinatio talis celebrata dicitur, metropolitani jure munus^c et præceptionibus nostris fretus accede: intelligens arbitrio tuo secundum regulas Patrum, quæcumque faciendæ sunt, a nobis esse concessa, ita ut peractis omnibus apostolicæ sedi quidquid statueris te referente clarescat, cui totius provinciæ ordinationem liquet esse mandatam. **42** Nemo ergo eorum terminum audax temerator excedit, nec aliquis illorum contumeliam partibus suis quæ sibi non videntur concessa defendat. Cesset huiusmodi præsumptio eorum, qui ultra licitum suæ limitem dignitatis extendunt. Quod idcirco dicimus, ut advertat charitas tua adeo nos canonum præcepta servare, ut ita constitutio quoque nostra definiat, quatenus metropolitani sui unaquæque provincia in omnibus rebus ordinationem semper expectet. Datum v Idus Februarias dominis nostris Honorio XII, et Theodosio X, consulibus.

^b Ex reliquis, præter Alv., in quo, *ex*.

^c Ex Æm. et Bibl. Reg. In reliquis, *monitus*.

XXXIV

EPISTOLA COELESTINI PAPÆ AD EPISCOPOS GALLIÆ.

Dilectissimis fratribus Venerio, Marino, Leontio, Dauxonio, Arcadio, Fillacio, et cæteris Galliarum episcopis Cælestinus.

Apostolici verba præcepti sunt apud Judæos atque Gentiles sine offensione nos esse debere. Hoc quisquis

Christianus est tota animi virtute custodit. Quod cum ita sit, non parum periculi illi manere poterit ante Deum, qui hoc detrectat etiam fidelibus exlibere. Nam qualiter nos, qui neminem perire volumus, ista contristat, quæ auctoribus Christianis percellunt

nimos Christianos, dominicus in Evangelio sermo A testatur. Ait enim ipse Salvator quod expediat scandalizanti unum de pusillis in maris profundum demergi; ideoque, qualis sit ejus jam poena, queramus cui tale supplicium legitimus expedire.

I. *De Prospero et Hilario qui quosdam Galliarum presbyteros accusant Pelagii sectatores.*

Filii nostri presentes Prosper et Hilarius, quorum circa Dominum nostrum sollicitudo laudanda est, tantum, nescio quibus presbyteris, illic licere, qui dissensionem ecclesiarum studeant, sunt apud nos prosecuti, ut indisciplinatas questiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant predicare adversantia veritati. Sed vestrae dilectioni justius imputamus quando illi supra vos habent copiam disputandi. Legimus supra magistrum non esse discipulum, hoc est, non sibi debere quemquam in injuriam doctorum vindicare doctrinam. Et hos ipsos a Deo nostro positos novimus ad docendum, cum sit, dicente [Esc. 3, docente] Apostolo, eis tertius locus intra ecclesiam deputandus. Quid illic spei est, ubi magistris tacentibus hi loquantur qui, si ita est, eorum discipuli non fuerunt? Timeo ne connivere sit hoc tacere. Timeo ne magis ipsi loquantur qui permittunt illis taliter loqui. In talibus causis non caret suspicione taciturnitas, quia occurreret veritas si falsitas displiceret: merito namque causa nos respicit, si silentio foveamus errorem. Ergo corripiantur hujusmodi: non sit his liberum habere pro voluntate sermonem. Desinat, si ita res sunt, incessere novitas velustatem: desinat Ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Conantur saepe naufragio mergere, quos intra portum stantes statio facit fida securus. Fida quippe est omnium statio, quorum perfectis gressibus vestigia non moventur. Recurrerunt ad apostolicam predicti sedem, hæc ipsa nobis, quæ tentat perturbatio, conquerebant. Habetote, fratres charissimi, pro catholice plebis pace tractatum. Sciant se, si tamen censentur presbyterii dignitate, vobis esse subjectos. Sciant sibi omnes, qui male docent, quod discere magis ac magis competat quam docere. Nam quid in ecclesiis vos agitis, si illi summam teneant predicandi? Nisi forte illud obsistat, quod non auctoritate, non adhuc ratione colligitur, ut aliqui de fratrum numero nuper de laicorum consortio in collegium nostrum fortassis admisi nesciant quid sibi debeant vindicare. Super his multa jam dicta sunt eo tempore quo ad fratris Tuendi dedimus scripta responsum. Nunc tamen repetentes saepius admonemus: volentur hujusmodi laborare per terras aliud, quam ille noster jussit agricola seminare. Nec tamen mirari possumus si hæc erga viventes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quiescentium fratrum memoriam dissipare.

^a In reliquis, præter Alv., e.

^b Tol. 2, Urg., Tuendi.

^c Ex Bibl. Reg. In reliquis, vitentur.

^d Em., Esc. 3, Tol. 1, 2, Urg., Ger., mirabilis.

^e Bibl. Reg., Tol. 1, sancta.

^f Ex Bibl. Reg. et Esc. 3. In reliquis, communionem.

II. *De sancto episcopo Augustino mira laudis assertio.*

Augustinum sanctæ recordationis virum pro vita sua, atque meritis in nostra communiōe semper habuimus: nec unquam hunc sinistrae suspicionis saltem rumor aspersit, quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam a meis semper decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, utpote qui ubique cunctis et amori fuerit et honori; unde resistatur talibus, quos male crescere videmus. Nefas est hoc pati religiosas animas, quarum afflictione, quia membra nostra sunt, nos quoque convenit macerari, quamvis maneat his beatitudo promissa, quicumque probantur persecutionem pro justitia sustinere: quibus quid promittat Dominus in futurum sequens sermo declarat. Non est agentium causa solorum, cum universalis Ecclesia quacunq̄e novitate pulsatur. Intelligamus hæc ipsa vobis, quæ nobis non placent, displicere. Quod ita demum probare poterimus, si, imposito improbis silentio, de tali re in posterum querela cessarit. Deus vos incolumes custodiat, fratres charissimi.

III. *Præteritorum sedis apostolicæ episcoporum auctoritates de gratia Dei.*

Quia nonnulli, qui catholico nomine gloriantur, in damnatis hæreticorum sensibus, seu pravitate, sive imperitia, demorantes, piissimis disputatoribus obviare præsumunt: et cum Pelagium atque Celestinum anathematizare non dubitant, ad magistros tamen nostros, tanquam necessarium modum excesserint, obloquantur, eaque tantummodo sequi, et probare profitentur, quæ sacratissima beati apostoli Petri sedes contra inimicos gratiæ Dei per ministerium præsulum suorum sanxit et docuit: necessarium igitur fuit diligenter inquirere, quid rectores Romanæ Ecclesiæ de hæresi, quæ eorum temporibus exorta fuerat, judicarent, et contra nocentissimos liberi arbitrii defensores quid de gratia Dei sentiendum esse censuerint; ita ut etiam Africanorum conciliorum quasdam sententias jungeremus, quas utique suas fecerunt apostolici antistites, cum probarunt. Ut ergo plenius qui in aliquo dubitant instruatur, constitutiones sanctorum Patrum compendioso manifestamus indiculo. Quod si quis non nimium est contentiosus, agnoscat omnium disputationum connexionem. Ex hac subditarum auctoritatum brevitate pendere, nullamque sibi contradictionis superesset rationem, si cum catholicis credat, et dicat:

IV. *Quod Adam omnes homines læserit, nec quemquam nisi Christi gratia posse salvari.*

In prævaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem et innocentiam perdidisse, et neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei miserantis crexerit, pronuntiant beatæ memoriæ papa Innocentio, atque

^a Em., Esc. 3, 4, Tol. 1, 2, Urg., Ger., propter justitiam. B. R., per justitiam.

^b Quæ ab hoc numero sequuntur potius ab alio quam a Cælestino scripta et adjuncta videntur. Non desunt qui a Prospero ea exarata esse testantur.

^c Ex reliquis, præter Alv., in quo, minimum.

dicante in epistola ad Carthaginense concilium : Liberum enim arbitrium ille perpeſsus, dum suis inconsultus utitur bonis, cadens, in prævaricationis profunda demersus est ; et nihil, quemadmodum exinde surgere posset, invenit ; suaque in æternum libertate deceptus, huic ruinæ jacuisset oppressus, nisi cum postea Christi pro sua gratia elevarisset adventus, qui per novæ regenerationis purificationem omne præteriti vitium sui baptismatis lavacro purgavit.

V. *Quod nemo sit bonus suis viribus nisi participatione ejus qui solus est bonus.*

Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille donet qui solus est bonus ; quod in eisdem scriptis ejusdem pontificis sententia protestatur dicens : Nunquid nos de eorum post hæc rectam mentibus æstimemus, qui sibi se putant debere quod boni sunt, nec illum considerant, cujus quotidie gratiam consequuntur, qui sine illo tantum se assequi posse confidunt ?

VI. *Quod nisi gratia Dei continua juvemur, insidias diaboli devitare non possumus.*

Neminem etiam baptismatis gratia renovatum idoneum esse ad superandas diaboli insidias et ad evincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adjutorium Dei perseverantiam bonæ conversationis acceperit. Quod ejusdem antistitis in iisdem paginis doctrina confirmat, dicens : Nam quamvis hominem redimeret a præteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse peccare, ad reparationem sibi quemadmodum posset illum et post ista corrigere multa servavit, quotidiana præstat ille remedia, quibus nisi fratrem confisique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Necesse est enim ut quo auxiliante vicimus iterum non adjuvante vincamur.

VII. *Quod per Christum libero bene utamur arbitrio.*

Quod nemo nisi per Christum libero bene utatur arbitrio idem magister in epistola ad Milevitanum concilium data prædicat, dicens : Adverte tandem, o gravissimorum mentium perversa doctrina, quod primum hominem ita libertas ista decepit, ut dum indulgentius frenis ejus utitur in prævaricationis præsumptionem concideret. Nec ex hac potuit erui, nisi ei providentia regenerationis statum pristinae libertatis Christi Domini reformasset adventus.

VIII. *Quod omnia sanctorum merita dona sint Dei.*

Quod omnia studia, et omnia opera, ac merita sanctorum ad Dei gloriam laudemque referenda sunt, quia nemo aliunde ei placet, nisi ex eo quod ipse donaverit. In quam nos sententiam dirigit beatæ recordationis papæ Zosimi regularis auctoritas, cum scribens ad totius orbis episcopos ait : Nos autem instinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt, unde nascuntur) ad fratrum et coepiscoporum nostrorum conscientiam universa retulimus. Hunc autem sermonem sincerissimæ veritatis luce radiantem tanto Afri episcopi honore venerati sunt, ut ita ad eundem virum scriberent : illud vero quod

in litteris, quas ad universas provincias curasti esse mittendas, posuisti, dicens : nos tamen instinctu Dei, et cætera : sic accepimus dictum, ut illos, qui contra Dei adjutorium extollunt humani arbitrii libertatem, districto gladio veritatis, velut cursim transiens, amputares. Quid enim tam libero fecistis arbitrio quam quod universa in nostræ humilitatis conscientiam retulistis ? Et tamen instinctu Dei factum fuisse fideliter sapienterque vidistis veraciter fidenterque dixistis : ideo utique, quia præparatur voluntas a Domino, et, ut boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse agit corda filiorum. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt, et nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, et in bonis quibusque voluntatis humanæ singulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium.

IX. *Quod omnis sancta cogitatio, et motus piæ voluntatis ex Deo sit.*

Quod ita Deus in cordibus hominum, aut in ipso libero operetur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium consilium omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit, quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Ad hanc enim nos professionem idem doctor instituit, qui, cum ad totius urbis episcopos de divinæ gratiæ opitulatione loqueretur, quod ergo, ait, tempus intervenit, quo ejus non egeamus auxilio ? In omnibus igitur actibus, causis, cogitationibus, motibus adjutor et protector orandus est. Superbum est enim, ut quidquam sibi humana natura præsumat, clamante Apostolo : Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed contra principes et potestates aeris hujus, contra spiritualia nequitiæ in caelestibus. Et sicut ipse iterum dixit : Infelix ego homo ! Quis me liberabit de corpore mortis hujus ? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Et iterum : Gratia Dei sum id quod sum, et gratia ejus in me vacua non fuit : sed plus illis omnibus laboravi : non ego autem, sed gratia Dei mecum.

X. *Quod gratia Dei non solum peccata dimittat, sed etiam adjuvet ne committantur, et præstat ut lex impleatur, non, sicut ait Pelagius, facile, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri.*

Illud etiam, quod inter Carthaginensis synodi decreta constitutum est, quasi proprium apostolicæ sedis amplectimur : quod scilicet tertio capitulo definitum est, ut quicumque dixerit gratiam Dei, qua justificamur per Jesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema sit. Et iterum quarto capitulo : ut quisquis dixerit gratiam Dei per Jesum Christum propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur et aperitur intelligentia mandatorum ut sciamus quid appetere et quid vitare debeamus ; non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognovimus etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema sit. Cum

^a Ex *Æm.*, Esc. 3, Tol. 1. In cæteris, ullo.

^b Ex reliquis, præter *Alv.*, in quo, formasse!

^c *Æm.*, *Bibl. Reg.*, Esc. 4, esse.

^d Ex cæteris Codicibus. In *Alv.*, non autem nobis præstari.

enim dicat Apostolus : *Scientia inflat, charitas vero edificat*; valde impium est ut credamus ad eam quæ inflat nos habere gratiam Christi, et ad eam quæ ædificat non habere, cum sit utrumque donum Dei et scire quid facere debeamus, et diligere ut faciamus, ut, ædificante charitate, scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est : *Qui docet hominem scientiam*, ita etiam scriptum est : *Charitas ex Deo est*. Item quinto capitulo : ut quisquis dixerit, ideo nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere per liberum jubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, tanquam etsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possemus etiam sine illa implere divina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur : ubi non ait : *Sine me difficilius potestis facere*; sed ait, *sine me nihil potestis facere*.

XI. *Quod præter statuta sedis apostolicæ omnes orationes Ecclesie Christi gratiam resonent, qua genus humanum ab æterna damnatione reparatur.*

Præter has autem beatissimæ et apostolicæ sedis inviolabiles sanctiones, quibus nos piissimi Patres, pestiferæ novitatis elatione dejecta, et bonæ voluntatis exordia et incrementa probabilium studiorum, et in eis usque in finem perseverantiam ad Christi gratiam referre docuerunt; obsecrationum quoque sacerdotalium sacramenta respiciamus, quæ ab apostolis tradita in toto mundo, atque in omni Ecclesia catholica uniformiter celebrantur, ut legem credendi lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium præsules mandata sibi legatione fangantur, apud divinam clementiam humani generis agunt causam, et tota secum Ecclesia congemiscente postulant et precantur, ut infidelibus donetur fides, ut idolatræ ab impietatis suæ liberentur erroribus, ut Judæis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, ut hæretici catholicæ fidei perceptione resipiscant, ut schismatici spiritum redivivæ charitatis accipiant, ut lapsis pœnitentiæ remedia conferantur, ut denique catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis cœlestis misericordiæ aulæ reserentur. Hæc autem non perfunctorie, neque inaniter a Domino peti, rerum ipsarum monstrat effectus; quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum Filii charitatis suæ, et ex vasis iræ faciat vasa misericordiæ. Quod adeo totum divini operis esse sentitur, ut hæc efficienti Deo gratiarum semper actio, laudisque confessio, pro illuminatione talium vel correctione referatur.

^a Bibl. Reg., Esc. 4, Tol. 1, Ger., *animam nostram*.

A XII. *Quod gratiam Dei etiam baptizandorum testetur instituta purgatio, cum exorcismis et insufflationibus spiritus ab eis abiguntur [Bibl. Reg., expelluntur] immundi.*

Illud etiam quod circa baptizandos in universo mundo sancta Ecclesia uniformiter agit, non otioso contemplatur intuitu; cum sive parvuli sive juvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitæ adeunt, quam exorcismis et exsufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur; et tunc vere appareat quomodo princeps mundi hujus mittatur foras, et quomodo prius alligetur fortis, et deinceps vasa ejus diripiuntur in possessionem translata victoris, qui captivam ducit captivitatem, et donat dona hominibus. His ergo ecclesiasticis regulis et ex divina sumptis auctoritate documentis ita adjuvante Domino confirmati sumus, ut omnium bonorum affectuum atque operum, et omnium studiorum omniumque virtutum quibus ab initio fidei ad eum tenditur, Deum profiteamur auctorem; ⁴⁶ et non dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita præveniri, per quem sit ut aliquid boni et velle incipiamus et facere. Quo utique auxilio et munere Dei non auferatur liberum arbitrium, sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de pravo rectum, de languido sanum, de imprudente sit providum. Tanta enim est erga homines omnes bonitas Dei, ut nostra velle esse merita, quæ sunt ipsius dona, et pro his quæ largitus est, æterna præmia sit daturus. Agit quippe in nobis, ut quod vult et velimus et agamus: nec otiosa in nobis esse patitur, quæ exercenda, non negligenda donavit, ut et nos cooperatores simus gratiæ Dei, ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione languescere, ad illum sollicite recurramus, qui sanat omnes languores nostros, et redimit de interitu vitam^a nostram, et cui quotidie dicimus: *Ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo*.

XIII. *Quod profundiores quæstiones nec contemnendæ sint, nec penitus asserendæ.*

Profundiores vero, difficilioreque partes occurrentium quæstionum, quas latius pertractarunt qui hæreticis resistunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus astruere; quia ad confitendum gratiam Dei, cujus operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus quidquid secundum prædictas regulas apostolicæ sedis nos scripta docuerunt, ut prorsus non opinemur catholicum quod apparuerit præfixis sententiis esse contrarium. *Explicit de gratia Dei et libero voluntatis arbitrio.*

XXXIV

EPISTOLA EJUSDEM COELESTINI PAPÆ AD EPISCOPOS GALLIÆ.

Cœlestinus universis episcopis per Viennensem et Narbonensem provinciam constitutis in Domino salutem.

Cuperemus quidem de vestrarum Ecclesiarum ita

ordinatione gaudere, ut congratularemur potius de profectu, quam aliquid admissum contra disciplinam ecclesiasticam doleremus. Ad nostram enim lætitiā et benefacta perveniunt, ac majoris aculeis nos quæ

fuert malefacta compungunt. Nec silere possumus, cum ad hoc, ut ab illicitis revoceamus aliquos, officii nostri provochemur instinctu, in speculis a Deo constituti, ut vigilantiae nostrae diligentiam comprobantes et quae coercenda sunt resecemus, et quae observanda sunt sanciamus. Et quamvis circa longinqua specialis cura non deficit, sed se per omnia, qua nomen Dei praedicatur, extendit, nec notitiam nostram subterfugiant, quae in eversionem regularum novellae praesumptionis auctoritate tentantur.

I. *Quod non debeant sacerdotes aut clerici amicti palleis et praecincti lumbis in ecclesia ministrare.*

Didicimus enim quosdam Domini sacerdotes superstitioso potius cultui inservire quam mentis vel fidei puritati. Sed non mirum, si contra ecclesiasticum morem faciunt, qui in ecclesia non creverunt, sed alio venientes itinere secum haec in ecclesiam, quae in aliam conversationem habuerunt, 47 intulerunt. Amicti palleo et lumbos^a praecincti credunt sese Scripturae fidem non per spiritum, sed per litteram completuros. Nam si ad hoc ista praecpta sunt ut taliter servarentur, cor non sunt pariter quae sequuntur, ut lucernae ardentis in manibus una cum baculo teneantur? Habent suum ista mysterium, et intelligentibus ita clara sunt, ut ea magis qua decet significatione serventur. Nam in lumborum praecinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis indicatur, de quo dicitur: *Sic opera vestra lucrant.* Habent tamen istum forsitan cultum, morem potius quam rationem sequentes, qui remotioribus habitant locis, et procul a caeteris degunt. Unde hic habitus in ecclesiis Gallicanis, ut tot annorum tantorumque pontificum in alterum habitum consuetudo vertatur? Discernendi a plebe vel caeteris sumus doctrina, non veste; conversatione, non habitu; mentis puritate, non cultu. Nam si studere incipimus novitati, traditum nobis a Patribus ordinem calcabimus, ut locum supervacuis superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad alia non debemus inducere: docendi enim sunt potius quam illudendi. Nec imponendum eorum est oculis, sed mentibus infundenda praecpta sunt. Erant quidem multa quae pro disciplina ecclesiastica, vel ipsius rei dicere ratione possemus [Esc. 4, possumus], sed ab his ad alia revoeamur.

II. *Quod nulli sit ultima poenitentia deneganda.*

Agnovimus enim poenitentiam morientibus denegari, nec illorum desideris annui, qui obitus sui tempore hoc animae suae cupiunt remedio subveniri. Horremus, fateor, tantae impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate dispenset, quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere, et periclitantem sub onere peccatorum hominem pondere, quo se expediri desiderat, liberare. Quid hoc, rogo, aliud est, quam morienti mortem addere, ejusque animam sua crudelitate, ne absolvi possit, occidere, cum Deus ad subveniendum sit paratissimus, et invi-

lans ad poenitentiam sic promittat: *Peccator, inquit, quacunq; die conversus fuerit, peccata ejus non imputabuntur ei; et iterum: Nolo mortem peccatoris, sed tantum ut convertatur et vivat? Salutem ergo homini adimit quisquis mortis praeterea tempore poenitentiam denegarit; et desperavit de clementia Dei, qui cum ad subveniendum morienti sufficere vel momento posse non credit. Perdidisset latro in cruce praemium ad Christi dexteram pendens, si illum unius horae poenitentia non juvisset. Cum es- et in poena poenituit, et per unius sermonis professionem habitaculum paradisi, Deo promittente, promeruit. Vera ergo ad Deum conversio in ultimis positorum mente potius est aestimanda non tempore, propheta hoc taliter asserente: *Cum conversus ingrueris, tunc salvus eris.* Cum ergo Dominus sit cordis inspector, quovis tempore non est deneganda poenitentia postulanti, cum illi se obliget iudici, cui occulta omnia noverit revelari.*

III. *Quod per gradus ecclesiasticos ad episcopatus debeat officium perveniri.*

Ordinatos vero quosdam, fratres charissimi, episcopos, qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tantae dignitatis fastigium fuerint instituti, contra Patrum decreta hujus usurpatione, qui se hoc recognoscit fecisse, didicimus, cum ad episcopatum his gradibus, quibus frequentissime cautum est, debeat perveniri, ut a minoribus initiati officii ad majora firmentur. Debet enim ante esse discipulus quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere quod didicit. Omnis vitae institutio haec ad id quo tendit se ratione confirmat. Qui minime litteris operam dederit praecceptor esse non potest litterarum. Qui non per singula stipendia creverit, ad meritum et ordinem stipendii non potest pervenire. Solam sacerdotium inter ista, rogo, vilius est, quod facilius tribuitur, cum difficillius impleatur? Sed jam non satis est laicos ordinare, quos nullus fieri ordo permittit; sed etiam quorum crimina longe lateque per omnes pene sunt nota provincias, pontifices ordinantur. Daniel enim, nuper missa relatione ex Orientalibus ad nos partibus, ab omni quod tenebat virginum monasterio nefariis est objectionibus accusatus. Multa de multis objecta flagitia. In quam lateret terrarum parte quaesitus est, ut si suae innocentiae confideret, contra se iudicium postulatum minime declinaret. Missae ad Arelatensem episcopum per Fortunatum subdiaconum nostrum praecptiones, ut ad iudicium destinaretur episcopale. Tantis gravatus testimoniis, tanta facinorum accusatione pulsatus, sacratum, ut dicitur, virginum pollutus incestu, episcopus asseritur ordinatus. In nostris libelli scriniis continentur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus: in pontificii dignitatem hoc tempore, quo ad causam dicendam missis a nobis litteris 48 vocabatur, obrepsit. Sacro nomini absit injuria. Facilius est ut hanc dignitatem tali dando ipse amiserit ordinator quam eam obtineat ordinatus: cui convicto sociabi-

^a Bibl. Reg., lumbis. Esc. 4, et in lumbos.

tur, qui eam sibi credidit, largiendo pontificium, sociandam : qualis enim ipse sit quisquis tales ordinavit, ostendit. His ergo in medium nunc deductis, cum plerique vestrum sint, qui apostolicæ sedis statuta cognoverunt ^a nobiscum tempore aliquando versati ad disciplinæ normam, nostris conventa adhortationibus omnia fraternitas vestra revocare festinet.

IV. Quod unaquæque provincia suo metropolitano debeat esse contenta.

Primum juxta decreta canonum unaquæque provincia suo metropolitano contenta sit, ut decessoris nostri data ad Narbonensem episcopum continentur constituta, nec usurpationis locus alicui sacerdoti in alterius concedatur injuriam. Sit concessis sibi contentus unusquisque limitibus : alter in alterius provinciam nihil præsumat, nec emeritis in suis ecclesiis clerici peregrini et extranei et qui ante ignorati sint ad exclusionem eorum qui bene de suorum civium merentur testimonio, præponantur, ne novum quoddam, de quo episcopi fiunt, institutum videatur esse collegium.

V. Quod nolentibus clericis vel populis, nemo debeat episcopus ordinari.

Nullus invitis detur episcopus : cleri, plebis et ordinis consensus et desiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur Ecclesia, si de civitatis ipsius clericis, cui est episcopus ordinandus, nullus dignus, quod evenire non credimus, potuerit reperiri. Primum enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis ecclesiis merito præferantur. Habeat unusquisque sæe fructum militiæ in Ecclesia in qua suam per omnia officia transegit ætatem. In aliena stipendia minime alter obrepat ; nec alii debitam sibi alter au-

^a Bibl. Reg., 4, Tol. 1, 2, Urg., cognoverint.

A deat vindicare mercedem. Sit facultas clericis resistendi, si se viderint prægravari, et quos sibi ingeri extraneorum agnoverint non timeant refutare. Qui si non debitum præmium, vel liberum de eo qui eorum rectorus est debent habere iudicium.

VI. Quod ab illicitis sit ordinationibus abstinendum.

Abstineatur etiam ab illicitis ordinationibus. Nullus ex laicis, nullus digamus, nullus qui sit viduus maritus aut fuerit, ordinetur ; sed irreprehensibilis, qualem elegit Apostolus, fiat. Per Moysen Dominus præcepit : *Virginem accipiat sacerdos uxorem*. Subsequitur, et supplet Apostolus, eodem locutus spiritu, unius uxoris virum debere episcopum consecrari. Ad hanc ergo eligantur formulam sacerdotes, et si quæ factæ sunt ordinationes illicitæ removeantur ; quoniam stare non possunt, nec discussionem nostram subterfugere poterunt quamvis latere se æstiment, qui aliter pervenerunt, ut nulla religionis reverentia obscuritate fuscetur. Non sit vana gloriatio palliatis : episcopalem morem qui episcopi sunt sequantur. Daniel, ut diximus, qui accusationem pontificali honore subterfugere se posse credidit, et ad fastigium tantum accusatores suos latendo pervenit, a sanctitatis vestræ cœtu interim se noverit segregatum, qui se nostro iudicio debet objicere si conscientie suæ novit confidentiam obtinere. Massiliensis vero Ecclesiæ sacerdotem, qui dicitur (quod dictum nefas est) in necem fratris taliter gratulatus, ut huic, qui ejus sanguine cruentatus advenerat, portionem cum eodem habiturus occurreret, vestro eum audiendum collegio delegamus. Datum VII Kalendas Augustas, Felice et Tauro consulibus.

XXXV

EPISTOLA EJUSDEM COELESTINI

AD EPISCOPOS PER APULIAM ET CALABRIAM.

Cœlestinus universis episcopis per Apuliam et Calabriam constitutis.

I. Quod nulli sacerdotum liceat canones ignorare.

Nulli sacerdotum liceat canones ignorare, nec quidquam facere, quod Patrum possit regulis obviare. Quæ enim a nobis res digna servabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permissa frangatur ?

II. Quod non oporteat contemptis clericis ecclesiarum de laicis episcopos ordinari.

Audivimus quasdam propriis destinatas rectoribus civitates episcopos sibi petere velle de laicis, tantumque fastigium tam vilis credere, ut hoc his, qui non Deo sed sæculo militaverint, æstiment nos posse conferre, non solum male de suis clericis, in quorum contemptum hoc faciunt, judicantes, sed et de nobis pessime, quos credunt hoc posse facere, sentientes. Quod nunquam auderent, si non quo-

^a Ex reliquis Codicibus, præter Alv., in quo : *Præpropere alienum ordinem ambiunt.*

randam illic his consentiens sententia coniveret. Ita nihil quam frequentius sunt decreta proficiunt, ut hoc, quasi nunquam de hac parte scriptum fuerit, ignoretur. Quid proderit per singula clericos stipendia militasse, et omnem egisse in dominicis castris ætatem, si qui his præfaturi sunt ex laicis requirantur, qui vacantes sæculo, et omnem ecclesiasticum ordinem nescientes, saltu præpropere in alienum honorem ambiunt ^a immoderata cupiditate transcendere, et in aliud vitæ genus calcata reverentia ecclesiasticæ disciplinæ transire ? Talibus itaque, fratres charissimi, qui juris nostri, id est canonum, gubernacula custodimus, necesse est obviamus, hisque fraternitatem tuam ^b epistolis commonemus, ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat, et sinat fieri unde et illum decipiat, et sibi causas generet quibus reus constitutis decretalibus fiat.

III. Quod docendus sit populus, non sequendus.

Docendus est populus, non sequendus : nosque, si

^b Rectius vestram ; nam ad plures sermo fit.

nesciunt, eos quid liceat quidve non liceat commo-
nere, non his consensum præbere debemus. Quis-
quis vero conatus fuerit tentare prohibita, sentiet cen-
suram sedis apostolicæ minime defuturam. Quæ enim
sola admonitionis auctoritate non corrigimus ne-
cesse est per severitatem congruentem regulis vindi-

cemus. Per totas hoc ergo, quæ propriis rectoribus
carent, ecclesias volumus innotescat, ut nullus sibi
spe aliqua forsitan blanditus illudat. Datum XI
Kalendas Augustas, Florentio et Dionysio consu-
libus.

XXXVI

EPISTOLA PAPÆ LEONIS

ADVERSUS EUTYCHETEM CONSTANTINOPOLITANUM ABBATEM,

*Qui Verbi et carnis unam ausus est pronuntiare naturam, dum constat in Domino Jesu
Christo unam personam nos confiteri in duabus naturis, Dei scilicet atque hominis.*

Dilectissimo filio Eutychemi presbytero Leo epi-
scopus salutem in Christo.

Ad notitiam nostram tuæ dilectionis epistolam
retulisti quod Nestoriana hæresis quorundam rur-
sus studiis pullularet. Sollicitudinem tuam ex hac
parte nobis placuisse rescribimus, quoniam index
animi tui est sermo quem sumpsimus, unde non

B ambigimus auctorem catholicæ fidei Dominum tibi
in omnibus adfuturum; nos autem, cum plenius
quorum hoc improbitate fiat potuerimus agnoscere,
necesse est, auxiliante Domino, providere, quatenus
nefandum virus dedumque damnatum radicitus pos-
sit exstingui. Deus te custodiat incolumem, dilectis-
sime fili.

XXXVII

EPISTOLA LEONIS PAPÆ

AD FLAVIANUM CONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPUM,

*Ubi querit quod Eutyches contra fidem catholicam sentiens a communione Ecclesiæ ab eo
fuerit separatus.*

Dilectissimo fratri Flaviano Leo.

Cum Christianissimus et clementissimus impera-
tor sanctæ et laudabilis fidei, pro Ecclesiæ catholicæ
pace sollicitus, ad nos scripta transmisit de his
qui apud vos perturbationis strepitum commoverunt,
miramur fraternitatem tuam quid illud scandali fuit
nobis silere potuisse, et non potius procurasse ut
primitus nos insinuatio tuæ relationis instrueret, ne
rerum gestarum fidem posseamus ambigere. Accepi-
mus enim libellum Eutychemi presbyteri, qui re-
queritur accusante Eusebio episcopo immerite com-
munionem privatum, maxime cum evocatum se ad-
fuisse testatur, nec sui præsentiam denegasse,
adeo ut in ipso iudicio libellum appellationis se
asserat obtulisse, nec tamen fuisse susceptum; qua
ratione compulsus sit ut contestatorios libellos in
Constantinopolitana urbe proponeret. Quibus rebus
intercedentibus necdum agnoscimus qua iustitia a
communione Ecclesiæ fuerit separatus. Sed respi-
cientes ad causam, facti tui nosse volumus rationem,
et usque ad nostram notitiam cuncta deferri; quo-
niam nos, qui sacerdotum Domini matra volumus
esse iudicia, nihil possumus incognitis rebus in cuius-
quam partis præjudicium defluere, priusquam universa
quæ gesta sunt veraciter audiamus. Et ideo fraternitas
tua per idoneam maxime aptamque personam ple-

C nissima nobis relatione significet, quid contra anti-
quam fidem novitatis emergerit, quod severiori sen-
tentia dignum fuerit vindicari. Nam et Ecclesiæ
moderatio et religiosissimi principis fides multam
nobis sollicitudinem Christianæ pacis inducunt, ut
amputatis dissensionibus fides catholica inviolata
servetur, et, his qui prava defendunt ab errore re-
vocatis, nostra auctoritate, quorum fides probata
fuerit, muniantur. Nec aliqua poterit ex hac parte
difficultas afferri, cum memoratus presbyter libello
proprio sit professus paratum se esse ad corrigend-
um, si quid in se fuerit inventum quod reprehensionem
sit dignum. Decet enim in talibus causis hoc
maxime provideri, ut sine strepitu concertationum
et charitas custodiat, et veritas defendatur, frater
D charissime. Et ideo quia dilectio tua de tanta causa
nos videt necessario esse sollicitos, quam plenissime
et lucide universa nobis, quod ante facere debuit,
indicare festinet, ne inter assertiones partium aliqua
ambiguitate fallamur, et dissensio, quæ in suis initiis
abolenda est, nutriatur, cum in corde nostro obser-
vantia, Deo inspirante, permaneat, ne constitutiones
venerabilium Patrum divinitus roboratæ et ad soli-
ditatem fidei pertinentes prava cujusquam interpre-
tatione violentur. Deus te incolumem custodiat, fra-
ter charissime.

RESCRIPTUM FLAVIANI CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI
AD LEONEM URBIS ROMÆ PAPAM.

Domino beatissimo amabili patri Leoni Flavianus A et archimandrites, qui quasi nostræ religionis sectam sapiebat, et hanc præferobat, Nestorii autem impietatem confirmabat, et succingebatur pro Nestorio militare in pugna, qui contra Nestorium parabatur. Trecentorum autem decem et octo sanctorum Patrum de fide expositionem factam ad Nestorium vel ad similes ejus, cui omnes assenserunt, tentavit avellere, antiquam impii Valentini et Apollinaris reparans sectam, et non timuit præceptum veri Dei dicentis : *Quicumque scandalisaverit unum de pusillis istis, expedit ei ut mola asinaria alligetur collo ejus, et demergatur in profundum maris.* Verecundiam autem omnem adjecit, et quam gerebat infidelitatis pellem excussit. In sancta synodo asserbat instanter dicens Dominum nostrum Jesum Christum non oportere confiteri de duabus naturis post humanam suspensionem, cum a nobis unius substantiæ et unius personæ cognoscatur, neque carnem Domini coessentialem nobis subsistere, tanquam ex nobis susceptam, et coadunatam Deo Verbo secundum substantiam, sed dicebat Virginem quidem quæ eum genuit secundum carnem consentivam d nobis esse : ipsum autem Dominum non suscepisse ex ea carne consentivam nobis, sed corpus Domini non esse quidem corpus hominis, humanum vero corpus esse quod est ex Virgine, omnium Patrum expositionibus contraria sentiens.

I. *De subdoli hostis insidiis.*
Nulla res diaboli venena compescit, nec continet mortiferas ejus sagittas : sursum enim atque deorsum pervolans quærit quos possit occidere, quos possit separare, quos possit devorare. Propter quam rem vigilandum est, et orationibus atque Deo opera danda est ut fatuas inquisitiones evitare possimus. Decet autem sequi Patres nostros, nec a commutare definitionem eorum perpetuam, quorum secundum Scripturas didicimus regulam. Depositis ergo fletibus et lacrymis, quis sub me clericus degens invasus est a fero dæmone, et non potui eum liberare nec auferre de tali lupo, qui animam meam pro illo paratus eram ponere, quomodo raptus est, quomodo resiliit a proposito divino et ad illum cucurrit qui perdere consuevit, præcepta Patrum declinans, et constituta eorum despiciens, jam incipio enarrare.

II. *De fraudulenta subtilitate hæreticorum.*

Sunt enim quidam, veste sua oves significantes, interiorius raptores lupi, quos ex fructibus eorum debemus agnoscere. Isti prima fronte videntur esse de numero nostro ; sed non sunt de numero nostro : si enim de numero nostro essent, nobiscum mansissent. Quando autem coeperint assumere impietatem, illud quod occultabatur in illis aperitur, et dolus omnis fit manifestus 52 omnibus b. Inveniuntur autem infirmæ fidei homines, et qui divinas lectiones nesciant, et secum eos in perditionem præcipitant, dissipantes et vituperantes Patrum disciplinas, et relinquunt sanctas Scripturas ad suam perditionem : quos debemus prævidere et a quibus multum cavere, ne in malitia sua aliqui occupati concidant de sua firmitate. *Acuerunt enim linguam suam quasi serpentes, et venenum in labiis habent quasi aspides, de his propheta clamavit.*

III. *De blasphemis Eutychetis.*

Talis nobis Eutyches emersit, quondam presbyter

a In cæteris præter Alv. : *neque.*

b In reliquis, præter Alv., *fit omnibus manifestus.*

c *Æm., Bibl. Reg., Esc. 3, 4, Exacuerunt.*

IV. *De excommunicatione ejus justissima.*
Sed ne multa dicens longam faciam epistolam, olim quidquid egerimus misimus ad beatitudinem vestram : quibus litteris docuimus et presbyterio illum esse nudatum, quia sic captus est, et jussimus eum cum monasteriis nullam habere rationem, et exclusimus eum a communione nostra, ut sanctitas vestra, hoc cognoscens quod circa illum actum est, omnibus episcopis sub beatitudine vestra agentibus manifestare dignetur illius impietatem, ne nescientes aliqui quid ille sentiret, quasi ad orthodoxum, vel per litteras vel per aliquam conjunctionem loquantur.

IV. *De excommunicatione ejus justissima.*

Sed ne multa dicens longam faciam epistolam, olim quidquid egerimus misimus ad beatitudinem vestram : quibus litteris docuimus et presbyterio illum esse nudatum, quia sic captus est, et jussimus eum cum monasteriis nullam habere rationem, et exclusimus eum a communione nostra, ut sanctitas vestra, hoc cognoscens quod circa illum actum est, omnibus episcopis sub beatitudine vestra agentibus manifestare dignetur illius impietatem, ne nescientes aliqui quid ille sentiret, quasi ad orthodoxum, vel per litteras vel per aliquam conjunctionem loquantur.

d Rectius *consubstantialem*, licet eodem sensu *consentivam* intelligant Codices.

XXXVIII

EPISTOLA LEONIS AD FLAVIANUM EPISCOPUM.

Contra Eutychetis perfidiam.

Dilectissimo fratri a Flaviano Leo.

53 Lectis litteris tuæ dilectionis b, quas miramur fuisse tam seras, et gestorum episcoporum ordine recensito, tandem quid apud vos scandali contigerit atque contra integritatem fidei exortum fuisset agnovimus, et quæ prius videbantur occulta nunc nobis reserata patuerunt.

a *Bibl. Reg., Esc. 4, Patri.*

D I. *Quod ignorantia sanctorum Scripturarum Eutychetem hæreticum fecerit.*

Quibus Eutyches, qui presbyterii nomine honorabilis videbatur, multum imprudens et nimis imperitus ostenditur, ut etiam de ipso dictum sit a propheta : *Non vult intelligere ut bene ageret : iniquitatem meditatus est in cubili suo.* Quid autem iniquius quam impia

b In reliquis, præter Alv. *Lectis dilectionis tuæ litteris.*

sapere, et sapientioribus doctioribusque non cedere? Sed in hanc insipientiam cadunt qui, cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obstaculo, non ad propheticas voces, non ad apostolicas litteras, non ad evangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt, et ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt. Quam enim eruditionem de sacris Novi et Veteris Testamenti paginis acquisivit, qui ne ipsius quidem symboli iutilia comprehendit; et quoti per totum mundum omni regeneratorum voce depromitur, iustus adhuc senis corde non capitur?

II. *Contra eos qui in duos filios dispensationis dominicæ mysterium scindere moluntur.*

Nesciens igitur quid deberet de Verbi Dei incarnatione sentire, nec volens ad promerendum lumen intelligentiæ in sanctorum Scripturarum latitudine laborare, illam saltem communem et indiscretam confessionem sollicito recepisset auditu, quam fidei universitas profitetur credere se in Deum Patrem Omnipotentem et Jesum Christum Filium ejus, qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Quibus tribus sententiis omnium fere hæreticorum machinæ destruantur. Cum enim Deus et omnipotens et Pater creditur, sempiternus eadem Filius demonstratur, in isto a Patre differens, quia de Deo Deus, et de omnipotente omnipotens, de æterno natus est coæternus, non posterior tempore, non inferior potestate, non dissimilis gloria, non divisus essentia; idem vero sempiterni genitoris unigenitus sempiternus natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Quæ natiuitas temporalis illi natiuitati divinæ et sempiternæ nihil minuit, nihil contulit, sed totam se reparando homini, qui erat deceptus, impendit; ut et mortem vinceret, et diabolus, qui habebat mortis imperium, sua virtute destrueret. Non enim superare possemus peccati et mortis auctorem, nisi naturam nostram ille susciperet et suam faceret quem nec peccatum contaminare nec mors potuit detinere. Conceptus quippe est de Spiritu sancto intra uterum virginis matris, quæ illum ita salva virginitate edidit, quemadmodum salva virginitate concepit. Sed si de hoc Christianæ fidei fonte purissimo sincerum intellectum haurire non poterat, quia splendorem perspicuæ veritatis obæcuratione sibi propria tenebrabat, doctrinæ se evangelicæ subdidisset dicente Matthæo: *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham.* Apostolicæ quoque prædicationis expetiisset instructum, et legens in Epistola ad Romanos: *Paulus servus Jesu Christi vocatus apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ex semine David secundum carnem.* Ad propheticas quoque paginas piam sollicitudinem contulisset inveniens promissionem Dei ad Abraham dicentis: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Et ne de hujus seminis proprietate dubitaret, secutus fuisset

^a Ex Æm. et Bhd. Reg. In cæteris, *discretam.*

^b In cæteris, *propter Ali. vocabunt.*

A Apostolum dicentem: *Abrahæ dictæ sunt promissiones, et semini ejus.* Non dicit et seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno et semini tuo, quod est Christus. I-sic quoque prædicationem interiori apprehendisset auditu, dicentis: *Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus:* ejusdemque prophetæ fideliter verba legisset: *Puer natus est nobis, filius datus est nobis, cujus potestas super humeros ejus, et vocabitur nomen ejus magni consilii angelus, admirabilis consiliarius, Deus fortis, princeps pacis, pater futuri sæculi.* Nec frustratorie loqueas ita Verbum diceret carnem factum, ut editus utero virginis Christus haberet formam hominis, et non haberet materni corporis veritatem. An forte ideo putavit Dominum nostrum Jesum Christum non nostræ esse naturæ, quia missus ad beatam Mariam angelus ait: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbravit tibi; ideoque, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei;* et quia conceptus virginis divini fuit operis, non de natura concipientis fuerit caro concepti? Sed non ita a nobis intelligenda est illa generatio singulariter mirabilis, et mirabiliter singularis, ut per novitatem creationis proprietas remota sit generis. Fecunditatem enim virgini Spiritus sanctus dedit; veritas autem corporis sumpta de corpore est, et ædificante sibi Sapientia domum Verbum caro factum est et habitavit in nobis, hoc est in ea carne quam suscepit ex homine, et quam spiritus vitæ rationalis animavit.

C III. *Contra eos qui passibilem divinitatem unigeniti Filii audent asserere.*

Salva igitur proprietate utriusque naturæ et in unam coeunte personam, suscepta est a majestate humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas, et ad resolvendum conditionis nostræ debitum natura inviolabilis naturæ est unita passibili, ut quod nostris remediis congruebat unus atque idem mediator Dei et hominum homo Christus Jesus et mori posset ex uno, et mori non posset ex altero. In integra ergo veri hominis perfectaque natura verus natus est Deus, totus in suis, totus in nostris. Nostra autem dicimus quæ in nobis ab initio Creator condidit et quæ reparanda suscepit. Nam illa quæ deceptor intulit, et homo deceptus admisit, nullum habuerunt in Salvatore vestigium. Nec quia communionem humanarum subiit infirmitatum, ideo nostrorum fuit particeps delictorum. Assumpsit formam servi sine sorde peccati, humana augens, divina non minuens; quia exinatio illa qua se invisibilis visibilem præbuit, et Creator ac Dominus omnium rerum unus voluit esse mortalium, inclinatio fuit miserationis, non defectio potestatis. Proinde qui manens in forma Dei fecit hominem, idem in forma servi factus est homo. Tenet enim sine defectu proprietatem suam utraque natura; et sicut formam servi Dei forma non ademit, ita formam Dei servi forma non minuit. Nam

^c Esc. 4, Urg., Ger., *rationalis.*

quia gloriabatur diabolus hominem sua fraude deceptum divinis caruisse muneribus, et immortalitatis dote nudatum duram mortis sublimem sententiam, seque in malis suis quoddam de prævaricatoris consortio invenisse solatium, Deum quoque, justitiæ exigente ratione, erga hominem, quem tantis honore candiderat, propriam mutasse sententiam; opus fuit secreti^a dispensatione consilii, ut incommutabilis Deus, cujus voluntas non potest sua benignitate privari, primam erga nos pietatis suæ dispensationem sacramento occultatiore^b compleret, et homo diabolem iniquitatis versutia actus in culpam contra Dei propositum non periret.

IV. *Contra eos qui in duabus naturis Christi temporamentum vel confusionem argumentantur.*

Ingressus ergo hæc mundi infirma Filius Dei, de celesti sede descendens, et a paterna gloria non recedens, novo ordine, nova nativitate generatus. Novo ordine, quia invisibilis in suis visibilis factus est in nostris; incomprehensibilis voluit comprehendi; ante tempora manens cepit esse ex tempore; universitatis Dominus servilem formam obumbrata majestatis suæ immensitate suscepit; impassibilis Deus non dedignatus est homo esse passibilis, et immortalis mortis legibus subjacere. Nova autem nativitate generatus, quia inviolata virginitas concupiscentiam necivit, et carnis materiam ministravit. Assumpta est de matre Domini natura, non culpa; nec in Domino Jesu Christo ex utero virginis 55 genito, quia nativitas est mirabilis, ideo nostræ est naturæ dissimilis. Qui enim verus est Deus, idem verus est homo: et nullum est in hac unitate mendacium, dum invicem sunt et humilitas hominis et altitudo deitatis. Sicut enim Deus non mutatur miseratione, ita homo non consumitur dignitate. Agit enim utraque forma cum alterius communiōne quod proprium est, Verbo scilicet operante quod Verbi est, et carne exsequente quod carnis est. Unum horum coruscet miraculis, aliud succumbit injuriis: et sicut Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recedit, ita caro naturam nostri generis non relinquit. Unus enim idemque est vero Filius Dei, et vere hominis Filius: Deus per id quod in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum; homo per id quod Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: Deus per id quod omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil; homo per id quod factus est ex muliere, factus sub lege. Nativitas carnis manifestatio est humanæ naturæ: partus virginis divinæ est virtutis indicium. Infantia parvuli ostenditur humilitate cunarum, magnitudo Altissimi declaratur vocibus angelorum: similis est rudimentis hominum, quem Herodes impie molitur occidere; sed Dominus est omnium, quem Magi gaudent suppliciter adorare. Jam cum ad præcursoris sui Joannis baptismum venit, ne lateret quod carnis velamine divinitas tegetetur, vox Patris de cælo intonans dixit: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene*

^a Bibl. Reg., decreti.

A complacui. Quem itaque sicut hominem diaboli tentat astutia; eidem sicut Deo angelica famulantur officia. Esurire, sifire, lassescere, atque dormire evidenter humanum est; sed quinque panibus quinque millia hominum satiare, et largiri Samaritana: aquam vivam cujus haustus bibenti præstet ne ultra fam sitiat, supra dorsum maris plantis non desidentibus ambulare, et elationes fluctuum increpata tempestate consternere, sine ambiguitate divinum est. Sicut ergo, ut multa præteream, non ejusdem naturæ est flere miserationis affectu amicum mortuum, et eundem remoto quadriduanae ægere sepulturæ ad vocis imperium excitare redivivum, aut in cruce pendere, et in noctem luce conversa omnia elementa tremefacere, aut clavus transfixum esse, et paradisi portam fidei latroni aperire; ita non ejusdem naturæ est dicere: *Ego et Pater unum sumus*, et dicere: *Pater major me est*. Quamvis enim in Domino Jesu Christo Dei et hominis una persona sit, allud tamen est unde in utroque communis est contumelia, aliud unde communis est gloria. De nostro enim illi est minor a Patre humanitas, de Patre illi est æqualis cum Patre divinitas.

V. *Contra eos qui caelestem, aut alterius cujuscunque substantiæ existere formam servi, quam ex nobis assumpsit, insaniendo asserunt.*

Propter hanc ergo unitatem personæ in utraque natura intelligendam et Filius hominis legitur descendisse de cælo, cum Filius Dei carnem de ea virgine, de qua est natus, assumpsit; et rursus Filius Dei crucifixus dicitur ac sepultus, cum hæc non in divinitate ipsa, qua Unigenitus consempiternus et consubstantialis est Patri, sed in naturæ humanæ sit infirmitate perpressus. Unde unigenitum Filium Dei crucifixum et sepultum omnes etiam in symbolo confitemur, secundum illud Apostoli dictum: *Si enim cognovissent, nunquam Dominum majestatis crucifixissent.* Cum autem ipse Dominus noster atque Salvator fidem discipulorum suis interrogationibus erudit: *Quem, inquit, dicunt homines esse Filium hominis? Cumque illi diversas [Bibl. Reg., divisas] aliorum opiniones retexissent: Vos autem quem me dicitis esse? me utique, qui sum filius hominis, et quem in forma servi atque in veritate carnis aspiciatis, quem me esse dicitis? Ubi beatus Petrus divinitus inspiratus et confessione sua omnibus gentibus præfaturus: Tu es, inquit, Christus Filius Dei vivi.* Nec immerito beatus est pronuntiatus a Domino, et a principali petra soliditatem et virtutis transit et nominis, qui per revelationem Patris eundem et Dei Filium est confessus et Christum, quia unum horum sine alio receptum non proderat ad salutem, et æqualis periculi erat Dominum Jesum Christum aut Deum tantummodo sine homine, aut sine Deo solum hominem credidisse. Post resurrectionem vero Domini, quæ utique veri hominis fuit, quia non alter est resuscitatus quam qui fuerat crucifixus et mortuus, quid aliud quadraginta dierum mora go-

^b Æm., Bibl. Reg., Esc. 4, occultiore.

stum est, quam ut fidei nostræ integritas ab omni caligine mundaretur? Colloquens enim cum discipulis et cohabitans, atque convescens, et pertractari se diligenti curiosoque contactu ab eis, quos dubietas præstringebat, admittens, ideo et clausis januis ad discipulos introibat, et flatu suo dabat Spiritum sanctum, et donato intelligentiæ lumine sanctarum Scripturarum occulta pandebat. Et rursus idem vulnus lateris, fixuras clavorum, et omnia recentissimæ **56** passionis signa monstrabat, dicens: *Videte manus meas et pedes, quia ego sum. Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere*; ut agnosceretur in eo proprietas divinæ humanæque naturæ individua permanere, et ita scirentis Verbum non hoc esse quod carnem, et unum Dei Filium et Verbum confiteremur et carnem. Quo fidei sacramento Eutyches iste nimium æstimandus est vacuus, qui naturam nostram in Unigenito Dei nec per humilitatem mortalitatis, nec per gloriam resurrectionis agnovit, nec sententiam beati apostoli et evangelistæ Joannis expavit dicentis: *Omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est, et omnis spiritus qui solvit Jesum ex Deo non est, et hic est Antichristus*. Quid autem est solvere Jesum, nisi humanam ab eo separare naturam, et sacramentum, per quod unum salvati sumus, impudentissimis evacuare signentis? Caliginans [*Bibl. Reg.*, caligans] vero circa naturam corporis Christi necesse est, ut etiam in passione ejus eadem obsecratione desipiat. Nam si crucem Domini non putat falsam, et susceptum pro mundi salute supplicium verum fuisse non dubitat, cujus credit mortem agnoscat et carnem, nec diffiteatur nostri corporis hominem quem cognoscit fuisse passibilem, quoniam negatio veræ carnis negatio est etiam corporeæ passionis. Si ergo Christianam suscepit fidem, et a prædicatione Evangelii suum non avertit auditum, videat quæ natura transfixa clavis pependit in crucis ligno, et aperto per militis lanceam latere crucifixi intelligat, unde sanguis et aqua fluxerit, ut Ecclesia Dei et lavacro regeneraretur et poculo. Audiat et beatum Petrum apostolum prædicantem quod sanctificatio spiritus per aspersionem fiat sanguinis Christi; nec transitorie legat ejusdem apostoli verba dicentis: *Scientes quod non corruptibilibus argento et auro redempti estis de vana vestra conversatione patrum traditionis, sed pretioso sanguine, quasi Agni incontaminati et immaculati Jesu Christi*. Beati quoque apostoli Joannis testimonio non resistat dicentis: *Et sanguis Jesu Christi Filii Dei mundat nos ab omni peccato*. Et iterum: *Hæc est victoria quæ vicit mundum, fides nostra; et quis est qui vicit mundum nisi qui credit quoniam Jesus est Filius Dei? Hic est qui venit per aquam et sanguinem, Jesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua et sanguine, et Spiritus est qui testificatur, quoniam Spiritus est veritas, quia tres*

^a In reliquis, præter Alv., cognosceret.

^b In reliquis, præter Alv.: Tunc enim demum fructuosissime.

sunt qui testimonium dant, Spiritus, et aqua, et sanguis, et tres unum sunt; spiritus utique sanctificationis, et sanguis redemptionis, et aqua baptismatis. Quæ tria unum sunt et individua manent, nihilque eorum a sua connexionione sejungitur, quia Ecclesia catholica hac fide vivit, hac proficit, ut in Domino Jesu Christo nec sine vera divinitate humanitas, nec sine vera credatur humanitate divinitas.

VI. *Contra eos qui duas quidem ante adunationem naturas Domini delirant, unam vero post adunationem confingunt.*

Cum autem ad interlocutionem examinis vestri Eutyches responderit dicens: Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem, post vero adunationem unam naturam confiteor; miror tam absurdam tamque perversam professionem nulla judicantium increpatione reprehensam, et sermonem nimis insipientem ita omissum, quasi nihil quod offenderet esset auditum; cum tam impie duarum naturarum ante incarnationem Unigenitus Dei fuisse dicatur, quam nefarie, postquam Verbum caro factum est, natura in eo singularis asseritur. Quod ne Eutyches ideo vel recte [*Esc. 4*, certe] vel tolerabiliter æstimet dictum, quia nulla vestra est sententia confutatum, dilectionis tuæ igitur diligentiam commouemus, frater charissime, ut si per inspirationem misericordiæ Dei ad satisfactionem causa perducitur, imprudentia hominis imperitiæ etiam ab hac sensus sui macula per te purgetur, qui quidem, ut sicut gestorum ordo patefecit, bene cooperat a sua persuasionem discedere, cum ex vestra sententia coarctatus profiteretur se dicere quod antea non dixerat, et ei fidei acquiescere cujus prius fuisset alienus: sed cum anathematizando impio dogmati noluisse præbere consensum, intellexit eum fraternitas vestra in sua manere perfidia, dignumque esse qui iudicium condemnationis exciperet. De quo si fideliter atque utiliter dolet, et quam recte mota sit episcopalis auctoritas vel sero cognoscat ^a, vel si ad satisfactionis plenitudinem omnia quæ ab eo male sunt sensa, viva voce et præsentem subscriptione damnaverit, non erit reprehensibilis erga correctum quantacunque miseratio, quia Dominus noster verus est bonus pastor, qui animam suam posuit pro ovibus suis, et qui venit animas hominum salvare, non perdere, imitatores nos vult esse suæ pietatis, ut peccantes quidem justitia coerceat, conversos autem misericordia non **57** repellat. Tunc enim ^b fructuosissime fides vera defenditur quando etiam a sectatoribus suis opinio falsa damnatur. Ad omnem vero causam pie ac fideliter exsequendam fratres nostros Julianum episcopum et Renatum presbyterum, sed et filium nostrum Illiarum [*Bibl. Reg.*, Illarium] diaconum vice nostra direximus, quibus Dulcitiu notarium nostrum, cujus nobis fides est sæpe probata, sociamus, confidentes ad futurum divi-

nitatis auxilium, ut is qui erraverat damnata sensus A et Protogene viris clarissimis consulibus, æra sui pravitate salvetur. Datum Idus Junias, Asterio CCCCXXXVI.

XXXIX

EPISTOLA PETRI EPISCOPI RAVENNENSIS
AD EUTYCHETEM PRESBYTERUM,

Ubi contra ejus errores illi apto exemplo respondet.

Dilectissimo et merito honorabili filio Eutychemi presbytero Petrus episcopus.

Tristis legi tristes litteras tuas, et scripta mœsta morore debito percucurri, quia sicut nos pax Ecclesiarum, sacerdotum concordia, tranquillitas plebis gaudere facit gaudio cœlesti, ita nos affligit et dejicit fraterna dissensio, præsertim cum talibus oriatur ex causis. Trigiuta annis humanæ leges humanas adimunt questiones. Christi generatio, quæ divina lege scribitur inenarrabilis, post tot sæcula disputatione temeraria ventilatur. Quid Origenes principiorum scrutator incurrerit, quomodo Nestorius lapsus est disputans de naturis, non latet prudentiam tuam. Magi Jesum in cunabulis Dominum mysticis muneri-

• Esc. 4, Tol. 1, Narbonensis.

bis contentur, et sacerdotes, qui sit qui virginali partu de Spiritu sancto natus est, dolenda interrogatione disquirunt. Cum vagitum daret Jesus in cunis, *Gloria in excelsis Deo* cœlestis clamabat exercitus: et modo quando in nomine Jesu omne genu flectitur cœlestium, terrestrium et internorum, originis ei quæstio commovetur. Nos, frater, cum Apostolo dicimus: Etsi novimus Jesum secundum carnem, sed nunc jam non novimus, nec possumus injuriose replicare, qui jubemur honorem dare, et timorem reddere, et expectare, non discutere quem judicem confitemur. Hæc in omnibus respondi, frater, litteris tuis.

XL

EPISTOLA PAPÆ LEONIS AD EPHESYNAM SYNODUM

In qua provocat congregatos episcopos Eutychemi blasphemias condemnare.

58 Leo episcopus sanctæ synodo quæ apud Ephesum convenit.

Religiosa clementissimi principis fides sciens ad suam gloriam maxime pertinere, si intra Ecclesiam catholicam nullius erroris germen exurgeret, hanc reverentiam divinis detulit institutis, ut ad sanctæ dispositionis effectum auctoritatem apostolicæ sedis adhiberet: tanquam ab ipso beatissimo Petro cupe- ret declarari quid in ejus confessione laudatum sit, quando dicenti Domino: *Quem me esse dicunt homines filium hominis?* varias quidem diversorum opinionum discipuli memorarunt. Sed cum ab eis quid ipsi crederent quæreretur, princeps apostolorum plenitudinem fidei brevi sermone complexus: *Tu es, inquit, Christus Filius Dei vivi.* Hoc est: Tu qui vere es filius hominis, idem vere es Filius Dei vivi: Tu, inquam, verus in deitate, verus in carne, et salva geminæ proprietate naturæ utrumque unus. Quod si Eutyches intelligenter ac vivaciter crederet, nequaquam ab hujus fidei tramite deviare, propter quam ei respondetur a Domino: *Beatus es, Simon Bar Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in culis est. Et ego tibi dico, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portas inferi non prævalent adversus eam.* Nimis autem a compage hujus ædificationis alienus est qui beati Petri confessionem non capit, et Christi Evangelio contradicit, ostendens se nullum unquam studium cognoscendæ [Esc. 4, agnoscendæ] veritatis habuisse

et superfluo honorabilem visum, qui nulla auctoritate cordis ornavit canitiem senectutis. Verum quia etiam talium non est negligenda curatio, et pie ac religiose Christianissimus imperator haberi voluit episcopale concilium, ut pleniore judicio omnis possit error aboleri, fratres nostros Julianum episcopum, Renatum presbyterum, et filium meum Hilarum [Bibl. Reg., Esc. 4, Hilarium] diaconum, cumque his Dulciti- um notarium probatæ nobis fidei misi, qui vice mea sancto conventui vestræ fraternitatis intersint, et communi vobiscum sententiâ, quæ Domino sint placitura constituent: hoc est, ut primitus, pestifero errore damnato, etiam de ipsius qui imprudenter erravit restitutione tractetur, si tamen doctrinam veritatis amplectens sensus hæreticos, quibus imperitia ejus fuerat irretita, plene aperteque propria voce et subscriptione damnaverit, quod etiam in libello quem ad nos miserat est professus, spondens per omnia nostram secuturum se esse sententiam. Acceptis autem fratris et coepiscopi nostri Flaviani litteris, plenius ad eum de his quæ ad nos videtur retulisse, rescripsimus, ut abolito hoc qui natus videbatur errore, in laudem et gloriam Dei per totum mundum una sit fides, et una eademque confessio, et in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium et internorum, et omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus in gloria est Dei Patris. Datum Idus Junias, Asterio et Protogene viris clarissimis consulibus, æra qua supra.

XLI

EPISTOLA LEONIS PAPÆ AD THEodosium AUGUSTUM

De secunda synodo Ephesyna, in qua Eutychetis hæresis quorundam episcoporum pravo intellectu adjuncta est, unde hortatur eundem Augustum, ut prisca fidei constitutio ab eis non violetur, donec sacerdotes totius orbis coadunentur.

Leo episcopus, et sancta synodus, quæ in urbe A Roma convenit, Theodosio Augusto.

59 Litteris clementiæ vestræ, quas dudum ad beati Petri apostoli sedem pro catholicæ fidei amore misistis, tantam fiduciam sumpsimus defendendæ per vos veritatis et pacis, ut in causa tam simplici tamque munita nihil putarem posse existere quod noceret, præsertim cum ad episcopale concilium, quod haberi apud Ephesum præcepistis, tam instructi sint missi, ut si scripta quæ ad sanctam synodum vel ad Flavianum episcopum detulerunt episcoporum publicari auribus Alexandrinus permisisset antistes, ita manifestatione purissimæ fidei, quam divinitus inspiratam et accepimus et tenemus, omnium concertationum a strepitu quievisset, ut nec imperitia ultra desiperet, nec occasionem nocendi æmulatio reperiret. Sed dum privatæ causæ religionis exercentur obtenta, commissum est impietate paucorum, quod universam Ecclesiam vulneraret. Comperimus enim non incerto nuntio sed fidelissimo rerum quæ gesta sunt narratore Hilario b diacono nostro (qui vix, ne subscribere per vim cogeretur, effugit) convenisse ad synodum plurimos sacerdotes, quorum utique frequentia consultationi et iudicio profuisset, si is qui sibi locum principem vindicabat sacerdotalem moderationem custodire voluisset, ut, sicut moris est, omnium sententiis ex libertate prolatis, id tranquillo et æquo constitueretur examine, quod et fidei congrueret et errantibus subveniret. In ipso autem iudicio non omnes qui convenerant interfuisse cognovimus, nam alios rejectos [Bibl. Reg., ejectos], alios didicimus intromissos, qui pro supradicti sacerdotis arbitrio impiis subscriptionibus captivas manus dederent, et nociturum statui suo scirent, nisi imperata fecissent, talemque ab eo protatam esse sententiam, ut, dum homo unus impetitur, in omnem Ecclesiam sevireretur: quod nostri ab apostolica sede directi adeo impium et catholicæ fidei contrarium esse viderunt ut ad consentiendum nulla potuerint appensione compelli, constantisque in eadem synodo, ut decuit, fuerint protestati, nequaquam id quod constituebatur sedem apostolicam recepturam: quoniam revera omne Christianæ fidei sacramentum, quod absit, a temporibus vestræ pietatis excinditur, nisi hoc scelestissimum facinus quod cuncta sacrilegia excedit aboleatur. Quia vero diabolica nequitia subtiliter fallit incautos, et ita quorundam imprudentiam per similitudinem pietatis illudit, ut pro salubribus nocitura 60 persuadeat; removete, quæsumus, a vestræ pietatis conscientia periculum religionis et fidei, quodque in secularibus negotiis

A legum vestrarum æquitate conceditur in rerum divinarum pertractatione præstate, ut Christi Evangelio vim non inferat humana præsumptio. Ecce ego, Christianissime et venerabilis imperator, cum sacerdotibus meis implens erga reverentiam clementiæ vestræ sinceri amoris officium, cupiensque vos placere per omnia Deo, cui pro vobis ab Ecclesia supplicatur, ne ante tribunal Domini rei de silentio iudicemur, obsecramur coram unius deitatis inseparabili Trinitate quæ tali facto læditur, cum ipsa vestri sit custos et auctrix imperii, et coram sanctis angelis Christi, ut omnia in eo statu esse jubeamis in quo fuerunt ante omne iudicium, donec major ex toto orbe sacerdotum numerus congregetur; nec alieno peccato patiamini vos gravari, quia, quod necesse est nos B dicere, veremur ne cuius religio dissipatur indignatio provocetur. Præ oculis habete et tota mentis acie reverenter aspiciate beati Petri gloriam, et communes cum ipso omnium apostolorum coronas, cætorumque martyrum palmas, quibus alia non fuit causa patiendi, nisi confessio veræ divinitatis et veræ humanitatis in Christo. Cui sacramento quis impie nunc a paucis imprudentibus obviatur, omnes partium nostrarum Ecclesiæ, omnes mansuetudini vestræ cum gemitibus et lacrymis supplicant sacerdotes, ut quia et nostri fideliter reclamarunt, et eisdem libellum appellationis Flavianus episcopus dedit, generalem synodum iubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat aut mitiget, ne aliquid ultra sit vel in fide dubium, vel in C charitate divisum: convenientibus utique Orientalium provinciarum episcopis, quorum si qui superati minis atque injuriis a veritatis tramite deviarunt, salutaribus remediis in integrum revocentur, ipsique quorum est causa durior, si consiliis melioribus acquiescant, ab Ecclesiæ unitate non excedant [Urg., Ger., discedant]. Quam autem post appellationem interpositam hoc necessarie postuletur, canonum Nicææ habitorem decreta testantur, quæ a totius mundi sunt sacerdotibus constituta, quæque subter adnexa sunt. Favete catholicis vestro more parentumque vestrorum, date defendendæ fidei libertatem, quam, salva clementiæ vestræ reverentia, nulla vis, nullus poterit mundanus terror auferre. Cum enim Ecclesiæ causa statum e regiminis vestri agimus et salutis, D ut provinciarum vestrarum quieto jure potiamini, defendite contra hæreticos inconcussam Ecclesiæ statum, ut et vestram Christi dextera defendatur imperium. Datum in Idus Octobris, Asterio et Protogene viris clarissimis consulibus, æra qua supra.

a Bibl. Reg., Esc. 4, Tol. 1, Ger., congregationum.

b Bibl. Reg., Esc. 4, Hilario.

c Bibl. Reg., Esc. 5, 4, Tol. 1, 2, Ger., statutum regni vestri.

XLII

EPISTOLA LEONIS PAPÆ AD PULCHERIAM AUGUSTAM

Contra secundam Ephesynam synodum, ut ejus errores in alia synodo retractarentur

Leo episcopus et sancta synodus quæ in urbe A recitatio poscentibus episcopis non sit admissa, ut Roma convenit Pulcheriæ Augustæ.

61 Si epistolæ quæ in fidei causa ad pietatem vestram directæ sunt per nostros clericos pervenissent, certum est remedium vos in rebus ^a quæ contra fidem factæ sunt, aspirante vobis Domino, præstare potuisse. Quando enim sacerdotibus, quando Christianæ religioni aut fidei defuistis? Sed cum ad mansuetudinem vestram adeo non potuerunt pervenire qui missi sunt, ut ad nos vix unus eorum Hilarus [*Æm.*, *Esc.* 4, Hilarus] diaconus noster fugiens sit reversus, iteranda scripta credidimus, et ut validiores preces nostræ esse mereantur, ipsorum scriptorum quæ ad clementiam vestram non pervenerunt exempla subjecimus, amplioribus vos obtestationibus obsecrantes, ut quanto acerbiora sunt facta ^B quibus pro sede regia vos convenit contrahere, tanto majori gloria curam ejus in qua excellitis religionis habeatis, ne catholicæ fidei integritas ulla humanarum concertationum occasione violetur. Quæ enim congregata apud Ephesum synodo sapienda et savanda pacis remedio credebantur, hæc non solum in majora pacis dispendia, sed, quod nimis dolendum est, etiam in ipsius fidei qua Christiani sumus excidia processerunt. Et hi quidem qui missi sunt quorumque unus vim Alexandrini episcopi sibi omnia vindicantis effugiens rerum gestarum nobis ordinem fideliter nuntiavit, reclamationum in synodo, sicut oportuit, unius hominis non tam iudicio quam furoris, protestantes ea quæ per vim metumque gererentur sacramentis Ecclesiæ et ipsi symbolo ab apostolis ^C instituto præjudicare non posse, neque se ab ea fide ulla injuria separandos, quam plenissime expositam ^b atque digestam a sede beati apostoli Petri ad sanctam synodum detulissent. Cujus cum

^a *Æm.*, *Bibl. Reg.*, *Esc.* 3, 4, *his rebus.*

^b In cæteris præter *Alv.*, *dispositam.*

recitatio poscentibus episcopis non sit admissa, ut scilicet remota ea fide quæ patriarchas, prophetas, apostolos, et martyres coronavit, generatio Jesu Christi Domini nostri secundum carnem, et veræ mortis ac resurrectionis ejus confessio, quod horremus dicere, solveretur, scripsimus de hac re, ut potuimus, ad gloriosissimum principem, et, quod est maximum, Christianum, cujus epistolæ pariter exempla subjecimus, ut fidem in qua renatus per Dei gratiam regnat nulla sineret novitate corrumpi: quoniam Flavianus episcopus in nostra omnium communionem persistit, atque hoc quod factum est sine consideratione justitiæ et contra omnem canonum disciplinam, ratum haberi ratio nulla permittit, et quia disensionis scandalum non abstulisset Ephesina synodus, sed auxisset: de habendo intra Italianam concilio et locus constitueretur et tempus, omnibus querelis et præjudiciis partis utriusque suspensis, quo diligentius universa quæ offensionem generaverant retractentur, et absque vulnere fidei, absque religionis injuria in pacem Christi redeant, qui per impotentiam subscribere coacti sunt sacerdotes, et soli auferantur errores. Quod ut obtinere mereamur, probatissimæ vobis fidei pietas tua, qua labores Ecclesiæ semper adjuvit, supplicationem nostram apud clementissimum principem sive specialiter a beatissimo Petro apostolo legationem commissam dignetur asserere ut priusquam civile hoc et exitiale bellum intra Ecclesiam convalescat, reintegrandæ illi unitatis copiam Deo ⁶² auxiliante concedat, sciens imperii sui virtutibus profuturum quidquid catholicæ libertati benigna ipsius fuerit dispositione collatum. Datum III^o Idus Octobris, Asterio et Protogene viris clarissimis consulibus, æra qua supra.

^c *Æm. Bibl. Reg.*, *Esc.* 3, 4, *Tol.* 1, 2, *iv.*

XLIII

LEONIS PAPÆ AD PULCHERIAM AUGUSTAM.

Leo episcopus Pulcheriæ Augustæ.

Gaudere me plurimum et exultare in Domino pietatis tuæ scripta fecerunt, quibus evidenter ostenditur quantum catholicam diligis fidem, et quantum hæreticum detestaris errorem. Hæresis quippe est ^D nimis impia et Evangelio Veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta convellere, negans sempiterni Patris Filium sempiternum de utero beatæ Virginis matris veram carnem nostræ sumpsisse naturæ, et eos damnatione percellens, qui ab evangelica et apostolica fide nullo deduci errore potuerunt, illudque frustra prætendens quod Nicænæ sy-

nodi fidem teneat, cujus sum constat esse alienum, gloriosissima Augusta. Unde quia non deserit Ecclesiam suam divina protectio, dicente Domino: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*; eodemque opere et tempore spiritus Dei et clementiæ vestræ sollicitudinem et curam nostri cordis accendit, ut de remediis procurandis eadem utrique cuperemus, et quæ prius poposci nunc quoque instantius peto, majori utens fiducia deprecandi, posteaquam præsidium venerandæ exhortationis accepi, sperans autem adfuturam misericordiam Dei, ut, cooperante vestra clementia, pestiferi erroris possit morbus auferri, et quidquid

ipso inspirante atque auxiliante potuerit salubriter A talis defendat auctoritas. Datum XVI Kalendas Aprilis, Valentiniano Augusto septies et Avieno viris humanæ aliter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad divinam Confessionem pertinent et regia et sacerdo-

lis, Valentiniano Augusto septies et Avieno viris clarissimis consulibus, æra CCCCLXXXVIII.

XLIV

EPISTOLA EXHORTATORIA LEONIS AD MARTINUM ET FAUSTUM PRESBYTEROS.

De damnatione Ephesyni concilii secundi.

Leo episcopus Martino et Fausto presbyteris.

63 Bonorum operum et spiritualium studiorum Deum auctorem esse non dubium est, qui quorum incitat mentes adjuvat actiones. Quod nobis præsentis experimento evidenter apparuit; siquidem inter discretarum spatia longinqua regionum unum sumpserint corda nostra consilium, ut quod a nobis desiderabatis eo vobis tempore, quo epistolæ vestræ [*Rectius fortassis, nostræ*] emittebantur, occurreret, si tamen dilectioni vestræ tradi scripta nostra potuerunt, quæ non solum apostolicæ sedis auctoritate, sed etiam sanctæ synodi, quæ ad nos frequens convenerat, unanimitate directa sunt, ut in his quantam curam totius Ecclesiæ habeamus appareat; hortando scilicet omnium fidelium mentes, et clementissimorum principum præsidia ad defensionem fidei postulando, quorum pios et catholicos animos non diffidimus opem atque auctoritatem suam justis petitionibus præsturos, quo citius, auxiliante Domino, pernicio- C hæresis et dudum sanctorum Patrum auctoritate damnata, quæ nuper Ephesi male adjuta est,

auferatur. Interim vero det operam, quantum fieri potest, vestra dilectio, ut omnibus Ecclesiæ filiis innotescat quod contra impium sensum secundum doctrinam evangelicam et apostolicam prædicemus. B Quia licet plene, quæ semper fuisset atque esset catholicorum sententia, scripserimus; tamen nunc quoque ad confirmandas omnium mentes non parum exhortationis addidimus. Memor enim sum me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cujus a Domino Jesu Christo est glorificata confessio, et cujus fides omnes quidem hæreses destruit, sed maxime impietatem præsentis erroris expugnat, et intelligo mihi aliud non licere, quam ut omnes conatus meos ei causæ in qua universalis Ecclesiæ salus infestatur impendam. Ne autem aliqua negligentia occasione scripta nostra ad vos non potuerint pervenire, exemplaria eorundem nunc mittenda credidimus, ut nullo modo fidei quam defendimus prædicatio vestræ notitiae subtrahatur. Datum XVI Kalendas Aprilis, Valentiniano Augusto septies et Avieno viris clarissimis consulibus, æra qua supra.

XLV

EPISTOLA LEONIS PAPÆ AD THEodosium AUGUSTUM

Ubi scribit ut id quod de Incarnatione Filii Dei ab Anatolio Constantinopolitano episcopo prædicatur, agnoscat, et ut universale concilium in Italia fiat.

Leo episcopus Theodosio Augusto.

64 Omnibus quidem vestræ pietatis epistolis inter eas sollicitudines, quas pro fide patimur, spem securitatis nobis maximam præstitistis, Nicænum commendando concilium, adeo ut ab illo, sicut sæpe jam scribitis, non patiamini sacerdotes Domini deviare. Sed ne aliquid in præjudicium catholicæ defensionis viderer egisse, de ordinatione ejus, qui Constantinopolitanæ cœpit Ecclesiæ præsidere, nihil interim in alterutram partem temere rescribendum putavi, non dilectionem negans, sed manifestationem catholicæ veritatis exspectans. Quod æquanimiter ferat, obsecro, vestra clementia, ut cum talem se erga fidem catholicam, qualem cupimus, approbarit, de sinceritate ipsius et copiosius et securius gaudeamus. Ne vero aliqua illum de nostro animo mordeat sinistra suspicio, occasionem totius difficultatis amoveo, nec aliquid exigo quod aut arduum videatur, aut dubium; sed ad id, quod nullus catholicorum refutet invito. Noti enim sunt per universum mundum atque manifesti, qui ante nos sive Græca

sive Latina lingua in catholicæ veritatis prædicatione fulserunt, ad quorum scientiam atque doctrinam quidam etiam nostræ ætatis accedunt, de quorum scriptis par et multiplex profertur instructio; quæ sicut Nestorianam hæresim destruxit, ita etiam hunc qui nunc repullulat abscedit errorem. Relegat D itaque sollicite quæ a sanctis Patribus incarnationis Dominicæ fides fuerit custodita, semperque similiter prædicata: et cum sanctæ memoriæ Cyrilli Alexandrini episcopi epistolam (qua Nestorium corrigere et sanare voluit, pravas prædicationes ipsius arguens, et evidentius fidem Nicæne definitionis exponens, quamque ab eo missam apostolicæ sedis scrinia susceperunt) præcedentium sensui perspexerit consonantem. Ephesynæ etiam synodi gesta recenseat, quibus contra Nestorii impietatem a sanctæ memoriæ Cyrillo inserta et alligata sunt de incarnatione Domini catholicorum testimonia sacerdotum. Non aspernetur etiam meam epistolam recensere, quam pietati Patrum per omnia concordare reperiet. Cumque a se hoc quod eidem profuturum sit expecti desi-

derarique cognoverit, catholicorum sententiis toto corde consentiat, ita ut sinceram communis fidei professionem absolutissima subscriptione coram omni clero et universa plebe declaret apostolicæ sedi, et universis Domini sacerdotibus atque Ecclesiis publicandam; ut, pacificato per unam fidem mundo, possimus omnes dicere, quod angeli nato de Maria virgine Salvatore cecinerunt: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Quia vero et nos, et beati Patres nostri, quorum doctrinam et veneramur et sequimur, in unius fidei concordia sumus, sicut provinciarum omnium protestantium antistes, agat clementiæ vestræ devotissima fides, ut quamprimum ad nos Constantinopolitani episcopi, qualia debent probati et catholici sacerdotis, scripta perveniant, aperte scilicet atque dilucide protestantia quod si quis de incarnatione Verbi Dei aliud aliquid credat aut asserat quam catholicorum omnium et mea professio protestatur, hunc a sua communione secernat, ut ei fraternam in Christo charitatem merito possimus impendere. Ut autem salubribus curis velocior pleniorque, auxiliante Domino, per vestræ clementiæ fidem præstetur effectus, id pietatem vestram fratres, et coepiscopos meos Abun-

dium et Asterium, sed et Basilium et Senatorem presbyteros, quorum mihi est devotio probata, direxi; per quos, quæ nostræ forma sit fidei, manifestatis instructionibus **65** quas misimus, possitis dignanter agnoscere, ut si Constantinopolitanus antistes in eandem confessionem toto corde consentit, securi, ut dignum est, de ecclesiastica pace lætemur, neque aliquid residere videatur ambiguum, ut de superfluis forsitan suspicionibus laboremus. Sin vero aliqui a puritate nostræ fidei atque a Patrum auctoritate dissentiant, consilium universale intra Italiam, sicut synodus quæ ob hanc causam Romam convenerat mecum petit, clementia vestra concedat, ut in unum convenientibus omnibus his qui aut ignorantia aut terrore prolapsi sunt, correctionis remediis consulatur, nec cuiquam ultra sit liberum ita Nicænæ synodi facere mentionem, ut ejus fidei inveniatur esse contrarius, quoniam et universæ Ecclesiæ et vestro imperio hoc profuturum est, si unus Deus, una fides, unum sacramentum salutis humanæ una totius mundi confessione teneatur. Datum xvi Kalendas Augustas, Valentiniano Augusto VII et Avieno viris clarissimis consulibus, æra qua supra.

XLVI

EPISTOLA LEONIS AD PULCHERIAM AUGUSTAM

Pro his quæ superius a Theodosio Augusto postulavit.

Leo episcopus Pulcheriæ Augustæ.

Gauden fidei clementiæ vestræ, quod religiosum studium dignanter impenditis, ut pax ecclesiastica renovetur, quæ quorundam dissensionibus videtur esse turbata. Debetur enim hoc vestræ specialiter gloriæ ut, ablatis omnibus scandalis quæ contra catholicam fidem inimicus excitaverat, una eademque sit per totum mundum confessio veritatis, quæ facilius certiusque reparabitur, si pravorum sensuum nulla semina, nulla vestigia relinquuntur. Quod tamen mearum partium est præterire non debeo, ut scilicet, quod de incarnatione Filii Dei a Constantinopolitano episcopo teneatur, agnoscam; præsertim cum in ordinatione ipsius dura præcesserint, taliaque ad nos debuerit scripta dirigere, quæ illum a contagione hujus qui nuper emerit erroris alienum evidenter ostenderint. Optans itaque securam cum eo habere concordiam, gratiamque illi fraternæ charitatis impendere, scribere ei interim distuli, non dilectionem negans, sed manifestationem catholicæ veritatis expectans. Simplex enim est absolutumque quod posco, ut remoto longarum dispositionum labore, sanctæ memoriæ Cyrilli Alexandrini episcopi epistolæ, quam ipse ad Nestorium miserat, acquiescat, in qua et errorem Nestorii arguit, et fidem Nicænæ definitionis exposuit; vel etiam epistolæ meæ, quæ ad sanctæ recordationis Flavianum episcopum est directæ, consentiat. Quibus vigilantè inspectis, Constantinopolitanus antistes re-

putandum sibi, quod ausus est contra puram et singularem fidem imperitia insipientia definire, incunctanter agnoscat, quis et mea et sanctorum Patrum de incarnatione Domini concurs per omnia et una confessio est. Quam si quis existimaverit non sequendam, ipse se a compage catholicæ unitatis abscindet, cum tamen nos, ut in integrum omnia revocentur, optemus. Ad effectum vero salubrium dispositionum velocius obtinendum fratres et coepiscopos meos Abundium et Asterium, sed et Basilium et Senatorem presbyteros probatissimos viros nisi qui clementiæ vestræ formam fidei, quam secundum doctrinam venerabilium Patrum prædicamus offerrent, et remotis circumlocutionibus quibus obscurari veritas solet, quid de incarnatione Filii Dei a totius orbis probatis sacerdotibus defensum fuisset, ostenderent. Quos post divinam gratiam sancto vestræ pietatis auxilio dignum **66** est adjuvari, ne in totius Ecclesiæ perturbationem imprudens procedat intentio, cum correctione adhibita omnes oporteat in unius confessionis redire concordiam. A qua si forsitan ab aliquibus discrepat, universale concilium sacerdotum haberi intra Italiam, clementia vestra adnitente, jubeatur, quo, remota arte fallendi, tandem pateat, quid altiore tractatu aut coerceri debeat aut sanari. Datum xiii Kalendas Augustas, Valentiniano Augusto VII et Avieno viris clarissimis consulibus.

XLVII

EPISTOLA LEONIS

AD FAUSTUM ET MARTINUM • CÆTEROSQUE PRESBYTEROS.

Leo episcopus, Fausto, Martino, Petro, Manu-^ali, A Job, Antiocho, Abraamio^b, Theodoro, Pientio, Eusebio, Heli-^cpidio, Paulo, Asterio et Caroso presbyteris et archimandritis, et Jacobo diacono et archimandrita.

Causa fidei, in qua salus Christiana consistit, multa me sollicitudine laborare compellit metuentem, ne pravitas, quæ in suis fuerat amputanda principiis, processu temporis et pertinaciter fiat et latior. Nam cum clementissimus imperator talia ad nos scripta direxerit, quibus sollicitudinem suam pro pace universalis Ecclesiæ demonstraret, ipse Constantinopolitanus episcopus, et hi qui eundem consecraverunt, præter id quod ad ordinationem novi antistitis pertinebat, nihil nobis de compressis vel abdicatis erroribus indicaverunt, quasi in illa Ecclesia nullum scandalum, nulla exstitisset offensio, aut non hinc præcipue fuerit ordinati meritum demonstrandum, si aliena a se quæ catholicorum sensibus sunt adversa docuisset. Ne ergo, quod inter longinquas regiones accidere

^a Esc. 4, Tol. 1, *Martianum..... Martino.*

^b Esc. 4, Tol. 1, 2, *Abraam. Illo, Theodoro.*

solet, in nimias dilationes tenderent veritatis examina, fratres et coepiscopos nostros Abundium et Asterium sed et Basilium et Senatorem presbyteros probatissimos viros ad piissimum principem cum sufficienti paternarum auctoritatum instructione direximus; quos in omnibus, fratres charissimi, diligentia ac sollicitudine vestra cupimus adjuravi, ut impietas, quæ cæcis ausibus in exitalia abrupta processit, simplices quoque decipiendi ulterius non habeat potestatem, cum altiore medicina etiam illis, cupiamus per correctionis remedia subveniri, qui aut imperitia sunt lapsi aut errore traducti. Et ideo vos qui justificamini per fidem, qui catholicam diligitis veritatem, et de singulari sacramento salutis humanæ per Spiritum sanctum estis edocti, collaborate nobiscum, et quanta potestis devotione id agite^c, ut, falsitate destructa et fidei soliditate defensa, secunda per totum mundum Dei pace potiamur. Datum xvi Kalendas Augustas, Valentiniano Augusto sexies et Avieno viris clarissimis consulibus.

^c *Em., id per totum agite.*

XLVIII

EPISTOLA LEONIS AD PULCHERIAM AUGUSTAM,

Ubi ei gratias agit quod Nestorianam et Eutychianam hæresim fidei defensione destruxerit.

Leo episcopus Pulcheriæ Augustæ.

67 Quod semper de sancta pietatis vestræ mento præsumpsimus, id plenissime experiendo cognovimus, Christianam fidem, quamvis diversis pravorum appeteret insidiis, vobis tamen præsentibus et in defensionem ejus a Domino præparatis non posse turbari. Non enim Deus aut suæ misericordiæ sacramentum aut vestri laboris deserit meritum, quo dudum subdolum sanctæ religionis hostem ab ipsis visceribus Ecclesiæ depulstis, cum hæresim suam tueri impietas Nestoriana non potuit, quia non fefellit famulam et discipulam veritatis, quantum simplicibus infunderetur veneni per illa loquacis hominis colorata mendacia. De quo virtutum agone processit, ut per sollicitudinem vestram ea qua: per Eutychetem diabolus molitus est, non laterent, et qui sibi singulas partes geminæ impietatis elegerant una catholicæ fidei virtute procumberent. Secunda ergo hæc vobis de perempto Eutychetis errore victoria est, quem si quid sani cordis habuisset, dudum in auctoribus suis periculum olimque prostratum facile potuerat declinare, ne de sepultis cineribus rediviva tentaret incendia commovere, ut in eorum transiret consortium quorum secutus esset exemplum, gloriosissima Augusta. Libet igitur exsultare cum gaudio, et pro vestræ clementiæ prosperitate digna Deo vota persolvere, qui vobis per omnes partes mundi in quibus Domini

Evangelium prædicatur duplicem jam et palmam contulit et coronam. Clementia igitur vestra cognoscat omnem Romanam Ecclesiam de universis fidei vestræ operibus plurimum gratulari: sive quod legationem nostram pio per omnia juvistis affectu, et quod sacerdotes catholicos, qui de ecclesiis suis injusta fuerant ejecti sententia, reduxistis, sive quod reliquias sanctæ memoriæ Flaviani innocentis et catholici sacerdotis ad Ecclesiam, cui bene præfuit, fecistis honore debito revocari. In quibus utique omnibus gloriæ vestræ multiplicatur augmentum, dum et sanctos pro suis meritis veneramini, et ab agro dominico spinas et tribulos vultis auferri. Quosdam sane episcopos de his qui rebus impiis videntur præbuisse consensum, reconciliationem poscere et catholicorum communionem desiderare tam nostrorum, quam fratris et coepiscopi mei Anatolii, cui testimonium ferre dignamini, relatione cognovimus, quorum desideriis sic præbimus effectum, ut correctis et quæ male sunt facta propria subscriptione damnantibus, participata nostrorum quos misimus cura cum suprascripto episcopo pacis gratia tribuatur, quia devotionis utrumque est Christianæ, ut et pertinaces veritas justa coerceat, et conversos charitas non repellat. Quia vero novimus quantum piæ sollicitudinis catholicis sacerdotibus mansuetudo vestra dignetur impendere, indicandum esse curavimus fratrem et coepiscopum meum Ru-

sebum nobiscum degere, et nostræ communionis esse consortem, cujus commendamus Ecclesiam, quam dicitur vastare qui illi injuste asseritur subrogatus: Illud etiam a vestra pietate poscentes, quod vos spontaneo facere non dubitamus arbitrio, ut tam fratrem et coepiscopum meum Julianum, quam Con-

stantinopolitanos clericos, qui sanctæ memoriæ Flaviano fidelibus officiis adhæserunt, ea qua debitis gratia foveatis. De omnibus vero pietatem vestram per nostros quid fieri aut ordinari deberet instruximus. Datum Idus Aprilis, Adelphio viro clarissimo consule, æra CCCCLXXXVIII.

XLIX

EPISTOLA LEONIS AD ANATOLIUM CONSTANTINOPOLITANUM.

Leo episcopus Anatolio episcopo.

I. *De fide ejus, scriptis missis probata.*

68 Gaudeamus in Domino, et in dono gratiæ ipsius gloriamur, quia sicut dilectionis tuæ litteris, et fratrum nostrorum, quos Constantinopolim miseramus, relatione cognovimus, sequacem te Evangelicæ eruditionis ostendis, ut per sacerdotis probabilem fidem merito præsumamus, quod tota Ecclesia eidem credita nec rugam cujusquam sit erroris habitura, nec maculam, dicente Apostolo: *Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Illa est enim virgo Ecclesia sponsa unius viri Christi, quæ nullo se patitur errore vitari, ut per totum mundum una nobis sit unius castæ communionis integritas, in qua societatem tuæ dilectionis amplectimur, et gestorum quæ sumpsimus seriem necessariis, sicut oportuit, unitam subscriptionibus approbamus. Ut ergo invicem dilectionis tuæ animus nostris confirmaretur alloquii, filios nostros Carterium presbyterum, Patricium et Asclepiadem diaconos, qui ad nos tua scripta^a detulerunt, cum epistolis nostris post venerabilem diem festi paschalis emisimus, indicantes nos, ut supra diximus, de Constantinopolitanæ Ecclesiæ pace gaudere, cui hanc curam semper impendimus, ut eam nulla velimus hæreticorum fraude violari.

II. *De his qui metu in hæresim lapsi sunt; si conversi fuerint, recipiantur.*

De fratribus vero quos et epistolis et legatorum nostrorum relatione communionis nostræ cupidos esse cognovimus, eo quod doleant se contra potentiam contraque terrores non tenuisse constantiam, et alieno scelere præbuisse consensum, cum ita eos formido turbasset, ut in damnationem catholici atque innocentis antistitis, et in receptionem detestabilis pravitate trepido famularentur obsequio, illud quidem quod præsentibus et agentibus nostris constitutum est approbamus, ut suarum interim Ecclesiarum essent communionem contenti. Sed cum legatis nostris quos misimus participata tecum sollicitudine voluimus, disponatur; quatenus hi qui plenis satisfactionibus male gesta condemnant, et accusare magis se eligunt quam tueri, pacis et communionis nostræ unitate lætentur; ita ut digno prius anathemate quæ contra fidem catholicam sunt recepta dampnentur. Aliiter enim in Ecclesia Dei, quæ corpus est Christi, nec rata sunt sacerdotia nec vera sacrificia, nisi in nostræ proprietate naturæ verus nos

pontifex reconciliat, verus immaculati Agni sanguis emundat. Qui licet in Patris sit dextera constitutus, in eadem tamen carne, quam sumpsit ex Virgine, sacramentum propitiationis exsequitur, dicente Apostolo: *Christus Jesus, qui mortuus est, imo qui et resurrexit, qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Neque enim potest in aliquo benignitas nostra reprehendi, eum satisfacientes recipimus quos B doluimus esse deceptos. Nec asperere igitur communionis nostræ gratia deneganda est, nec temere largienda, quia sicut plenum pietatis est oppressis charitatem dominicam redhiberi, ita justam est omnia perturbationis auctoribus imputari.

III. *De nominibus hæreticorum ad sacrum altare non recitandis.*

De nominibus autem Dioscori, Juvenalis et Eustachii ad sacrum altare non recitandis dilectionem tuam hoc decet custodire quod nostri ibidem constituti faciendum esse dixerint, quodque honorandæ sancti Flaviani memoriæ non repugnet, et a gratia tua Christianæ plebis animos non avertat. Nam iniquum nimis est atque incongruum eos qui innocentes C catholicos sua persecutione vexarunt, sanctarum nominibus sine discretionem misceri, cum, damnatam impietatem non deserentes, ipsi se sua pravitate condemnent, 69 quos convenit aut percelli pro perfidia, aut laborare pro venia.

IV. *De commendatione Juliani episcopi, vel illorum clericorum qui Flaviano episcopo in fide adhæserunt.*

Fratrem vero et coepiscopum nostrum Julianum vel clericos qui sanctæ memoriæ Flaviano fidelibus officiis adhæserunt dilectioni quoque tuæ voluimus adhærere, ut quem fidei^b suæ meritis vivere apud Dominum nostrum noverimus, in te sibi eum præsentem esse cognoscant. Illud quoque dilectionem tuam nosse volumus, fratrem et coepiscopum nostrum Eusebium, qui causa fidei multa discrimina laboresque toleravit, nobiscum interim demorari et in nostra nunc communionem persistere, cujus Ecclesiam tua sollicitudine volumus esse defensam, ut et nihil eodem absente deperat, et nullas ei in aliquo præjudicare præsumat, donec cum litterarum nostrarum ad vos prosecutione perveniat. Et ut major circa te vel nostram vel totius Christianæ plebis affectio provocetur hoc quod ad dilectionem tuam scripsimus in omnium voluntas notitiam per-

^a Ex reliquis, præter Alr., in quo, subscripta.

^b Esc. 4, fide vel merito.

venire; ut qui Deo nostro deserviunt de confirmata A ris vero causis atque personis dicte tua literis apud te pace sedis apostolicæ gratulentur. De cæteris quas per nostros accipiet plenius instruetur.

L

EPISTOLA LEONIS AD MARTIANUM AUGUSTUM.

In qua illi pro conservatione catholice fidei gratulatur.

Leo episcopus Martino Augusto.

Quamvis per Constantinopolitanos clericos ad pietatem tuam ante rescripserim, sumptis tamen clementiæ vestræ litteris per v. r. illum illustrem præfectum Urbis filium meum Tatianum, magnam materiam gratulationis accipi, quia studiosissimos vos ecclesiasticæ pacis agnovi. Cui sancto desiderio digna æquitate confertur, ut quem statim esse cupitis religiosis, eundem habeatis et regni. Nam inter principes Christianos, spiritu Dei confirmante concordiam, gemina per totum mundum fiducia roboratur, quia profectus charitatis et fidei utrorumque armorum potentiam insuperabilem facit, ut, propitiato per unam confessionem Deo, simul et hæretica falsitas et barbara de trahatur hostilitas, gloriosissime imperator. Aucti igitur per imperialem amicitiam spe cælestis auxilii, confidentius pietatem vestram pro sacramento salutis humanæ incitare præsumo, ne cujusquam præcaci impudæque versutia, quasi de incerto quid sequendum sit, sinatis inquiri. Et cum ab evangelica apostolicæque doctrinâ nec in uno quidem verbo liceat dissidere, aut aliter de Scripturis divinis sapere quam beati apostoli et patres no-

^a Esc. 4. principes nostros Christianos.

stri didicerunt atque docuerunt, nunc demum indisciplinatæ moventur et impiæ quæstiones, quas olim mox, ut eas per acta sibi corda diabolus excitavit, per discipulos veritatis Spiritus sanctus extirxit. Nimis autem iniquum est ut per paucorum insipientiam ad conjecturas opinionum et ad carnalium disputationum bella revocemur; tanquam reparata disceptatione tractatum sit, utrum Eutyches impie senserit, et utrum perverse Dioscorus iudicaverit, qui in sanctæ memoriæ Flaviani condemnationem se pertulit, et simpliciores quosque ut in eandem ruinam provolverentur **70** impexit: quorum multis jam, ut cognovimus, ad satisfactionis remedia conversis et veniam de inconstanti trepidatione poscentibus, non cujusmodi sit fides tenenda tractandum est, sed eorum precibus qualiter annuendum. Unde piissimæ sollicitudini vestræ, quam de iudicanda synodo habere dignamini, per legationem quæ confestim ad clementiam vestram Deo annente perveniet, quidquid ad causæ utilitatem arbitror pertinere plenius atque opportunius suggeretur. Datum K Kalendas Maias, Adelphiæ viro clarissimo consule.

LI

EPISTOLA LEONIS AD MARTIANUM AUGUSTUM.

In qua inter cætera defensori fidei catholice imperatori gratulatur.

Leo episcopus Martino Augusto.

Multam mihi fiduciam scribendi ad clementiam vestram et litteræ vestræ, quas veneranter accepisti, et coepiscopi mei revertentes a Constantinopoli præbuerunt, non sola assertionem verborum, sed ipsi jam operum effectibus demonstrantes ad defensionem catholicæ fidei divinum in vobis vigere præsidium: quo utique non solum Ecclesiæ status, sed etiam vestri robur munitur imperii, ut merito ejus expectetis protectionem cujus colitis veritatem, gloriose Imperator. Nam ut et fratris mei Anatolii citius manifestaretur integritas, et omni damnati erroris redivivus assertor locum in Christi Ecclesia non haberet, ut catholici episcopi, quos nuper hæreticorum persecutio depravare non potuit, ab injustis revocarentur exiliis, utque, relictis beatæ memoriæ Flaviani digno honore susceptis, impietatem suam condemnator ejus agnosceret, vestræ virtutis titulus, vestræ pietatis est fructus. Cui confido etiam

^a In omnibus Codicibus, *Lucensem*. Verumtamen quia in sequenti epistola et in excensis et ex historia

C aliarum insignia accumulanda palmarum, ut sicut Constantinopolitana Ecclesia recepta apostolicæ fidei libertate letatur, ita omnes regni vestri provincie et mundatas se a diabolici dogmatis contagione gloriantur. Ut ergo præcedentibus litteris indicavi, fratres meos Lucentium ^a episcopum, et Basilium presbyterum, qui sollicitudinis meæ partes possint implere direxi, favori eos pietatis vestræ in omnibus quæ sunt agenda commendans. Nam cum et fratris mei Anatolii scriptis et nostrorum sermone cognoverim multos de his qui apud Ephesum, Dioscori factione compulsi, detestabilibus statutis poenitentium præbuere consensum, inconstantie suæ veniam postulare, et communionem catholicam per satisfactionem correctionis expetere; non fuit talium negligentia **D** conversio, qui non proprio sensu sed improbi præsumptoris impulsu in hæc incidisse noscuntur in quibus liberum non habere iudicium. Ne itaque resipiscentium desideria mora longior fatigaret, vel constet rectum nomen hujus episcopi, *Lucentium* scribere non dubitavi. us.

inecuriosa facilitas temere aliquos ac sine discretionis susciperet; injunctum est ab apostolica sede directis, ut in consortium suæ deliberationis, ascitis Constantinopolitanæ urbis antistite, et pestilentia contagia non admittantur et sanitatis remedia non negentur. Quæ industria in omnibus quæ nequiter gesta sunt emendandis celerem, juvante Domino, consequatur effectum, si reparationi pacis ecclesiasticæ operam suam vestra pietas dignetur adungere; ut vobis ita regnantibus et Dei regnum intra vos habere mereamini, et catholicam fidem nulla falsitas violet, nulla hæresis inquietet, nec cuiquam licet doctrinam evangelicam deserere et sacerdotali ho-

* *Æt.*, *Bibl.* Reg., Esc. 4, *mixt.*

nore gaudere. Synodum vero fieri, ut meminit vestra clementia, etiam ipsi poposcimus. Sed sacerdotes provinciarum omnium congregari præsentis temporis necessitas nulla ratione permittit, quoniam illæ provinciæ, e quibus maxime sunt evocandi, inquietante bello, ab Ecclesiis suis non patiuntur abcedere. Unde opportuniori tempore propitiæ Domino, cum firmiter fuerit restituta securitas, jubeat vestra clementia reservari. De qua re plenius inter cætera apud pietatem vestram poterant allegare quos misimus *. Datum v Idus Junias, Adolphio viro clarissimo consule.

LII

EPISTOLA LEONIS AD ANATOLIUM CONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPUM.

De his qui hæreticorum erroribus metu vel voluntate implicantur, ut per satisfactionem ab ecclesia suscipiantur, et ut hæreticorum nomina ad alligare non recitentur.

Leo episcopus Anatolio episcopo.

Licet sperem dilectionem tuam ad omne opus bonum esse devotam, ut tamen efficacior tua fieri possit industria, necessarium et congruum fuit fratres meos Lucentium episcopum et Basilium presbyterum, ut promissimus, destinare; quibus tua dilectio societur, ut nihil in his quæ ad universalis Ecclesiæ statum pertinent, aut dubie agatur aut segniter: cum residentibus vobis, quibus executionem nostræ dispositionis injunximus, ea possint agi cuncta moderatione, ut nec benevolentia partes nec justitiæ negligantur, sed absque personarum acceptione divinum in omnibus iudicium cogitetur. Quod ut recta observantia valeant custodire, catholicæ primitus fidei servetur integritas, et quia per omnia angusta et ardua via est quæ ducit ad vitam, neque in sinistram, neque in dexteram ab ejus tramite devietur. Et quia evangelica et apostolica fides omnes expugnat errores, et ab uno latere Nestorium dejecit, et ab alio Eutychetem et participes ejus elidit, hanc regulam mementote servandam, ut quicumque in illa synodo, quæ nomen synodi nec habere poterit nec meretur, et in qua malevolentiam suam Dioscorus, imperitiam autem Juvenalis ostendit, dolent, ut dilectionis tuæ relatione comperimus, se metu victos et terrore superatos ad consensum scelestissimi iudicii potuisse compelli, et communionem catholicam obtinere desiderant, satisfactioni eorum pax fraternæ præstetur; ita ut non dubitis professionibus Eutychetem cum suo dogmate, cumque consortibus suis anathematis execratione condempnent. De his autem qui in hac causa gravius peccaverunt, et ob hoc superiorem sibi locum in ea-

B dem infelici synodo vindicamus, ut humilium fratrum simplicitatem arrogantiæ ac præjudicii aggravarent, si forte respiscunt et a facti sui defensione cessantes in condemnationem proprii convertuntur erroris, hanc si satisfactio talis accedit, quæ non refutandi videatur, maturioribus apostolicæ sedis consiliis reservetur, ut, examinatis omnibus atque perpensis, de ipsis eorum agnitionibus quid constitui debeat æstimetur. Neque prius in Ecclesia, cui te Dominus voluit præsidere, cujusquam talium, ut ante jam scripsimus, nomen ad altare recitetur, quam quid de his constitui debeat processus ostendat. De communitorio vero a clericis dilectionis tuæ nobis oblato, necessarium non fuit epistolis quid videretur inserere, cum sufficeret legatis cuncta committi, quorum sermone ex omnibus diligentius instrueris. Adnitere itaque, frater charissime, ut quæ Ecclesiæ Dei congruunt fideliter et efficaciter cum his fratribus, quos tantæ rei idoneos actores eligimus, exsequaris: præsertim cum et ipsa vos causæ ratio, spesque divini auxilii cohortetur, et clementissimorum principum tam sancta sit fides, tam religio devotio, ut in eis non solum Christianum, sed etiam sacerdotalem experiamur affectum. Qui utique pro eâ pietate qua se esse Dei famulos gloriantur, omnes suggestiones vestras fidei catholice profuturas dignanter accipient, ut ipsorum quoque opere et pax Christiana reparari et error inopius possit aboleri. Ac si de aliquibus amplius fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur, ut, pertractata qualitate causarum, nosti a quid observari debeat sollicitudo conatiuat. Datum v Idus Junias, Adolphio viro clarissimo consule.

LIII

EPISTOLA LEONIS AD MARTIANUM AUGUSTUM.

De directa vicis suæ legatione Constantinopolim pro Chalcedonensi concilio faciendo.

Leo episcopus Martino Augusto.

Poposcimus quidem a gloriosissima clementia ve-

stra ut synodum quam ad reparandam Orientalis Ecclesiæ pacem etiam a nobis petitam necessariam iudici-

catis, aliquantisper differri ad tempus opportunius A juberetis, ut liberioribus ab omni perturbatione animis hi quoque episcopi, quos hostilitatis metus detinet, convenirent. Sed quia pio studio humanis negotiis divina præponitis, et rationabiliter ac religiose regni vestri viribus creditis profuturum, si nulla sit in sacerdotum sensibus dissonantia, nulla sit in Evangelii prædicatione discordia; ego etiam vestris dispositionibus non renitor, optans ut in omnium cordibus catholica fides, quæ non potest nisi una esse, firme ur. A cujus integritate et Nestorius antea et nunc Eutyches diversis quidem callibus, sed impietate non impari deviarunt, abominandi prorsus in persuasionibus suis, quas contra sincerum veri luminis fontem de cœnosis lacubus diabolicæ falsitatis hauserunt. Prior itaque synodus Ephesina Nestorium cum dogmate suo merito justè damnavit; et quisquis in illo errore persistit, ad nullius potest spem remedii pertinere. Sequens vero in prædicta civitate non possum vocare conciliium, quod in eversionem fidei fuisse constat agitatum: quodque vestra clementia amore veritatis catholicis ad futura aliud statuendo cassabit,

^a Æm., Esc. 4, Tol. 4, Paschasio.

gloriosissime imperator. Unde per ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, qui regni vestri auctor et rector, obtestor et obsecro clementiam vestram ut in præsentī synodo fidem quam beati Patres nostri ab apostolis sibi traditam prædicarunt non patiamini quasi dubiam retractari; et quæ olim majorum sunt auctoritate damnata redivivis non permittatis conatibus excitari: illudque potius jubeatis ut antiquæ Nicænæ synodi constituta, remota hæreticorum interpretatione, permaneant. Nec me quoque, ut voluit vestra clementia, ab illo credatis abesse concilio, **73** cum in his fratribus quos direxi, id est Paschasino ^a et Lucentio episcopis, Bonifacio et Basilio presbyteris, sed et fratre meo Juliano, quem eorum volui esse participem, etiam mea sit æstimanda præsentia, quos, auxiliante Christo, ita acturos esse confido, ut ea quæ Domino nostro placeant decernantur, accedente pietatis vestræ studio, quod et paci pro-it et religionis custodiæ ac veritatis. Datum vi Kalendas Julias, Adelphio viro clarissimo consule. æra ^b qua supra.

^b Esc. 4, æra CCCCLXXXIX.

LIV

EPISTOLA LEONIS AD SYNODUM CHALCEDONENSEM.

In qua hortatur per legatos suos Dei sacerdotes ut secundum Scripturas sacras cuncta disponerent.

Leo episcopus sanctæ synodo apud Chalcedonem C constitutæ.

Optaveram quidem, dilectissimi, pro nostri charitate collegii omnes Domini sacerdotes in una catholicæ fidei devotione persistere, nec quemquam gratia aut formidine potestatum sæcularium depravari, aut a via veritatis abscedere. Sed quia multa sæpe quæ poenitentiam possint generare proveniunt, et superat culpas delinquentium misericordia Dei, atque ideo suspenditur ultio ut possit locum habere correctio, amplectendum est clementissimi principis plenum religione consilium, quo sanctam fraternitatem vestram ad destruendas insidias diaboli, et ad reformandam ecclesiasticam pacem voluit convenire, beatissimi Petri apostoli jure atque honore servato, adeo ut nos quoque suis ad hoc litteris invitaret, ut venerabili synodo nostram præsentiam præberemus; quod quidem nec necessitas temporis, nec ulla poterat consuetudo permittere. Tamen in his fratribus, hoc est Paschasino ^a et Lucentio episcopis, Bonifacio et Basilio presbyteris, qui ab apostolica sede directi sunt, me synodo vestra fraternitas æstimet præsidere, non sejunctam a vobis præsentiam meam. Qui nunc in vicariis meis adsum, et jam dudum in fidei catholicæ prædicatione non desum, ut qui non potestis

^a Æm., Bibl. Reg., Tol. 4, Paschasio.

ignorare quid ex antiqua traditione credamus, non potestis dubitare quid cupiam. Unde, fratres charissimi, rejecta penitus audacia disputandi contra fidem divinitus inspiratam vana errantium infidelitas conquiescat, nec liceat defendi quod non licet credi; cum secundum evangelicas auctoritates, secundum propheticas voces apostolicamque doctrinam, plenissime et lucidissime per litteras quas ad beatæ memoriæ Flavianum episcopum misimus fuerit declaratum quæ sit de sacramento incarnationis Domini nostri Jesu Christi pia et sincera confessio. Quia vero non ignoramus per pravas æmulationes multarum Ecclesiarum statum fuisse turbatum plurimosque episcopos quia hæresim non reciperent sedibus suis **D** pulsos et in exilia deportatos, atque in locum superstitum alios substitutos, his primitus vulneribus adhibeatur medicina justitiæ, nec quisquam ita careat proprijs, ut alter utatur alienis, cum, si (ut cupimus) errorem omnes relinquunt, nemini quidem perire honor debeat, sed illis qui **74** pro fide laboraverunt, cum omni privilegio suo oporteat jus proprium reformari. Prioris autem Ephesinæ synodi, cui sanctæ memoriæ episcopus Cyrillus tunc præsedidit, contra Nestorium specialiter statuta permaneant, ne tunc damnata impietas ideo sibi in aliquo blandiatur, quia Euty-

ches justa execratione percellitur. Puritas enim A Eutichianam cum suis auctoribus condemnat pa-
fidei atque doctrinæ, quam eodem quo sancti Pa- riter et persequitur pravitatem. Datum vi Kalen-
tres nostri spiritui prædicamus, et Nestorianam et das Julias, Adelfio viro clarissimo consule.

LV

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD MARTIANUM AUGUSTUM.

In qua de ejus gratulatur fide, quæ in Chalcedonensi concilio gesta est de Anatolio Constantinopolitano episcopo qui in eodem concilio Alexandrinam et Antiochenam Ecclesias contra constituta Nicæna per ambitum sibi met voluit subjungere.

Leo episcopus Martino Augusto.

Magno munere misericordiæ Dei totius Ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, cum sancto et glorioso clementiæ vestræ studio perniciosissimus error extinctus est, ut labor noster citius ad desideratum perveniret effectum, quem Deo serviens principatus et fide et potestate juvisset. Quia etsi in virtute Spiritus sancti inter quaslibet dissensiones per sedis apostolicæ famulatum Evangelii erat defendenda libertas; manifestior tamen apparuit gratia Dei, quæ præstitit mundo ut in victoria veritatis auctores tantum violatæ fidei deperirent, et sua integritas Ecclesiæ redderetur. Bellum igitur, quod pacis nostræ inimicus exci- taverat, adeo feliciter dextera Domini pugnaute confractum est, ut triumphante Christo omnium sacerdotum esset una victoria, et, coruscante lumine veritatis, solæ erroris tenebræ cum suis assertoribus pellerentur. Nam sicut in ipsa Domini resurrectione credenda ad corroboranda initia fidei multum securitatis accessit, quod quidam apostoli de corporea Domini Jesu Christi veritate debitarunt, et visu atque contactu fixuras clavorum, et vulvas lanceæ perscrutando ambiguitatem cunctis, dum ambigunt, absulerunt; ita nunc quoque, dum aliquorum infidelitas confutatur, omnium hæsitantium corda firmata sunt, et profecti universis ad illuminationem quod quibusdam intulit cæcitatem. In quo opere digne et juste exultat vestra clementia, quæ fideliter proprieque prospexit, ut Orientalibus Ecclesiis diabolicæ insidiæ non nocerent, sed ad propitiandum Deum efficaciora ubique offerrentur holocausta, quando per mediatorem Dei et hominum hominem Christum Jesum eadem confessio plebium, eadem sacerdotum, eadem esset et regum, gloriosissime filii et clementissime Auguste.

His autem propter quæ cuncta facta est congregatio sacerdotum bono et optabili fine compositis, miror et doleo quod pacem universalis Ecclesiæ divinitus reformatam ambitionis rursus spiritus inquietet. Quamvis enim necessarie sibi frater meus Anatolius consuluisse videatur, ut ordinatorem suorum errorem deserens in assensum [Dibl. Reg., sensum] catholicæ fidei salubri correctione transiret; custodire tamen debuit, ut quod vestro beneficio noscitur consecutus nullius cupiditatis pravitate turbaret. Nos enim vestræ fidei et interventionis habentes intuitum, cum secun-

dum suæ consecrationis auctores ejus initia titubarent, benigniores circa ipsum quam justiores esse volumus, quo perturbationes omnes quæ operante diabolo fuerant excitatæ adhibitis remediis leniremus, quæ illum modestum magis quam immoderatum facere debuerunt. Qui, etiamsi præcipuis meritis optimoque judicio legitime fuisset ac solemniter ordinatus, contra reverentiam tamen canonum paternorum, contra statuta Spiritus sancti, contra antiquitatis exempla nullis posset suffragiis adjuvari. Apud Christianum et vere religiosum, vereque orthodoxum principem loquor: multum Anatolius episcopus proprio detrahit merito, si illicito crescere optat augmento. Habeat, sicut optamus, Constantinopolitana civitas gloriam suam, et protegente Dei dextera, diuturno clementiæ vestræ fruatur imperio. Alia tamen ratio est rerum sæcularium, alia divinarum; nec præter illam petram quam Dominus in fundamento posuit stabilis erit ulla constructio. Propria perdit qui indebita concupiscit. Satis sit prædicto, quod vestræ pietatis auxilio, et mei favoris assensu episcopatum tantæ urbis obtinuit. Non deliquetur regiam civitatem, quam apostolicam facere non potest sedem, nec ullo modo speret quod per aliorum offensiones possit augeri. Privilegia enim Ecclesiarum sanctorum Patrum canonibus instituta, et venerabilis Nicæna synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari. In quo opere, auxiliante Christo, fideliter exsequendo necesse est me perseverantem exhibere famulatum, quoniam dispensatio mihi credita est, et ad meum tendit reatum, si paternarum regulæ sanctionum, quæ in synodo Nicæna ad totius Ecclesiæ regimen Spiritu Dei instruente sunt conditæ, me quod absit, connivente violentur, et major sit apud me unius fratris voluntas quam universæ domus Domini communis utilitas. Et ideo sciens gloriosam clementiam vestram ecclesiasticæ studere concordiæ, et his quæ pacificæ congruunt unitati piissimum præstare consensum, precor et sedula suggestione vos obsecro ut ausus improbos unitati Christianæ pacique contrarios ab omni pietatis vestræ abdicetis assensu, et fratris mei Anatolii nocituram; si, si perstiterit, cupiditatem salubriter comprimatis: ne ea quæ vestræ gloriæ atque temporibus inimica sunt, cupiens, major suis velit esse prioribus, liberumque illi sit, quantis potuerit splendore vir-

tutibus, quarum non aliter particeps erit, nisi charitate magis voluerit ornari quam ambitione distendi. Haec autem improbi desiderii conceptionem nunquam quidem debuit intra cordis sui recipere secretum; sed cum illi fratres et coepiscopi mei, qui vice mea aderant, obviarent, ab illicito appetitu ex eorum saltem contradictione cessasset. Nam et vestrae pietatis apices, et ipsius scripta declarant legatos sedis apostolicae, sicut oportuit, contradictione justissima restitisse, ut inexcusabilior esset praesumptio quae se nec increpata cohiberet. Unde convenit fidei vestrae vel gloriae, ut sicut haeresis Deo per vos agente destructa est, ita etiam omnis ambitus retundatur. Agate quod et Christianae est probitatis et regiae, ut praedictus episcopus pareat Patribus, consulat

pacem, neque sibi aestimet licuisse quod Antioche-

* *Ann., Bibl. Reg., Esc. 4, Tol. 1, Ger., Junias.*

nae Ecclesiae sine ullo exemplo contra statuta canonum episcopum ordinare praesumpsit, quod nos amore reparandae fidei et pacis studio retractare cessavimus. Abstineat ergo ab ecclesiasticarum injuria regularum, et illicitos declinet excessus, ne se ab universali Ecclesia, dum inimica pace tentat, abscindat. Quem opto magis irreprehensibiliter agentem diligere quam in hac praesumptione, quae illum ab omnibus separare poterit, perdere. Frater autem et coepiscopus meus Lucianus, qui cum filio meo Basilio diacono clementiae vestrae ad me scripta portavit, omni devotione partes susceptae legationis implevit, qui non est aestimandus negotio defuisse, quem potius causa deseruit. Datum xi Kalendas Julias a Herculano viro clarissimo consule, aera ccccxc.

LVI

EPISTOLA LEONIS AD ANATOLIUM GONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPUM.

In qua imprimis eundem episcopum de fide in Chalcedonensi concilio laudat: deinde arguit illum quod contra Nicenam synodum Alexandrinam atque Antiochenam ecclesias sibi subdere voluisset.

Leo episcopus Anatolio episcopo.

76 Manifestato, sicut optavimus, per gratiam Dei lumine evangelicae veritatis et ab universali Ecclesia perniciosissimi erroris nocte depulsa ineffabiliter gaudeamus in Domino, quod creditae nobis dispensationis labor ad desideratum pervenit effectum, sicut etiam epistolae tuae textus eloquitur, ut secundum apostolicam doctrinam id ipsum dicamus omnia, et non sint in nobis schismata; simus autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententia. In cuius operis devotione gratulamur dilectionem tuam esse consortem, ut et corrigendis tua prodesset industria, et ab omni te deviantium participatione purares. Decessore enim tuo beatae memoriae Flaviano propter defensionem catholicae veritatis ejectione, non immerito credebatur quod ordinatorum tui contra sanctorum canonum constituta viderentur sui similem non-ecrasse. Sed adfuit misericordia Dei in hoc te dirigens atque confirmans, ut malis principiis bene uteris, et non te iudicio hominum, sed Dei profectum benignitate monstrares: quod vere ita accipiendum est si hanc divini muneris gratiam alia offensione non perdas. Virum enim catholicum et praecipue Domini sacerdotem sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari. Dicente quippe Scriptura sancta: *Post concupiscentias tuas ne eas, et a voluntate tua avertere*, multis mundi hujus illecebris, multis vanitatibus resistendum est, ut verae continentiae obtineatur integritas; cuius prima est labe superbia, initium transgressionis et origo peccati. Quoniam mens potentiae avida nec abstinere

novit vetitis, nec gaudere concessis, dum inordinato pravoque processu impunitarum transgressionum augentur excessus, et crebescunt culpae, quae toleratae sunt studio reparandae fidei et amore concordiae. Post illa itaque ordinationis tuae non inculpatae principia, post consecrationem Antiocheni episcopi, quam libimet contra canonicam regulam vindicasti, doleo etiam in hoc dilectionem tuam esse prolapsam, ut sacratissimas Nicenorum canonum constitutiones conareris infringere, tanquam opportune se tibi hoc tempus obtulerit, quo secundi honoris privilegium sedes Alexandrina perdidit, et Antiochena Ecclesia proprietatem tertiae dignitatis amiserit, ut his locis juri tuo subditis omnes metropolitani episcopi proprio honore priventur. Quibus inauditis et nunquam ante tentatis ita praeveneris excessibus, ut sanctam synodum ad extinguendam solum haeresim, et ad confirmationem fidei catholicae studio Christianissimi principis congregatam in occasionem ambitus trahas, et ut convenientiam suam tibi dedat impellas; tanquam refutari nequeat quod illicite voluerit multitudo, et illa Nicenorum canonum per sanctum vere Spiritum ordinata conditio in aliqua unquam sit parte resolvable. Nulla sibi met de multiplicatione congregationis synodalia concilia blandiantur, neque trecentis illis et decem et octo copiosior numeris sacerdotum vel comparare se audeat vel praeferre, cum tanto divinitus privilegio Nicæna sit synodus consecrata, ut sive per pauciores, sive per plures ecclesiastica judicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit

voluit.

* *Bibl. Reg., Esc. 4, Ger., Tol. 1, crebrae sunt.*

† *Ex reliquiis, praeter Alv. et Urg., in quibus,*

‡ *In caeteris, praeter Alv., atque.*

vacuum quidquid ab illorum fuerit constitutione A
diversum. Nimis ergo hæc improba, nimis prava
sunt, quæ sacratissimis canonibus inveniuntur esse
contraria. In 77 totius Ecclesiæ perturbatiōnem
superba hæc tendit elatio, quæ ita abuti voluit
concilio synodali, ut fratres in fidei tantummodo
negotio convocatos et definitione ejus causæ quæ
erat curanda perfunctos ad consentiendum sibi aut
depravando traduceret, aut terrendo compelleret.
Iude enim fratres nostri ab apostolica sede directi,
qui vice mea synodo præsidebant, probabiliter atque
constanter illicitis ausibus obstiterunt, aperte recla-
mantes, ne contra instituta Nicæna præsumptio re-
probæ novità assurgeret. Nec potest de eorum
contradictione dubitari, de quibus in epistola tua
etiam ipse conquereris, quod conatibus tuis voluerit
obviare, in quo quidem multos mihi hæc scri-
beredo commendas. Sed temetipsum quod eis parere
nolueris, dum illicita moliris, accusas, superflue
non concedenda appetens, et insalubriter contraria
concupiscens, quæ nullum unquam poterunt nostrum
obtinere consensum. Absit enim a conscientia mea,
et tam prava cupiditas meis studiis adjuvetur, ac
non potius et meo et omnium qui non alta sapiunt
sed humilibus consentiant opere subruatur.

Sancti illi et venerabiles Patres, qui in urbe Ni-
cæna, sacrilego Ario cum sua impietate damnato,
mansuras usque in finem mundi leges ecclesiastico-
rum canonum condiderunt, et apud nos et in toto
orbe terrarum in suis constitutionibus vivunt, et si
quid usquam aliter quam illi statuere præsumitur,
sine cunctatione cassatur: ut quæ ad perpetuam uti-
litatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione
varietur, nec ad privatum trahantur commodum
quæ ad bonum sunt commune præfixa; et inveni-
tibus terminis quos constituerunt Patres nemo in jus
tendat alienum^a, sed intra fines proprios atque le-
gitimos, prout quis valuerit, in latitudine se chari-
tatis exerceat, cujus satis uberes fructus Constanti-
nopolitanus potest artister acquirere, si magis humi-
litalis virtute nitatur, quam si spiritu ambitionis
inflatur. Noli, frater, altum sapere, sed time, et
Christianorum principum piissimas aures improbis
petitionibus inquietare desiste, quibus certum habeo
inodesta te magis quam elatione placitum. Perva-
sioni enim tuæ in nullo penitus suffragatur quorum-
dam episcoporum ante sexaginta, ut jactas, annos
facta conscriptio, nunquamque a prædecessoribus

tuis ad apostolicæ sedis transmissa notitiæ, cui ab
initio sui caducæ dudumque collapsæ scra nunc et
inutilia subjicere fomenta voluisti, eliciendo a fratri-
bus speciem consensionis, quam tibi in suam inju-
riam verecundia fatigata præberet. Memento quid
Dominus ei qui unum de pusillis scandalizaverit com-
mineatur, et sapienter intellige quid sit Dei judicium
subituro, qui tot Ecclesiis, tot sacerdotibus scanda-
lum inferre non metuit. Fateor enim ita me dilec-
tione universæ fraternitatis obstringi, ut nemini
provis in his, quæ contra se poscit, assentiar; pos-
sisque evidenter agnoscere me dilectioni tuæ bene-
volo animo contraire, ut sanjore consilio ab univer-
salis te Ecclesiæ perturbatione contineas. Non con-
vellantur provincialium jura primatum, nec privilegii
antiquitus instituti metropolitani fraudentur antisti-
tes. Nihil Alexandrinæ sedi ejus quam per sanctum
Marcum evangelistam beati Petri discipulum meruit
pereat dignitatis, nec, Dioscoro impietatis suæ per-
tinacia corridente, splendor tantæ Ecclesie tenebris
obscuretur alienis. Antiochena quoque Ecclesia, in
qua primum prædicante beato apostolo Petro Chri-
stianum nomen exortum est, in paternæ constitutio-
nis ordine perseveret, et in gradu tertio collocata
nunquam se fiat inferior. Aliud enim sunt sedes,
aliud præsidentes, et magnis unicuique honor est
integritas sua; quæ cum in quibuslibet locis propria
ornamenta non perdat, quanto magis in Constantino-
politanae urbis magnificentia potest esse gloriosa, si
per observantiam tuam, et defensionem paterni ca-
nonis, et exemplum probitatis multi habeant sacre-
dotes? Hæc tibi scribens, frater, in Domino hortor
ac moneo ut, deposito ambitionis desiderio, spiritu
potius ferveas charitatis, ejusque virtutibus secun-
dam doctrinam apostolicam proficenter orneris.
Est enim patiens et benigna, et non amulatur, non
agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non
querit quæ sua sunt. Unde si charitas non querit
propria, quantum peccat qui concupiscit aliena? A
quibus volo ut te prorsus abstinereas, memorque eis
sententiæ quæ dicit: *Tene quod tenes ne alius accipiat*
^d *coronam tuam*. Nam si inconcessa quæsieris, ipse
te tuo opere atque judicio universalis Ecclesiæ pace
privabis. Frater autem, et coepiscopus meus^e Lu-
cianus, et filius noster Basilus diaconus, quantum in
ipsis fuit, studioso his quæ eis injunxeras adfuerunt;
sed actioni eorum justitia^d negavit effectum. Datam xi
Kalendas Junias, Heroulano viro clarissimo consule.

^a Bibl. Reg., nemo injuste invadat ali. num.

^b Em., ne quis accipiat.

^e In reliquis, præter Alv., noster.

^d Bibl. Reg., Esc. 4, Tol. 1, 2, injustitia.

LVII

EPISTOLA LEONIS AD MARTIANUM AUGUSTUM.

In qua gratias ei agit quod per Chalcedonense concilium pax Ecclesiæ catholicæ reddita sit.

Leo episcopus Martino Augusto.

78 Multa mihi in omnibus clementiæ vestræ lit-

^a Bibl. Reg., Esc. 4, Tol. 1, Ger., gaudii.

teris caesa gaudendi^a est, dum ex magna divini
providentiæ misericordia præstitum humanis rebus

exerior, quod ecclesiasticam pacem, quæ non nisi unitate prædicationis evangelicæ custoditur, piissimo studio juvare dignamini, ut fidei vestræ gloria non solum utilitate reipublicæ, sed etiam religionis profectibus augeatur, gloriosissime Augustè. Unde ^a infallibiliter Deo gratias ago, qui eo tempore quo obortura hæreticorum scandala præsciebat, vos in imperii fastigio collocavit, in quibus ad totius mundi salutem et regiæ potentia et sacèrdotalis vigeret industria. Nam cum vestro præcipue opere sit perfectum ^b ut per synodale concillium, damnatis impii dogmatis defensoribus, omnes vires sacrilegus error amitteret, ad ejusdem devotionis pertinet palmam, si malum, quod in suis ducibus oppressum est, etiam in quibuscunque reliquis deleatur. Quod facilius clementia vestra arbitratur implendum, si per universas Ecclesias definitiones sanctæ synodi Chalcedonensis apostolicæ sedi placuisse doceantur. De quo quidem ratio non fuit ambigendi, cum ei fidei omnium subscribendo consensus accesserit, quæ ad me secundum formam apostolicæ doctrinæ ac paternæ traditionis emissa est, et per fratrem meum Lucianum episcopum talia ad gloriam vestram, et ad Constantinopolitanam antistitem scripta direxerim, quæ evidentè ostenderent me ea quæ de fide catholica in prædicta synodo definita fuerant approbare. Sed quia in eisdem litteris ea quæ per occasionem synodi male sunt attentata reprehenderam, maluit prædictus antistes meam gratulationem tacere quam suum ambitum publicare. Mihi autem multum fiduciæ Deo per vos operante collatum est, quod probasse vos observantiam meam de custodia canonum paternorum pietatis

A vestræ assatibus indicatis : et merito geminatur gaudium meum, cum vobis religiosissime placere cognosco, ut et fides Nicæna suam teneat firmitatem, et privilegia Ecclesiarum illibata permaneant. Quamvis autem de præclaro fidei vestræ opere nihil vestra pietas indicarit, mihi tamen per veneratorem una mecum specialiter vestrum, fratrem meum, Julianum episcopum innotuisse significo, quàm pio dignati fueritis responso imperitorum monachorum animos collibere pariter et docere, ut si illos non penitus deseruit divina miseratio, sentiant se et didicisse quod credant, et agnovisse quod timeant. Quia vero omnibus modis obediendum est pietati vestræ religiosissimæque voluntati, constitutionibus synodalibus, quæ mihi de confirmatione fidei catholicæ et de hæreticorum damnatione placuerunt, libens adjeci sententiam meam; quæ ut in notitiam omnium sacerdotum Ecclesiarumque perveniat, vestræ clementiæ præcepto ordinare dignabitur. Adfuturam credo et spero gratiam Dei, quæ tam sanctam tanti principis curam plenissimum desiderii sui fructum faciat obtinere, ut omnibus dissentendi occasionibus amputatis apostolicæ ubique doctrinæ pax regnet et veritas. Fratri autem meo Juliano episcopo noverit vestra clementia hoc me proprie delegasse, ut quidquid illic ad custodiam fidei pertinere ⁷⁹ probaverit, meo nomine vestræ fiducialiter suggerat pietati, quoniam certus sum vos ad hæc omnia emendanda vel defendenda, Deo auxiliante, sufficere. Datum xii Kalendas Aprilis, Apilio ^c viro clarissimo consule, æra ccccxi.

^a Bibl. Reg., Esc. 4, *Inde*.

^b *Æm.*, Bibl. Reg., Esc. 4, Urg., Ger., *effectum*.

^c *Æm.*, Bibl. Reg., Esc. 4, Tol. 1, *Opilio. Ger., Opilione*.

LVIII

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD MARTIANUM AUGUSTUM.

De Proterio Alexandrino episcopo ut priorum suorum decreta conservet, et imperatorem rogat ut epistolam ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum missam in Græcum sermonem translata Alexandrinæ Ecclesiæ destinaret.

Leo episcopus Martino Augusto.

Puritatem fidei Christianæ qua clementia vestra præfulget, etiam his litteris quas frater et coepiscopus meus Nestorius detulit, demonstrastis, justissimum fratri meo Proterio Alexandrinæ urbis antistiti impendentes favorem, quo mihi per omnia esset acceptior. Nam cui vestra pietas testimonium perhibere dignatur, indubitanter esset probandus, etiam si taceret. Sed accedit ad gratiam, quod proprio quoque sermone cognoscitur, et quam sincerus sit catholici dogmatis prædicator ipsius professione clarescit. Unde plenissimo affectu dilectionem orthodoxi fratris amplector et Deo gratias ago quod, amoto eo qui Evangelio Christi voluit contraire et a sanctorum Patrum intelligentia dissidere, talem prospexit Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotem qui præcedentibus

D rectoribus et fide concordaret et vita. Nam cum amplecti se epistolam meam quam ad beatæ memoriæ Flavianum contra Eutychetem impium misi toto corde profertur; quid aliud quam apostolorum se ostendit esse discipulum, quoniam doctrina veritatis in lumine suo permanset, et non potest esse diversum quod unum est atque divinum? Rescripsi itaque prædicto fratri quod debui, atque ut in sancto studio perseveret admonui; qui sine dubio constantior erit si etiam clementiæ vestræ cohortationibus adjuvetur. Nec in aliquo eum terreat quorundam imperita dissensio, quos paucorum hæreticorum instigationibus ignorantia facit obnoxios. Quod ergo sua negligentia assequi nequeunt opportune eorum insinuetur auditui. Et ne memoratus nova inferre et propria videatur astruere, venerabilium Patrum quæ

eidem Ecclesiæ præfuerunt scripta relegantur, et quid beatus Athanasius, quid Theophilus, quid Cyrillus, quid etiam alii Orientales magistri de incarnatione Domini senserint, cognoscant^a. Nec **80** repullulantibus decipiantur erroribus, qui olim evangelici sermonis sunt virtute prostrati: quoniam omnes fere hæreses quæ diversis temporibus exstiterunt, dum sacramentum corporeæ nativitatæ, et passionis^b, ac resurrectionis Christi non intelligunt, ab Evangelio deviarunt. Et posset minus laborare in hæreticis repellendis, si rudes animos ea non turbarent mendacia quæ peremit antiquitas. Sed nunc, ut dixi, hic docendi optimus modus est, ut paternorum sensuum lineæ Alexandrinæ plebis et clericorum auribus innotescant, ac si qui sunt qui nostra scripta despiciant, illi saltem qui nobiscum apostolicis sensibus congruunt acquiescant. In quo opere multum consacerdotis mei devotione gaudebo, et semper ipsius unanimitate lætabor, quia fraterna pax non nisi in una fidei confessione servatur.

Quia vero quorundam hæreticorum versuta ne-

^a In reliquis, præter Alv., *recognoscant*.

^b Ab hac voce desunt folia in Esc. 4.

^c Æm., Bibl. Reg., Esc. 5, Tol. 1, 2: *quam ad beatæ memoriæ Flaviani dedi*.

quitia ad conturbandam nostrorum simplicitatem epistolam meam, quam^c beatæ memoriæ Flaviano dedi, falsasse perhibetur, ut commutatis quibusdam verbis vel syllabis receptorem^d me Nestoriani erroris assererent; obsecro venerabilem clementiam vestram, ut eandem epistolam per fratrem meum Julianum episcopum, vel eos quos idoneos ad hoc opus pietas vestra elegerit^e in Græcum sermonem jubeatis integrè diligentèrque translata per idoneum perlatores sub vestri signaculi impressione deferri, tradendam iudicibus Alexandrinis, qui eam clero et plebi ipsius civitatis cum prædictorum episcoporum prædicationibus, quibus et mea scripta consentiunt, faciant recitari, ut agnoscant se fallacium hominum fraude ulterius decipi non debere, et **B** probentur apostolicæ sedis sinceri esse discipuli, apud quam nec Eutyches, nec Nestorius, ullum obtinent locum, quia sicut alios hæreticos ita et istos universalis Ecclesia damnavit. Datum vi Idus Martias, Actio et Studio^f viris clarissimis consulibus, æra cccclxii.

^d Bibl. Reg., *acceptorem*.

^e Bibl. Reg., *delegerit*.

^f Ex reliquis, præter Alv., in quo, *Stueno*, et Tol. 2, in quo, *Stadio*.

LIX

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD MARTIANUM AUGUSTUM.

In qua scribit ei de exsilio Eutychetis, ut ad secretiora loca eum transferret, quia ubi positus erat adhuc prava docebat.

Leo episcopus Martino Augusto.

Quod sæpissime multa jam experimenta docuerunt, sanctæ pietatis vestræ studium circa religionem Christianam gloriosius perseverat et crescit augmentis, et hæc fides vestræ clementiæ non solum me, sed et omnes Domini sacerdotes consolatur et roborat, dum in Christianissimo principe sacerdotalem experimur affectum. Quem si Orientalium partium sacerdotes studeant imitari, nihil scandalorum neque pax, neque fides Christiana patietur. Unde cum Constantinopolitanus antistes ad omnem pietatis profectum præsentis clementiæ vestræ doceatur exemplo, si fideliter vestris acquiescat hortatibus, **81** habet in me sincerum^a gratiæ animum tantum ut quod verbis spondet corde perficiat. Si vero quæ Deo et pietati vestræ displicent, pertinaci intentione delegerit, salva mansuetudinis vestræ reverentia, utar cum omnibus, et pro omnibus, vobis quoque adnitentibus, adversum superbientem liberiore constantia, quem, quod sæpe direndum est, mallet pro sanctis actibus fraternam charitatem compleri, gloriosissime imperator. Quia vero suggestiones meas pro tranquillitate catholicæ fidei libenter accipitis, significatum mihi fratris et coepiscopi mei Juliani sermone cognoscite, Eutychetem impium pro suis quidem meritis exulare; sed in ipso suæ damnationis loco

^a In reliquis, præter Alv., *sincere*.

C multa adversus integritatem catholicam blasphemiarum desperatis venena profundere, et quod in illo totus mundus horruit atque damnavit, impudentia majori, ut innocentes decipere possit, evomere. Plenum itaque rationis existimo, ut vestra clementia ad longinquiora eum jubeat et secretiora transferri. Monasterio vero ejus Constantinopoli constituto, in quo habitatores ipsius monachi evangelica apostolicaque doctrina crebrius sunt et plenius roborandi, salubriter, ut arbitror, fiet, si is, qui ipsi monasterio præpositus esse dicitur, a societate veneratoris vestri Juliani episcopi, quem in speculis propter fidem illic esse constitutum, non recedat; cujus assidua visitatione profectus servorum Dei illic habitantium possit augeri. Petitionem autem de festivitate paschali gaudeo ita a pietate vestra susceptam ut confestim agentem in rebus Alexandriam mitteretis de errore removendo, quem sanctæ memoriæ Theophili constitutio videtur inferre. De qua re, sicut scribere dignamini, quidquid ad pietatis vestræ notitiam perlatum fuerit, jubete me nosse, ut de observantia, quam non licet esse diversam, quid potissimum sit tenendum Ecclesia universalis agnoscat. Precor autem, quod vestræ novi clementiæ convenire, ut eos maxime tueamini contra omnes insidias quos vihi et vestræ mansuetudini propter amorem

fidei placere cognoscitis, ut eos Constantinopolitana A xvii Kalendas Maias, Actio et Studio a viris clarissimus episcopus laedendi non habeat facultatem. Datum in consulis, era qua supra.

a Ex reliquis, præter Alv., in quo., *Steno. Tol. 2, Stadio.*

LX

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD LEONEM AUGUSTUM.

De blasphemis Nestori et Eutychetis, eorumque digno anathemate.

Leo episcopus Leoni Augusto.

Promississe me meministi, venerabilis imperator, in causa fidei, de qua clementiam tuam novi pio esse sollicitam, pleniorum humilitatis meae dirigendum esse sermonem: quem nunc, auxiliante Domino, fidei occasione persolvo, ut sancto pietatis tuae studio utilis, quantum arbitror, deesse non possit instructio. Quamvis enim sciam clementiam tuam humanis institutionibus non egere, et sincerissimam de abundantia Spiritus sancti hausisse doctrinam, officii mei tamen est et patefacere quod intelligis et prædicare quod credis, ut ignis ille, quem Dominus veniens misit in terram, motu crebrae meditationis agitatus sic concalescat ut ferveat, et sic inflammetur ut luceat. Magnas enim caligines Eutychiana hæresis Orientis partibus inferre molita est, et ab illa luce quæ, sicut evangelium loquitur, lucet in tenebris et tenebræ eam non comprehenderunt, imperitorum **82** oculos tentavit avertere: cumque ipse in suam reciderit cæcitate, nunc in discipulis recrudescit quod in auctore defecit. Non longo namque temporis intervallo catholica fides, quæ est singularis et vera, cui nihil addi nihilque minui potest, a duobus est hostibus oppellita, quorum prior Nestorius, Eutyches secundus emerit: qui Ecclesiæ Dei duas hæreses sibi contrarias inferre voluerunt, ut uterque a prædicatoribus veritatis merito damnaretur, quia insanum nimis et sacrilegum fuit quod varia falsitate ambo senserunt.

Anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam virginem Mariam non Dei sed hominis tantummodo credidit genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis; nec unum Christum in Verbo Dei et carne sentiret, sed separatim atque seunctim alterum Filium Dei, alterum hominis prædicaret; cum in mente illa incommutabili Verbi essentia, quæ et cum Patre et cum Spiritu sancto intemporalis atque coæterna est, ita intra virginea viscera Verbum caro sit factum, ut per id quod ineffabile est sacramentum uno conceptu unoque partu secundum veritatem utriusque naturæ eadem virgo et ancilla Domini esset et mater. Quod etiam Elisabeth, sicut Lucas evangelista declarat, intellexit, et dixit: *Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?* Eutyches quoque eodem percussatur anathemate, qui per impietatem veterum hæreticorum volutatus errores tertium

Apollinaris dogma delegit, ut negata hominis carne atque animæ veritate totum Dominum nostrum Jesum Christum unius assereret esse naturam, tanquam Verbi deitas ipsa se in carnem animamque converteret, et concipi ac nasci, nutriri et crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, et ascendere in caelum, et in Patris dextera, unde ad iudicandos vivos et mortuos veniet, consedere, divinæ tantum essentiae fuerit, quæ nihil horum in se sine carnis recipit veritate: quoniam natura Unigeniti natura est Patris, natura est et Spiritus sancti, simulque impassibilis; simul est incommutabilis sempiternæ Trinitatis indivisa unitas, et consubstantialis æqualitas. Unde si ab Apollinaris perversitate Eutychianus quisque desciscit, ne convincatur deitatem passibilem sentire atque mortalem, et tamen Verbi incarnati, id est, Verbi et carnis unam audet dicere a naturam, manifeste in Valentini et Manichei transit insaniam, et mediatorum Dei et hominum hominem Jesum Christum simulatorie credit omnia egisse, nec humanum in ipso corpus sed phantasticam corporis speciem oculis apparuisse se cernentium. Quæ impietatis mendacia quoniam olim fides catholica detestatur, et aliarum assertionum sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum Patrum dudum sunt damnata sententiis, non dubium est eandem nos fidem prædicare atque defendere quam sancta synodus Nicæna confirmavit, dicens: Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, visibilibus et invisibilium factorem, et in unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, natum de Patre, Unigenitum, hoc est, de substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum unius substantiæ cum Patre, quod Græci dicunt *homousion*: per quem omnia facta sunt sive quæ in caelo, sive quæ in terra: qui propter nos et propter nostram salutem descendit de caelo: et incarnatus est, et homo factus passus est, et resurrexit tertia die: ascendit in caelos, venturus iudicare vivos et mortuos: Et in Spiritum sanctum. In qua professione hoc evidentissime continetur, quod etiam nos de Domini incarnatione confitemur a et credimus, qui ad salutem humani generis reformandam veram carnem nostræ fragilitatis non de caelo secum detulit, sed in utero virginis matris assumpsit b.

a In reliquis, præter Alv., *pronuntia e.*

b *Am., Bibl. Reg., eam.*

c *Esc. 3, passus sub Pontio Pilato.*

d *Esc. 3, profitemur.*

e In quibusdam Codicibus istum inter et sequentem paragraphum inseritur hic titulus: *Quod in una Domini nostri Jesu Christi persona gemina sit deitatis et humanitatis asserenda natura.*

Quicumque ergo illi sunt ita obcæcati et a lumine A altitudo deitatis; quid sit quod caro sine Verbo veritatis alieni, ut Verbo Dei a tempore incarnationis humanæ carnis denegent veritatem, ostendant in quo sibi Christianum nomen usurpent, et cum Evangelio veritatis qua ratione concordent, si beatæ Virginis partu aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest, evangelista dicente, quod Verbum caro factum est et habitavit in nobis, ita negari non potest, beato apostolo Paulo prædicante, quod Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Quæ autem reconciliatio esse posset qua humano generi reproptiaretur Deus, nisi omnium causam mediator Dei hominumque susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris impleteret, nisi qui in forma Dei æqualis est Patri in forma servi particeps esset et nostri, ut mortis vinculum unius prævaricatione contractum unius morte, qui solus morti nihil debuit, solveretur? Effusio enim pro injustis sanguinis Christi tam fuit dives ad pretium, ut si universitas captivorum in redemptorem suum crederet, nullum diaboli vincula retinerent, quoniam sicut Apostolus ait: *Ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia.* Et cum sub peccati præjudicio B nati potestatem acceperint ad justitiam renascendi, validius factum est donum libertatis quam debitum servitutis. Quam itaque sibi in hujus sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in Salvatore nostro negant humani corporis veritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati, dicant quo sanguine sint redempti. *Quis est, ut Apostolus ait, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis?* Aut quod unquam sacrificium sacratius fuit quam quod verus et æternus Pontifex altari crucis per immolationem suæ carnis imposuit? Quamvis enim multorum sanctorum in conspectu Domini pretiosa mors fuerit, nullius tamen insontis occisio redemptio fuit mundi. Acceperunt justis, non dederunt coronas, et de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, non dona justitiæ. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quicquam debitum suo sine persolvit, cum inter filios hominum unus solus Dominus noster Jesus Christus, qui vere erat Agnus immaculatus, existerit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati. De quibus ipse dicebat: *Cum exaltatus fuero C a terra, omnia traham ad me ipsum.* Fides est enim vera justificans impios et creans justos, ad humanitatis suæ tracta participem, in illo acquirit salutem in quo solo homo se invenit innocentem, liberum habens per gratiam Dei de ejus potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostræ humilitate congressus his victoriam suam tribuit in quorum corpore triumphavit. Licet ergo in uno Domino Jesu Christo vero Dei atque hominis Filio Verbi et carnis una persona sit, quæ inseparabiliter atque indivise communes habeat actiones; intelligendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates, et sinceræ fidei contemplatione discernendum est ad quæ provehatur humilitas carnis, et ad quæ inclinetur

non agit, et quid sit quod Verbum sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet Virgo nec pareret, et sine veritate carnis obvoluta pannis infantia non jaceret. Sine Verbi potentia non adorarent Magi puerum stella indice declaratum; et sine veritate carnis non juberetur transferri in Ægyptum puer et ab Herodia persecutione subduci. Sine Verbi potentia non diceret vox Patris missa de celo: *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: ipsum audite:* et sine veritate carnis non protestaretur Joannes: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Sine Verbi potentia non fieret redintegratio debiliū, et vivificatio mortuorum; et sine veritate carnis nec cibus B jejuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo sine Verbi potentia non se Dominus Patri profiteretur æqualem; et sine veritate carnis non idem diceret Patrem se esse majorem; cum catholica fides utrumque suscipiat, utrumque defendat, quæ secundum confessionem beati apostoli Petri unum Christum Dei vivi Filium et hominem eredit et Verbum. Quamvis itaque ab illo initio quod in utero virginis Verbum caro factum est, nihil unquam inter utramque formam divisionis existerit, et per omnia incrementa corporea unius personæ fuerint totius temporis actiones; ea ipsa tamen quæ inseparabiliter facta sunt nulla commixtione confundimus; sed quid cuius formæ sit ex operum qualitate sentimus. Dicant ergo isti hypocritæ, qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno Dominus majestatis Christus affixus sit? quid jacuerit in sepulcro, et revoluta monumenti lapide quæ tertio die caro surrexerit, et in qua post resurrectionem suam non credentes quosdam discipulos arguebat, et hæsitacionem cunctantiam confutabat, cum diceret: *Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere?* et apostolo Thomæ: *Infer manum tuam in latus meum, et vide manus meas et pedes, et noli esse incredulus sed fidelis?* Qua utique manifestatione corporis sui jam hæreticorum mendacia destruebat, ut universa Ecclesia, Christi imbuenda doctrinis, hoc non sibi dubitaret credendum quod apostoli susceperant prædicandum. D Ac si in tanta luce veritatis tenebras suas hæretica obduratio non relinquit, ostendant unde sibi spem vitæ polliceantur æternæ, ad quam nisi per mediatorem Dei et hominum hominem Jesum Christum non potest perveniri. Sicut enim ait beatus Petrus apostolus: *Non est aliud nomen datum hominibus sub celo in quo oporteat nos salvos fieri, nec est redemptio captivitatis humanæ, nisi in sanguine ejus qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus, et qui, sicut prædicat beatus apostolus Paulus, cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam coram accipiens in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo: humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus*

illum exaltavit, et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. Cum ergo unus sit Dominus Jesus Christus, et veræ deitatis veræque humanitatis in ipso una prorsus eademque persona sit, exaltationem tamen, qua illum, sicut Doctor gentium dicit, exaltavit Deus et donavit illi nomen; quod super omne nomen exiit, **84** ad eam intelligimus pertinere formam quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento.

In forma quippe Dei æqualis erat Filius Patri, et inter genitorem atque unigenitum nulla erat in essentia discretio, nulla in majestate diversitas, nec per incarnationis mysterium aliquid decesserat Verbo quod ei Patris munere redderetur. Forma autem servi, per quam impassibilis deitas sacramentum magnæ pietatis implevit, humana humilitas est quæ in gloriam divinæ potestatis erecta est in tanta unitate ab ipso conceptu Virgine deitate et humanitate consorta, ut nec sine homine divina, nec sine Deo ægerentur humana. Propter quod sicut Dominus majestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate æqualis est Deo dicitur exaltatus, quia inseparabiliter, manente unitate personæ, unus atque idem est et totus hominis filius propter carnem, et totus Dei Filius propter unam cum Patre deitatem. Quidquid enim in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cui quæ non habuit conferrentur. Nam secundum potentiam deitatis indifferenter omnia quæ habet Pater etiam Filius habet, et quæ in forma servi a Patre accepit, eadem in forma Dei etiam ipse donavit. Secundum formam enim Dei ipse et Pater unum sunt; secundum formam autem servi non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem ejus qui misit eum. Secundum formam Dei, sicut Pater habet vitam in semetipso; sic dedit et Filio habere vitam in semetipso. Secundum formam servi tristis est anima ejus usque ad mortem. Secundum formam Dei mortuis vitam noscitur contulisse; et idem ipse est, sicut Apostolus prædicat, et dives et pauper: dives, quia, evangelista dicente: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum; hoc erat in principio apud Deum; omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil: pauper vero, quia propter nos Verbum caro factum est et habitavit in nobis.* Quæ autem est ejus exinanitio, quæve paupertas, nisi formæ servilis acceptio, per quam Verbi majestate veata dispensatio humanæ redemptionis impleta est? Nam quia captivitatis nostræ resolvendi originalia vincula non poterant, nisi existeret homo nostri generis nostræque naturæ, quem peccati præjudicia non tenerent, et qui immaculato sanguine suo chirographum lethale dilueret, sicut ab initio erat divinitus præordinatum; ita est in plenitudine præsentis temporis factum, ut multis modis significata promissio in diu expectatum veniret effectum, nec posset esse ambiguum quod

A continuis testificationibus semper fuerat nuntiatum. In magno autem sacrilegio se versari hæreticorum manifestat impietas, cum sub specie deitatis honorandæ humanæ carnis in Christo denegat veritatem, et religiose existimat credi, si dicatur in Salvatore nostro verum non esse quod salvat, cum ita secundum promissionem omnia sæcula percurrentem mundus sit Deo reconciliatus in Christo, ut nisi Verbum dignaretur caro fieri, nulla posset caro salvari. Omne enim sacramentum fidei Christianæ magno, ut hæretici volunt, decoloratur obscuro, si lux veritatis sub mendacio putatur latuisse phantasmatis. Non ergo quisquam sibi erubescendum existimet Christianus de nostri in Christo corporis veritate, quia omnes apostoli apostolorumque discipuli, et præclari Ecclesiarum quique doctores, qui ad martyrii coronam vel ad confessionis meruerunt gloriam pervenire, in hujus fidei lumine splenduerunt, consonis ubique sententiis intonantes quod in Domino Jesu Christo deitatis et carnis una sit consistenda persona. Qua autem rationis similitudine, qua divinorum voluminum portione hæretica impietas se æstimat adjuvari, quæ veritatem negat corporis Christi cum hanc non lex testificari, non prophetia præcinere, non Evangelia docere, non ipse destiterit Christus ostendere? Quærant per omnem seriem Scripturarum, quo tenebras suas fugiant, non quo verum lumen obscurent, et per omnia sæcula ita veritatem invenient coruscantem, ut magnum hoc et mirabile sacramentum ab initio videant creditum, quod est in fine completum. De quo cum sanctarum litterarum nulla pars sileat, sufficit quædam consona veritatis signa posuisse, quibus diligentia fidei in splendidissimam latitudinem dirigatur, et sincera intelligentiæ luce perspicat: quod in Filio Dei, qui se incessabiliter filium hominis et hominem profitetur, non sit Christianis erubescendum, sed constantissime gloriantium. Ut autem pietas tua cum venerabilium Patrum prædicationibus nos concordare cognoscat, aliquantas eorum sententias huic credidi subjiciendas esse sermoni. Quibus si digneris attendere recensitis, non aliud nos prædicare reperies quam quod sancti Patres nostri toto orbe docuerunt, nec quemquam ab illis nisi solos impios hæreticos discrepare. His igitur, gloriosissime et venerabilis imperator, quanta potui brevitate perstrictis, cum inspirata tibi divinitas fide etiam nostram prædicationem unitam esse cognosce, nec in aliquo nos ab evangelica apostolicaque doctrina, vel a catholice professionis symbolo discrepare, quoniam, sicut docet beatus apostolus Paulus, magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptum est in gloria. Quid igitur tuæ utilius **85** est salutis, quid tuæ congruentius pietati, quam ut paci Ecclesiarum Domini tua constitutione prospicias, et in omnibus tibi subditis Dei dona defendas, neque ulla ratione patiaris

per invidiam diaboli ministros ipsius in cuiusquam A
sævire perniciem, ut qui in hoc sæculo temporali
eminens regno, in æternum merearis regnare cum
Christo^a.

Sancti Hilarii Pictaviensis episcopi et confessoris
de fide in libro secundo inter cætera : « Unum igitur
hoc est immobile fundamentum, una hæc felix fidei
petra Petri ore cæn'essa : Tu es, inquit, Christus
Filius Dei vivi ; tanta in se argumenta sustinens veri-
tatis, quantæ perversitate unius quæstiones et infideli-
tatis calumniæ movebuntur. Jam in cæteris dispen-
satio voluntatis paternæ e-t. Virgo, partus et cor-
pus, postque crux, mors, inferi, salus nostra est.
Humani enim generis causa Dei Filius natus est ex
virgine et Spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione
famulante, et sua, Dei videlicet, inumbrante virtute,
corporis sibi initia consuevit^b, et exordia carnis
instituit, ut homo factus ex virgine naturam in se
carnis acciperet, perque hujus admixtionis societatem
sanctificatum in eo universi generis humani corpus
existeret, ut quemadmodum omnes in se per id
quod corporeum se esse voluit conderentur, ita rur-
sum in omnes ipsa per id quod ejus est invisibile
referretur. Dei igitur imago invisibilis pudorem hu-
mani exordii non recusavit, et per conceptionem,
partum, vagitum, et cunas, omnes naturæ nostræ
contumelias transcucurrit. Quid tandem dignum a
nobis tantæ dignationis affectui rependetur ? Inenar-
rabilis a Deo originis unus unigenitus Deus, in cor-
pusculi humani formam sanctæ Virginis utero inser-
tus accrescit ; qui omnia continet, et intra quem et
per quem cuncta sunt, humani partus lege pro-
fertur, et ad ejus vocem archangeli atque angeli tre-
munt, cælum, et terra, et omnia hujus mundi re-
solvuntur elementa, vagitu infantis auditur. Qui
invisibilis et incomprehensibilis est, non visu, sensu
tactuque moderandus, cuius est obvolutus. Hæc si
quis indigna Deo recolat, tanto se majoris beneficii
obnoxium constituitur, quanto minus hæc Dei con-
venerint majestati. Non ille eguit homo effici per
quem homo factus est ; sed nos egulmus ut Deus
caro fieret et habitaret in nobis, id est, assumptione
carnis unius interna universæ carnis incoheret. Hu-
militas ejus nostra nobilitas est, contumelia ejus
noster honor est. Quod ille est Deus in carne con-
sistens, hoc nos vicissim in Deum ex carne reno-
vati. » Item ejusdem in libro nono inter cætera :
« Nescit plane vitam suam, nescit, qui Christum
Jesum et verum Deum, ita et verum hominem igno-
rat, et ejusdem periculi res est Christum Jesum
vel Spiritum Deum, vel carnem nostri corporis dene-
gare. Omnis ergo qui confitebitur me coram homini-
bus, confitebor et ego eum coram Patre meo qui est
in cælis. Qui autem negaverit me coram hominibus,
negabo et ego eum coram Patre meo qui est in cæ-
lis. Hæc Verbum caro factum loquebatur, et homo

Jesus Christus Dominus majestatis docebat, media-
tor ipse in se ad salutem Ecclesiæ constitutus, et ipse
illo iater Deum et homines mediatoris sacramen-
t utrumque unus existens, dum ipse ex unitis in id
ipsum naturis naturæ utriusque res eadem est :
ita tamen ut neutro careret in utroque, ne forte
Deus esse homo nascendo desineret, et homo rursus
Deus manendo non esset. Hæc itaque humanæ beati-
tudinis fides vera est Deum et hominem prædicare.
Verbum et carnem confiteri, neque Deum nescire
quod homo sit, neque carnem ignorare quod Verbum
sit. » Item ejusdem in eodem libro inter cætera :
« Natus igitur unigenitus Deus ex virgine homo, et
secundum plenitudinem temporum in semetipso
provecturus in Deum hominem, hunc per omnia
B evangelici sermonis modum tenuit, ut se Dei Filium
credi doceret, et hominis filium prædicari admoner-
ret, locutus et gerens homo universa quæ Dei sunt,
loquens deinde et gerens Deus universa quæ hominis
sunt ; ita tamen ut in ipso illo utriusque generis ser-
monem nunquam nisi cum significatione et hominis
locutus et Dei sit. » Item alio loco in eodem libello
iater cætera : « Hinc itaque fallendi simplices atque
ignorantes hæreticis occasio est, ut quæ ab eo se-
cundum hominem dicta sunt dicta esse secundum
naturæ divinæ infirmitatem mentiantur ; et quia
unus atque idem est loquens omnia quæ loquitur,
de se ipso omnia eum locutum esse contendant.
Nec sane negamus totum illum qui ejus manet na-
turæ suæ esse sermonem. Sed si Jesus Christus et
C homo et Deus est, et neque cum homo tum primum
Deus, neque cum homo tum non etiam et Deus, ne-
que post hominem in Deo non totus homo, totus
Deus, unum atque idem necesse est dictorum ejus
sacramentum esse quod generis. Et cum in eo se-
cundum tempus discernis hominem a Deo, Dei tum
atque hominis discerne sermonem. Et cum Deum
atque hominem in tempore confiteberis, Dei atque
hominis in tempore dicta dijudica. Cum vero ex ho-
mine et Deo rursus totius hominis, totius jam Dei
tempus **86** intelligis, si quid illud ad demonstra-
tionem ejus temporis dictum est, tempori coaptato
quæ dicta sunt : ut cum aliud sit ante hominem
Deus, aliud sit homo et Deus, aliud sit post hominem
et Deum totus homo, et totus Deus ; non confundas
temporibus et generibus dispensationis sacramen-
tum, cum pro qualitate generum ac naturarum aliam
ei in sacramento hominis necesse est sermonem
fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium jam
æterno. Nostri igitur causa hæc omnia Jesus Christus
manens, et corporis nostri homo natus, secundum
consuetudinem naturæ nostræ locutus est, non tamen
omittens naturæ suæ esse quod Deus est. Nam ta-
metsi in partu et passione et morte naturæ nostræ
rem peregerit, res tamen ipsas omnes virtute naturæ
suæ gessit. » Et reliqua. Item alio loco in eodem

^a In quibusdam Codicibus inter hunc et sequentem
paragraphum inscribitur : *Seguuntur dehinc testimonia
excerpta pro re supra scripta de libris catholicorum*

*Patrum a Leone papa collecta, Leonique imperatori
directa.*

^b Tol. 2, Ger., *consecravit.*

libro inter cætera : « Videsne ita Deum et hominem prædicari, ut mors homini, Deo vero carnis excitatio deputetur; non tamen ut alius sit qui mortuus est, et alius sit per quem mortuus resurgit, Spoliata enim caro Christus est mortuus, et rursus Christum a mortuis excitans, idem Christus est carne se exspolians. Naturam Dei in virtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte cognosce. Et cum sint utraque suis gestis naturis, unum tamen Christum Jesum eum memento esse qui utrumque est. » Item post pauca : « Hæc igitur demonstranda a me paucis fuerunt, ut utriusque naturæ formam tractari in Domino Jesu Christo meminissemus, quia qui mans in forma Dei formam servi suscepit, ipse divinitatem nequaquam amisit. »

Sancti Athanasii Alexandrinæ Ecclesiæ episcopi et confessoris ad Epictetum Corinthiorum episcopum : « Quomodo autem vel dubitare ausi sunt, qui dicuntur Christiani, si Dominus, qui ex Maria virgine processit, Filius quidem substantia et natura est Dei; id vero, quod est secundum carnem, ex semine David est, et carne sanctæ Mariæ? »

Sancti Ambrosii episcopi et confessoris Mediolanensis Ecclesiæ, quod misit ad imperatorem Gratianum de libro secundo de Fide, inter cætera : « Unde illud quod lectum est Dominum majestatis crucifixum esse, non quasi in majestate sua crucifixum potest, sed quia idem Deus, idem homo, per divinitatem Deus, per susceptionem carnis homo, Jesus Christus Dominus majestatis dicitur crucifixus, quæ consors utriusque naturæ, id est, humanæ atque divine, in natura hominis subiit passionem, et indiacrete et Dominus majestatis dicitur esse qui passus est, et Filius hominis, sicut scriptum est, qui descendit de cælo. » Item alio loco in eodem libro inter cætera : « Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones, quia regnum Dei, sicut scriptum est, non in persuasionis verbi est, sed in ostensione virtutis. Servemus distinctionem divinitatis et carnis. Unus in utroque loquitur Dei Filius, quia in eodem utraque natura est, et si idem loquitur, non uno semper loquitur modo. Intende in se nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones. Quasi Deus loquitur quæ sunt divins, quia Verbum est; quasi homo dicit quæ sunt humanæ, quia in se substantia loquebatur. » Item ejusdem in libro de Incarnatione Domini contra Apollinaristas : « Sed item hos redarguimus, emergunt alii, qui carnem Domini dicunt, et divinitatem unius naturæ. Quæ tantum sacrilegium inferna vomerunt? Jam tolerabiliores sunt Ariani, quorum per istos perfidie robur adolescit, ut majore contumeliose asserant Patrem et Filium et Spiritum sanctum unius non esse substantiæ, quia isti divinitatem Domini et carnem substantiæ unius dicere tentaverunt. » Item infra : « Et hi mihi frequenter Nicæni concilii tractatum se tenere commemorant. Sed in illo tractatu Patres nostri non carnem, sed Dei Verbum unius substantiæ cum Patre esse dixerunt; et Verbum quidem

• Ex reliquis, præter Alv., in quo, Valerianum.

A ex paterna processisse substantia; carnem autem ex virgine esse confessi sunt. Quomodo igitur Nicæni concilii nomen obtenditur, et nova inducuntur quæ nunquam nostri sensere majores? » Et reliqua. Item ejusdem ad Sabinum episcopum, inter cætera : « Unde pulchre apostolus ejusdem verbi repetitione usus est, dicens de Domino Jesu Christo : *Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens.* Quid est in forma Dei nisi in plenitudine deitatis in illi perfectionis divins expressione? Ergo cum esset in plenitudine divinitatis, exinanivit se et accepit plenitudinem naturæ et perfectionis humanæ. Sicut Deo nihil deerat, ita nec hominis consummationi, ut esset perfectus in utraque forma. Unde et David dicit : *Speciosus forma præ filiis hominum.* Concluditur Apollinarista, nec quo se verat habet : suis clauditur rebus. Ipse enim dixerat : *Formam servi accepit, non servus locutus est.* Iterum ergo interrogo : Quid est in forma Dei? Respondit : in natura Dei. Sunt enim, ait Apostolus, qui non sunt natura di. Quæ, quid formam servi accipiens? sine dubio perfectionem naturæ et conditionis, et dixi, humanæ, ut esset in hominum similitudine. Et pulchre non carnis sed hominum dixit similitudinem, quia in carne eadem est : sed quia sine peccato erat solus, omnis autem homo in peccato, in specie hominis videbatur. Unde et propheta ait : *et homo est, et quis cognoscit eum? homo secundum carnem, sed ultra hominem divina operatione.* Denique cum leprosum tangeret, homo videbatur, sed ultra hominem cum mundaret, Et cum Lazarum mortuum fieret, mortuum quasi homo flebat, sed supra hominem erat cum mortuum vinculum juleret pedibus exire. Homo videbatur cum penderet in cruce; sed supra hominem, cum reseratis tumulis mortuos suscitaret. »

Sancti Augustini episcopi Hippouensis Ecclesiæ ad Dardanum inter cætera : « Noli itaque dybilitare ibi nunc esse hominem Christum, unde venturus est, memoriterque recole, et fideliter lege Christianam confessionem, quoniam resurrexit a mortuis, ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris, nec aliunde quam inde venturus est ad vivos et mortuos judicandos, illa angelica voce testante, quemadmodum est ire visus in cælum, id est, in eadem forma carnis atque substantiæ, cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit. » Item ejusdem in epistola ad Volusianum inter cætera : « Nunc vero ita inter Deum et homines mediator apparuit, ut in unitate personæ copulans utramque naturam et solita sublimaret insolitis, et insolita solitis temperaret. » Item ejusdem in expositione Evangelii secundum Joannem inter cætera : « Quid igitur, hæretica, cum Christus sit Deus et homo, loquitur ut homo, et calumpniaris Deo? Ute in se naturam commendat humanam : tu in illo audes deformare divinam? » Et iterum infra : « Agnoscamus geminam substantiam Christi : divinam scilicet, quæ æqualis est Patri; humanam, quæ

major est Pater : utramque autem simul, non duo, sed unus Christus, ne sit quaternitas, non trinitas Deus. Sicut enim unus est homo anima rationalis et caro, sic unus est Christus Deus et homo. Ac per hoc Christus est Deus anima rationalis et caro. Christum in his omnibus, Christum in singulis cōfitemur. Quis est ergo per quem factus est mundus? Christus Jesus; sed in forma Dei. Quia est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Jesus, sed in forma servi. Item cuius supra : « Quis non est derelictus in inferno? Christus Jesus; sed in anima sola. Quis resurrecturus triduo iocuit in sepulero? Christus Jesus, sed in carne sola. Dicitur ergo in his singulis Christus : verum hæc omnia non duo, vel tres, sed unus est Christus. Ideo ergo dixit : *Si diligeritis me, gauderitis utique, quia vado ad Patrem*; quoniam natura humana gratulandum est eo quod sic assumpta est a Verbo unigenito, ut immortalis constitueretur in cælo, atque ita fieret terra sublimis, ut incorruptibilis pulvis sederet ad dexteram Patris. »

Sancti Joannis Constantinopolitani episcopi et confessoris in homilia de Cruce et latrone : « Sed cur cum cruce veniat videamus. Scilicet ut hi qui eum crucifixum suæ sentiant dementiæ cecitatem, et ideo dementiæ eorum signum portatur. Ideo propheta ait : Tunc lamentabuntur tribus terræ videntes accusatorem, et ignoscetes peccatum. Et quid mirum est, si crucem portans adveniet, quando et vulnera corporis ipsa demonstrant, tunc enim inquit, videbunt quem confiterunt? Et sicut post resurrectionem Thomæ voluit diffidentiam confutare, et illi clavorum loca monstravit, et lateris vulnera declaravit, et dixit : *Mitte manum tuam, et vide quoniam spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere* : sic et tunc ostendet vulnera, crucemque demonstrabit, ut ostendat illum esse qui fuerat crucifixus. » Item ejusdem in homilia de Ascensione Domini : « Nam sicut duobus jurgio separatis unus in medio positus altercantium litem discordiamque dissolvit, ita et Christus fecit. Deus nobis juste irascatur et nos contemnebamur iratum [Emil., tram suam], et clementem Dominum declinabamus, et se medium Christus ingressit, et sociavit utramque naturam, et nobis quod imminebat supplicium ipse sustinuit. » Item ejusdem in eadem homilia, inter cætera : « Christus igitur nostræ naturæ primitas obtulit Patri, et oblatum donum miratus est Pater, quod tanta dignitas offerebat, et quod offerebatur nulla macula tædabatur. Nam et suis manibus suscepit oblatum, et suæ sedis fecit esse participem, et, quod plus est, ad partem suæ dexteræ collocavit. Cognoscamus quis ille est qui audivit : *Sede ad dexteram meam*; quæ natura est, cui dixit : *Esto meæ participes sedis*. Illa natura est, quæ audivit : *Terra es, et in terram ibis*. » Item ejusdem in eadem homilia inter cætera : « Quo sermone utar, quo verbo dicam, reperire non possum. Natura fragilis, natura contempta, et omnibus monstrata deterior, omnia vicit, omnia superavit, et

^a Bibl. Reg., ut *mortalis nostra immortalis constitueretur in cælo.*

omnibus hodiebus die meruit excelsior reperiri. Nodie angeli diu vota desiderata caperunt, hodie archangeli quod multo tempore cupiebant inspicere valuerunt; naturam nostram in sede dominica immortalis fulgentem gloria perviderunt. »

Sancti Theophili episcopi Alexandrini de epistola paschali quam per Ægyptum destinavit : « Cujus rei testis est ille qui loquitur : *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, et prophetæ Christi auxilium deprecantes : Domine, inclina cælos, et descende* : non ut mutaret locum in quo omnia sunt, sed ut propter salutem nostram carnem humanæ fragilitatis assumeret, Paulo apostolo eadem concinente : cum esset dives, pauper factus est, ut nos illius paupertate ditaremur, venitque in terram, sed de virginali utero, quem sanctificavit, egressus homo interpretationem nominis sui Emmanuel, id est nobiscum Deus, dispensatione confirmans, mirum in modum cepit esse quod nos sumus, et non desit esse quod erat, sic assumens naturam nostram, ut quod erat ipse non perderet. Quanquam enim Joannes scribat : *Verbum caro factum est*, id est, aliis verbis : Deus homo factus est : Verbum tamen non est versum in carnem, quia nunquam Deus esse cessavit, ad quem et Spiritus sanctus loquitur : *Tu autem idem ipse es* : et Pater de cælo contestatur et dicit : *Tu es Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*, ut et homo factus nostra confessione permanere dicatur quod fuit priusquam homo fieret, Paulo nobiscum eadem prædicante : *Jesus Christus heri et hodie idem ipse et in æternum*. In eo enim quod ait ipse, ostendit eum pristinam non mutasse naturam, nec divinitatis suæ imminuisse divitias, quia propter nos pauper effectus plevam similitudinem nostræ conditionis assumpserat. » Item ejusdem in alia epistola paschali contra Origenem inter cætera : « Unus Filius Patris nostrique mediator nec æqualitatem ejus amisit, nec a nostro consortio separatus est : invisibilis Deus et visibilis homo, forma [Bibl. Reg., in forma] servi absconditus, et Dominus gloriæ confessione credentium comprobatur. Neque enim privabit eum Pater naturæ suæ nomine, postquam pro nobis homo et pauper effectus est, nec in Jordane fluvio baptizatum altero appellavit vocabulo, sed Filium unigenitum. » Tu es Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Nec similitudo nostra in divinitatis estimata natura, nec divinitas in nostræ naturæ veræ est similitudinem.

Sancti Gregorii episcopi Nazianzeni in homilia de Epiphania inter cætera : « Cum ergo processisset ex virgine Deus in ea quam assumpserat humana utero, unum e duobus sibi invicem contrariis existens carne ac spiritu, aliud in Deum assumitur, aliud deitatis gratia præstat. » Item infra : « Misus est quidem, sed ut homo : duplex enim erat in eo natura. Inde denique et laboravit ex itinere, inde et esurit, et sitiit, et contristatus est, et fluxit humani corporis lege. »

Sancti Basilii episcopi Cypriodocis : « Cum ergo

quædam in Christo ita videmus humana, ut nihil a communi mortalium fragilitate distare videantur, quædam ita divina, quæ nulli alii nisi illi ineffabili naturæ convenient deitatis, hæret humani intellectus angustia, et tantæ admirationis stupore percussa quo declinet, quid teneat, quo se vertat ignorat. Si hominem putet, devicto mortis regno cum spoliis redeuntem a mortuis cernit. Propter quod cum omni metu et reverentia contemplandum est, ut in uno eodemque ita utriusque naturæ veritas demonstratur, ut neque aliquid indignum et indecens de divina illa et ineffabili substantia sentiatur, neque rursus quæ gesta sunt falsis illusa imaginibus æstimentur. »

Sancti Cyrilli episcopi Alexandrini : « Homo nominatus est, cum sit natura Deus Dei Patris Verbum, quoniam similiter ut nos sanguini communicavit et carni. Sic enim in terris apparuit, ut non amittens id quod erat, sed assumens humanitatis naturam in sua ratione perfecta. » Item ejusdem in libro, qui dicitur Scholia^a : « Unus igitur est et ante incarnationem Deus verus, et qui in humanitate mansit id quod erat et est, et erit. Non discernendum igitur unum Dominum Jesum Christum hominem seorsum, et seorsum in Deum, sed unum eum eundemque Jesum Christum esse dicimus, non ignorantes differentias naturarum, sed eas confusas inter se servantes. » Item cujus supra : « Intelligitur namque certe tanquam aliud in alio habitare^b, id est, divina natura in humanitate non per se commixtionem aut commutationem ut esset quod non erat. Quidquid enim in alio habitare dicitur, non ipsum sit tale quale est id in quo habitat, sed aliud in alio magis intelligitur. At vero in Verbi persona et humanitatis solam nobis differentiam designat diversitas naturarum. Unus enim ex utraque intelligitur Christus : ergo inconfusione, ut ante dixi, servata inhabitasse Verbum ait in nobis. Scit enim unum esse Filium unigenitum carnem factum et hominem. » Item cujus supra ad Nestorium : « Ait igitur sancta et magna synodus ipsum qui est ex Deo Patre naturaliter natus, Filium unigenitum Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem et cum quo omnia fecerit Pater, hunc descendisse, incarnatum esse, et hominem factum, passum esse, resurrexisse tertia die, et ascendisse rursus in coslos. »

Hæc nos sequi verba debemus, his nos convenit obtemperare dogmatibus, considerantes quid sit incarnatum esse, et hominem factum Dei Verbum. Non enim dicimus quod Dei natura conversa vel immutata facta sit caro, nec quod in totum hominem, qui est ex anima et corpore, transformata sit, sed illud magis quod carnem animatam anima rationabili sibi copulaverit Verbum, et substantialiter, ineffabiliter, et irreprehensibiliter factus sit homo, et nuncupatus sit etiam Filius hominis, non nuda tantummodo voluntate, sed nec assumptione sola personæ : sed quod diversæ quidem naturæ ☩ in unum convenerint,

^a In quibusdam Codicibus, *Golia*; in aliis, *Colia*: mendum in omnibus.

A unus tamen ex ambabus Christus et Filius, non evacuata aut sublata diversitate naturarum per conjunctionem, sed quia simul nobis effecerunt unum Dominum et Christum et Filium, id est, divinitas et humanitas per arcanam illam ineffabilemque copulationem ad unitatem. Itaque is qui ante sæcula omnia est natus ex Patre, etiam ex muliere [*Urg. ex matre*] carnaliter dicitur procreatus, non quia divina ipsius natura de sacra Virgine sumpsit exordium, nec quod propter se ipsam opus habuit secundo nasci post illam nativatem quam habebat ex Patre (est enim ineptum et stultum hoc dicere quod is qui ante omnia sæcula est consempiternus Patri, secundæ generationis egerit ut esse inciperet); sed quia propter nos et propter nostram salutem naturam sibi copulavit humanam, et processit ex muliere, idcirco dicitur natus esse carnaliter. Neque enim primum natus est homo communis de sancta Virgine, et tunc demum habitavit in eo Verbum, sed in ipsa vulva uteroque virginali se cum carne conjunxit, et sustinuit generationem carnalem, carnis suæ nativatem suam faciens. Sic illum dicimus et passum esse, et resurrexisse, non quia Deus Verbum in sua natura passus sit, aut clavorum transfixiones aut alia vulnera susceperit, Deus namque incorporalis extra passionem est; sed quia corpus illud quod ipsius proprium factum est passum est, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore quod patiebatur Deus qui pati non poterat. Simili modo et mortem ipsius intelligimus : immortale enim et incorruptibile est naturaliter et vita et vivificans Dei Verbum; sed quia corpus ipsius proprium gratia Dei juxta Pauli vocem pro omnibus mortem gustavit, idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro nobis non quod in se mortem^c esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet (insania est enim hoc vel dicere, vel sentire); sed quod, ut supra diximus, caro ipsius mortem gustavit. Ita et resurgente carne ipsius rursus resurrectionem dicimus, non quia in corruptionem ceciderat (absit); sed quia ejus surrexit corpus. Ita Christum et Dominum unum constitemus, non tanquam hominem cum Verbo coadjuvantes, ne divisionis quædam species inducatur, sed unum jam et eundem adorantes, quia non est alienum a Verbo corpus suum, cum quo ipsi etiam assidet Patri. Nec hoc ita dicimus quasi duobus filiis assidentibus, sed uno cum carne per unitatem : quia si talem copulationem factam per substantiam aut quasi impassibilem aut quasi parum decoram voluerimus accipere, in id incidimus ut duos filios esse dicamus. Necesse est enim discernere, et dicere hominem separatim fuisse sola Filii appellatione honoratum, et rursus Verbum, quod est ex Deo et nomine et veritate, Filium Dei; sed discernere in duos filios non debemus unum Dominum Jesum Christum. Neque enim id adjuvat rectam fidei rationem, licet nonnulli nescio quam perhibeant copulationem personarum. Non dixit enim Scriptura

^b In reliquis, præter Alv., *inhabitare*.

^c Bibl. Reg., *non quod ipse mortem*.

Verbum Dei personam sibi hominis assumpsisse, sed carnem factum esse. Id autem est ostendere Dei Verbum, similiter ac nos, participationem habuisse carnis et sanguinis, et corpus nostrum proprie suum fecisse, et hominem ex muliere processisse, non abjecta nec deposita deitate aut generatione illa quam habebat ex Patre, sed mansisse etiam in assumptione carnis Dominum quod erat. Hoc ubique rectæ fidei ratio

A protestatur : in tali sensu sanctos Patres fuisse commperimus. Ideo illi non dubitaverunt sanctam Virginem dicere Theotoccon, non quod Verbi natura deitasque in sancta Virgine sumpsit exordium, sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus animatum anima rationabili, cui substantialiter adunatum Dei Verbum carnaliter natum esse dicitur.

LXI

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS

AD THURIBIUM ASTURICENSEM EPISCOPUM.

Leo episcopus Thuribio episcopo salutem.

90 Quam laudabiliter pro catholicæ fidei veritate movearis, et quam sollicitè dominico gregi devotionem officii pastoralis impendas, tradita nobis per diaconum tuum fraternitatis tuæ scripta demonstrant quibus notitiæ nostræ insinuare curasti qualis in regionibus vestris de antiquæ pestilentiae reliquiis errorum morbus exarserit. Nam et epistolæ sermo, et commonitorii series, et libelli tui textus eloquitur Priscillianistarum apud vos fetidissimam recaluisse sententiæ. Nihil est enim sordium in quorumcunque sensibus impiorum, quod non in hoc dogma confluerit : quoniam de omni terrenarum opinionum luto multiplicem sibi facem commiscuerunt, ut soli totum biberent quidquid sibi ex parte gustassent. Denique si universæ hæreses quæ ante Priscilliani tempus exortæ sunt diligentius retractentur, nullus pene invenietur error de quo non traxerit impietas ipsa contagium, quæ non contenta eorum recipere falsitates qui ab Evangelio Christi sub Christi nomine deviarunt, tenebris se etiam paganitatis immerisit, ut, per magicarum artium profana secreta et mathematicorum vanæ mendacia, religionis fidem morumque rationem in potestate dæmonum et in effectu siderum collocaret. Quod si et credi liceat et doceri nec virtutibus præmium, nec vitiiis poena debetur, omniaque non solum humanarum legum, sed etiam divinarum constitutionum decreta solventur; quia neque de bonis, neque de malis actibus ullum poterit esse iudicium, si in utramque partem fatalis necessitas motum mentis impellit, et quidquid ab hominibus agitur non est hominum, sed astrorum. Ad hanc insaniam pertinet et prodigiosa illa totius humani corporis per duodecim cæli signa distinctio ut diversis partibus diversæ præsideant potestates; et creatura, quam Deus ad imaginem suam fecit, in tanta sit obligatione siderum, in quanta est connexionem membrorum. Merito patres nostri, sub quorum temporibus hæresis hæc nefanda prorupit, per totum mundum instanter egerunt ut impius furor ab universa Ecclesia pelleretur, quando etiam mundi principes ita hanc sacrilegam amentiam detestati sunt, ut auctorem ejus cum perisique discipulis legum publicarum ense prosternerent. Vidabant enim omnem curam hone-

B stas auferri, omnemque conjugiorum copulam solvi, simulque divinum jus humanumque subverti, si hujusmodi hominibus usquam vivere cum tali professione licuisset. Profuit diu ista districtio ecclesiasticæ lenitati, quæ etsi sacerdotali contenta iudicio cruentas refugit ultiones, severis tamen Christianorum principum constitutionibus adjuvatur, dum ad spirituale nonnunquam recurrunt remedium qui timent corporale supplicium. Ex quo autem multas provincias hostilis occupavit irruptio, et executionem legum tempestates interclusere bellorum, ex quo inter sacerdotes Dei difficilis commeatus et rari cœperunt esse conventus, invenit ob publicam perturbationem secreta perfidia libertatem, et ad multarum mentium subversionem his malis est incitata, quibus debuit esse correctæ. Quæ vero illic aut quanta pars plebium pestis hujus aliena est, ubi, sicut dilectio tua indicat, lethali morbo etiam quorundam sacerdotum corda corrupta sunt, et per quos opprimenda falsitas, et defendenda veritas credebatur, per ipsos doctrinæ Priscilliani Evangelium subditur Christi, ut ad profanos sensus pietate sanctorum voluminum depravata sub nominibus prophetarum et apostolorum non hoc prædicetur quod Spiritus sanctus docuit, sed quod diaboli minister inseruit? Quia ergo dilectio tua fideli, quantum potuit, diligentia damnatas olim opiniones sexdecim se capitulis comprehendit, nos quoque strictim omnia retractamus, ne aliquid harum blasphemiarum aut tolerabile videatur aut dubium.

D 91 I. *Contra Priscillianistas qui sanctam Trinitatem non personis, sed tantum nominibus distinguunt.*

Primo itaque capitulo demonstratur quam impie sentiant de Trinitate divina, qui et Patris et Filii et Spiritus sancti unam atque eandemasserunt esse personam tanquam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus sanctus nominetur, nec alius sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui de utroque procedit, sed singularis unitas in tribus quidem vocabulis, sed non in tribus sit accipienda personis. Quod blasphemix genus de Sabellii opinione sumpserunt, cujus discipuli etiam Patripassiani merito nuncupantur: quia si ipse Filius qui et Pater, crux Filii Patris est passio, et quidquid in forma servi Filius Patri obediendo sustinuit, totum in se Pater ipse suscepit.

^a Ab hac voce red t Esc. 4.

Quod catholicæ fidei sine ambiguitate contrarium est, quæ Trinitatem deitatis sic homouisionem constituit, ut Patrem et Filium et Spiritum sanctum sine confusione indivisos, sine tempore sempiternos, sine differentia credat æquales, quia unitatem in Trinitate non eadem persona, sed eadem implet essentia.

II. *Adversus id quod D. minime Deum pro Patre credunt fuisse.*

In secundo capitulo ostenditur ineptum vanumque commentum de processionibus quarumdam virtutum ex Deo quas habere cœperit, et quas essentia sui ipse præcesserit. In quo Arianorum quoque suffragantur errori dicentium quod Pater Filio prior sit quia fuerit aliquando sine Filio, et tunc Pater esse cœperit quando Filium generavit. Sed sicut illos Ecclesia catholica detestatur, ita et istos qui putant unquam Deo id quod ejusdem est essentia defuisse, quem sicut mutabilem ita et proficientem dicere nefas est. Quam enim mutatur quod minuitur, tam mutatur etiam quod augetur.

III. *Adversus id quod dicunt ideo Unigenitum dici Christum, quia solus sit de virgine natus.*

Tertii vero capituli sermo designat quod iidem impii asserunt, ideo Unigenitum dici Filium Dei quia solus sit natus ex virgine. Quod utique non auderent dicere, nisi Pauli Samosatani et Photini virus hausissent, qui dixerunt Dominum Jesum Christum antequam nasceretur ex Maria virgine non fuisse. Si autem aliud isti de suo sensu intelligi volunt, neque principium de matre dant Christo, asserant necesse est non unum esse Filium Dei, sed alios quoque ex summo Patre genitos, quorum hic unus sit natus ex femina, et ob hoc appelletur Unigenitus, quia hanc nascendi conditionem alius filiorum Dei nemo suscepit. Quoquoversum igitur se contulerint, in magnæ tendunt impietatis abruptum, si Christum Dominum vel ex matre volunt habere principium, vel Patris Dei Unigenitum distentur, cum et de matre is natus sit qui erat Deus Verbum, et de Patre nemo sit genitus præter Verbum.

IV. *De Natali Domini quod in eo Priscillianistæ jejunia celebrarent.*

Quarto autem capitulo continetur quod Natalem Christi, quem secundum susceptionem veri hominis catholica Ecclesia veneratur, quia Verbum caro factum est et habitavit in nobis, non vere isti honorant, sed honorare se simulent, jejunantes eodem die, sicut et die Dominico, qui est dies resurrectionis Christi. Quod utique ideo faciunt quia Christum Dominum in vera hominis natura natum esse non credunt, sed per quamdam illusionem ostentata videri volunt quæ vera non fuerint, sequentes dogma Cerdonis atque Marcionis, et cognatis suis Manichæis per omnia consonantes. Qui sicut in nostro examine detecti atque convicti sunt, Dominicum diem, quem

^a In reliquis, præter Alv., *Dominum nostrum Jesum.*

^b Ex Urg. et Ger. In reliquis: *nullius participationis est indignus*; absurdum certe, cum Codicum scriptores oscitantia aut ignorantia causa pro indigno legerint *indignus* et scripserint, littera u in n

A nobis Salvatoris nostri resurrectione consecravit, exigunt in more jejunii, solis, ut proditum est, reverentia hanc continentiam devotentes, ut per omnia sint a nostræ fidei unitate discordes, et dies qui a nobis in lætitia habetur, ab illis in afflictione ducatur. Unde dignum est ut inimici crucis et resurrectionis Christi talem excipiant sententiam, qualem elegero doctrinam.

V. *Adversus id quod aiunt animam hominis ex divina esse substantia.*

Quinto capitulo refertur quod animam hominis divinæ asserant esse substantiæ, nec a natura Creatoris sui conditionis nostræ distare naturam. Quare impietatem ex philosophorum quorundam et Manichæorum opinione manantem catholica fides damnat, sciens nullam tam sublimem tamque præcipuam esse **92** facturam, cui Deus ipse natura sit. Quod enim de ipso est, hoc est quod ipse, neque aliud est quam Filius et Spiritus sanctus. Præter hæc autem summæ Trinitatis unam consubstantialitatem et sempiternam atque incommutabilem deitatem nihil omnium creaturarum est, quod non in exordio sui ex nihilo sit creatum. Non autem quidquid inter creaturas eminet Deus est, nec si quid magnum atque mirabile est, hoc est quod ille qui facit mirabilia magna solus. Nemo hominum veritas, nemo sapientia, nemo justitia est, sed multi participes sunt veritatis et sapientia atque justitia. Solus autem Deus nullius participationis est indigus ^b; de quo quidquid digne utcunque sentitur non est qualitas, sed essentia. Incommutabili enim nihil accedit, nihil deperit, quia esse illi, quod est semper æternum, semper est proprium. Unde in se manens innovat omnia, et nihil accipit quod ipse non dederit. Nimum igitur superbi, nimiumque sunt cæci, qui cum dicunt humanam animam divinæ esse substantiæ, non intelligunt nihil se aliud dicere quam Dominum esse mutabilem, et ipsum perpetui quidquid potest naturæ ejus inferri.

VI. *Contra illud quod aiunt diabolus ex se vel ex chao esse, et propriam habere naturam.*

Sexta annotatio indicat eos dicere quod diabolus nunquam fuerit bonus, nec natura ejus officium Dei sit, sed eum ex chao et tenebris emersisse: quia scilicet nullum sui habeat auctorem, sed omnis mali ipse sit principium atque substantia: cum fides vera ^c, quæ est catholica, omnium creaturarum sive spiritualium sive corporalium bonam confiteatur substantiam, et mali nullam esse naturam: quia Deus, qui universitatis est conditor, nihil non bonum fecit, unde et diabolus bonus esset, si in eo quod factus est permaneret. Sed quia naturali excellentia male usus est, et in veritate non stetit, non in contrariam substantiam transiit, sed a summo bono, cui debuit adherere, descivit ^d, sicut ipsi, qui talia asserunt, a veris in falsa prouunt, et naturam in eo arguunt in

versa, quod satis verisimile.

^c Bibl. Reg., *nostra*. Esc. 4, Tol. 1, 2, Ger., *vestra*.

^d Ex cæteris, præter Alv. et Esc. 3, in quibus, *dissociavit*.

quo sponte delinquant, ac pro sua voluntaria perversitate damnantur : quod utique ipsis malum erit, et ipsum malum non erit substantia, sed pœna substantiæ.

VII. *Contra illud quod nuptias et procreationes filiorum astruant esse peccatum.*

Septimo loco sequitur quod nuptias damnant, et procreationem nascentium perhorrescant. In quo, sicut pene in omnibus, cum Manichæorum profanitate concordant, ideo, sicut ipsorum mores probant, conjugalem copulam detestantes, quia non est illic libertas turpitudinis ubi pudor matrimonii servatur et spes sobolis.

VIII. *Contra id quod corpora humana diaboli dicunt esse figmenta, et a dæmonibus in utero formari.*

Octavum ipsorum est plasmationem humanorum corporum diaboli esse figmentum, et semina conceptionum opere dæmonum in mulierum uteris figurari : propter quod resurrectionem carnis non esse credendam, quia concretio corporis non sit congruens animæ dignitati. Quæ falsitas sine dubio opus diaboli est, et alia prodigia opinionum figmenta sunt dæmonum, qui non in feminarum ventribus formant homines, sed in hæreticorum a cordibus tales fabricant errores. Quod immundissimum virus de Manichæorum impietatis specialiter fonte procedens olim fides catholica deprehendit ^b atque damnavit.

IX. *Contra illud quod filios repromissionis ex sancto Spiritu dicunt esse conceptos.*

Nona autem annotatio manifestat quod filios promissionis ex mulieribus quidem natos, sed ex Spiritu sancto dicunt esse conceptos, ne illa soboles quæ de carnis semine nascitur ad Dei conditionem pertinere videatur. Quod catholici fidei repugnans atque contrarium est, quæ omnem hominem in corporis animæque substantia a conditore universitatis formari atque animari intra materna viscera constitetur, manente quidem illo peccati mortalitatisque contagio, quod in prolem a primo parente transcurrit : sed regenerationis subveniente sacramento, quo per Spiritum sanctum promissionis filii renascuntur, non in utero carnis, sed in virtute baptismatis. Unde et David, qui utique promissionis erat filius, dicit ad Dominum : *Manus tuæ fecerunt me et plasmaverunt me.* Et ad Jeremiam Dominus ait : *Priusquam te formarem in utero novi te, et in vulva matris tuæ sanctificavi te.*

X. *Contra id quod animas in celestibus peccare credunt, et secundum qualitatem peccati in hoc mundo accipere sortem vel bonam vel malam.*

Decimo autem capitulo referunt asserere animas quæ humanis corporibus inseruntur fuisse in corpore et in cœlesti habitatione peccasse, atque ob hoc a sublimibus ad inferiora delapsas in diversæ qualitatis principes incidisse, et per aereas ac sidereas potestates in diversis corporibus esse conclusas eorte diversa et conditione dissimili, ut quidquid in hac vita varie et inæqualiter provenit ex præceden-

^a Ab hac voce desunt folia in Esc. 4.

^b Bibl. Reg., reprehendit.

tibus causis videatur accidere : quam impietatis fabulam ex multorum sibi erroribus texerunt. Sed omnes eos catholica fides a corpore suæ unitatis absceidit, constanter prædicans atque veraciter quod animæ hominum priusquam suis inspirarentur corporibus non fuerunt, nec ab alio incorporantur, nisi ab opifice Deo, qui et ipsarum est creator et corpus : et quia per primi hominis prævaricationem tota humani generis propago vitiosa sit, neminem posse a conditione veteris hominis liberari, nisi per sacramentum baptismatis Christi, in quo nulla est discretio renatorum, dicente Apostolo : *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Judæus, neque Græcus; non est servus, neque liber; non est masculus, neque femina : omnes enim vos unum estis in Christo Jesu.* Quid ergo hic agunt cursus siderum, quid figmenta factorum, quid mundanarum rerum mobilis status et inquietas diversitas? Ecce tot impares gratia Dei fecit æquales, qui inter quoslibet vitæ hujus labores, si fideles permanent, miseri esse non possunt, apostolicum illud in omni tentatione dicentes : *Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius, sicut scriptum est : quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus ut oves occisionis; sed in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos.* Et ideo Ecclesia, quæ corpus est Christi, nihil de mundi inæqualitatibus metuit, quia nihil de bonis temporalibus concupiscit; nec timet inani strepitu factorum gravari, quæ patientia tribulationum novit augeri.

XI. *Contra id quod fatalibus stellis dicant animus hominum obligatas.*

Undecima ipsorum blasphemia est, qua fatalibus stellis et animas hominum et corpora opinantur obstringi : per quam amentiam necesse est ut omnibus paganorum erroribus implicati et faventia sibi, ut putant, sidera colere, et adversantia studeant mitigare. Verum ista sectantibus nullus in Ecclesia catholica locus est, quoniam qui se talibus persuasionibus dedit a Christi corpore totus abscessit.

XII. *Contra id quod sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis membra describunt.*

Duodecimum inter hæc illud est quod sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis membra describunt, et qualitates interiorum præsulum in patriarcharum nominibus statuunt, quibus e diverso signa siderea, quorum virtuti corpora subjiciantur, opponunt, et in his omnibus intricabili errore præpediunt non audientes dicentem Apostolum : *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum, quia in ipso habitat^d omnis plenitudo divinitatis corporaliter, et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis; et iterum : Nemo vos seducat volens*

^c Æm., Bibl. Reg., hos.

^d Æm., Bibl. Reg., Tol. 1, 2, inhabitat.

in humilitate et religione angelorum, quæ non v' dit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, et non tenens caput ex quo totum corpus per nexus et conjunctiones subministratum crescit in augmentum Dei. Quid ergo opus est in cor admittere quod lex non docuit, quod prophetia non cecinit, quod Evangelii veritas non prædicavit, quod apostolica doctrina non tradidit? Sed hæc operata sunt eorum mentibus de quibus Apostolus loquitur, dicens: *Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria concarcebant sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* Nihil itaque nobiscum commune habeant, qui talia audent vel docere, vel credere, et quibuslibet modis nituntur^a astruere, quod substantia carnis ab ope resurrectionis aliena sit, atque ita omne sacramentum incarnationis Christi resolvant, **94** quia indignum fuit integrum hominem suscipi, si indignum erat integrum liberari.

XIII. *Contra id quod patriarcharum nomina per singula corporis membra disponunt^b.*

Tertio decimo loco positum est dicere eosdem quid omne corpus Scripturarum canonicarum sub patriarcharum nominibus accipiendum sit, quia illæ duodecim virtutes, quæ reformationem hominis interioris operentur, in horum vocabulis indicentur: sine qua scientia nullam animam posse assequi ut in eam substantiam de qua prodit reformetur. Sed hanc impiam vanitatem despectui habet Christiana sapientia, quæ novit veræ Deitatis inviolabilem et inconvertibilem esse naturam, animam autem sive in corpore viventem, sive a corpore separatam multis passionibus subjacere. Quæ utique si de divina esset essentia, nihil adversi posset incidere. Et ideo ineffabiliter aliud Creator est, aliud creatura. Ille enim semper idem est, et nulla varietate mutatur; hæc autem mutabilis est etiam non mutata, quia ut non mutetur donatum [*Æm.*, datum] poterit habere, non proprium.

XIV. *Contra id quod duodecim signa, quæ mathematici observant, per corpus omne distinguunt.*

Sub quarto decimo vero capitulo de statu corporis sentire dicuntur quod sub potestate siderum atque signorum pro terrena qualitate teneatur; et ideo multa in sacris libris quæ ad exteriorem hominem pertinent reperiri, ut in ipsis Scripturis inter divinam terrenamque naturam quædam sibi repugnet adversitas, et aliud sit quod sibi vindicent animæ præsules, aliud quod corporis conditores. Quæ fabulæ ideo disseruntur, ut anima divinæ affirmetur esse substantiæ, et caro credatur malæ esse naturæ, quoniam et ipsum mundum cum elementis suis non opus Dei boni, sed conditionem mali proflentur auctoris; atque ut hæc mendaciorum suorum sacrilegia bonis titulis colorarent, omnia pene divina eloquia sensuum nefandorum immissione violarent.

^a Bibl. Reg., *innituntur.*

^b Ex omnibus Codicibus, præter Alv., in quo. *describunt.*

A XV. *De apocryphis scripturis eorumdem Priscillianorum.*

De qua re quinti decimi capituli sermo conquertur, et præsumptionem diabolicam merito detestatur, quia et nos istud veracium testium relatione comperimus, et multos corruptissimos eorum Codices, qui canonici titularentur, invenimus. Quomodo enim decipere simplices possent, nisi venenata pocula quodam melle præliantur, ne usquequaque sentirentur insuavia quæ essent futura mortifera? Curandum ergo est, et sacerdotali diligentia maxime providendum, ut falsati [*Æm.*, falsi] Codices, et a sincera veritate discordes in nullo usu lectionis habeantur. Apocryphæ autem scripturæ, quæ sub nominibus apostolorum multarum habent seminarium falsitatum, non solum interdiciendæ sunt, sed etiam penitus auferendæ atque ignibus concremandæ. Quamvis enim sint in illis quædam quæ videantur speciem habere pietatis, nunquam tamen vacua sunt venenis, et per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione seductos laqueis cujuscunque erroris involvant. Unde si quis episcoporum vel apocrypha habere per domos non prohibuerit, vel sub canonicorum nomine eos Codices in Ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione vitiosi, hæreticum se noverit judicandum, quoniam qui alios ab errore non revocat se ipsum errare demonstrat.

XVI. *Emendanda de libro Dictinii.*

Postremo autem capitulo hoc prodidit justa querimonia quod Dictinii tractatus, quos secundum Priscillianum dogma conscripsit, a multis cum veneratione legerentur, cum si aliquid memoriam Dictinii tribuendum putant, reparationem ejus magis debeant amare quam lapsum. Non ergo Dictinium, sed Priscillianum legunt, et illud probant quod errans docuit, non quod correctus elegit. Sed nemo hoc impune præsumat, nec inter catholicos censeatur quisquis utitur scriptis non solum ab Ecclesia catholica, sed etiam a suo auctore damnatis. Non sit perversis liberum simulare quod fingunt, nec sub velamine nominis Christiani decretorum imperialium statuta declinent. Ideo enim ad Ecclesiam catholicam cum tanta cordis diversitate conveniunt, ut et quos possunt suos faciant, et legum severitatem, dum se nostros mentiuntur, effugiant. Faciunt hoc Priscillianistæ, faciunt hoc Manichæi, quorum cum istis tam fœderata sunt corda, ut in solis nominibus discreti, sacrilegiis autem suis inveniantur uniti; quia etsi Vetus Testamentum, **95** quod isti se suscipere simulant, Manichæi refutant, ad unum tamen finem utrorumque tendit intentio, cum quod illi abdicando impugnant, isti præcipiendo corumpunt. In execrabilibus autem mysteriis eorum quæ quanto immundiora sunt, tanto diligentius occulantur, unum prorsus nefas, una est obscenitas, et

similis turpitudō. Quam etsi eloqui erubescimus, a sollicitissimis tamen inquisitionibus indagatam, et Manichæorum qui comprehensi fuerant confessione detectam ad publicam fecimus pervenire notitiam; ne ullo modo dubium possit videri quod in iudicio nostro, cui non solum frequentissima presentia sacerdotum, sed etiam illustrium virorum dignitas, et pars quædam senatus ac plebis interfuit, ipsorum qui omne facinus perpetrarant, ore reseratum est, sicut ea quæ ad dilectionem tuam nunc direximus, gesta demonstrant. Quod autem de Manichæorum foeditissimo scelere, hoc etiam de Priscillianistarum incestissima consuetudine olim compertum, multumque vulgatum est: et qui per omnia sunt in impietate sensuum pares, non possunt in sacris suis esse dissimiles.

Decursis itaque omnibus quæ libelli series comprehendit, et a quibus comonitorii forma non discrepat, sufficienter, ut opinor, ostendimus, quid de his quæ ad nos fraternitas tua retulit, censeamus; et quam non ferendum sit, si tam profanis erroribus etiam quorundam sacerdotum corda consentiant vel, ut inquit dixerim, non re istunt. Quæ conscientia honorem sibi præstitum vindicant qui pro animabus sibi creditis non laborant? Bestiæ irruunt, et ovium septa non claudunt; fores insidiantur, et excubias non præterdunt; morbi crebescunt, et remedia nulla prospiciunt. Cum autem etiam illud addunt ut his qui sollicitius agunt consentire detrectent, et impietates olim toto orbe damnatas subscriptionibus suis anathematizare desinant, quid de se intelligi volunt, nisi quod non de numero fratrum, sed de parte sunt hostium? In eo vero quod in extrema familiaris epistolæ tuæ parte posuisti, miror cujusquam catholici intelligentiam laborare, tanquam incertum sit, an, descendente ad infernum Christo, caro ejus requieverit in sepulcro, quæ sicut vere et mortua et sepulta, ita vere est die tertio suscitata. Hoc enim et ipse Dominus denuntiaverat dicens ad Judæos: *Solvite templum hoc, et in triduo suscitabo illud*. Ubi evangelista subiungit: *Hoc autem dicebat de templo corporis sui*. Cujus rei veritatem etiam David prædixerat loquens sub persona Domini Salvatoris, et dicens: *Insuper et caro mea requiescet in spe: quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*. Quibus utique verbis manifestatum est, quod Christi caro et vere sepulta requievit, et corruptionem non subiit,

quæ celeriter vivificata reditu animæ reerexit. Quod non credere satis impium est, et ad Manichæi Priscillianique doctrinam pertinere non dubium, qui sacrilego sensu ita se Christum simulant confiteri, ut et incarnationis, et mortis, et resurrectionis auferant veritatem. Habeatur ergo inter vos episcopale concilium, et ad eum locum, qui omnibus opportunus est, vicinarum provinciarum convenient sacerdotes, ut secundum hæc quæ ad tua consulta respondimus plenissimo disquiratur examine, an sint aliqui inter episcopos qui hujus hæresis contagio polluantur, a communione sine dubio separandi, si nefandissimam sectam per omnium sensuum pravitates damnare noluerint. Nulla enim ratione tolerandum est ut qui prædicandæ fidei suscepti officium, se contra Evangelium Christi, contra apostolicam doctrinam, contra universalem Ecclesiæ symbolum audeant disputare [Æm., discrepare]. Quales illi erunt discipuli ubi tales docebunt magistri? Quæ illic religio populi, quæ salus plebis, ubi contra humanam societatem pudoris sanctitas tollitur, conjugiorum fœdus auferitur, propagatio generationis inhibetur, carnis natura damnatur, contra verum Dei cultum Trinitas deitatis negatur, personarum proprietates confunditur, animabus humanis divina essentia datur, et eadem ad diaboli arbitrium carne concluditur. Dei Filius per id quod de Virgine ortus, non per id quod ex Patre natus est, unigenitus prædicatur^b, idemque nec vera Dei proles, nec verus virginis partus asseritur, ut per falsam passionem, mortemque non veram mendax etiam resurrectio resumptæ de sepulcro carnis habeatur? Frustra utuntur catholico nomine, qui istis impietatibus non resistunt. Possunt hæc credere qui possunt talia patienter audire? Dedimus itaque litteras ad fratres et coepiscopos nostros Tarraconenses, Carthaginienses, et Lusitanos, atque Gallæcos, eisque concilium synodi generalis indiximus. Ad tuæ dilectionis sollicitudinem pertinebit ut nostræ ordinationis auctoritas ad prædictarum provinciarum episcopos deferatur. Si autem aliqui, quod absit, obstiterint quominus possit celebrari generale concilium, Gallæciæ saltem in unum convenient sacerdotes, quibus congregandis 96 fratres nostri Idatius et Coepionius imminerebunt, conjuncta cum eis instantia tua, quo citius vel provinciali conventu remedium tantis vulneribus afferatur. Datum xii Kalendas Augustas Callipio^c et Ardabure consulibus.

^a In cæteris, præter Alv., hæresicos.

^b Abinc iterum Esc. 4.

^c Æm., Bibl. Reg., Esc. 4, Tol. 1, Ger., Gallipio.

LXII

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD EPISCOPOS PER ITALIAM CONSTITUTOS.

De eo quod plurimi Manichæorum vigilantia papæ Leonis in urbe^a Roma dejecti sunt.

Leo universis episcopis per Italiæ provincias constitutis in Domino salutem.

^a Æm., Ab Urbe.

In consortium vos nostræ sollicitudinis, dilectissimi fratres, advocamus, ut vigilantia pastoralis, ne quid

diabolicæ licere possit astutiæ, commissis vobis gregibus diligentius consulatis, ne is, qui Domini misericordia revelante per nostram curam a nostris ovibus morbus abigitur, necdum vobis præmonitis et adhuc quod agitur ignaris, per vestræ sedis pergat Ecclesias, et suarum furtim cuniculos inveniat latebrarum, ut quod a nobis in Urbe extinguitur tenebrosis apud vos radicibus seminetur. Plurimos impietatis Manichææ sequaces, et doctores in Urbe investigatio nostra reperit, vigilantia divulgavit, auctoritas et censura coercuit; quos potuimus emendare, correximus; et ut damnarent Manichæum cum prædicationibus et disciplinis suis publica in ecclesia confessione et manus suæ subscriptione compulimus, et ita de voragine impietatis suæ confessos pœnitentiam concedendo levavimus. Aliquantum vero, qui ita se demerserant, ut nullum his auxiliantis posset remedium subvenire, subditi legibus, secundum Christianorum principum constituta, ne sanctum gregem sua contagione polluerent, per publicos iudices perpetuo sunt exsilio relegati. Et omnia, quæ tam in Scripturis, quam in occultis traditionibus suis habent profana vel turpia, ut nosset populus quid refugeret aut vitaret, oculis Christianæ plebis certa manifestatione probavimus, adeo ut ipse, qui eorum dicebatur episcopus, a nobis tentus proderet flagitiosa in suis

^a Bibl. Reg., *Manichæorum*.

A mysteriis quæ teneret, sicut gregum vos series poterit edocere. Ad instructionem enim vestram etiam ipsa direximus, quibus lectis omnia quæ a nobis deprehensa sunt nosse poteritis, et quia aliquantos de his, quos ne absolverentur arctior reatus involverat, cognovimus aufugisse, hanc ad dilectionem vestram nostram epistolam misimus per acolythum nostrum, ut effecta certior sanctitas vestra sollicitius agere dignetur et cautius, necubi Manichææ ^a perversitatis homines plebes vestras facultatem lædendi, et hujus sacri regii possint invenire doctores. Aliter enim nobis commissos regere non possumus, **97** nisi hos, qui sunt perditores et perditæ, zelo fidei dominicæ persequamur, et a sanis mentibus, ne pestis hæc latius divulgetur, severitate quâ possumus abscidamus. B Unde hortor dilectionem vestram, obtestor et moneo, ut qua debetis et potestis sollicitudine vigiletis ad investigandos eos, necubi occultandi se reperiant facultatem. Ut enim habeat a Deo diligens remunerationis præmium qui diligentius quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat fuerit exsecutus, ita ante tribunal Domini de reatu negligentia suæ non poterit excusari quicumque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire. Datum tertio Kalendas Februarias, Theodosio XVIII et Albino viris clarissimis consulibus.

LXIII

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD EPISCOPOS PER SICILIAM.

Leo universis episcopis per Siciliam constitutis in C Domino salutem.

Divinis præceptis et apostolicis monitis incitatur, ut pro omnium Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu, ac si quid usquam reprehensione invenitur obnoxium, celeri sollicitudine aut ab ignorantia imperitia aut a presumptionis usurpatione revocemus. Monente enim dominicæ vocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, ut Christi oves qui Christum diligit pascat, ipsius sedis, cui per abundantiam divini gratiæ præsumus, reverentia cohortamur, ut periculum desidiæ, quantum possumus, declinemus, ne professio summi apostoli, qua se amatorem Domini esse testatus est, non inveniatur in nobis, quia negligentem pascens toties commendatum gregem convincitur summum non amare ^a pastorem.

^a *Quod in die Epiphaniarum prohibeatur baptismum celebrari.*

Cum ergo mihi de charitatis vestræ actibus fraterna affectione sollicito certis indicibus innotuerit, vos in eo quod inter sacramenta Ecclesiæ principale est, ab apostolicæ institutionis consuetudine discrepare, ita ut baptismi sacramentum numerosius in die Epiphaniæ, quam paschali tempore celebre-

^a Ex reliquis, præter Alv. et Esc. 3, in quibus legitur: *habere*.

tur; miror vos vel præcessores vestros tam irrationabilem novitatem usurpare potuisse, ut confuso temporis utriusque mysterio nullam esse differentiam crederetis inter diem quo adoratus est Christus a magis, et diem quo resurrexit Christus a mortuis. Quam culpam nullo modo potuissetis incidere, si unde consecrationem honoris accepistis, inde legem totius observantiæ sumeretis, et beati apostoli Petri sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiasticæ magistra rationis; a cujus vos regulis recessisse minore posset æquanimitate tolerari ^b, si aliqua commonitionis nostræ increpatio non præcessisset. Nunc autem quia non desperatur correctio, servanda est mansuetudo: et licet vix ferenda sit in sacerdotibus excusatio quæ prætendat inscientiam, malum tamen et censuram necessariam temperare, et ratione vos apertissimæ veritatis instruere.

98 II. *Quod cuncta nobis per ordinem rerum per incarnationem Domini nostri salutis sacramenta digesta sint.*

Semper quidem in æterno consilio Dei mansit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio; sed ordo rerum per Jesum Christum Dominum nostrum temporaliter gerendarum in incarnatione Verbi sumpsit exordium. Unde aliud tempus

^b Ex reliquis, præter Alv., in quo, *colorari*.

est, quo annuntiante angelo beata virgo Maria fecundam se per Spiritum sanctum credidit et concepit; aliud quo salva integritate virginea puer editus exsultante ^a gaudîo cœlestium ministrorum pastoribus indicatur; aliud quo infans circumciditur, aliud quo hostia pro eo legalis offertur; aliud quo tres Magi claritate novi sideris incitati in Bethleem ab Oriente perveniunt, et adoratum parvulum mystico munerum oblato venerantur. Nec iidem sunt dies, quibus impio Herôdi ordinata divinitus in Ægyptum translatione subtrahitur, vel quibus ab Ægypto in Gâlilæam mortuo persecutore vocatus est ^b. Inter has autem dispensationum varietates accedunt augmenta corporæ, crescit Dominus, sicut evangelista testatur, profectibus ætatis et gratiæ. Per diem ^c paschæ in templum Jerusalem cum parentibus venit, et cum abesset a societate redeuntium, sedens cum senioribus et inter admirantes magistros disputans invenitur, rationemque mansionis suæ reddens: *Quid est, inquit, quod quærebatis me? Nesciebatis quod in Patris mei templo oportet me esse?* significans ejus esse filium, cujus esset et templum. Jam vero cum in annis majoribus apertius declarandus baptismum præcursoris sui Joannis expetit, quid deitatis ejus remansit ambiguum, quando baptizato Domino Jesu Spiritus sanctus in columbæ speciei super eum descendit et mansit, audita de cœlis Patris voce dicentis: *Tu es Filius meus dilectus; in te bene complacui?* Quæ omnia ideo quanta potuimus brevitate perstrinximus, ut notum sit dilectioni vestræ universos Christi dies innumeris consecratos fuisse virtutibus, et in cunctis ejus actionibus sacramentorum mysteria coruscasse: sed aliter quoque signis denuntiari, aliter rebus impleri, nec quæcunque numerantur in operibus Salvatoris ad tempus pertinere baptismatis. Nam si etiam illa, quæ post beati Joannis lavacrum a Domino gesta cognovimus, sub indiscreto honore colamus, omnia tempora continuas erunt deputanda festis, quia omnia sunt plena miraculis. Verum quia Spiritus sapientiæ et intellectus ita apostolos et totius Ecclesiæ erudit magistros, ut in Christiana observantia nihil inordinatum, nihil pateretur esse confusum, discernendæ sunt causæ solemnitatum, et in omnibus institutis Patrum principumque nostrorum rationabilis servanda discretio; quia non aliter unus grex et unus pastor sumus, nisi, quemadmodum Apostolus dicit, id ipsum dicamus omnes: *Simus perfecti in eodem sensu et in eadem sententia.*

III. *Quod in baptismo mors interveniat interfectione peccati et sepulturam imitetur trina demersio, et ab aquis elevatio sit velut resurrectio de sepulcro.*

Quamvis ergo et illa quæ ad humilitatem, et illa quæ ad gloriam pertinent Christi in unam concurrant eandemque personam, totumque quod in illo et virtutis diviniæ est et infirmitatis humanæ ad nostræ reparationis tendat effectum; proprie tamen in

A morte Crucifixi et in resurrectione ex mortuis potentia baptismatis novam creaturam condidit ex veteri, ut in renascentibus et mors Christi operetur et vita; dicente beato Apostolo: *An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Dominus a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus: et cætera, quæ latius Magister gentium ad commendandum sacramentum baptismatis disputavit, ut appareret ex hujus doctrinæ spiritu regenerandis filiis hominum et in Dei filios adoptandis illum diem et illud tempus electum, in quo per similitudinem formamque mysterii ea, quæ geruntur in membris, his, quæ in ipso sunt capite gesta, congruerent, dum in baptismatis regula et mors intervenit interfectione peccati, et sepulturam triduanam imitatur trina demersio, et ab aquis elevatio resurgentis instar est de sepulcro. Ipsa igitur operis qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ diem legitimum eum esse, in quo ornata est virtus muneris, et species actionis. Ad cujus rei confirmationem plurimum valet, quod ipse Dominus Jesus Christus, posteaquam resurrexit a mortuis, discipulis suis, in quibus omnes ecclesiarum præsules docebantur, et formam et potestatem tradidit baptizandi dicens: *Euntes ⁹⁹ docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* De quo utique eos etiam ante passionem potuisset instruere, nisi proprie voluisset intelligi regenerationis gratiam ex sua resurrectione cœpisse. Additur sane huic observantiæ etiam Pentecostes ex adventu sancti Spiritus sacra solemnitas, quæ de paschalis festi pendet articulo; et cum ad alios dies alia festa pertineant, hæc semper ad eundem diem, qui resurrectione Domini est insignis, occurrit: porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum, ut ii, quos a die paschæ aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut navigationis difficultas interclusit iavitos, aut quibuslibet necessitatibus impediti, desiderii sui effectum dono sancti Spiritus consequantur. Ipse enim Unigenitus Dei in fide credentium, et in virtute operum nullam inter se et Spiritum sanctum voluit esse distantiam, quia nulla est diversitas in natura, dicens: *Rogabo ego Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut vobiscum sit in æternum, Spiritum veritatis.* Et iterum: *Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret universa, quæcunque dixi vobis.* Et iterum: *Cum venerit ille Spiritus veritatis, ille diriget vos in omnem veritatem.* Cum itaque veritas Christus sit, et Spiritus sanctus veritas, nomenque Paracliti utriusque sit proprium, non dissimile est festum ubi unum est sacramentum.*

^a In hac voce *exsultante* fuit Codex Esc. 4.

^b Esc. 3, *revocatus est.*

^c Æm., Bibl. Reg., Esc. 3, Tol. 1, 2, *des.*

IV. *Quod beatus apostolus Petrus in die Pentecostes virorum tria millia baptizavit.*

Hoc autem nos non ex nostra persuasione defendere, sed ex apostolica auctoritate servare satis idoneo probamus exemplo, sequentes beatum apostolum Petrum, qui in ipso die, quo omnem credentium numerum promissus sancti Spiritus replevit adventus, trium millium populum sua prædicatione conversum lavacro baptismatis consecravit. Quod sancta Scriptura, quæ apostolorum Actus continet, fidei historia docet, dicens: *His auditis compuncti sunt corde et dixerunt ad Petrum et reliquos apostolos: quid faciemus, viri fratres? Petrus vero ait ad illos: poenitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, et accipietis donum sancti Spiritus. Vobis est enim repromissio, et filiis vestris, et omnibus qui longe sunt quoscumque advocaverit Dominus Deus noster.* Aliis etiam pluribus verbis testificatus est, et exhortabatur eos dicens: *Salvamini a generatione ista prava. Qui ergo receperunt sermonem ejus, baptizati sunt, et appositæ sunt in illa die animæ circiter tria millia.*

V. *Quod hæc duo tempora, id est, Pascha et Pentecostes, ad baptizandum a Romano pontifice legitime sint præfixa.*

Unde quia manifestissime patet baptizandis in Ecclesia electis hæc duo tempora de quibus locuti sumus, esse legitima, dilectionem vestram monemus, ut nullos alios dies huic observantiæ misceatis.

VI. *Quod omni tempore hi qui necessitate mortis urgentur, id est, aegritudinis, obsidionis, persecutionis et naufragii, debeant baptizari.*

Quia etsi sunt alia quoque festa quibus multa in honorem Dei reverentia debeat; principalis tamen et maximi sacramenti custodienda nobis est mysticæ rationis exceptio, non interdicta licentia, qua in baptismo tribuendo quolibet tempore periclitantibus subvenitur. Ita enim ad has duas festivitates connexas sibi et atque cognatas incolumium et in pacis securitate degentium libera vota differimus, ut in mortis periculo, in obsidionis discrimine, in persecutionis angustiis, in timore naufragii, nullo tempore hoc veræ salutis singulare præsidium cuiquam denegemus. Si quis autem Epiphaniæ festivitatem, quæ in suo ordine debito honore veneranda est, ob hoc existimat privilegium habere baptismatis, quia hoc quidam putant quod in eadem die Dominus ad baptismum sancti Joannis accesserit, sciat illius baptismi aliam gratiam, aliam fuisse rationem, nec ad eandem pertinuisse virtutem, qua per Spiritum sanctum renascuntur, de quibus dicitur, qui non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Dominus enim nullius indigens remissione peccati, nec quaerens remedium renascendi, sic voluit baptizari quomodo et voluit circumcidi, hostiamque pro se emundationis

^a Ex cæteris, præter Alv., in quo: *quando de latere ipsius sanguis redemptionis et aqua baptismatis cælit. Ger., proflixit.*

A offerri, ut qui factus erat ex muliere, sicut Apostolus ait, fieret et sub lege, quam non venerat solvere, sed implere et implendo finire, sicut beatus Apostolus prædicat dicens: *Finis autem legis Christus ad justitiam omni credenti.* Baptismi autem sui in se condidit sacramentum, quia in omnibus primatum tenens se docuit esse principium, et tunc **100** regenerationis potentiam sanxit, quando ^a de latere ipsius proflixerunt sanguis redemptionis et aqua baptismatis. Sicut enim ^b Vetus Testamentum Novi testificatio fuit, et lex per Moysen data est, gratia autem et veritas per Jesum Christum facta est; sic diversa sacrificia unam hostiam præformarunt, et multorum agnorum occisio illius immolatione finita est, de quo dicitur: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Sic et Joannes non Christus, sed Christi prævius, non sponsus, sed sponsi amicus fuit, adeo fidelis, et non sua quaerens, sed quæ Jesu Christi, ut se profiteretur ad solvenda calceamenta pedum ejus indignum, quoniam ipse quidem baptizaret in aqua in poenitentiam, ille autem baptizaturus esset in Spiritu sancto et igne, qui duplici potestate et vitam redderet et peccata consumeret. His itaque, fratres charissimi, tot ac tantis existentibus documentis, quibus omni ambiguitate submota evidenter agnoscitis qui secundum apostolicam regulam et exorcismis scrutandi, jejuniis sanctificandi et frequentibus sunt prædicationibus imbuendi, duo tantum tempora, id est, Pascha, et Pentecosten esse servanda, hoc vestræ indicimus charitati, ut ab apostolicis institutis nullo ulterius recedatis excessu: quia inultum post hæc esse non poterit, si quisquam apostolicas regulas in aliquo crederit negligendas.

VII. *Ut de Sicilia terni semper annis singulis de episcopis ad diem tertium Kalendarum Octobrium Romam sociandi synodo indissimulanter occurrant.*

Quare illud primitus pro custodia concordissimæ unitatis exigimus, ut quia saluberrime a sanctis Patribus constitutum est b' nos in annis singulis debere esse conventus, terni semper ex vobis ad diem tertium Kalendarum Octobrium Romam fraterno concilio sociandi indissimulanter occurrant: quoniam adjuvante gratia Dei facilius poterit provideri, ut in ecclesiis Christi nulla scandala, nulli nascentur errores, cum coram beatissimo Petro apostolo id semper in commune tractandum sit, ut omnia ipsius constituta canonumque decreta apud omnes Domini sacerdotes inviolata permaneant. Hæc autem, quæ, inspirante Domino, vobis insinuanda credimus, per fratres et coepiscopos ^c nostros Vacillum et Paschasinum ^d ad vestram notitiam volumus pervenire, quibus referentibus cognoscamus, quam reverenter a vobis apostolicæ sedis instituta servantur. Datum xii Kalendas Novembris, Calapodio et Ardabure consulis.

^b In omnibus præter Alv. et Urg., ergo.

^c Deest folium in Esc. 3.

^d Tol. 1, 2, Paschasium.

LXIV

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD UNIVERSOS EPISCOPOS.

Leo episcopus urbis Romæ universis episcopis A per Campaniam et Picenum, vel Tusciam, et per universas provincias constitutis in Domino salutem.

Ut nobis gratulationem facit Ecclesiarum status salubri dispositione compositus; ita non levi nos mœrore contristat, quoties aliqua contra constituta canonum et ecclesiasticam **101** disciplinam præsumpta vel commissa cognoscimus: quæ si non qua debemus vigilantia reseceamus, illi, qui nos speculatores esse voluit, excusari non possumus, permittentes sincerum corpus Ecclesiæ, quod ab omni purum macula custodire debemus, ambientium improba contagione scædari, cum ipsa sibi membrorum per dissimulationem compago non congruat.

I. *Ut nullus episcoporum servum alterius ad clericatus officium promoveri præsumat.*

Admittuntur passim ad ordinem sacrum quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur; et qui a dominis suis libertatem consequi minime potuerunt ad fastigium sacerdotii, tanquam servilitas hunc honorem capiat, provehuntur, et probari posse Deo creditur, qui domino suo necdum probare se potuit. Duplex itaque in hac parte reatus est, quod et sacrum ministerium talis consortii vilitate polluitur et dominorum, quantum ad illicitæ usurpationis temeritatem pertinet, jura solvuntur. Ab his itaque, fratres charissimi, omnes vestræ provinciæ abstineant sacerdotes, et non tantum ab his, sed ab illis etiam qui originali aut alicui conditioni obligati sunt volumus temperari; nisi forte eorum petitio, aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos vendicant potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis qui diviniæ militiæ fuerit aggregandus, ut a castris dominicis, quibus nomen ejus ascribitur, nullis necessitatibus vinculis abstrahatur.

II. *Ut quicumque ad sacerdotium vel viduarum mariti, vel habentes numerosa conjugia promoti fuerint ab omnibus ecclesiasticis officiis arceantur.*

Qualis vero unicuique natalium honestas et morum esse debeat, qui sacri altaris ministerio sociandus, et Apostolo nos docente, et divina præceptione didicimus et canonum regulis, a quibus plerosque fratrum declinasse et penitus deviasse reperimus. Nam constat ad sacerdotium pervenisse viduarum maritos, quosdam etiam, quibus fuerint numerosa conjugia et ad omnem licentiam vita liberior, ad sacrum ordinem passim patefactis aditibus fuisse permisso contra illam beati Apostoli vocem, qua talibus exclamat dicens: *Unius uxoris virum*: et contra illud antiquæ legis præceptum, quo dicitur et cavetur: *Sacerdos virginem uxorem accipiat; non viduam, non repudiatam*. Illos ergo, quicumque tales admissi sunt, ab ec-

clesiasticis officiis et a sacerdotali nomine apostolicæ sedis auctoritate jubemus arceri. Nec hoc enim sibi poterunt vindicare, cujus capaces per hoc, quod illis obstiterat, non fuerunt, hujus discussionis curam nobis specialiter vindicantes, ut si qua forsitan de his commissa sunt corrigantur, ne liceat ultra committi, et ne qua excusatio de ignoratione nascantur: quanquam ignorare nunquam licuerit sacerdotem quid canonum regulis fuerit definitum. Hæc ergo ad provincias vestras per Innocentium, Legitimum, et Segetium fratres et coepiscopos nostros scripta direximus, ut quæ male pullulasse dignoscuntur a radicitus evellantur, et messem dominicam zizania nulla corrumpant. Ita enim fructum uberem quæ sunt sincera præstabunt, si ea quæ natam segetem enecare consuerunt diligentius amputentur.

III. *Quod usuram non solum clerici exigere non debent, sed nec laici Christiani.*

Nec ^b hoc quoque prætereundum duximus quosdam lucri turpis cupiditate captos usurariam exercere pecuniam, et fenore velle ditescere. Quod nos non dicam in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus: quod vindicari acrius in eos qui fuerant confutati, decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

IV. *Ut clericus nec suo, nec alieno nomine fenus exercent.*

Illud etiam duximus præmonendum ut sicut non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercendum fenus attentet. Indecens enim est crimen suum commodis alienis impendere. Fenus autem hoc solum aspicere et exercere debemus, ut quod hic misericorditer tribuimus a Domino, qui multipliciter et in perpetuum mansura retribuet, recipere valeamus.

V. *Ut si quis sacerdotum contra hæc interdicta fecerit, a suo sit officio removendus.*

Hoc itaque ^c admonitio nostra denuntiat **102** quod si quis fratrum contra hæc constituta ^d venire tentaverit, et prohibita fuerit ausus admittere, a suo se noverit officio submovendum, nec communionis nostræ futurum esse consortem, qui socius esse noluit disciplinæ. Ne quid vero sit quod prætermisum a nobis forte credatur, omnia decretalia constituta tam beatæ memoriæ ^e Innocentii, quam omnium decessorum nostrorum, quæ de ecclesiasticis ordinibus et canonum promulgata sunt disciplinis, ita vestram dilectionem custodire debere mandamus, ut si quis illa contempserit, veniam sibi deinceps noverit denegari. Datum vi Idus Octobris, Maximo II et Paterio viris clarissimis consulibus.

^a Æm., Bibl. Reg., *noecuntur*.

^b Ex Æm., Bibl. Reg., Ger., Tol. 1, 2. In cæteris, *Non*.

^c Redit Codex Esc. 5 in his vocibus: *Hoc itaque*.

^d Urg. et Ger., *constituta venerit vel venire tentaverit*.

^e In omnibus præter Alv. *recordationis*.

LXV

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD JANUARIUM EPISCOPUM.

Quod omnis cujuslibet ordinis clericus, qui catholicam descrens hæreticæ se communioni miscuerit, si ad Ecclesiam reversus fuerit, in eo gradu quo erat [Æm., fuerat] sine promotione permaneat.

Leo episcopus urbis Romæ Januarii episcopo Aquileiensi.

Lectis fraternitatis tuæ litteris vigorem fidei tuæ, quem olim noveramus, agnovimus, congratulantes tibi quod ad custodiam gregum Christi pastoralem curam vigilantem exsequeris, ne lupi, qui sub specie ovium subintrarunt, bestiarum sævitia simplices quoque dilacerent, et non solum ipsi nulla correctione proficiant, sed etiam ea quæ sunt sana corrumpant. Quod ne viperea possit obtinere fallacia, dilectionem tuam duximus commonendam, insinuantes ad animæ periculum pertinere, si quisquam de his qui a nobis in hæreticorum atque schismaticorum sectam delapsus, et se utcumque hæreticæ communionis contagio macularit, respiscens in communionem catholicam sine promotione legitima satisfactionis habeatur. Saluberrimum enim et spiritualis medicinæ utilitate plenissimum est, ut sive presbyteri, sive diaconi, vel subdiaconi, aut cujuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, atque ad catholicam fidem, quam jam pridem amiserant, rursum reverti ambiunt, prius eriores suos, et ipsos auctores erroris damnari a se sine ambiguitate fateantur, ut sensibus pravis etiam preceptis nulla sperandi supersit occasio, nec ul-

^a In reliquis, præter Alv., *bestiali*.

^b In reliquis, præter Alv., *contagione*.

lum membrum talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria cœperit obviare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem **103** præcipimus custodiri, ut in magno habeant beneficio, si, adempta sibi omni spe promotionis, in quo inveniuntur ordine stabilitate perpetua maneant; si tamen iterata tinctione non fuerint maculati. Non levem apud Deum noxam incurrit, qui de talibus ad sacros promovendos ordines judicavit. Quod si cum grandi examinatione promotio conceditur inculpatis, multo magis non debet licere suspectis. Proinde dilectio tua, cujus devotione gaudemus, jungat curam suam dispositionibus nostris, et det operam ut circumspice ac velociter impleantur, quæ ad totius Ecclesiæ incolumitatem et laudabiliter suggesta sunt et salubriter ordinata. Non autem dubitet dilectio tua nos, si, quod non arbitramur, neglecta fuerint quæ pro custodia canonum et pro fidei integritate decernimus, vehementius commovendos; quia inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides negligentesque rectores, qui multam sæpius nutriunt pestilentiam, dum necessariam dissimulant adhibere medicinam. Datum III Kalendas Julias, Alipio et Ardabure consulibus.

^c Bibl. Reg., *confessio*.

LXVI

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD RUSTICUM NARBONENSEM EPISCOPUM.

Leo Rustico episcopo Narbonensi.

Epistolas fraternitatis tuæ, quas Hermes archidiaconus tuus detulit, libenter accepi diversarum quidem causarum connexionem multiplices, sed non ita patientiæ legentis onerosas, ut aliquid earum per intercurrentes undique sollicitudines fuerit prætermisum. Unde totius sermonis tui alligatione concepta, et gestis quæ in episcoporum honoratorumque examine confecta sunt recensitis, Sabiniano et Leoni presbyteris actionis tuæ intelleximus fiduciam defuisse, nec eisdem justam superesse querimoniam, qui se ab inchoatis disceptationibus sponte subtraxerint. Circa quos quam formam quamve mensuram debeas tenere justitiæ tuo relinquo moderamini, suadens tamen charitatis hortatu ut sanandis ægris spiritualem debeas adhibere medicinam, et dicente Scriptura: *Noli esse nimium justus*: mitius agas cum eis qui zelo pudicitiae videntur modum excessisse vindictæ, ne diabolus, qui decepit adulteros, de adulterii exsulet ul-
toribus. Miror autem dilectionem tuam in tantum

^a Ex Æm., Bibl. Reg., Tol. 1, 2, Urg., Ger. In reliquis, *incurrentes*.

scandalorum quacunque occasione nascentium adversitate turbari, ut vacationem ab episcopatus laboribus præoptare te dicas, et velle in silentio atque otio vitam degere, quam in his quæ tibi commissa sunt permanere. Dicente vero Domino: *Beatus qui perseveraverit usque in finem*; unde enim erit beata perseverantia, nisi de virtute patientiæ? Nam secundum apostolicam prædicationem omnes qui volunt in Christo pie vivere persecutionem patiuntur, quæ non in eo tantum computanda est, quod contra Christianam pietatem aut ferro aut ignibus agitur, aut quibuscunque suppliciis, cum persecutionum sævitiam suppleant, et dissimilitudinis morum, et contumaciæ inobedientium et malignarum tela linguarum: quibus cum omnia semper membra pulsantur, et nulla piorum portio a conflictatione sit libera, ita ut periculis nec otia carrant nec labores, quis inter fluctus maris navem diriget si gubernator abscedat? Quis ab insidiis luporum custodiet oves, si pastoris cura non vigilet? Quis denique latronibus obsistet **104**

^b Vox *obsistet*, quæ deest in Alv., desumpta est ex Cod. Bibl. Reg., Tol. 1, Urg. et Ger. In Æm., *resistet*.

et furibus, si speculatorem in prospectu exploratio-
nis locatum ab intentione sollicitudinis amor quietis
abducat? Permanendum ergo est in opere credito et
in amore suscepto: constanter tenenda est iustitia
et benigne præstanda clementia. Odio habeantur
peccata, non homines. Corripiantur tumidi, toleren-
tur infirmi, et quod in peccatis severius castigari ne-
cesse est non sævientis plectatur animo, sed medentis.
Ac si vehementior tribulatio incubuerit, non ita expa-
vescamus quasi illi adversitati propriis sit viribus re-
sistendum, cum et consilium nostrum et fortitudo sit
Christus, ut sine quo nihil possumus per ipsum cuncta
possimus, qui confirmans prædicatores Evangelii et
sacramentorum ministros: *Ecce ego, inquit, vobiscum
sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*:
et iterum: *Hæc, inquit, locutus sum vobis ut in me
pacem habeatis; in hoc autem mundo tribulationem
habebitis; sed confidite, quia ego vici mundum*. Quas
pollicitationes, quia sine dubio manifestæ sunt, nullis
debemus scandalis infirmare, ne electioni Dei videamur
ingrati, cujus tamen potentia sunt adiutoria quam
vera promissa. De consultationibus autem dilectionis
tuæ, quas separatim conscriptas archidiaconus tuus
detulit, quid sentiendum sit inter præsentibus oppor-
tunius quæreretur, si nobis conspectus tui copiam præ-
buissem. Nam cum quædam interrogationis modum
videantur excedere, intelligo eas altiores esse collo-
quii, quam scriptis: quia sicut quædam sunt quæ
nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt, quæ aut
pro consideratione ætatum aut pro necessitate rerum
oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut
in his quæ vel dubia fuerint aut obscura, id noverimus
sequendum quod nec præceptis evangelicis contrarium,
nec decretis sanctorum Patrum invenitur adversum.

I. *Quod non habeantur episcopi quos nec clerus elegit,
nec populus exquisivit, nec provinciales episcopi con-
secraverunt. Si qui tamen clerici ab his pseudo-episco-
pis ordinantur, rata potest ordinatio talis existere.*

Nulla ratio sinit ut inter episcopos habeantur qui
nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec
a provincialibus episcopis cum metropolitani iudicio
consecrati. Unde cum sæpe quæstio de male accepto
honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse
tribuendum, quod non doceatur fuisse collatum? Si
qui autem clerici ab his pseudo-episcopis in eis
ecclesiis ordinati sunt quæ ad proprios episcopos per-
tinebant, et ordinatio eorum cum consensu et iudicio
præsentium facta est, potest rata haberi, ita ut in
ipsis ecclesiis perseverent. Aliter autem vana haben-
da est consecratio, quæ nec loco fundata est nec au-
tore munita.

II. *Quod presbyteri aut diaconi, si in aliquo crimine
prolapi fuerint, non possint per manus impositionem
penitentiam remedium consequi.*

Alienum est a consuetudine ecclesiastica ut qui in
presbyterali honore aut diaconii gradu fuerint con-
secrati, si pro crimine aliquo suo per manus imposi-
tionem remedium accipiant penitendi, quod sine du-

* In reliquis, præter Alv., *istis*.

^b Ex reliquis, præter Alv., in quo, *honestæ*.

bio ex apostolica traditione descendit secundum quod
scriptum est: *Sacerdos si peccaverit, quis orabit pro
illo?* Unde huiusmodi lapsis ad promerendam mise-
ricordiam Dei privata est expetenda secessio, ubi il-
lis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

III. *Quod diaconi, sicut episcopus et presbyter, cessare de-
bent ab opere conjugali, non tamen repudiare conjugia.*

Lex continentia eadem est altaris ministris quæ
episcopis atque presbyteris; qui cum essent laici,
sive lectores, licite et uxores ducere et filios pro-
creare potuerunt. Sed cum ad prædictos pervenerint
gradus, cœpit eis non licere quod licuit. Unde ut id
de carnali fiat spirituale conjugium, oportet eos nec
dimittere uxores, et quasi non habeant [*Æm.*, ha-
bentes], sic habere, quo et salva sit charitas conu-
biorum, et cessent opera nuptiarum.

IV. *Quod aliud sit uxor, aliud concubina, nec e-
ret quisquam filiam suam in matrimonium concubinam
habenti tradiderit.*

Non omnis mulier viro juncta uxor est viri, quia
nec omnis filius hæres est patris. Nuptiarum autem
fœdera inter ingenuos sunt legitima, et inter æquales,
et multo prius hoc ipsum Domino constituyente, quam
initium Romani juris existeret. Itaque aliud est uxor,
aliud concubina, **105** sicut aliud ancilla, aliud li-
bera. Propter quod etiam Apostolus ad manifestan-
dum harum personarum discretionem testimonium
ponit ex Genesi, ubi dicitur Abrahæ: *Ejice ancillam
et filium ejus; non enim hæres erit filius ancillæ cum
filio liberæ*. Unde cum societas nuptiarum ita ab iai-
tio constituta sit, ut præter sexuum conjunctionem
haberet in se Christi et Ecclesiæ sacramentum, du-
bium non est eam mulierem non pertinere ad matri-
monium, in qua docetur nuptiale non fuisse myste-
rium. Igitur cujuslibet loci clericus si filiam suam
viro habenti concubinam in matrimonium dederit,
non ita accipiendum est quasi eam conjugato dederit,
nisi forte illa mulier et ingenua facta et dotata legi-
time et publicis nuptiis honestata videatur. Paterno
arbitrio viris injunctæ carent culpa, si mulieres
quæ a viris habebantur in matrimonio non fuerunt,
quia aliud est nupta, aliud concubina.

V. *Quod non sit conjugii duplicatio quando ancilla
rejecta uxor assumitur.*

Ancillam a toro abjicere, et uxorem certæ ingenui-
tatis accipere, non duplicatio conjugii, sed profectus
est honestatis. Culpanda est sane talium negligentia,
sed non penitus desperanda, ut crebris cohortationibus
incitati, quod necessarie expetierunt, fideliter exee-
quantur. Nemo enim desperandus est dum in hoc cor-
pore constitutus est, quia nonnunquam quod diffi-
dencia ætatis differtur consilio maturiore perlicetur.

VI. *De communionem privatis et vita defunctis.*

Horum causa Dei iudicio reservanda est, in cujus
manu fuit ut talium obi us usque ad communionis
remedium differretur. Nos autem, quibus viventibus
non communicavimus, mortuis communicare non
possumus.

^c *Æm.*, Bibl. Reg., Esc. 3, Tol. 1, 2, Ger., *inunctæ*.

VII. *De his qui pœnitentiam agere differunt.*

Dissimulatio hæc potest non de contemptu esse remedii, sed de metu gravius delinquendi. Unde pœnitentia, quæ dilata est, cum studiosius petita fuerit, non negetur, ut quoquo modo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perveniat.

VIII. *Quod oporteat eum qui pro illicitis veniam poscit etiam a multis licitis abstinere.*

Aliud quidem est debita justa repscere, aliud propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam postulantem oportet etiam a multis licitis abstinere, dicente Apostolo: *Omnia licent, sed non omnia expediunt.* Unde si pœnitens habet causam quam negligere forte non debeat, melius expetit ecclesiasticum quam forense iudicium.

IX. *Quod pœnitenti nulla lucra negotiationis exercere conveniat.*

Qualitas lucri negotiantem aut excusat aut arguit, quia est et honestus quæstus et turpis. Verumtamen pœnitenti utilius est dispendia pati, quam periculis negotiationis obstringi; quia difficile est inter vendentis ementisque commercium non intervenire peccatum.

X. *Quod ad militiam sæcularem post pœnitentiam redire non decet.*

Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis post pœnitentiæ actionem redire ad militiam sæcularem, cum Apostolus dicat: *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.* Unde non est liber a laqueis diaboli, qui se militia mundana a voluerit implicari.

XI. *Quod adolescens si urgente quocunque periculo pœnitentiam gessit, et non se continet, uxoris potest remedio suscipi.*

In adolescentia constitutus si urgente aut metu mortis aut captivitatis periculo pœnitentiam gessit, et postea timens lapsum incontinentiæ juvenilis copulam uxoris elegit, ne crimen fornicationis incurret, rem videtur fecisse venialem, si præter conjugem nullam omnino cognoverit. In quo tamen non regulam constituimus, sed quid sit tolerabilius æstimamus. Nam secundum veram cognitionem nihil magis congruit ei qui pœnitentiam gessit quam castitas perseverans et mentis et corporis.

XII. *Quod si quis propositum monachi deseruerit, publica sit pœnitentiæ satisfactione purgandus.*

Propositum monachi proprio arbitrio **106** ac voluntate susceptum deseri non potest absque peccato. Quod enim quis vovit Deo debet et reddere. Unde qui relicta singularitatis professione ad militiam vel ad nuptias devolutus [*Esc. 3, provolutus*] est, publicæ pœnitentiæ satisfactione purgandus est.

^a Ex reliquis, præter Alv. et Urg., in quibus: *militiæ humanæ.*

A Quia etsi innocens militia et honestem potest esse conjugium, electionem meliorem deseruisse transgressio est.

XIII. *Quod puellæ, quæ non coactæ, sed voluntate propria, virginitatis propositum susceperunt, delinquunt cum nupserint, etsi nondum fuerint consecratæ.*

Puellæ, quæ non parentum coactæ imperio, sed ex spontaneo iudicio virginitatis propositum atque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt, prævaricantur, etiamsi nondum eis gratia consecrationis accessit, cujus utique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent.

XIV. *De his quæ jam consecratæ sunt, si postea nupserint.*

Ambigi non potest magnum crimen admitti, ubi et B propositum deseritur et consecratio violatur. Nam si humana facta non possunt impune calcari, quid eas manebit quæ corruerint divini fœdera sacramenti?

XV. *De his qui dubitant utrum baptizari sint, eos necesse est baptizari.*

Si nulla exstant iudicia inter propinquos aut familiares, nulla inter clericos, aut vicinos, quibus hi de quibus quæritur baptizati fuisse doceantur, agendum est ut renascantur ne manifeste pereant: in quibus, quod non ostenditur gestum, ratio non sinit ut videatur iteratum. Qui autem possunt meminisse quod ad ecclesiam veniebant cum parentibus suis, possunt recordari an quod ab eorum parentibus dabitur acceperint. Sed si hoc etiam ab ipsa memoria alienum est, conferendum eis videtur quod collatum esse necescitur, quia non temeritas intervenit præsumptionis ubi est diligentia pietatis.

XVI. *Quod eos qui se baptizatos agnoscunt, sed in qua professione b nesciunt, per manus impositionem suscipiantur.*

Hi autem, de quibus scripsisti, qui se baptizatos sciunt, sed cujus fidei fuerint qui eos baptizaverant se nescire profitentur, quoniam quolibet modo formam baptismatis acceperunt, baptizandi non sunt, sed per manus impositionem virtute Spiritus sancti, quam ab hæreticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt.

XVII. *De baptizatis qui postea convivio Gentilium et escis immolatiis usi sunt.*

Qui convivio solo Gentilium et escis immolatiis usi sunt possunt jejuniis et manus impositione purgari, ut deinceps ab idolothytis abstinentes sacramentorum Christi possint esse participes. Si autem aut idola adoraverunt, aut homicidiis vel fornicationibus contaminati sunt, ad communionem eos, nisi per pœnitentiæ publicam, non oportet admitti.

^b In reliquis, præter Alv., *fide.*

LXVII

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS.

AD ANASTASIUM THESSALONICENSEM EPISCOPUM

Leo episcopus urbis Romæ Anastasio, episcopo Thessalonicensi.

107 Quanta fraternitati tuæ a beatissimi Petri

apostoli auctoritate commissa sint, et quali etiam nostro tibi favore sint credita, si vera ratione perspiceres et justo examine ponderares, mul-

tum possemus de injunctæ tibi sollicitudinis devotione gaudere. Quoniam sicut præcessores mei præcessoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ priorum secutus exemplum vices mei moderaminis delegavi, ut curam, quam universis ecclesiis principaliter ex divina institutione debemus, imitator nostræ mansuetudinis effectus adjuvares, et longinquis a nobis provinciis præsentiam quodammodo nostræ visitationis impenderes, siquidem a continenti opportunoque prospectu promptum tibi esset agnoscere, quid in quibusque rebus vel tuo studio componeres, vel nostro judicio reservares. Nam cum majora negotia et difficiliore causarum exitus liberum tibi esset sub nostræ sententiæ expectatione suspendere, nec ratio tibi nec necessitas fuit in id quod mensuram tuam excederet deviandi. Abundant enim apud te monitorum scripta nostrorum, quibus te de omnium actionum temperantia frequenter instruximus, ut commendatas tibi Christi Ecclesiæ per exhortationem charitatis ad salubritatem obedientiæ provocares. Quia etsi plerumque existit inter negligentes vel desides fratres quæ oporteat majori auctoritate curari, sic tamen est adhibenda correptio [*Am., Ger., correctio*] ut semper sit salva dilectio. Unde et beatus apostolus Paulus ad ecclesiasticum regimen Timotheum imbuens dicit: *Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem, juvenes ut fratres, anus ut matres, juvenculas ut sorores in omni castitate.* Quæ moderatio si quibuscunque inferioribus membris ex apostolica institutione debetur, quanto magis fratribus et coepiscopis nostris sine offensione reddenda est? Et licet nonnunquam accedant quæ in sacerdotalibus sunt reprehendenda personis, plus tamen erga corrigendos agat benevolentia quam severitas, plus cohortatio quam commotio, plus charitas quam potestas. Sed ab his qui quæ sua sunt quærent, non quæ Christi Jesu, facile ab hac lege disceditur, et dum dominari magis quam consulere subditis quæritur, placet honor, inflat superbia, et quod provisum est ad concordiam tendit ad noxam. Quod ut necesse habeamus ita dicere, non de parvo animi dolore procedit. Me ipsum enim quodammodo trahi in culpam sentio, cum te a traditis tibi regulis immodice discessisse cognosco; qui si tuæ existimationis parum diligens eras^a, meæ saltem famæ parcere debuisti, ne quæ tuo tantum facta sunt animo, nostro videantur gesta iudicio. Relegat fraternitas tua paginas nostras, omniaque ad tuos emissa majores apostolicæ sedis præsulum scripta decurrat, et vel a me vel a præcessoribus meis inveniet ordinatum quod a te cognovimus esse presumptum.

Venit namque ad nos cum episcopis provincię suæ frater noster Atticus veteris Epiri metropolitanus antistes, et de indignissima afflictione quam pertulit lacrymabili actione conquestus est curam

^a Ex reliquis præter Alv. et Esc. 3, in quibus: *errases.*

^b Ex reliquis præter Alv. et Esc. 3, in quibus: *excusatione.*

Astantibus diaconis tuis, qui quæ re is et fletibus nihil contra referendo ea quæ nobis ingerebantur, fide non carere monstrabant. Legebatur quoque in litteris tuis, quas iidem diaconi detulerunt, quod frater Atticus Thessalonicam venisset, quodque consensum suum etiam scripturæ professione signasset, ut de illo non aliud a nobis posset intelligi quam proprii arbitrii et spontaneæ devotionis fuisse quod venerat, quodque chartulam de obedientiæ sponse conscripserat, in cujus tamen chartulæ mentione signum prodebat injuriæ. Non enim **108** necessarium fuerat ut obligaretur scripto, qui obedientiam suam ipso jam voluntarii adventus probabat [*Esc. 3, Urg., probat*] officio. Unde deplorationibus supra dictis hæc verba epistolæ tuæ testimonium præbuerunt, et per hoc quod non est tacitum nudatum est illud quod silentio fuerat adoptum [*Bibl. Reg., opertum*], additam scilicet Illyrici præfecturam et sublimissimam inter mundanos apices potestatem inhibitione insontis antistitis incitatam, ut missa executione^b terribili, quæ omnia sibi officia publica ad effectum præceptionis adjungeret, a sacris Ecclesiæ adytis nullo vel falso insimulatus^c crimine extraheretur sacerdos, cui non ob molestiam ægritudinis, non ob sævitiam hiemis darentur induciæ, sed iter asperum et periculis plenum per invias nives agere cogerebatur. Quod tanti laboris tantique discriminis fuit, ut ex his qui episcopum comitati sunt quidam defecisse dicantur. Multum stupeo, frater charissime, sed et plurimum doleo quod in eum, de quo nihil amplius indicaveras quam quod evocatus adesse differret^d et excusationem infirmitatis obtenderet, tam atrociter et tam vehementer potueris commoveri, præsertim, cum etiam si tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat quid ad tua consulta rescriberem. Sed, ut video, bene de meis moribus æstimasti, et quam civilia pro conservanda sacerdotali concordia responsurus essem verissime prævidisti, et ideo motus tuos exsequi sine dilatione properasti, ne, cum moderationis nostræ aliud disponentia scripta sumpsisses, faciendi id quod factum est licentiam non haberes. An forte aliquod tibi facinus innotuerat, et metropolitanum episcopum novi apud te criminis pondus urgebat? At hoc quidem alienum ab illo esse etiam tu nihil ei objiciendo confirmas; sed etiam si quid grave intolerandumque committeret, nostra erat expectanda censura, ut nihil prius ipse decerneres quam quid nobis placeret cognosceres^e. Vices enim nostras ita tuas credimus charitati, ut in partem sis vocatus sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Unde sicut multum nos ea quæ a te pie sunt curata lætificant, ita nimium ea quæ perperam sunt gesta contristant; et necesse est post multarum experientia causarum sollicitius prospici et diligentius præcaveri, quatenus per spiritum cha-

^c Ex cæteris, præter Alv., in quo, *persimulatus.*

^d Ex reliquis, præter Alv., in quo, *deberet.*

^e In reliquis, præter Alv., *agnosceres.*

ritatis et pacis omnis materia scandalorum de Ecclesiis Domini, quas tibi commendavimus, auferatur, præminente quidem in illis provinciis episcopatus tui fastigio, sed amputato totius usurpationis excessu.

I. *Ut metropolitanis sua jura serventur.*

Igitur secundum sanctorum Patrum canones, Spiritu Dei conditos et totius mundi reverentia consecratos, metropolitanos singularum provinciarum episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuæ cura prætenditur, jus traditæ sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus, ita ut a regulis præstitutis nulla aut negligentia aut præsumptione discedant.

II. *Quod a metropolitanis non laici, non digani, non viduarum mariti, sed irreprehensibiles ordinentur episcopi.*

In civitatibus, quarum rectores obierint, de substituendis episcopis hæc forma servetur; ut is qui ordinandus est, etiam si bonæ vitæ testimonio fulciatur, non laicus, non neophytus, nec secundæ conjugis sit maritus, aut qui unam quidem habeat, vel habuerit, sed nec qui sibi viduam copularit. Sacerdotum enim tam excellens est electio, ut hæc, quæ in aliis membris Ecclesiæ non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita.

III. *Quod subdiaconis carnale conjugium denegetur.*

Nam cum extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati et procreationi filiorum studere sit liberum arbitrium, ad exhibendam tamen perfectam [Æm., perfectæ] continentiæ puritatem, nec subdiaconibus quidem connubium carnale conceditur, ut et qui habent sint tanquam non habentes, et qui non habent permaneant singulares. Quod, si in hoc ordine, qui quartus est a capite, dignum est custodiri, quanto magis in primo, vel in secundo tertiove servandum est, ne aut levitico aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus æstimetur, qui se a voluptate uxoria necdum frenasse delegitur?

IV. *Ut nullus invitis ordinetur episcopus b.*

Cum ergo de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur quem cleri plebisque consensus concorditer postularint, ita ut si in aliam forte personam partium se vota diviserint, metropolitani judicio is alteri c præferatur qui majoribus et studiis juvatur et meritis: tantum ut nullus invitis et non petentibus ordinetur, ne plebs invita episcopum non optatum autcontemnat aut oderit, et fiat minus religiosa quam convenit, cui non licuerit habere quem voluit.

^a Ex omnibus, præter Alv. et Esc. 3, in quibus, *luxurios.*

^b Æm., Bibl. Reg., Esc. 3, Tol. 1, 2, *antistes.*

^c Ex omnibus, præter Alv. et Urg., in quibus, *is alter.*

V. *Ut metropolitanus Epiri de erecto, quem est ordinatus episcopum, ad Thessalonicensem pontificem referat, et de metropolitanano electo similiter provinciales episcopi.*

De persona autem consecrandi episcopi, et de cleri plebisque consensu metropolitanus episcopus ad fraternitatem tuam perferat, quodque in provincia bene placuit scire te faciat, ut ordinationem rite celebrandam tua quoque firmet auctoritas, quæ rectis dispositionibus nihil moræ aut difficultatis debet afferre, ne gregitus Domini diu desit cura pastorum. Metropolitanano vero defuncto, cum in locum ejus alius fuerit subrogandus, provinciales episcopi ad civitatem metropolim convenire debebunt, ut omnium clericorum atque omnium civium voluntate discussa, ex presbyteris ejusdem ecclesiæ vel ex diaconibus optimus eligatur, de cujus nomine ad tuam notitiam provinciales referant sacerdotes, impleturi vota postulentium, cum quod ipsis placuit tibi quoque placuisse cognoverint. Sicut enim justas electiones nullis dilationibus volumus fatigari, ita nihil permittimus te ignorante præsumi.

VI. *Ut bina per annos singulos provincialia episcoporum concilia celebrentur, et si res difficilis emergerit, nec fuerit Thessalonicensis episcopi judicio terminata, ad Romanum referatur antisitem.*

De conciliis autem episcopalibus non aliud indicimus quam sancti Patres salubriter ordinarunt, ut scilicet bini conventus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis quæ inter diversos Ecclesiæ ordines nasci adsolent, judicetur: ac si forte inter ipsos qui præsent de majoribus, quod absit, peccatis causa nascitur, quæ provinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotii qualitate metropolitanus curabit instruere, ut si coram positis partibus nec tuo fuerit res sopita judicio, ad nostram cognitionem quidquid illud est transferatur.

VII. *Ut si quis episcopus suam deserens civitatem majorem sedem ambitus causa peterit, nec illam obtinere poterit, et sua carebit d.*

Si quis autem episcopus civitatis suæ mediocritate despecta administrationem loci celebrioris ambierit, et ad majorem se plebem quacunque ratione transulerit, a cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit et propria; ut nec illis præsideat, quos per avaritiam concupivit, nec illis quos per superbiam sprevit. Suis igitur terminis quisque e contentus sit, nec supra mensuram juris sui affectet augeri.

VIII. *Ut nullus alienum clericum sollicitare vel tenere præsumat, suo episcopo non præbente consensum.*

Alienum clericum, invito episcopo ipsius, nemo suscipiat, nemo sollicitet nisi forte ex placito charitatis id inter dantem, accipientemque conveniat. Nam gravis injuriæ reus est qui de fratris Ecclesia

^d In reliquis, præter Alv., *carere debet.*

^e Ex reliquis, præter Alv. et Esc. 3, in quibus, *quisquis.*

^f Ex Urg. et Ger. In Alv., Bibl. Reg., Esc. 3, Tol. 1, *explicito. Æm., exemplo.*

id quod est utilius aut pretiosius audeat vel allicere vel tenere. Itaque si intra provinciam res agitur, transfugam clericum ad ecclesiam suam metropolitanam redire compellat. Si autem longius recessit, tui præcepti auctoritate revocabitur, ut nec cupiditati nec ambitioni occasio relinquantur.

IX. *Ut in evocandis provincialibus episcopis a Thezauronicensi pontifice moderatio conservetur, ne sub hoc colore sacerdotalis honor contumeliis addicatur. Nec amplius quam bini de provinciis episcopi, quos metropolitani probaverint, dirigantur.*

In vocandis autem ad te episcopis moderatissimum te esse volumus, ne per majoris diligentiae speciem fraternis gloriari^a videaris injuriis. Unde si causa aliqua major exstiterit, ob quam rationale ac necessarium sit fraternum advocare conventum, binos de singulis provinciis episcopos, quos metropolitani crediderint esse mittendos, **110** ad fraternitatem tuam venire sufficiat.

X. *Ut non amplius ab statuto concilii tempore quam dies quindecim remorentur episcopi, et si inter eos de negotio fuerit oborta contentio, cuncta Romano pontifici sub gestorum insinuatione pandantur, ut ab eo quod Deo placuerit ordinetur.*

Ita ut a præstituto tempore non ultra quindecim dies qui convenerint retardentur. Si autem in eo quod cum fratribus tractandum definiendumve credideris, diversæ horum fuerint a tua voluntate sententiæ; ad nos omnia sub gestorum testificatione referantur, ut remotis ambiguitatibus quod Deo placeat decernatur. Ad hunc enim finem omnem affectum nostrum curamque dirigimus, ut quod ad unitatem concordiae et quod ad custodiam pertinet disciplinae nulla dissensione violetur, nulla desidia negligatur. Et te igitur, frater dilectissime, et eos fratres nostros, qui de tuis offenduntur excessibus, cum tamen non sit omnibus similis materia querelarum, hortor et moneo ut quæ pie sunt ordinata sa-

^a Ex Bibl. Reg., Urg. et Ger. In Alv., Tol. 1, 2: *fraternis in gloriam videaris injuriis.* Æm. et Eccl. 3: *fraternis gloriam videaris.*

lubriterque disposita nulla concertatione turbentur. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius, et, sicut ait Apostolus: *Unusquisque proximo suo placeat in bonum ad ædificationem.* Non enim poterit unitatis nostræ firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem soliditatem vinculum charitatis astruxerit; quia sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Connexio totius corporis unam sanitatem, unam pulchritudinem facit, et hæc quidem connexio totius corporis unanimitatem requirit, sed præcipue exigit concordiam sacerdotum. Quibus etsi dignitas communis non est, tamen ordo generalis est, quoniam et inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, et cum omnium par esset electio, uni tamen datum est ut cæteris præmineret. De qua forma episcoporum quoque est orta distinctio, et magna ordinatione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia: et rursus quidam in majoribus urbibus constituti sollicitudinem suscipere ampliore, per quos ad unam patris^b sedem universalis Ecclesiæ cura conflueret, et nihil usquam a suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibusdam præpositum non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam quam exigit etiam ipse dependat, et sicut non vult gravis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alii importabile pondus imponere. Discipuli enim sumus humilis et mitis Magistri dicentis: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve est.* Quod quomodo experiemur, nisi et illud in observantiam veniat, quod idem Dominus ait: *Qui major est vestrum, erit minister vester; qui autem se exaltat^c humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur?*

^b Æm., Tol. 1, 2, *patriæ.* In Excursu, *Petri.*

^c In reliquis, præter Alv., *exaltaverit.*

LXVIII

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD NICETAM AQUILEIENSEM EPISCOPUM.

Leo episcopo Nicetæ episcopo Aquileiensi salutem.

111 Regressus ad nos filius meus Adeodatus, sedis nostræ diaconus, dilectionem tuam poposcisse memoravit, ut de his a nobis auctoritatem sedis apostolicæ acciperes, quæ quidem magnam difficultatem dijudicationis videntur afferre. Sed pro inspectione temporalium necessitatum adhibenda curatio est, ut vulnera quæ adversione hostilitatis illata sunt religionis maxime ratione sanentur.

1. *Quod debeant feminæ, quæ captis viris nupserant aliis, regressis de captivitate viris, prioribus copulari, ut quod suum est unusquisque recipiat.*

Cum ergo per bellicam cladem et per gravissimos

^a Ex Tol. 1. In cæteris, *contagium.*

D hostilitatis incursum ita quædam dicatis divisa esse conjugia, ut adductis in captivitatem viris feminæ eorum remanserint destitutæ, quæ viros proprios aut interemptos putarent, aut nunquam a dominatione crederent liberandos, et in aliorum conjugium^a solitudine cogente transierint; cumque nunc statu rerum, auxiliante Domino, in meliora converso, nonnulli eorum, qui putabantur perisse, remeaverint: merito charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ aliis junctæ sunt viris, a nobis debeat ordinari. Sed quia novimus scriptum, quod a Deo junctur mulier viro, et iterum præceptum agnovimus,

ut quod Deus junxit homo non separet; necesse est ut legitimarum sœdera nuptiarum redintegrandam credamus, et remotis malis quæ hostilitas intulit, unicuique id quod legitime habuit reformetur; omnique studio procurandum est ut recipiat unusquisque quod proprium est.

II. *Quod non probetur esse culpabilis qui uxorem capti in matrimonio videtur esse sortitus.*

Nec tamen culpabilis iudicetur et tanquam alieni juris pervasor, qui personam ejus mariti, qui jam non esse æstimabatur, assumpsit. Sic enim multa quæ ad eos qui in captivitatem ducti sunt pertinebant in jus alienum transire potuerunt, et tamen plenum justitiæ est ut iisdem reversis propria reformentur. Quod si in mancipiis, vel in agris, aut etiam in domibus ac possessionibus rite servatur; quanto magis in conjugiorum redintegrationem faciendum est, ut quod bellica necessitate turbatum est pacis remedio reformetur?

III. *Ut si viri de captivitate regressi intemperantia uxorum offensi non fuerint, et voluerint eas in conjugium recipere, liberam habeant facultatem.*

Et ideo si viri post longam captivitatem reversi ita in dilectione suarum conjugum perseverant, ut eas cupiant in suum redire consortium, omittendum est et inculpabile iudicandum quod necessitas intulit, et restituendum quod fides poscit.

IV. *Ut si mulieres ad priores maritos redire noluerint, velut impiæ, ecclesiastica communione privandæ sunt.*

Si autem aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captæ, ut malint his cohærere, quam ad legitimum redire consortium, merito sunt notandæ, ita ut etiam ecclesiastica communione priventur, **112** quia inexcusabiliter contaminationem criminis elegerunt, ostendentes sibi pro sua incontinentia placuisse quod justa remissio poterat expiare. Reddeant ergo in suum statum voluntaria redintegratione conjugia, neque ullo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio necessitatis extorsit. Quia sicut hæ mulieres, quæ reverti ad viros suos nolunt, impiæ sunt habendæ; ita illæ quæ in affectum ex Deo initum redeunt merito sunt laudandæ.

V. *Captivis aut terrore, aut fame, non veneratione cibos immolatiis edere compulsis penitentia concedenda.*

De his autem Christianis qui inter eos a quibus

^a Urg., Ger., per sacerdotalem ordinem sollicitudinemque.

A fuerant captivi immolatiis cibis asseruntur esse polluti, consultationi charitatis tuæ hoc etiam re-pendendum esse credimus, ut penitentiæ satisfactione purgentur, quæ non tam temporis longitudine, quam cordis compunctione [*Æm.*, contritione] pensanda est. Et sive hoc terror extorsit, sive fames suaserit, non dubitetur abolendum, cum hujusmodi cibis pro metu aut indigentia, non pro religionis veneratione, sit sumptus

VI. *Quod hi qui ad iterationem baptismi vel vi, vel timore coacti animos inclinarunt, penitentiæ sint sublevandi remedio, et ut senilis ætatis, periculorum quoque et ægritudinum, cæterarumque necessitatum habeatur sollicita consideratione respectus.*

Hi vero, de quibus similiter dilectio tua nos credidit consulendos, qui ad iterandum baptismum vel metu coacti vel errore traducti sunt, et nunc se contra catholicæ fidei sacramentum egisse cognoscunt, ea est custodienda moderatio, qua in societatem nostram non nisi per penitentiæ remedium et per impositionem manus episcopalis communionis recipiant unitatem, temporis penitudinis habita moderatione tuo constituenda iudicio, prout conversorum animos perspexeris esse devotos, pariter etiam habens ætatis senilis intuitum, et periculorum quorumque aut ægritudinum respiciens necessitates: in quibus si quis ita graviter urgeatur, ut, dum adhuc penitet, de salute ipsius desperatur, oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem^a communionis gratia subveniri.

VII. *Ut hi qui ab hæreticis baptizati sunt sola sancti Spiritus invocatione firmantur.*

C Nam hi qui baptismum ab hæreticis acceperunt, cum baptizati antea non fuissent, sola sancti Spiritus invocatione per impositionem manus confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt. Et hanc regulam, ut scitis, servandam in omnibus Ecclesiis prædicamus, ut lavacrum semel initum nulla iteratione violetur, dicente Apostolo: *Unus Deus, una fides, unum baptisma*; cujus ablutio nulla iteratione temeranda est, sed, ut diximus, sola sanctificatio sancti Spiritus invocanda, ut quod ab hæreticis nemo accipit, a catholicis sacerdotibus consequatur. Hanc autem epistolam nostram, quam ad consultationem^b tuæ fraternitatis emisimus, ad omnes fratres et comprovinciales tuos episcopos facies pervenire, ut ad omnium observantiam data prosit auctoritas.

^b Ex *Æm.*, *Bibl. Reg.*, *Tol. 1*, *Ger.* In cæteris, consolationem.

LXIX

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD AFRICANOS EPISCOPOS.

Leo universis episcopis per Africam constitutis in Domino salutem.

113 I. *Ne illicitæ personæ ad episcopatum promoveantur.*

Cum in ordinationibus sacerdotum quædam apud vos illicite usurpata crebrior fama narraret, ratio pie-

tatis exigit, ut pro sollicitudine quam universæ Ecclesiæ ex divina institutione dependimus, rerum fidem studuerimus agnoscere. Vicem curæ nostræ fratri et consacerdoti nostro Potentio injungentes præcipimus, qui de episcopis quorum culpabilis se-rebatur electio quid veritas haberet inquireret, no-

disque omnia fideliter indicaret. Unde quia idem A plenissime cuncta reseravit, et sub quibus qualibusque rectoribus quædam Christi plebs in partibus provincie Casariensis habeatur, sincera nobis relatione patefecit, necessarium fuit ut dolorem cordis nostri, que pro dominicorum gregum periculis æsttuamus, datis ad vos litteris prompserimus; mirantes tantum apud vos per occasionem temporis impatiati aut ambituum præsumptionem, aut tumultum valuisse popularem, ut indignis quibusque et longe extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium et gubernatio Ecclesie crederetur. Non est hoc consulere populis sed nocere, nec præstare regimen sed augere discrimen. Integritas enim præsidium salus est subditorum, et ubi est incolumitas obedientie, ibi sana est forma doctrinæ. Principatus autem, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupavit, etiam si moribus atque acibus non offendit, ipsius tamen initii sui est perniciosus exemplo: et difficile est, ut bono peragantur exitu quæ malo sunt inchoata principio. Quod si in quibuslibet Ecclesie gradibus providenter scienterque curandum est, ut in homini domo nihil sit inordinatum, nihilque præposterum; quanto magis elaborandum est, ut in electione ejus qui supra omnes gradus constituitur non erretur? Nam totius familie status et ordo notabit, si quod requiritur in corpore non invenitur in capite. Ubi est illa beati apostoli Pauli per Spiritum Dei emissa præceptio, qua in persona Timothei omnium sacerdotum Christi numerus eruditur, et proinde unicuique nostrum dicitur: *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis? Quid est cito manus nemini imposueris, nisi ante aetatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem qualis ille est qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum qui rectum scrutatur in eligendo sacerdote iudicium; ita gravi semetipsum afficit damno qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cujusquam persona præmittendum est quod institutis generalibus continetur, nec putandus est honor ille legitimus qui fuerit de prævaricatione collatus. Dicente enim Apostolo, ut inter electionis regulas is episcopus ordinetur quem unius uxoris virum fuisse aut esse constiterit, tam sacra semper habita est ista præceptio, ut etiam de muliere sacerdotis eligendi eadem intelligeretur servanda conditio, ne forte illa priusquam in matrimonium ejus veniret qui aliam non habuisset uxorem alterius viri esset experta conjugium. Quis igitur dissimulare audeat quod in tanti sacramenti perpetratur injuriam, cum huic magno venerandoque mysterio, nec legis quidem statuta defuerint, quibus evidenter est definitum, ut virginem sacerdos accipiat, et alterius torum nesciat conjugis quæ uxor est futura pontificis? Jam tunc enim in sacerdotibus figurabatur Christi et Ecclesie*

PAPOL. LXXXIV.

spirituale conjugium, ut quoniam vir caput est mulieris, discat sponsa Verbi non alium virum nosse quam Christum, qui **II** merito unam elegit, unam diligit, et aliam præter ipsam suo consortio non adjungit. Si ergo etiam in Veteri Testamento hæc sacerdotium conjugiorum forma servata est, quanto magis sub revelata jam gratia constituti apostolicis debemus servare præceptis, ut quamlibet quis bonis moribus præditus et sanctis operibus inveniatur ornatus, nequaquam tamen vel ad diaconi gradum, vel ad presbyterii honorem, vel ad episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum non unius uxoris virum, aut uxorem ejus non unius viri fuisse constiterit? Monente vero Apostolo atque dicente: *Illi autem probentur primo, et sic ministrent*, quid aliud intelligendum putamus, nisi ut in his promotionibus non solum matrimoniorum privilegia, sed etiam laborum merita cogitemus, ne aut a baptismo rudibus, aut a sæculari actu repente conversis officium pastorale credamus, cum per omnes gradus militiæ Christianæ de incrementis profectuum debeat æstimari, an possint cuique majora committi? Merito beatorum Patrum venerabiles sanctiones, cum de sacerdotum electione loquerentur, eos demum idoneos sacris administrationibus censuerunt, quorum omnis ætas a puerilibus exordiis usque ad provectiones annos per disciplinæ ecclesiasticæ stipendia cucurrisset, ut unicuique testimonium prior vita præberet, nec posset de ejus provectione dubitari cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis celsioris loci præmium deberetur. Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris indignum est pervenire, et notari ambitus solent quos probitatis documenta non adjuvant, quam diligens et quam prudens habenda est dispensatio divinatorum munerum et cœlestium dignitatum, ne in aliquo apostolica et canonica decreta violentur, et his Ecclesia Domini regenda credatur qui legitimarum institutionum nescii, et totius humilitatis ignari, non ab infimis sumere incrementum, sed a summis volunt habere principium, cum valde iniquum sit et absurdum, ut imperiti magistris, novi antiquis, et rudes præferantur emeritis? In domo quidem magna necesse est ut, sicut Apostolus dixit, vasa diversa sint, quædam aurea et argentea, quædam vero lignea et fictilia. Sed horum ministerium pro materiæ qualitate dividitur, nec qui est pretiosorum, idem usus est vilium. Nam inordinata erunt omnia; si fictilia aureis, et lignea præferantur argenteis. Sicut autem in ligneis et fictilibus eorum hominum species figuratur, qui nullis adhuc virtutibus nitent; ita in aureis et in argenteis hi sine dubio declarantur, qui per longum eruditionis ignem, et per fornacem diuturni laboris excocti aurum probatum et argenteum purum esse meruerunt. Quibus si merces pro devotione non redditur, omnis obedientia solvitur, omnis ordo turbatur, dum in Ecclesia qui nullum subierunt ministerium perverso eligentium iudicio indubitum obtineat principatum. Cum ergo inter vos

23

tantum valuerint aut studia popularium, aut ambitus A
superborum, ut non solum laicos, sed etiam secunda-
rum uxorum viros, aut viduarum maritos ad officium
cognoscamus pastorale provecios : nonne apertissimæ
exigunt causæ, ut Ecclesias in quibus ista commissa
sunt iudicio severiori purgemus, et non solum in ta-
les præsules, sed etiam in ordinatorum eorum digna
distributio moveatur? Sed circumstat nos hinc man-
suetudo clementiæ, hinc censura iustitiæ. Et quia
universæ viæ Domini misericordia et veritas, cogi-
mur secundum sedis apostolicæ pietatem ita nostram
temperare sententiam, ut trutinato pondere delictorum,
quæ constat non unius esse mensuræ, quædam
definiamus utcumque toleranda, quædam vero peni-
tus amputanda. Eos enim qui vel secundas nuptias
inierunt vel viduarum se conjugio sociarunt, in sa-
cerdotio manere non patimur, et multo magis illum
qui simul duarum est maritus uxorum, vel illum qui
a prima uxore dimissus alteram duxisse perhibetur,
privandos honore decernimus. Cæteros vero quorum
provecio hoc tantum reprehensionis incurrit
quod ex laicis ad officium episcopale electi [Bibl.
Reg., delecti] sunt, neque ex hoc quod uxorem ha-
bent possunt esse culpabiles, susceptum sacerdotium
tenere permitimus, non præiudicantes apostolicæ
sedis statutis, nec præcessorum nostrorum nostrisque
decretis, quibus salubriter constitutum est, ne
primum vel secundum in Ecclesia gradum, aut tertium
quisquam laicorum quibuslibet suffragiis fultus
ascendat, priusquam ad hoc meritum per legitima
augmenta perveniat. Quod enim nunc utcumque ve-
niabile est, inultum postmodum esse non poterit, si
quisquam id quod omnino interdiximus usurpare
presumpserit, quia remissio peccati non dat licentiam
delinquendi, nec quod potuit aliqua ratione
concedi amplius patiemur impune committi.

II. De Donato Novatianorum episcopo, et de Maximo
ex Donatistis.

Donatum autem Salacensem ex Novatiano cum
sua, ut comperimus, plebe 115 conversum ita do-
minico volumus gregi præsidere, ut libellum fidei

^a In reliquis, præter Alv., manifestet.

^b Ex cæteris. præter Alv., in quo, Accaro.

suæ ad nos meminerit dirigendum, quo et Novatiani
dogmatis damnet errorem, et plenissime constentur
catholicam veritatem. Maximum quoque ex laico,
licet reprehensibiliter ordinatum, tamen si Dona-
tista jam non est, et ab spiritu schismaticæ pravita-
tis alienus est, ab episcopali, quam quoque modo
adeptus est, non repellimus dignitate, ita ut ipse
libello ad nos edito catholicum se esse demonstret ^a.
III. De Aggare ^b et Tiberiano, qui ex laicis fuerunt ordi-
nati.

De Aggare vero et Tiberiano, quorum a cæteris
qui ex laicis ordinati sunt in hoc causa diversa est,
quod eorum ordinationi atroces tumultus et sævæ
seditiones memorantur esse famulatae, vestro iudicio
cuncta committimus, ut relata habiti apud vos
examinis fide, quid de supradictis statuendum sit
scire possimus.

IV. De virginibus sacris quæ vim barbaricam pertu-
lerunt ^c.

Illæ autem famulæ Dei quæ integritatem pudoris
oppressione barbarica perdiderunt laudabiliores
erunt in humilitate ac verecundia, si se incontami-
natis non audeant comparare virginibus. Quamvis
enim omne peccatum ex voluntate nascatur, et po-
tuerit corruptione carnis mens invita non pollet,
minus tamen hoc illis oberit, si quod potuerunt
animo non admittere doleant se vel corpore perdi-
disse.

V. De statutis canonum conservandis.

Cum itaque de omnibus quæ fratris nostri Poten-
tii relatio continebat, plenissime dilectionem ve-
stram videatis instructam, supererit ut concordii
obedientia salubres suscipiatis hortatus, et nihil
per concertationem agentes, sed ad omne studium
devotionis unanimes divinis et apostolicis constitu-
tionibus serviatis, et in nullo patiamini pia cano-
num decreta violari. Quæ enim nunc certarum re-
missionis consideratione causarum, antiquis dein-
ceps custodienda sunt regulis, ne quod ad tempus
pia lenitate concessimus, justa posthac ultione plec-
tamus.

^c Ex reliquis, præter Alv., in quo, tulerunt.

^d Diffusior est in excussis hæc epistola.

LXX

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS

AD THEODORUM FOROJULIENSEM EPISCOPUM.

Ut his qui in exitu sunt pœnitentiæ et communio non negetur.

Leo Theodoro episcopo Forojulensi salutem.

Sollicitudinis quidem tuæ iste ordo esse debue-
rat, ut cum metropolitano tuo primitus de eo quod
quærendum esse videbatur conferres, ac si id quod
ignorabat dilectio tua etiam ipse nesciret, instrui
vos pariter posceretis : quia in causis quæ ad gene-
ralem 116 observantiam pertinent, nihil sine pri-
matibus oportet inquiri. Sed quomodo instruat
ambiguitas consulenti, vel quid de pœnitentiam

D statu ecclesiastica habeat regula, non tacebo. Mul-
tiplex misericordia Dei ita lapsibus humanis subvenit,
ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam
per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparatur
æternæ, ut qui regenerationis dona violassent, pro-
prio se iudicio condemnantes, ad remissionem cri-
minum pervenirent, sic divinæ bonitatis præsidio
ordinatis, ut indulgentia Dei nisi supplicationibus
sacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim Dei et

hominum homo Dominus Jesus Christus hanc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, ut et confitentibus pœnitentiæ sanctionem darent, et eadem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per januam reconciliationis admitterent. Cui utique operi incessabiliter ipse Salvator intervenit, nec unquam ab his abest: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*; ut si quid per servitutem nostram honore ordine et grato impletur effectu, non ambigamus per sanctum Spiritum nobis fuisse donatum. Si autem aliquis eorum pro quibus Domino supplicamus, quocumque interceptus obstaculo a munere indulgentiæ præsentis exciderit, et priusquam ad constituta remedia perveniret temporalem vitam humana conditione finierit, quod manens in corpore non recepit, consequi exutus carne non poterit. Nec necesse est nos eorum qui obierint meritum actusque discutere, cum Dominus noster, cujus iudicia nequeunt comprehendere, quod sacerdotem implere ministerium non sinivit suæ justitiæ reservaret: ita potestatem suam timere volens, ut hic terror omnibus prosit, et quod quibusdam tepidis aut negligentibus accidit nemo non metuat. Multum enim utile ac necessarium est ut peccatorum reatus ante ultimum diem sacerdotali supplicatione solvatur. His autem qui in tempore necessitatis et in periculi urgentis instantia præsidium pœnitentiæ et mox reconciliationis implorant nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda, quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera conversio, dicente Dei Spiritu per prophetam: *Cum conversus inveneris, tunc salvus eris*; et alibi: *Dic tu iniquitates tuas prior, ut justificeris*; item: *Quia apud Dominum misericordiu est, et copiosa apud eum redem-*

ptio. In dispensandis itaque Dei donis non debemus esse difficiles; nec se accusantium gemitus lacrymasque negligere, cum ipsam pœnitendi affectionem ex Dei credamus inspiratione conceptam, dicente Apostolo: *Ne forte det illis Deus pœnitentiam, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur in ipsius voluntate*. Unde oportet unumquemque Christianum conscientiæ suæ habere iudicium, ne de die in diem differat ad Dominum converti, nec satisfactionis sibi tempus in vitæ suæ finem constituat, quem periculose ignorantia humana concludit, ut ad paucarum horarum spatium se reservet incertum; et cum possit pleniore satisfactione indulgentiam promereri, illius temporis angustias eligat quo vix inveniat spatium vel confessio pœnitentis vel reconciliatio sacerdotis. Ita ergo etiam talium necessitati auxiliandum est, ut nec actio illis pœnitentiæ nec communionis gratia denegetur, si eam etiam amisso vocis officio per indicia integri sensus exarere comprobentur. Quod si ita aliqua ægrotudine fuerint aggravati, ut quod paulo ante poscebant sub præsentia sacerdotis significare non valeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debent, ut simul tamen et pœnitentiæ et reconciliationis beneficium consequantur, servata tamen regula canonum circa eorum personas, qui in Dominum a fide discedendo peccaverunt. Hæc autem, frater, quæ ad interrogationem dilectionis tuæ ideo respondi ne aliquid contrarium sub ignorantia excusatione gereretur, in metropolitani tui notitiam facies pervenire, ut si qui forte sunt fratrum, qui de his antea putaverunt ambigendum, per ipsum de omnibus quæ ad te scripta sunt innotescat. Datum in Idus Junias [Tol. 2, Julias], Herculano viro clarissimo consule.

^a Ex Æm., Bibl. Reg., Ger. et Urg. In reliquis: *in dominica fide discedendo*.

LXXI

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD LEONEM RAVENNENSEM EPISCOPUM.

Leo Leoni episcopo Ravennensi salutem.

117 Frequenter quidem in diversarum ambiguo questionum titubantia fratrum corda, spiritu Dei D instruente, solidavimus, responsionis formam vel ex sacrarum Scripturarum disciplinis vel ex Patrum regulis colligentes, sed nuper in synodo novum et inauditum antea genus consultationis exortum est.

1. De parvulis qui in captivitate devenerunt, et baptismi gratiam non reminiscuntur.

Nam quorundam fratrum suggestione comperimus aliquos captivorum ad sedes suas libertate redeuntes, qui scilicet in captivitate illa ætate pervenerunt, quæ nullius rei firmam poterit habere notitiam, remedium quidem implorare baptismatis; sed, utrum ejusdem mysterii ante sacramenta perceperint per infantie scientiam non posse reminisci: et ideo sub hoc latentis recordationis incerto ani-

mas suas in discrimen adduci, dum sub specie cautionis negatur his gratia, quæ ideo non impenditur quia putatur impensa. Cum itaque tribuere talibus dominici sacramenta mysterii non immerito quorundam fratrum formido dubitaret, in synodali, ut diximus, cœtu formam hujus consultationis accepimus, quam diligentius discuti et pro uniuscujusque sensu sollicita volumus ratione tractari, quo ad veritatem habita cognitione multorum certius pervenire possimus. Eadem ergo quæ in sensum nostrum divina inspiratione venerunt frequens etiam fratrum firmavit assensio. Imprimis itaque providere debemus ne, dum speciem quamdam cautionis tenemus, damnum regenerandarum incidamus animarum. Quis enim ita sit suspicionibus suis deditus, ut verum esse definiat quod Domini manifestatione cessante ex opinione ambigua suspicatur? Cum itaque bapti-

zatum se nec ille recordetur, qui regenerationis est cupidus, nec alter attestari de eo possit qui nesciat consecratum, nihil est in quo peccatum possit obrepere, cum in hac parte conscientiae suae nec ille reus sit qui consecratur, nec ille qui consecrat. Scimus quidem inexpiabile esse facinus quoties juxta haereticorum damnata a sanctis Patribus instituta cogitur aliquis lavacrum, quod regenerandis semel tributum est, bis subire, apostolica reclamante doctrina, quae nobis unam praedicat in trinitate Deitatem, unam in fide confessionem, unum in baptisate sacramentum. Sed in hoc nihil simile formidatur, quoniam non potest in iterationis crimen venire quod factum esse omnino nescitur. Atque ideo quoties persona talis inciderit, sollicita primum examinatione discutite et longo tempore, nisi forte supremus finis imminet, indagate, utrum nemo penitus sit qui testimonio suo juvare possit

ignorantiam nescientia. Et cum constiterit hanc qui baptismatis indiget sacramento sola inaniter suspicione prohiberi, accedat intrepidus ad consequendam gratiam cujus in se nullum scit esse vestigium: nec vereamur huic januam salutis aperire, quam nunquam ante docetur ingressus.

II. *Ut ab haereticis baptizatus per manus impositionem accipiat Spiritum sanctum.*

Quod si ab haereticis baptizatum quempiam fuisse constiterit, erga hunc nullatenus sacramentum regenerationis iteretur; sed hoc tantum quod ibi defuit, conferatur, ut per episcopalem manus impositionem virtutem sancti Spiritus consequatur. Quam rem, frater charissime, ideo generaliter ad omnium vestrum volumus notitiam pervenire, ne dum plus justo metuitur, misericordia Dei salvari cupientibus deegeretur. Datum VII Kalendas Novembris, consulatu Majoriani Augusti.

LXXII

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD DIOSCORUM ALEXANDRINUM EPISCOPUM.

Leo Dioscoro episcopo Alexandrino salutem.

118 Quantum dilectioni tuae dominicae charitatis impendamus affectum, ex hoc poteris approbare, quod tua firmiter fundare festinemus initia, ne quid charitati tuae ad perfectionem deesse videatur, cum tibi spiritualis gratiae merita, ut probavimus, suffragentur. Paterna igitur et fraterna collatio debet sanctitati tuae esse gratissima, et a te taliter suscipi, quemadmodum eam a nobis intelligis proficisci. Unum enim nos sentire oportet et agere, ut, sicut legimus, in nobis quoque unum esse cor et unam animam comprobetur. Cum enim beatissimus Petrus apostolicum a Domino acceperit principatum^a, et Romana Ecclesia in ejus permaneat institutis, nefas est credere quod sanctus discipulus ipsius Marcus, qui Alexandrinam primus Ecclesiam gubernavit, aliis regulis traditionum suarum decreta formaverit, cum sine dubio de eodem fonte gratiae unus spiritus et discipuli fuerit et magistri, nec aliud ordinatus tradere potuerit, quam quod ab ordinatore suscepit. Non ergo patimur, ut cum unius nos esse corporis et fidei fateamur, in aliquo discrepemus, et alia doctoris, alia discipuli statuta videantur.

I. *De ordinatione presbyteri, vel diaconi ut sabbato sancto celebretur, id est, die Dominico.*

Quod ergo a patribus nostris propensiore cura novimus esse servatum, a vobis quoque volumus custodiri; ut non passim diebus omnibus sacerdotalis vel levitica ordinatio celebretur, sed post diem sabbati ejus noctis, quae in prima sabbati lucescit, exordia deligantur: in quibus his, qui consecrandi sunt, jejunis, et a jejunantibus sacra benedictio conferatur. Quod ejusdem observantiae erit^b, si mane ipso Dominico die continuato sabbati jejunio cele-

bratur, a quo tempore praecedentis noctis initia non recedunt, quam ad diem resurrectionis, sicut etiam in pascha Domini declaratur^c, pertinere non dubium est. Nam praeter auctoritatem consuetudinis, quam ex apostolica novimus venire doctrina, etiam sacra Scriptura manifestat, quod cum apostoli Paulum et Barnabam ex praecipito Spiritus sancti ad Evangelium gentibus mitterent praedicandum, jejuantes et orantes imposuerint eis manus, ut intelligamus quanta et dantium et accipientium devotione curandum sit, ne tantae benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo pie et laudabiliter apostolicis morem gesseris institutis, si hanc ordinandorum sacerdotum formam per Ecclesias quibus Dominus praesente te voluit etiam ipse servaveris, ut his qui consecrandi sunt nunquam benedictio nisi in die dominicae resurrectionis tribuatur, cui a vespere sabbati initium constat adscribi, et tantis divinarum dispositionum mysteriis consecratam, ut quidquid a Domino est insignis constitutum in hujus diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium; in hac per resurrectionem Christi et mors interitum, et vita accepit principium: in hac apostoli a Domino praedicandi omnibus gentibus Evangelii tubam sumunt, et inferendum universo mundo sacramentum regenerationis accipiunt: in hac, sicut beatus Joannes evangelista testatur, cum congregatis in unum discipulis, clausis januis, ad eos Dominus introisset, insufflavit, et dixit: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remisistis peccata, remittentur eis, et quorum retinueritis^d retenta erunt.* In hac denique promissus a Domino apostolis Spiritus sanctus advenit, ut caelesti quadam regula insinuata et tradita noverimus in illa **119** die cele-

^a *Em., apostolicam a Domino acceperit potestatem.*

^b *Ex reliquis, praeter Alv., in quo, est.*

^c *Ex caeteris, praeter Alv. et Esc. 3, in quibus: detinueritis, detenta*

brauda nobis esse mysteria sacerdotalium benedictionum, in qua consulto tribuuntur omnia dona gratiarum.

II. *De festiuitatibus si una agenda populis non suffecerit, nulla sit dubitatio iterare sacrificium.*

Ut autem in omnibus observantia nostra concordet, illud quoque volumus custodiri, ut cum solemnior festiuitas conuentum populi numerosioris indixerit, ea ad eandem fidelium multitudo conueniret quam recipere basilica una simul non possit, sacrificii oblatio indubitanter iteretur, ne, his tantum admissis ad hanc deuotionem qui primi aduenerint, videantur hi qui postmodum confluxerint non recepti; cum plenum pietatis atque rationis sit, ut quoties basilicam, in qua agitur, præsentia novæ plebis impleverit, to-

ties sacrificium subsequens offeratur. Necessè est autem ut quadam populi pars sua deuotione priuatur, si unius tantum missæ more seruato sacrificium offerri non possint nisi qui prima diei parte conueniant. Studiosè ergo dilectionem tuam et familiariter admonemus, ut quod nostræ consuetudini ex forma paternæ traditionis insedit tua quoque cura non negligat, ut per omnia nobis fide et actibus congruamus. Propter quod remeanti filio nostro Possidonio presbytero hanc ad fraternitatem tuam epistolam dedimus perferendam, qui nostris processionibus atque ordinationibus frequenter interfuit, et toties ad nos missus, quid in omnibus apostolicæ auctoritatis teneremus, agnovit. Datum xi Kalendas Julias.

LXXIII

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD EPISCOPOS PER CAMPANIAM.

Leo universis episcopis per Campaniam Samnium et Picenum salutem.

I. *Ut non omni tempore baptismi regeneratio de ur, nisi Pascha, et Pentecoste, et si periculosa infirmitas obrepserit.*

Magna indignatione commoveor, et multo dolore contristor, quod quosdam ex vobis comperi ita esse apostolicæ traditionis oblitos, et studio sui erroris intentos, ut præter paschale festum^b, cui sola Pentecostes solemnitas comparatur, audeant sibimet, non aliqua humanæ infirmitatis necessitate cogente, sed sola indisciplinati arbitrii libertate, jus baptismatis vindicare, et in natalibus martyrum, quorum finis aliter honorandus est quam dies dominicæ passionis, regenerationis celebrare mysteria, ac sine ullis spiritualium præparationum eruditionibus ita rudibus et imperitis tradere sacramentum, ut circa renovandos nihil doctrinæ ecclesiasticæ, nihil in exorcismis impositio manuum, nihil ipsa jejunia, quibus vetus homo destruitur, operentur, neque in tot mysteriis salutis humanæ ulla ejus diei habeatur exceptio, in qua ipsum donum est conditum renascendi. Admonemus igitur, et non sine periculo status eorum qui hoc faciunt protestamur, ut ab hac præsumptione cessent, et summam hanc potentissimamque Dei gratiam non nisi in paschali et Pentecostes die desiderantibus et credentibus conferatis, manente quolibet tempore gravium necessitatum ac periculorum consideratione, secundum quam oporteat subvenire, ne conditione mortali coarctata infirmitas necessaria liberatione fraudetur, cum seruata, sicut prælocuti sumus, duarum tantummodo festiuitatum reverentia

^a *Æm., Bibl. Reg., Esc. 3, Urg., Ger., Tol. 1, 2, oppresserit.*

propter multa pericula sit cavendum, ne cuiquam aut in desperata ægritudine, aut in hostilitatis incursu, aut in timore naufragii per sacerdotes Domini regeneratio denegatur. Si quis vero post hoc interdictum in eadem fuerit usurpatione detectus, dignam pertinaciæ suæ incidet ultionem, quoniam ostendit se turpe potius lucrum, quam religionis cultum esse sectatum.

II. *De pœnitentia fidelium, ut confessio eorum non publicetur.*

Illam etiam contra apostolicam regulam præsumptionem, quam nuper agnovi a quibusdam illicita usurpatione committi, modis omnibus constituo submoveri; de pœnitentia scilicet, quæ a fidelibus postulatur, ne de singulorum peccatorum genere libellis scripta confessio publice recitetur, cum reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secreta. Quamvis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur; tamen quia non omnium hujusmodi sunt peccata, ut ea quæ pœnitentiam poscunt non timeant publicare, removeatur improbabilis consuetudo, ne multa a pœnitentiæ remediis arceantur, dum aut erubescunt aut metuunt inimicis suis sua facta reserari, quibus possit legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio, quæ primum Deo offertur, tum etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt provocari, si populi auribus non publicetur conscientia contentis. Datum ii Nonas Martias, Recimero consule.

^b *Ex Æm. In reliquis, festivum.*

LXXIV

DECRETUM SYNODALE HILARII PAPÆ.

Flavio Basilico [*Æm., Urg., Basilico*] et Hermenico viris clarissimis consulibus sub die xii Kalendas

Decembris in basilica sanctae Mariae residente papa Hilario una cum episcopis numero quinquaginta, residentibus etiam universis presbyteris, astantibus quoque diaconibus, Hilarius episcopus urbis Romae synodo praesidens dixit:

I. *Canonum statuta servanda.*

Quoniam religiosus sancto Spiritu congregante conventus hortatur ut quaedam quae pro disciplina ecclesiastica necessaria sunt cura diligentiore tractemus, si placet fratribus ea quae ad ordinationum tenorem pertinent iuxta divinae legis praecepta, et Nicænorum canonum constituta ita iuvante Domino in omne ævum mensura solidemus, ut nulli fas sit sine status sui periculo vel divinas constitutiones, vel apostolicæ sedis decreta temerare; ne nos, qui potentissimi sacerdotii administramus officia, talium transgressionum culpa respiciat, si in causis Dei desides fuerimus inventi: quia meminimus quod timere debemus, qualiter comminatur Dominus negligentiam sacerdotum, siquidem reatu majore delinquit qui potiori honore perfruitur, et graviora facit vitia peccantium sublimitas dignitatum.

II. *Ut bigamus, aut viduæ, vel corruptæ maritus ad ecclesiasticos gradus non accedat.*

Cavendum ergo imprimis, ne ad sacros [Æm., sacerdotales] gradus, sicut gestis prioribus ante præscriptum est, quisquis qui uxorem virginem non duxit aspiret. Repellendus etiam **121** quisquis in secunda uxoris nuptias contra apostolica præcepta convenerit.

III. *Ut pœnitentes, vel inscii litterarum, sive defectu membrorum aut decisionis aliquid minus habentes ad superiores ordines non ventiant.*

Insicii quoque litterarum, aut aliqua membrorum damna perpassi, vel hi qui ex pœnitentibus sunt, ad sacros ordines aspirare non audeant. Quisquis talium consecrator extiterit, factum suum ipse dissolvat.

IV. *Ut ea quæ illicita episcopus vel decessor ejus ordinavit, ab eo qui superest emendentur.*

Sed et quodcumque quis commisit illicitum, aut a decessoribus suis invenit admissum, si proprium

^a In reliquis, præter Alv., Tol. 1, 2, residente venerabili papa.

^b Peritus hæc desumpta est ex Codicibus. Æm., Bibl. Reg., Tol. 1, 2, Urg. et Ger., cum desit in re-

periculum vult vitare, damnabit: nos enim in nullo volumus severitatem ultionis excedere. Sed qui in causis Dei vel contumacia vel aliquo excessu deliquerit, aut ipse quidquid in aliquo non rescaverit, inveniet. Quod ut deinceps possit tenacius custodiri, si placet, omnes sententias et subscriptiones proprias commodate, ut synodali judicio aditus claudatur illicitus. Ab universis episcopis dictum est sexies: Hæc et confirmamus et docemus. Dictum est octies: Hæc tenenda sunt, hæc servanda sunt. Dictum est quinques: Doctrinæ vestræ gratias agimus. Dictum est decies: Ista, ut in perpetuum serventur, rogamus. Dictum est quindecies: Ista per sanctum Petrum, ut in perpetuum serventur, optamus. Dictum ^b est octies: Hæc præsumptio nunquam fiat. Dictum est decies: Qui hæc violaverit, in se inveniet excommunicationis censuram ^c et facto silentio Hilarius episcopus dixit.

V. *Ut nullus episcopus sibi eligat successorem.*

Præterea, fratres, nova et inaudita, sicut ad nos missis de Hispaniis epistolis sub certa relatione pervenit, in quibusdam locis perversitatum semina subinde nascuntur. Denique nonnulli episcopatum, qui non nisi meritis præcedentibus datur, non divinum munus, sed hæreditarium putant esse compendium, et credunt sicut res caducas atque mortales ita sacerdotium velut legati aut testamentario jure posse dimitti. Nam plerique sacerdotes in mortis confinio constituti in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare, ut scilicet non legitime expectetur electio, sed defuncti gratificati populi habeatur assensu. Quod quam grave sit æstimatis: atque ideo, si placet, etiam hanc licentiam generaliter de Ecclesiis auferamus, ne, quod turpe dictum est, homini se quisquam putet debere quod Dei est. Ut autem quod ad nos perlatum est ad vestram etiam poterit pervenire notitiam, Hispanorum et coepiscoporum fratrum nostrorum scripta legantur. Paulus notarius recitavit: et statutum est ne quid ultra hujusmodi sacerdotibus præsumatur.

liquis.

^c Verba hæc: *excommunicationis censuram*, desunt in Alv., Æm., Esc. 3. et Ger. Desumpta sunt ex cæteris Codicibus.

LXXV

EPISTOLA EJUSDEM HILARII PAPÆ AD ASCANIUM ET AD UNIVERSOS TARRACONENSIS PROVINCIÆ EPISCOPOS.

Dilectissimis fratribus Ascanio et universis episcopis Tarraconensis provinciæ Hilarius episcopus.

122 Postquam litteras vestræ dilectionis accepimus, quibus præsumptiones Silvani episcopi Calagurriensium Ecclesiæ retundi petistis, et rursus Barcinonensium quæritis nimis illicita vota firmari: honoratorum et possessorum ^a Turiassonensium, Cascauten-

sium, Calagurritanorum, Varenensium [In Excusis, Virgiliensium], Tritiensium, Legionensium, et Birosvescentium [In Excusis, Civitatensium] civitatum cum subscriptionibus diversorum litteras nobis constat ingestas, per quas id quod de Silvano querela vestra deprompserat excusabant. Sed reprehensione justissima eorum pariter allegatio non carebat; quia

^a Ex reliquis, præter Alv. et Esc. 3, in quibus, *episcoporum*.

præter consensum metropolitani fratris ^a et coepiscopi nostri Ascanii nonnullis civitatibus ordinatos claruit sacerdotes. Unde quoniam quidquid ab alterutra parte est indicatum omne vidimus perversitate confusum, temporum necessitate perspecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere quod gestum est, ut nihil deinceps contra sententiam beati Apostoli, nihil contra Nicænoram canonem constituta tentetur.

I. Ut nullus sine consensu metropolitani episcopus ordinetur.

Hoc autem primum juxta eorundem Patrum regulas volumus custodiri, ut nullus præter notitiam atque consensum fratris Ascanii metropolitani aliquatenus consecratur antistes, quia hoc vetus ordo tenet; hoc et trecentorum decem et octo sancta Patrum defluit auctoritas: cui quisquis obvias tetenderit manus, eorum se consortio fatetur indignum quorum præceptionibus reluctarit.

II. Ut nullus episcoporum, relicta propria Ecclesia, ad aliam transeat.

In quorum contumeliam a superbo spiritu etiam pars illa contemnitur, qua cavetur, ne quis relicta Ecclesia sua ad aliam ^b transire præsumat. Quod nimis improbe conniventibus, et (ut doleatur gravius) vobis asserentibus Irenæus episcopus conatur admittere, qui nostra auctoritate roborare cupitis, quos maxime de rebus illicitis magna indignatione probatis accendi. Lectis ergo in conventu fratrum, quos natalis mei festività congregarat, litteris vestris, quæ de ordinandis episcopis secundum statuta canonum vel prædecessorum meorum decreta fuerit prolata sententia, gestorum quæ pariter direximus tenore discetis.

III. Ut Irenæus remotus a Barcinonensi ad propriam revertatur.

Unde remoto ab Ecclesia Barcinonensi atque ad suam remisso Irenæo episcopo, sedatis per sacerdotalem modestiam voluntatibus, quæ per ignorantiam ecclesiasticarum legum desiderant quod non licet obtinere; talis protinus de clero proprio Barcinonensibus episcopus ordinetur, qualem te præcipue, frater Ascani, oporteat eligere et deceat consecrare,

^a Ex cæteris, præter Alv., in quo, *patris*.

^b In cæteris, præter Alv., *alteram*.

ne si aliter forte factum fuerit non sine objurgatione maxima tui nominis retundat nostra præceptio, quod in injuriam Dei, a quo specialiter **123** sacerdotium est gratia dignitatum, didicerimus admissum, nec episcopalis honor hæreditarium jus putetur, quod nobis sola Dei nostri benignitate confertur.

IV. De removendis episcopis qui illicite ordinati sunt, et ne in una Ecclesia duo episcopi habeantur.

Ordinatos ergo nunc episcopos, qui, licet te ignorante procecti sunt, cum suis auctoribus meruerint submoveri, hæc ratione firmamus, si nec viduæ maritus fuerit quisquam, nec in secundæ conjugis nuptias ac vota convenerit, sicut et legalia constituta præcipiunt dicendo: *Sacerdos uxorem virg' nem accipiat, non viduam, non repudiatam*: secundum etiam quod beatus apostolus Paulus magister gentium de his, qui fieri desiderant sacerdotes, propria institutione non tacuit dicens: *Unius uxoris virum*. Cujus tenore sententiæ ita informati esse debetis, fratres charissimi, ut inter cætera, quæ cavenda sunt, hæc studeatis præcipue custodire, quæ cognoscitis ante universa mandari. In quibus etiam prospiciendum est ne duo simul sint unius Ecclesiæ sacerdotes, aut litterarum ignarus, aut carens aliqua parte membrorum, vel etiam ex pœnitentibus aliquis ad sacrum mysterium prorsus sinatur accedere. Nec tantum putetis petitiones valere populorum, ut cum his parere cupitis, voluntatem Dei nostri, quæ peccare prohibet, deseratis; cujus indignatio ex hoc gravius commovetur, quia benignitas ejus, dum sunt illicita per eos, qui sunt interpretes placationis, offenditur.

V. De damnatione Irenæi si ad suam Ecclesiam non revertetur.

Ut autem omnia secundum hæc quæ scripta sunt corrigantur, præsentibus litteris Trajano subdiacono veniente direximus. Quod si Irenæus episcopus ad Ecclesiam suam deposito improbitatis ambitu redire neglexerit, quod ei non judicio sed humanitate præstabitur, removendum se ab episcopali consortio esse cognoscat. Deus vos incolumes custodiat, fratres charissimi

^c Æm., Bibl. Reg., Esc. 3, Urg., Ger., quæ scripsimus.

LXXVI

EPISTOLA EJUSDEM HILARII PAPÆ

AD EUMDEM ASCANIUM TARRACONENSEM EPISCOPUM.

De his quæ superius sunt scripta.

Dilectissimo fratri Ascanio Hilarius episcopus.

Divinæ circa nos gratiæ non immemores esse debemus, quæ nos per dignationis suæ misericordiam ob hoc ad fastigium sacerdotale procecti, ut mandatis ipsius inhærentes et in quadam sacerdotii ejus specula constituti prohibeamus illicita, et sequenda doceamus. Unde directis per Trajanum subdiaconum

nostrum litteris admonemus ut quæ male sunt facta corrigantur. Et miramur admodum dilectionem tuam Barcinonensium petitiones non solum nulla auctoritate retulisse, verum etiam directis ad nos litteris conversationem pravi desiderii postulasse, adhibendo in epistolarum procemio **124** concilii mentionem, tanquam culpæ minuerentur excessus per multitu-

dinem imperitorum, cum si etiam sub significatione A unusquisque sui nominis tecum pariter retulisset, et subscriptiones proprias fratres singuli commodassent, dilectionem tamen tuam rei de qua displicet summa tangebat, quia pro loco et honore tibi debito cæteri sacerdotes docendi fuerant, non sequendi. Unde, sicut generalibus litteris indicavi, Irenæus ad propriam revertatur Ecclesiam, et Barcinonensibus de suo clero protinus consecratur antistes, cui tamen statuta canonum et apostolica præcepta concordent. Et licet hi qui præter notitiam atque consensum tuæ dilectionis ordinati sunt sacerdotes cum suis debuerunt auctoribus submoveri ne quid tamen in tanta necessitate decernamus austerum, si episcopi facti sunt ita volumus permanere, si apostolicis præceptionibus et statutis sanctorum Patrum non reporian-

tur obnoxii, ac deinceps nihil quod contra disciplinam ecclesiasticam veniat, sicut hactenus factum est, petretur. Tuæ sollicitudinis est, frater charissime, debitam tibi auctoritatem tueri, et illicitis non solum modo non præbere assensum, sed etiam cuncta quæ contra regulam fieri repereris coercere, atque ante omnia, quod sola humanitate decernimus, Irenæum ad Ecclesiam suam redire compelle: ad quam sponte potius remeare debet, si sacerdotali consortio metuit separari. Nec unius Ecclesiæ duo esse permittantur antistes, quod opportunius sub prædicti subdiaconi fieri delegamus instantia, quem etiam pro conservanda Ecclesiæ disciplina commovere ad Hispanias dispositionis nostræ fecit auctoritas. Deus te incolumem custodiat, frater charissime.

LXXVII

DECRETA PAPÆ SIMPLICII

DIRECTA AD ZENONEM HISPALENSEM EPISCOPUM.

De commissa vice apostolicæ sedis

Dilectissimo fratri Zenoni Simplicius.

Plurimorum relatu comperimus dilectionem tuam fervore Spiritus sancti ita te navis ecclesiasticæ gubernatorem existere, ut naufragii detrimentum Deo auctore non sentiat. Talibus idcirco gloriantes indicis congruum ducimus vicaria sedis nostræ te aucto-

ritate fulciri, cujus vigore munitus apostolicæ institutionis decreta, vel sanctorum terminos Patrum nullo modo transcendere permittas; quoniam digna honoris remuneratione cumulandus est, per quem in his regionibus divinus crescere innotuit cultus. Deus te incolumem custodiat, frater charissime

LXXVIII

EPISTOLA ACACHII EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

AD SIMPLICIUM EPISCOPUM URBIS ROMÆ.

Domino sancto Patri archiepiscopo Simplicio A- C caciis.

125 Sollicitudinem omnium Ecclesiarum secundum Apostolum circumferentes nos indesinenter hortamini, quamvis sponte vigilantes ac præcurrentes, et vos divinum zelum solito demonstratis, statum Alexandrinæ Ecclesiæ certius requirentes, ut pro paternis canonibus suscipiatis labore piissimo stillantes sudore pro his, sicut semper est approbatum. Sed Christus Deus noster, qui diligentibus se in bonum cooperatur, nostris cogitationibus insidens, ut unam nobis in his mentem atque eandem pro gloria sua esse cognoscens, omnem victoriam ipsæ perfecit, consortes nos cum tranquillissimo principe faciens, et Timotheum quidem decessorem spirantem procellas et ecclesiasticam tranquillitatem, sicut apparuit, conturbantem viæ subtraxit humanæ, dicens ei: *Tace et obmutesce*. Petrum quoque, qui ab Alexandria more simili procellæ surrexerat, dissipavit, atque in æternam fugam, sancto Spiritu fante, convertit unum ex his qui olim fuerant et ante damnati. Sicut enim in nostris archiviis inventum est, et de vestris scriniis, si dignamini requirere, poteritis agnoscere, quæ de eodem subsequuta ab Alexandrino episcopo ad Romam ad alterutrum sint relata. Qui

Petrus noctis existens filius et operum diei luculentum alienus apparet, omnino tenebras ad latrocinium peragendum congruas earum cooperator inveniens media nocte, adhuc jacente cadavere illius qui paternos canones subverterat impulso, subrepsit in sedem, sicut ipse arbitratus est, uno et solo præsentente et eo qui consors ipsius insistebat insanis, ita ut propter hoc majoribus suppliciis subderetur; nec quod sperabat effectum est. Sed ille quidem de se ex parte vel minima iudicans nusquam penitus omnino comparuit. Timotheus autem paternorum custos canonum, qui Davidicæ mausetudinis exemplo subditur, et usque in finem patiens, atque potestati propriæ restitutus a Christo, propriæ sedis honore lætatur, et spiritualium filiorum voces accipiens gratiam curationis expectat multiplicato in se honore a Christo principe sacerdotum, propter quem et tollerantiæ coronam sibi relinquit. Attentius igitur oret vestra beatitudo pro Christianissimo imperatore, et pro nobis ipsis; nihil enim præmittitur eorum quæ ad custodiam ecclesiasticæ respiciunt disciplinæ. Universam fraternitatem quæ vobiscum est in Christo, ego et qui mecum sunt salutatus; et alia manu: In Domino ora pro nobis, justissime pater.

LXXIX

EPISTOLA FELICIS AD EPISCOPOS PER SICILIAM.

Milectissimis fratribus universis episcopis per Siciliam constitutis Felix in Domino salutem.

126 Qualiter in Africanis regionibus astutia diaboli sævierit in populum Christianum, atque in id multiplici deceptione proruperit, ut non modo vulgus incautum, sed ipsos quoque in mortis profunda demerserit sacerdotes, nullus non orbis ingemuit, nulla terra nescivit. Unde in grandi incerore positi dissimulare non possunt: us pereuntium atque a nobis exigendarum discrimen animarum: quapropter competens adhibenda est talibus medela vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera captis peste nihil prosit, sed segnius tractata pernicies reatum non legitimæ curationis involvat pariter saucios et medentes.

I. De his qui rebaptizati doluerunt, et postea pœnitere noluverunt.

Imprimis itaque venientis ad vos et remedium postulantis sollicite discutienda est; confessio et persona decepti, ut medela possit congruens exhiberi, et qui satisfactorius Deo per pœnitentiam rebaptizatum se legitime doluerit, utrum ad hoc facinus concurrerit an impulsus accesserit, requiratur, sciens quod se decipiat ipse qui fallit, nihilque per nostram facilitatem tribunalis Excelsi iudicio derogari, cui illa sunt rata, quæ pia, quæ vera, quæ justa sunt; et aliter necessitatis, aliter tractanda est ratio voluntatis. Deterior est autem causa illius, qui forte pretio sollicitatus est, ut periret. Nihil enim intentatum reliquit inimicus, cui ne de sua liceat gaudere captura, succurrendum est irretitis, et conterendus est venantis laqueus, ut infucatum lamentationibus lapsum tam iustitiæ moderatione quam compunctione pietatis ad aulam quam reliquerat sit regressus. Nec pudeat forsitan aut pigeat indictis juniorum gemituumque temporibus obedire, aut aliis observantiæ salubrioris obtemperare præceptis, quia humilibus datur gratia, non superbis. Sit ergo ruina sua prostratus si quis in Christo fieri quærit erectus, et per dispositionis nostræ ministerium, quod vestram sequi convenit charitatem nec alicui fas est velle vel posse transcendere, causas ejus qui contra apostolicam doctrinam ad iterationem se baptismi dedit, vel ejus qui aliquibus argumentis excusandum callide proprium putaverit esse consensum, sacerdotali vigore, et humanitate tractemus, ut in eis fides quæ nisi est una jam nulla est, adjutorio Domini iudicis ad salutem sine nostræ properationis offensione reparetur. Quia cum peccatoris a nobis satisfactio protrahitur, non præter nostram laudem atque lætitiæ mens ejus ad veniam purgatio invenitur. Et ideo memineritis hanc super his nos habere sententiam, ut servata discretionem peccantium non eadem cuncti qui lapsi sunt lance pensentur, quoniam majoris castigationis est exigendus usura cui domus Domini commissa fuerit disciplina.

A II. De presbyteris vel diaconibus qui in lapsum hæreticorum sese baptismati dederunt.

Ut ergo ab Ecclesiæ summitatibus lueocimus, eos quos episcopos, presbyteros, vel diaconos fuisse constiterit, et seu optantes forsitan, seu coactos lavacri illius unici salutarisque claruerit fecisse jacturam, et Christum, quem non solum dono regenerationis, verum etiam gratia percepti honoris induerant, exuisse, cum constet neminem ad secundam tinctionem venire potuisse, nisi se palam Christianum negaverit, et professus fuerit esse Paganum; quod cum generaliter sit in omnibus execrandum, multo magis in episcopis, presbyteris et diaconibus audita saltem dictoque probatur horrendum: sed quia idem Dominus atque Salvator clementissimus est, et neminem vult perire, usque ad exitus **127** sui diem cum pœnitentia, si respiscunt, jacere convenit: nec orationi non modo fidelium, sed nec catechumenorum quidem omnimodis interesse, quibus communio laica in morte redhibenda est. Quam rem diligentius explorare vel facere probatissimi sacerdotis cura debet.

III. De his qui se rebaptizandos impie dederunt.

De clericis autem et monachis vel puellis Dei aut sæcularibus servari præcipimus hunc tenorem, quem Nicæna synodus circa eos qui lapsi sunt vel fuerunt servandum esse constituit: ut scilicet qui nulla necessitate, nullus rei timore atque periculo, se, ut rebaptizarentur impie dederunt, si tamen eos ex corde pœniteat, tribus annis inter audientes sint; septem autem annis subjaceant inter pœnitentes, manibus sacerdotum, duobus etiam oblationis modis omnibus non sinantur offerre, sed tantummodo popularibus in oratione socientur nec confundantur Deo colla submittere. Quod si, utpote mortales sint, intra metas præscripti temporis cœperit vitæ finis urgere, subveniendum est imploranti, et seu ab episcopo qui pœnitentiam dederit, seu ab illo qui tamen datam esse probaverit, aut similiter a presbytero viaticum abeundi de sæculo non negetur.

IV. De his qui per ignorantiam ætatis rebaptizati sunt.

Pueris autem quibus quod adhuc impuberes sunt a pueritate vocabulum est, seu clericis, sive laicis, aut etiam similibus puellis, quibus ignorantia suffragatur ætatis, aliquandiu sub manus impositione dentis reddenda communio est: nec eorum expectanda pœnitentia quos excipit a coercitione censura. Quod est a nobis provide constitutum, ne hi quibus in terreni labe contagii plus minusve restat ad vitam, dum adhuc in pœnitentia sunt, pœnitenda forte committant. Quod si forte ante præfluitum pœnitentiæ tempus despectus a medicis, aut evidentibus mortis prorsus indicibus recepta quisquam communionis gratia convalescit, servemus in eo quod Nicæni canonis ordinarunt, ut habeatur inter illos qui in ora-

tionem sola communicant, donec impleatur spatium temporis eidem præstitutum. Nec catechumenos nostrus, qui sub tali professione baptizati sunt, præterimus, quia non est causa dissimilis, sicut iidem sancti canones ordinarunt, ejus qui quolibet modo Christum, quem semel confessus est, adjuravit. Tribus annis inter audientes sint, et postea cum catechumenis permittantur orare per manus impositionem communionis catholicæ gratiam percepturi, exceptis sane tantummodo episcopis, presbyteris et diaconibus, quos solo mortis suæ tempore reconciliandos esse jam diximus. Cæteros, id est, seu clericos, sive monachos, seu laicos sexus utriusque personas, quos violentia et periculis coactos iterationem baptismatis subiisse constiterit, vel qui aliquo commento hujus se facinoris piaculo dixerit non teneri, his penitentiam per triennium durare decernimus, et per manus impositionem ad societatem recipi sacramenti.

V. De illis qui ab hæreticis baptizati aut rebaptizati sunt, ut ad ecclesiasticam militiam non pertingant.

Illo per omnia custodito, ne hi unquam qui in qualibet ætate alibi quam in Ecclesia catholica aut baptizati aut rebaptizati sunt, ad ecclesiasticam militiam prorsus permittantur accedere. Quibus satis esse debet, quod in catholicorum numero sunt re-

^a Ex reliquis, præter Alv., in quo contigerit.

cepti, quoniam de suo ordine et communione videtur ferre judicium qui quis hoc voluerit antistitum vel qui non removerit eum quem ex his ad ministerium clericale obrepisse cognoverit

VI. De penitentibus ut ab aliis episcopis non suscipiantur.

Curandum vero maxime et omni cautela est providendum, ne quis fratrum coepiscoporumque nostrorum, etiam presbyterorum in alterius civitate vel diocesi penitentem, vel sub manu positum sacerdotis, aut eum qui reconciliatum se dixerit, sine episcopi vel presbyteri testimonio et litteris, aut in parochia presbyteri, aut episcopi civitate suscipiat. Quod si aliqua dissimulatione negligitur, culpa tangit etiam clericos, qui locis in quibus hoc minus curatum fuerit commorantur. His itaque rite dispositis, et ad Ecclesiarum vestrarum notitiam vestra deliberatione perlatis, parere vos convenit, quibus licet ad animarum reparationem nihil deesse videatur, tamen si cui novi aliquid et quod præterire nos potuit fuerit revelatum, secundum beatum Paulum apostolum, tacente priore, fidenter insinuet, **128** quia Spiritus sanctus ubi vult inspirat, maxime cum sua tractatur; nec nos pigebit audire, et si quæ sunt omissa non arroganter abnuere, sed rationabiliter ordinare. Deus vos custodiat, ^b dilectissimi fratres.

^b Bibl. Reg., vos incolumes custodiat.

LXXX

EPISTOLA EJUSDEM FELICIS AD ACACIUM CONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPUM.

De damnatione ejus quod hæreticis ausus existit communicare

Felix episcopus sanctæ Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ Acacio.

Multarum transgressionum reperiris obnoxius, et in venerabilis concilii Nicæni contumelia sæpe versatus alienarum tibi provinciarum jura temerarie vindicasti. Hæreticos et pervasores, atque ab hæreticis ordinatos, et quos ipse damnaveris atque ab apostolica instituti sede damnari, non modo domo tua recipiendos putasti, verum etiam Ecclesiis aliis, quod nec de catholicis fieri poterat, præsidere fecisti, aut etiam honoribus quos non merebantur auxisti. Testatur hoc Joannes quem a catholicis Apameæ non receptum, pulsumque de Antiochia Tyriis præfecisti: et Humerius tunc de diaconio dejectus, atque Christiani nominis appellatione privatus, a te etiam in presbyterii proventus officium. Et quasi hæc tibi minora viderentur, in ipsam doctrinæ apostolicæ veritatem ausus tuos et superbiam tetendisti, ut Petrus, quem damnatum a sanctæ memoriæ decessore meo ipse retuleras, sicut testantur annexa, beati evangelistæ sedem, connivente te, rursus invaderet, et fugatis orthodoxis episcopis et clericis sui procul dubio similes ordinaret, pulsoque eo, qui illie fuerat regulariter constitutus, captivam teneret Ecclesiam. Cujus tibi adeo grata persona est, et ministri ejus accepti, ut episcopos et clericos plurimos

orthodoxos nunc Constantinopolim venientes detegaris affligere, et apocrisarios ipsius confovere, atque anathematizantem eundem Petrum Chalcedonensis decreta concilii, et violentem sanctæ memoriæ Timothei sepulturam, sicut ad nos certiores nunc quoque nuntii detulerunt, per Mesenum et Vitalem credideris excusandum: nec eum laudare desineres, et multis effere præconiis, ita ut damnationem ipsius quam ante retuleras veram non fuisse jactares. Tantum autem perseveras in hominis defensione perversi, ut quosdam episcopos, nunc vero honore et communione privatos, Vitalem atque Mesenum, quos ad ejus expulsionem specialiter miseramus, sublatis chaffis custodiæ passus fueris mancipari, et ad processionem quæ tibi cum hæreticis habetur, exinde productos, sicut eorum professionibus patefactum est, ad hæreticorum tuamque communionem, contempta, quæ vel gentium jure servari debuit, legatione, pertrahere præmiisque corrumpere, et in læsionem beati Petri apostoli a cujus sede profecti fuerant non solum inefficaces redire feceras, sed etiam impugnatores omnium quæ fuerant mandata monstrares. In quorum deceptionem tuam nequitiam prodidisti, et ad libellum fratris et coepiscopi mei Joannis, qui te gravissimis objectionibus impetivit, in apostolica sede secundum canones respondere

129 diffidens objecta firmasti. Felicem quoque de-
 leusorem fidelissimum nobis, necessitate faciente se-
 rius subsecutum, indignum tuis oculis censuisti. Eos
 quoque tecum litteris communicare testatus est quos
 constat hæreticos. Quid enim sunt aliud qui post
 obitum sanctæ memoriæ Timothæi ad Ecclesiam sub
 Petro redeunt, vel qui se ex catholicis eidem tradi-
 derunt, nisi quod Petrus ab universali Ecclesia atque

A a te fuerat iudicatus? Habe ergo cum his quos liben-
 ter amplecteris portionem ex sententia præsentis,
 quam per tuum tibi dixerimus Ecclesiæ defensorem :
 sacerdotali honore et communione catholica, nec non
 etiam a fidelium numero segregatus, sublatum tibi no-
 men et munus ministerii sacerdotalis agnosce, sancti
 Spiritus iudicio et apostolica per nos auctoritate dam-
 natus, nec unquam anathematis vinculis exuendus.

LXXXI

EPISTOLA FELICIS PAPÆ AD ZENONEM EPISCOPUM .

Dilectissimo fratri Zenoni Felix.

Filius noster vir clarissimus Terentianus [*Æm., Esc.*
 3, Terentius] ad Italiam dudum veniens dilectionis
 tuæ singularis existit prædicator, talemque te esse
 vulgavit, qui ita Christi gratia redundaris, ut inter
 mundi turbines gubernator Ecclesiæ præcipuus ap-
 pareres. Quapropter, frater charissime, cum ad pro-
 vinciam commearis seduleque deposceret nostras ad
 dilectionem tuam litteras destinari, gratanter annui-
 mus; quia et dignum Deo sermone complecti cupe-
 rimus antistitem, et per eum maxime vellemus id
 fieri, cujus nobis fuerat laudibus intimatus. Quamvis

Æm., Zenonem Hispanensem episcopum.

B ergo sanctis operibus ex omni parte præditam fra-
 ternitatem tuam vir præfatus astruxerit, multumque
 fiducia de tua benevolentia jam teneret, æquum ta-
 men est, ut quod desideravit magnopere consequatur :
 quatenus qui tuis olim gratus est animis con-
 templatione nostri reddatur acceptior, simulque ma-
 terna et sacerdotali consolatione foveatur, peregrina-
 tionisque præsidium pastorali pietate reperiat,
 cujus procul dubio et probetur dignitatis affectu non
 parvi apud sinceritatem tuam nostrum, quo nimium
 salutaris, valuisse colloquium. Deus te incoluam
 custodiat, frater charissime.

LXXXII

DECRETUM GENERALE PAPÆ GELASII

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Lu-
 caniam, Britias * et Siciliam constitutis Gelasius.

130 I. *De institutis ecclesiasticis moderamine pro
 temporis qualitate dispositis.*

Necessaria rerum dispositione constringimur et
 apostolicæ sedis moderamine convenimur sic cano-
 num paternorum decreta librare, et retro præsulum
 decessorumque nostrorum præcepta metiri, ut quæ
 præsentium necessitas temporum restaurandis Eccle-
 siis relaxanda deposcit, adhibita consideratione
 diligenti, quantum potest fieri, temperemus : quo
 nec in totum formam veterum videamur excedere
 regularum, et reparandis militiæ clericalis officiis,
 quæ per diversas Italiæ partes ita belli famisque
 consumpsit incursio, ut in multis Ecclesiis, sicut
 fratris et coepiscopi nostri Joannis Ravennensis Ec-
 clesiæ sacerdotis frequenti relatione comperimus,
 usquequaque deficiente servitio ministrorum, nisi
 remittendo paulisper ecclesiasticis promotionibus
 antiquitus intervalla præfixa remaneant, sine quibus
 administrari nequeant sacris ordinibus Ecclesiæ fun-
 ditus destitutæ, atque in plurimis locis per inopiam
 competentis auxilii salutare subsidium redimenda-
 rum desit animarum : nosque magno reatu, si tanto
 coarctante periculo non aliquatenus consulamur,
 innexi.

* Ex Ger. In reliquis, B. itics; recte tamen, Bru-
 tios.

C II. *Ut uli nulla perurget necessitas, constituta Patrum
 inviolata serventur.*

Priscis igitur pro sua reverentia manentibus con-
 stitutis quæ ubi nulla vel rerum vel temporum per-
 urget angustia, regulariter convenit custodiri, qua-
 tenus ecclesiis quæ vel cunctis sunt privatæ minist-
 tris, vel sufficientibus usque adeo spoliatæ servitiis,
 ut plebibus ad se pertinentibus divina munera
 supplere non valeant, tam instituendi, quam provi-
 dendum clericalis obsequii sic spatia dispensanda
 concedimus.

III. *Ut cum defuerint clerici, de monachis eligantur.*

Ut si quis etiam de religioso proposito et discipli-
 nis monasterialibus eruditus ad clericale munus
 accedit, imprimis ejus vitæ præteritis acta temporibus
 inquiratur : si nullo gravi facinore probatur intellectus :
 si secundam non habuit fortasse uxorem, nec a
 marito relictam sortitus ostenditur : si poenitentiam
 publicam fortasse non gessit : si nulla corporis parte
 vitiatum apparet : si servili aut originariæ non est
 conditioni obnoxius : si curiæ etiam probatur nexi-
 bus absolutus : si assecutus est litteras, sine quibus
 fortassis nec ostiarium possit implere : ut si his
 omnibus quæ sunt prædicata ^b, fulcitur, continuo
 lector vel notarius, aut certe defensor effectus post
 tres menses existat acolythus, maxime si huic ætas

^b Æm., Urg., Ger. prædicta.

etiam suffragatur : sexto mense subdiaconi nomen accipiat : ac, si modestæ conversationis honestæque voluntatis existit, nono mense diaconus, completoque anno sit presbyter. Cui tamen quod annorum fuerint interstitia collatura, sancti propositi sponte suscepta docetur præstitisse devotio.

IV. Ut si de laicis eligantur ad clerum, quantum temporis observetur.

Si vero de laicis quispiam ecclesiasticis est aggregandus officii, tanto sollicitus in singulis quæ superius comprehensa sunt huiusmodi decet examinare personam, quantum inter mundanam religiosamque vitam constat esse discriminis. Quia utique convenientia Ecclesiæ ministeria reparanda sunt, non inconvenientibus meritis ingerenda : tantoque magis quod sacris aptum potest esse servitiis, in eorum quærendum est institutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc assoquenda, decerpitur : ut morum habere doceatur hoc probitas quod prolixior consuetudo non contulit : ne per occasionem supplendæ penuriæ **131** clericalis vitia potius divinis cultibus intulisse, non legitimæ familiæ computemur procurasse compendia : quorum promotionibus super anni metas sex menses nihilominus subrogamus, quoniam, sicut dictum est, distare convenit inter personam divino cultui deditam et de laicorum conversatione venientem ; quæ tamen eatenus indulgenda credidimus, ut illis ecclesiis, quibus infestatione bellorum vel nulla penitus vel exigua remanserunt ministeria, renoventur : quatenus his, Deo propitio, restitutis, in ecclesiasticis gradibus subrogandis canonum patrum veterum vetus forma servetur, nec contra eos ulla ratione prævaleat, quod pro accidentis defectus remedio providetur, non adversus scita majorum nova lege prononitur : cæteris Ecclesiis ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas pristinam faciendis ordinationibus convenit tenere sententiam : quo magis hac opportunitate commoti observantiam venerandorum canonum propensius delegamus, singulorum graduum conscientias admonentes, ne in illicitos prorumpere moliantur excessus.

V. De digamis aliisque personis quæ ad ministerium clericatus nullatenus applicantur.

Nec fas esse confidat quisque pontificum bigamos, aut conjugia sortientes ab aliis derelicta, sive quolibet post pœnitentiam, vel sine litteris, vel corpore vitiatos vel conditionarios, aut curiæ publicarumque rerum nexibus implicatos, aut passim nulla temporis congruentis expectatione discussos, divinis servituros applicare mysteriis : neque pro suo libitu jura studeant aliena pervadere absque sedis apostolicæ justa dispositione mandante.

VI. Ut sine præceptione episcopi novæ basilicæ non dedicentur.

Basilicas noviter institutas, non petitis ex more præceptionibus, dedicare nemo audeat. Non ambiat sibi met episcopi vindicare clericos potestatis alienæ.

VII. Ut nulla pretia de baptizandis consignandisque fidelibus exigantur.

Baptizandis consignandisque fidelibus pretia nulla

præstigent, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes ; quoniam quod gratis accepimus gratis dare mandamur. Et ideo nihil a prædictis prorsus exigere moliantur, quo vel paupertate cogente deterriti vel indignatione revocati redemptionis suæ causas adire despiciant : certum habentes, quod qui prohibita deprehensi fuerint admisisse vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subituri proprii sint honoris

VIII. De presbyteris, ut nihil super episcopos præsumant.

Nec minus etiam presbyteros ultra suum modum tendere prohibemus, nec episcopali fastigio debita sibi met audacter assumere : non conficiendi criminatis, non consignationis pontificalis adhibendæ sibi met arripere facultatem : non, præsertim quolibet antistite, nisi fortasse jubeantur, vel orationis vel actionis sacræ suppetere sibi præsumant esse licentiam : neque sub ejus aspectu, nisi jubeantur, aut sedere præsumant aut venerabilia tractare mysteria. Nec sibi meminerint ulla ratione concedi sine summo pontifice subdiaconum, vel acolythum jus habere faciendi : nec prorsus addubitent, si quidquam ad episcopale ministerium specialiter pertinens suo motu putaverint exsequendum, continuo se presbyterii dignitate et sacra communione privari. Quod fieri necesse est censeamus, si eorum præsumule deferente huiusmodi fuerit prævaricatio comprehata, nec ipso eorum episcopo a culpa conniventia et ultione vacaturo, si immoderata facientem dissimulaverit vindicare.

IX. Ut diaconi mensuram propriam juxta Patrum decreta custodiant.

Diaconos quoque propriam constitutum observare mensuram, nec ultra talem patris canonibus deputatum quidpiam tentare permittimus : nihil eorum suo ministerio penitus applicare, quæ primis ordinibus proprie decrevit antiquitas. Absque episcopo vel presbytero baptizare non audeant, nisi prædictis fortassis officiis longius constitutis necessitas extrema compellat ; quod et laicis Christianis facere plerumque conceditur.

X. Quod diaconi in presbyterio residere non possint.

Hos non in presbyterio residere cum divina celebrantur vel ecclesiasticis habetur quicumque tractatus. Sacri corporis prærogationem sub conspectu pontificis seu presbyteri, nisi his absentibus, jus non habeant exercendi.

132 XI. Quod anostolica sedes paternos canones pio studio devotoque custodiat.

Cum enim decreta venerabilium sanctionum nos quoque magnopere custodire nitamur, ac sine eorum dispendio etiam illa, quæ pro alicujus utilitatis fortasse compendio videantur laxanda, credamus ; cumque nobis contra salutarium reverentiam regularum cupiamus temere nihil licere ; et cum sedes apostolica super his omnibus, favente Domino, quæ patris canonibus sunt præfixa pio devotoque studeat tenere proposito : satis indignum est quemquam

vel pontificum, vel ordinum subsequentum hanc observantiam refutare, quam beati Petri sedem et sequi videat et docere; satisque conveniens est ut totum corpus Ecclesiæ in hac sibi observatione concordet, quam illic vigere conspiciat, ubi Dominus Ecclesiæ totius posuit principatum dicente Scriptura: *Ordinate in me charitatem*; et item: *Omnia cum ordine fiant*; atque iterum Psalmista predicante: *Circumdate Sion, et complectimini eam, narrate in turribus ejus, ponite corda vestra in virtute ejus, et distribuite gradus ejus, ut enarretis in progenie altera: quoniam hic est Deus noster in æternum, et ipse reget nos in sæcula*. Illic procul dubio qui in ecclesiasticarum narratur altitudine dignitatum, et in cujus virtute bonis operibus corda ponenda sunt, gradibus utique distributis, cunctis Deus noster et rector populis prædicandus est Christianis: ubi nemo sibi aliquid æstimet imminutum, cum et de uniuscujusque gradus perfectione nihil deperit, et convenienter retinendo quod cœlesti dispensatione collatum est, pariter nobis et cognoscibilem Deum fieri et tribuit esse rectorem. Nam etsi quid indulgetur de temporum quantitate, moribus aggregata strenuitate pensatur, si vitæ jam proposito continetur, quod protelata fuerat ætate curandum, dummodo illa nullatenus dissimulata subrepan, quorum quolibet si inesse claruerit, merito clericalibus infulis reprobabilem convincat esse personam. Et si illa nonnunquam sinenda sunt quæ, si cæterorum constet integritas, sola nocere non valeant; illa tamen sunt magno opere præcavenda quæ recipi sine manifesta decoloratione non possunt. Ac si ea ipsa quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel rerum temporumque cogit intuitus, vel acceleratæ provisionis respectus excusat, quanto magis illa nullatenus mutilanda sunt, quæ nec ulla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorqueat utilitas?

XII. *Ut præter paschale tempus, vel Pentecosten nemo baptizare præsumat, nisi eos tantum, quos ægritudo extrema compulerit.*

Baptizandi sibi quisquam passim quocunque tempore nullam credat inesse fiduciam, præter paschale festum et præter Pentecostes venerabile sacramentum, excepto dumtaxat gravissimi languoris incursu, in quo verendum est ne morbi crescente periculo sine remedio salutari fortassis ægrotans exitio præventus abscedat.

XIII. *De presbyterorum et diaconorum ordinationibus, certis celebrandis temporibus.*

Ordinationes etiam presbyterorum et diaconorum nisi certis temporibus et diebus exercere non debeant, id est, quarti mensis jejunio, septimi et decimi, sed etiam quadagesimalis initii, ac mediana Quadragesimæ die, sabbati jejunio circa vesperam noverint celebrandas. Nec cujuslibet utilitatis causa sive presbyterum seu diaconum his præferre, qui ante ipsos fuerint ordinati.

XIV. *De virginibus sacris quando velentur.*

Devotis quoque virginibus nisi aut in Epiphaniarum, aut in albis paschalibus [*Em.*, in diebus pa-

schalibus], aut in apostolorum natalibus sacrum minime velamen imponant, nisi forsitan, sicut de baptismo dictum est, gravi languore correptis, non sine hoc munere de sæculo exant, implorantibus non negetur.

XV. *Ut viduæ non velentur.*

Viduas autem velare pontificum nullus attentet, quoniam quod nec auctoritas divina delegat nec canonum forma præstitit non est penitus usurpandum, eisque sic ecclesiastica sunt conferenda præsidia, ut nihil committatur illicitum.

XVI. *Ut servi sub obtentu religionis non recipiantur in clero vel in monasteriis.*

Generalis etiam querelæ vitanda præsumptio est, qua propemodum causantur universi, passim servos aut originarios, dominorum **133** jura possessionumque fugientes, sub religiosæ conversationis obtentu vel ad monasteria sese conferre, vel ad ecclesiasticum famulatum, conventibus quoque præsumptibus, indifferenter admitti. Quæ modis omnibus est amovenda pernicies, ne per Christiani nominis institutum aut aliena pervadi, aut publica videatur disciplina subverti, præcipue cum nec ipsam ministerii clericalis hac obligatione fuscari conveniat dignitatem, cogaturque pro statu militantium sibi conditioneque jurgari, aut videri, quod absit, obnoxia. Quibus sollicita competenter interdictione prohibitis, quisquis episcopus, presbyter et diaconus, vel eorum qui monasteriis præesse noscuntur, hujusmodi personas apud se tenentes, non restituendas patronis, aut deinceps vel ecclesiasticæ servituti vel religiosæ congregationibus putaverint applicandas, nisi voluntate forsitan dominorum sub scripturæ testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione concessas, periculum se honoris proprii non ambigant communionisque subituros, si super hac re cujusquam verax nos querela pulsaverit. Magnis quippe studiis secundum beatum Apostolum præcavendum est, ne fides et disciplina Domini blasphemetur.

XVII. *Ut clerici nullas negotiationes inhonestas vel turpia lucra sectentur.*

Consequens fuit ut illa quoque quæ de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiavit, non prætereunda putaremus, id est plurimos clericorum negotiationibus inhonestis et lucris turpibus imminere, nullo pudore cernentes evangelicam lectionem, qua ipse Dominus negotiatores e templo verberatos flagellis asseritur expulisse; nec Apostoli verba recollentes, quibus ait: *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus*: Psalmistam quoque David surda dissimulantes aure, cantantem: *Quoniam non cognovi negotiationes, introito in potentias Domini*. Proinde hujusmodi aut ab indignis posthac quæstibus noverint abstinendum, et ab omni cujuslibet negotiationis ingenio vel cupiditate cessandum, aut in quocunque gradu sint positi, mox clericalibus officiis abstinere cogantur: quoniam domus Dei domus orationis esse debet et dici, ne officina negotiationis et spelunca potius sit latronum.

XVIII. *Ut nemo litteras nesciens vel aliqua parte corporis imminutus ad clerum promoveatur.*

Illiteratos quoque et nonnulla parte corporis imminutos sine ullo respectu ad ecclesiasticum didicimus venire servitium. Quod simul antiqua traditio, et apostolicæ sedis vetus forma non recipit, quia nec litteris carens sacris esse potest aptus officii, et vitiosum nihil Deo prorsus offerri legalia præcepta sanxerunt. Itaque de cætero modis omnibus hæc vitentur, nec quisquam talis suscipiatur in clerum. Si qui vero vel temeritate propria vel incuria præsentium tales ante suscepti sunt, in his in quibus constituti sunt locis eatenus perseverent, ut nihil unquam promotionis arripiant, satisque habeant hoc ipsum sibi pro nimia miseratione permissum.

XIX. *De his qui se ipsos abscidunt.*

De his autem qui semetipsos abscidunt paterni canones evidenter sequenda posuerunt, quorum tenorem sufficiat indidisse. Dicunt enim talia perpetrantes, mox ut agniti fuerint, a munere clericali debere eos secludi. Quod modis omnibus custodire nos convenit, quia fas esse nulli suppeditat quidquam præter illa quæ memorabilis decrevit forma censere.

XX. *De criminosis ut ad clerum non promoveantur.*

Comperimus etiam horrendis quibusdam criminibus implicatos, tota discretionem submota, non solum de factis atrocibus necessariam pœnitentiam non habere, sed nec aliqua correptione penitus succedente ad divinum ministerium honoremque contendere^a: nonnullos autem in ipsis ordinibus constitutos gravibus delinquentes facinoribus non repelli, cum et **C** Apostolus dicat nemini cito manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis: et inajorum veneranda constituta pronuntiant hujusmodi etiam si forte subrepererint, tam qui ante peccaverunt detectos oportere repelli, quam sacræ professionis oblitos prævaricatoresque sancti propositi procul dubio submovendos.

XXI. *Quod dæmoniis, aliisque passionibus irretitis ministeria sacra tractare non liceat.*

Usque adeo sane comperimus illicita quæque promerere, ut dæmoniis similibusque passionibus irretitis ministeria sacrosancta tractare tribuatur. Quibus si in hoc opere positis aliquid propriæ necessitatis **134** occurrat, quis de sua fidelium salute confidat, ubi ministros ipsos curationis humanæ tanta perspexerit calamitate vexari? Atque ideo necessario removendi sunt, ne quibuslibet scandalum generetur infirmis, pro quibus Christus est mortuus. Postremo si corpore sauciatus fortassis, aut debilem nequamquam sancta contingere lex divina permisit, quanto magis doni cœlestis dispensatores esse non convenit, quod est deterius, mente percussos?

XXII. *Quod hi, qui se sacris virginibus sociant et fœdera incesta commiscant, communicare non possint, nisi publicam pœnitentiam gesserint.*

Virginibus autem sacris temere se quosdam sociare cognovimus, et post dicatum Deo propositum incesta fœdera sacrilegaque miscere. Quos protinus æquum

^a Ex reliquis, præter Alv., in quo, *conscendere*.

est a sacra communionem detradi, et nisi per publicam probatamque pœnitentiam omnino non recipi; sed his certe viaticum de sæculo transeuntibus, si tamen pœnituerint, non negari.

XXIII. *Quod viduæ, ut supra dictum est, non velentur, sed si professam continentiam proposito mutato calcaverint, ipsæ pro se rationem Domino reddant.*

Nam viduis sub nulla benedictione velandis superius late, sufficienterque prædiximus. Quæ si propria voluntate professam pristini conjugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi earum intererit, quali Deum debeant satisfactione placare, quia juxta Apostolum primam silem irritam fecerunt. Sicut enim, si se forsitan continere non poterant, secundum Apostolum, nullatenus nubere vitabantur; sic habita secum deliberatione promissam Deo pudicitia fidei debent custodire. Nos autem talibus nullum laqueum debemus injicere, sed solas adhortationes præmii sempiterni, pœnasque proponere divini iudicii, ut et nostra sit absoluta conscientia, et illarum pro se Deo rationem reddat intentio. Cavendum est quippe quod de earum moribus actibusque beatus Paulus testatur apostolus: quod plenius exponere præterimus, ne sexus instabilis non tam deterreri quam admoneri videatur.

XXIV. *Quod secunda conjugia sæcularibus non negentur, quibus tamen ad clerum minime venire conceditur.*

Secundas nuptias sicut sæcularibus inire conceditur, ita post eas nullus ad clericalem sinitur venire collegium. Alia est enim humanæ fragilitatis generaliter concessa licentia, alia debet esse vita divinarum rerum servitio dedicata.

XXV. *Ut si quis susceperit Ecclesiæ propriæ desertorem, et aliqua provexerit dignitate, subjaceat sententiæ quam canones præfixerunt.*

Quisquis propriæ desertor Ecclesiæ nullis existantibus causis ad aliam putaverit transeundam, temereque susceptus fuerit et promotus, reverendorum canonum vel ipse, vel receptor ejus atque provector constituta non fugiet, quæ de hujusmodi præsumptoribus præfixere servanda.

XXVI. *De laicis vel monachis, qui per præmium ordinantur, ut dantem et accipientem Simons magi crimen involvat.*

De monachis vero, laicisque in prima copiosus præceptionis hujus parte digestum est, quæ vel quatenus pro rerum temporumque necessitate concessa sint, vel quemadmodum, ubi nullius necessitatis interesse probabitur, non nisi vetus institutio debeat custodiri. Quos vero constiterit indignos meritis sacram mercatos esse pretio dignitatem, convictos oportet arceri, non sine periculo facinus tale patran-
D tes: quia dantem pariter accipientemque damnatio Simons, quam sacra lectio testatur, involvit.

XXVII. *Ut nulla basilica sub defunctorum constructa nomine dedicetur.*

De locorum consecratione sanctorum quamvis superius strictim fuerit comprehensum, nobis quoque patefactum est quod absque præcepto sedis apostolice

cæ nonnulli factas ecclesias vel oratoria sacrare præsumant. Hoc sumus tamen indicio detestabiliore permoti, quod in quocunque nomine defuactorum, et quantum dicitur, nec omnino fidelium, constructiones ædificatas sacris professionibus audacter instituere memorantur. Quæ quoniam tam acerba, tam dura sunt, ut eadem vix noster ferre possit auditus; si vere Christianitatis affectus in illis certus et fixus est, et districtius ista quærantur et a quibus fuerint gesta prodantur: quoniam sicut latentibus in hac atrocitate nominibus non exstat in quem sententia debita proferatur, ita cum manifestis fuerit documentis expositus quem sceleris tanti poscit **135** immunitas, non vitabit ullatenus ultionem.

XXVIII. *De feminis, ut sacris altaribus non ministrent, vel aliquid ex his, quæ virorum sunt officii deputata, præsumant.*

Nihilominus impatienter audivimus tantum divinarum rerum subiisse despectum, ut feminæ sacris altaribus ministrare firmentur: cunctaque, quæ non nisi virorum famulatu deputata sunt, sexum, cui non competit, exhibere: nisi quod omnium delictorum, quæ singillatim perstrinximus, noxa omnis, reatus omnis, et crimen eos respicit sacerdotes, qui vel ista committunt, vel committentes minime publicando pravis excessibus favere significant: si tamen sacerdotum jam sint vocabulo nuncupandi, qui delegatum sibi religionis officium sic prosternere moliantur, ut in perversa quæque, profanaque declives sine ullo respectu regulæ Christianæ præcipitia funesta sectentur. Cumque scriptum sit: *Minima qui spernit paulatim decidit*, quid est de talibus æstimandum quæ, immensis ac multiplicibus pravitarum molibus occupati, ingentem ruinam multimodis impulsibus ediderunt, quæ non solum ipsos videatur obruere, sed et Ecclesiis universis mortiferam, si non sanentur, inferre perniciem? Nec ambigant qui hæc ausi sunt exercere, sed etiam qui hactenus cognita siluerunt, sub honoris proprii jacere dispendio, si non quanta possunt celeritate festinent ut lethalia vulnera competenti medicina sanentur. Quo enim more teneant jura pontificum qui pontificalibus excubiis eatenus injecta dissimulant, ut contraria domui Dei, cui præsent, potius operentur? Qui quantum apud Deum possent, si non nisi convenientia procurarent,

^a In reliquis, præter Alv., hæreditatibus.

A tantum quid mereantur aspiciant, cum execrabili studio sectentur adversa. Et quasi magis hæc regula sit, qua Ecclesiæ debeant gubernari, si quidquid est ecclesiasticis inimicum regulis perpetratur, cum etsi cognitos habuit canones unusquisque pontificum intemerata debuerit tenere custodia. Et si forsitan nesciebat, consulere fidenter oportuerit, quo magis excusatio nulla succurrit ignorantibus, quia nesciens proposuit servare quod noverat, nec ignorans curavit nosse quod gereret.

XXIX. *De redditibus^a ecclesiæ vel oblatione fidelium, ut quatuor portiones fieri debeant.*

Quatuor autem tam de redditu, quam de oblatione fidelium, prout cujuslibet ecclesiæ facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones: quarum sit una pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda. De quibus, sicut sacerdotis intererit integram ministris ecclesiæ memoratam dependere quantitatem, sic clericus ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expetendum. Ea vero, quæ ecclesiasticis ædificiis attributa sunt huic operi veraciter prærogata, locorum doceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est si sacris ædibus destitutis in lucrum suum præsul impendia his designata convertat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quamvis divinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen juxta quod scriptum est: *Ut videant opera nostra bona, et glorificent Patrem qui est in cælis*, oportet etiam præsentis testificatione prædicari, et bonæ famæ præconiis nontaceri.

XXX. *Ut episcopus, presbyter et diaconus, qui contra hæc constituta fecerit sui honoris periculum sit subiturus.*

Quapropter nec clericorum quisquam se hujus offensæ futurum confidat immunem, si in his, quæ salubriter sequenda deprompsimus, sive episcopum, seu presbyterum, sive diaconum viderit excedentem, non protinus ad aures nostras deferre curaverit, probationibus duntaxat competenter exhibitis, ut transgressoris ultio fiat, et cæteris interdictio delinquendi. Sic vero modis omnibus erit unusquisque pontificum ordinis et honoris elisor, si cuiquam clericorum vel ecclesiæ totius auditui hæc putaverit supprimenda. Datum v Idus Martias, Asterio et Præsidio^b viris clarissimis consulibus.

D ^b Ex reliquis, præter Alv., in quo, *Presieno*.

LXXXIII

EPISTOLA EJUSDEM PAPÆ GELASII AD SICILIENSES EPISCOPOS.

Gelasius Romanæ Ecclesiæ episcopus dilectissimis et in Christi charitate una mecum connexis fratribus episcopis qui in Sicilia sunt constituti.

136 I. *De bene gerendis rebus Ecclesiæ ab episcopi.*
Præsulorum nostrorum auctoritas emanavit, ut facultates Ecclesiæ episcopi ad regendum habeant potestatem, ita tamen ut viduarum pupillarumque atque pauperum, nec non et clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis statuimus dari quod hactenus

decretum est: reliquum sibi episcopi vindicent, ut, sicut antea diximus, peregrinorum atque capitulorum largitores esse possint.

II. *De tricennali præscriptione.*

Illud etiam adnecti placuit, ut si, quod absit, facultates Ecclesiæ, nec non et dioceses quæ ab aliquibus possidentur episcopis, jure sibi vindicent quod tricennalis lex conclusit, quia et filiorum nostrorum

principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta an- A excludit. Datum Iduum Maiarum, Asterio et Præsido nos nulli liceat pro eo appellare quod legum tempus viris clarissimis consulibus.

LXXXIV

EPISTOLA PAPÆ ANASTASII URBIS ROMÆ

AD IMPERATOREM ANASTASIUM

Pro pace Ecclesiarum missa.

Gloriosissimo et clementissimo filio Anastasio Augusto Anastasius episcopus.

Exordium pontificatus mei, primitus oblata populi pace, pronuntio : consequenter pro fide catholica humilis pietati tuæ precator occurro, in quo primum mihi divinum favorem propinquasse confido, quod consonantia in me augustissimi nominis tui non dubium **137** præstat auxilium. ut sicut præcelsum vocabulum pietatis tuæ per universas gentes toto orbe præfulget, ita per ministerium meæ humilitatis, sicut semper est, sedes beatissimi Petri in universali Ecclesia assignatum sibi a Domino Deo teneat principatum. Nec propter unum mortuum diutius tunica illa Salvatoris, desuper contexta per totum, malæ sortis patiat incertum, quæ sola in discussionem pro firmitate sui venire non potuit, serenitate tua præcipue rempublicam gubernante : cui etiam in privata vita tantum sinceræ religionis studium fuit, ut (sicut fama certissima celebravit) nemo magis vel inter præcipuos sacerdotes præfixas a sanctis Patribus regulas Ecclesiæ custodisse dicatur : quod a sanctum studium cum majestate imperii crevisse confidimus.

I. *Quod pro Christo fungatur legatione dum pro pace precatur Ecclesiæ.*

Legatione itaque fungimur pro Christo, ne eos propter offensionem vel scandalum patiamini publice nominari, quorum merita vel actus illi iudici latere non possunt, in cujus jam sunt iudicio constituti. Nec illic se potest interserere in corpore mortali adhuc temeraria præsumptio, in quo non solum confessio facit aperta merita singulorum, sed etiam silentii ipsius non potest latere secretum. Namque et prædecessor noster papa Felix, et etiam Acacius illic procul dubio sunt, ubi unusquisque sub tanto iudice non potest perdere sui meriti qualitatem.

II. *Quod non sit temere iudicandum de his qui jam ad Dominum migraverunt.*

Itaque monente nos beatissimo Paulo apostolo, ne quod sit in hoc offendiculum in Ecclesia, dum, quod facere non possumus, de his qui jam transierunt iudicare conemur, observandum esse tranquillitas tua cognoscat. Ait enim de his qui de rebus ad Dominum solum pertinentibus iudicare præsumunt : *Nemo enim nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur ; sive enim vivimus, Domino vivimus ; sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus resurrexit a mortuis, ut et vivorum et mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum ? aut tu qua-*

*re spernis fratrem tuum ? Omnes enim stabimus ante tribunal Dei. Scriptum est enim : Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, et omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem iudicemus, sed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculum. Monet igitur beatus Apostolus, ne de his nobis præsumamus iudicium, de quibus neque potest verius vel melius iudicare quam Deus, nec in hoc sibi quisquam temerarios ausus usurpet, et propter hoc pax atque unitas Ecclesiæ dissipetur. Nam et in Regnorum libro dicitur : *Non quomodo videt Deus, homo videt ; quia homo videt in facie, Deus autem videt in corde.* Item in Paralipomenon libro primo : *Et nunc, o Salomon, scito Deum patrum tuorum, et servi illi in corde perfecto et in anima volente, quoniam omnia corda scrutatur Dominus, et omnem cogitationem novit.* Item in Ezechiel : *Hæc dicit Dominus : Sic dixistis, domus Israel, et cogitationes spiritus vestri novi ego.* Unde et de Domino iudice dicitur in Evangelio : *Sciens autem Jesus cogitationes eorum, dixit : Quid cogitatis mala in cordibus vestris ?**

III. *Ut specialiter in Ecclesia nomen taceatur Acacii.*

Præcamur itaque clementiam vestram ut specialiter nomen taceatur Acacii ; multum enim scandalum vel offendiculum Ecclesiæ concitavit. Speciali appellatione taceatur, cum, sicut diximus, in generalitate sacerdotum uniuscuiusque meritum illum iudicem latere non possit, quid cuique tribuendum sit pro aestimata dispensatione meritorum, cui soli cogitationes quoque manifestæ sunt. Quantos vero excessus atque præsumptiones habuerit Acacius, ne clementiæ tuæ per singula suggerere fortasse videatur onerosum, Cresconio vel etiam Geruano fratribus et coepiscopis meis, quos misimus ad serenitatem tuam, de causis singulis Acacii, qualis fuerit, instructionem plenissimam dedimus, clementiæ vestræ specialiter recensendam, si hoc pietati tuæ placuerit curiosius indagare ; ne in aliquo suggestioni nostræ veritas defuisse videatur, ut pro divina sapientia vestra perspicue videre possitis non superbia vel elatione sedis apostolicæ in Acacium talem processisse sententiam, sed facinoribus certis, quam nos extra illud iudicium quod solum falli non potest aestimemus, zelo magis divinitatis, extortam.

IV. *Quod magis opere contentio sit cavenda.*

Nos vero humiliter supplicantes controversiam **138** in Ecclesia remanere nolumus, cum magis vi-

^a Ex omnibus, præter Alv., in quo legitur, quoniam studium.

tanda contentio sit, sicut dicitur in Proverbis : *A per obedientiam quæ sunt salutifera complantur. Odium suavitati contentio. Omnes autem, qui non contendunt, protegit amicitia.* Nam et Apostolus ad Corinthios : *Cum enim sint inter vos amulationes et contentiones, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis?* Item ad Philippenses : *Si qua ergo consolatio in Christo, et qua allocutio obavitatis, et qua societas spiritus, et qua viscera, et miserationes, implete gaudium meum, ut id ipsum dicatis omnes eandem charitatem habentes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate mentis invicem æstimantes sibi metipsis superiores, non in sua singulis respicientes, sed aliorum.*

V. *Ut Alexandrinos imperator admoneat ad fidem sinceram et pacem redire catholicam.*

Hoc tamen præcipue insinuo serenitati tuæ, gloriosissime et clementissime filii Auguste, ut cum causæ Alexandrinorum patuerint piissimis auribus vestris, ad sinceram et catholicam fidem eos auctoritate, sapientia, divinisque vestris monitis redire faciat. Nam quid tenendum sit in religione catholica secundum definita Patrum et prædicationem omnium sacerdotum qui in Ecclesia floruerant, si hoc quoque præceperitis, scientibus in memoriam transmittendò renovabimus, ignorantibus ad discendum pro officio nostræ instructionis offeremus, ut nulla extrinsecus ingeniorum jactantia vel pravitas audiat.

VI. *Admonetur imperator ut constitutis apostolicæ sedis obtemperet.*

Illud vero peculiarius pro amore imperii vestri et beatitudine, quæ consequi poterit regnum, pro apostolico officio prædicamus, ut, sicut decet et sanctus Spiritus dicit ^a, monitis nostris obedientia præbeat, ut bona omnia vestram rempublicam consequantur, sicut in Exodo promittitur : *Si audieris vocem Domini Dei tui, et quæ placent ei feceris coram ipso, et obedieris præceptis ejus, et custodieris omnem justitiam ejus, omnem infirmitatem, quam importavi Ægyptiis, non importabo in te. Ego enim sum Dominus, qui salvum factio te.* Et illic iterum tuba potentissima canitur : *Et nunc, Israël, quid Dominus tuus postulat a te aliud quam ut timeas Dominum Deum tuum, et ambules omnes vias ejus, et diligas eum, et servias Domino Deo tuo ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, custodire præcepta Domini Dei tui, et justitias ejus, quas ego mando tibi?* Hæc me suggerentem frequentius non spernat pietas tua, ante oculos tuos habens Domini in Evangelio verba : *Qui audit vos, me audit, et qui vos spernit, me spernit, et qui me spernit, spernit eum qui me misit.* Nam et Apostolus concinens [Ger., æcivens] Salvatori nostro, ita loquitur : *Quapropter qui hæc spernit non hominem sed Deum spernit, qui dedit Spiritum suum sanctum in nobis.* Pectus clementiæ vestræ sacrarium est publicæ felicitatis, ut per instantiam vestram, quam ^b velut vicarium præsidere jussit in terris, evangelicis apostolicisque præceptis non dura superbia resistatur, sed

^a Ex Bibl. Reg. In reliquis, *dicat Forte, dictat*, ut in excusis.

VII. *Quod eos quos post damnationem suam vel baptizavit vel ordinavit Acacius nulla portio læsionis attingat.*

Nam secundum Ecclesiæ catholicæ consuetudinem sacratissimum serenitatis tuæ pectus agnoscat, quod nullum de his vel quos baptizavit Acacius, vel quos sacerdotes sive levitas secundum canones ordinavit, ulla eos ex nomine Acacii portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam et baptisma, quod procul sit ab Ecclesia, sive ab adultero vel a fure fuerit datum, ad percipientem munus pervenit illibatum : quia vox illa qua sonuit per columbam, omnem maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur : *Hic est qui baptizat in Spiritu sancto et igne.* Nam si visibilis solis istius radii, cum per loca fœtidissima transeunt, nulla contactus inquinatio maculantur, multo magis illius, qui factum visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate contingitur. Nam et Judas cum fuerit sacrilegus atque fur, quidquid egit inter apostolos pro dignitate commissum, beneficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima voce : *Scribæ, inquit, et Pharisei super cathedram Moysis sedent : quæ dicunt, facite ; quæ autem faciunt, nolite facere ; dicunt enim, et non faciunt.* Quidquid ergo ad hominum profectum quilibet in Ecclesia minister pro officio suo videtur operari, hoc totum contineri implente divinitatis effectui, ita ille, per **129** quem Christus loquitur, Paulus affirmat : *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* A Deo autem non queritur quis vel qualis prædicet, ut invidios etiam bene Christum prædicare confirmet : quo male diabolus ipse deceptus est, et hoc ipso præcipitare non desinit.

VIII. *Quod nisi bona ministrando sibi tantummodo noceant, nec Ecclesiæ sacramenta commutent.*

Idem ergo et hic ejus nomen dicimus esse reticendum, nisi bona ministrando, sibi tantum nocuit : nam inviolabile sacramentum, quod per illum datur est illis, perfectionem suam virtutis obtinuit. Quod si est aliquorum in tantum se extendens cariosa suspicio, ut imaginentur prolato a papa Felice juliano postea inefficaciter in sacramentis, quæ Acacius usurpavit, egisse, ac perinde eos metuere, qui vel in consecrationibus, vel in baptismate mysteria tradita susceperunt, ne irrita beneficia divina videantur ; meminere in hac quoque parte similiter tractatum prævalere superiorem, quia non sine usurpato nomine sacerdotii adjudicatus hoc egit : in quo virtutem suam obtinentibus mysteriis, in hoc quoque aliis rea sibi persona non nocuit. Nam ad illum pertinet quod tuba Davidica canitur : *Veruntamen Deus conquassabit capita inimicorum suorum, verticem capilli*

^b Ex Ger. In reliquis, *quem.*

dinem imperitorum, cum si etiam sub significatione A unusquisque sui nominis tecum pariter retulisset, et subscriptiones proprias fratres singuli commodassent, dilectionem tamen tuam rei de qua displicet summa tangebatur, quia pro loco et honore tibi debito cæteri sacerdotes docendi fuerant, non sequendi. Unde, sicut generalibus litteris indicavi, Irenæus ad propriam revertatur Ecclesiam, et Barcinonensibus de suo clero protinus consecratur antistes, cui tamen statuta canonum et apostolica præcepta concordent. Et licet hi qui præter notitiam atque consensum tuæ dilectionis ordinati sunt sacerdotes cum suis debuerunt auctoribus submoventi ne quid tamen in tanta necessitate decernamus austerum, eos qui episcopi facti sunt ita volumus permanere, si apostolicis præceptionibus et statutis sanctorum Patrum non reparian-

tur obnoxii, ac deinceps nihil quod contra disciplinam ecclesiasticam veniat, sicut hactenus factum est, perpetretur. Tuæ sollicitudinis est, frater charissime, debitam tibi auctoritatem tueri, et illicitis non solum modo non præbere assensum, sed etiam cuncta quæ contra regulam fieri repereris coercere, atque autem omnia, quod sola humanitate decernimus, Irenæum ad Ecclesiam suam redire compelle: ad quam sponte potius remeare debet, si sacerdotali consortio metuit separari. Nec unius Ecclesiæ duo esse permittantur antistes, quod opportunius sub prædicti subdiaconi fieri delegamus instantia, quem etiam pro conservanda Ecclesiæ disciplina commovere ad Hispanias dispositionis nostræ fecit auctoritas. Deus te incolumem custodiat, frater charissime.

LXXVII

DECRETA PAPÆ SIMPLICII

DIRECTA AD ZENONEM HISPALENSEM EPISCOPUM.

De commissa vice apostolicæ sedis

Dilectissimo fratri Zenoni Simplicius.

Plurimorum relatu comperimus dilectionem tuam fervore Spiritus sancti ita te navis ecclesiasticæ gubernatorem existere, ut naufragii detrimentum Deo auctore non sentiat. Talibus idcirco gloriantes indicis congruum ducimus vicaria sedis nostræ te aucto-

ritate fulciri, cuius vigore munitus apostolicæ institutionis decreta, vel sanctorum terminos Patrum nullo modo transcendere permittas; quoniam digna honoris remuneratione cumulandus est, per quem in his regionibus divinus crescere innotuit cultus. Deus te incolumem custodiat, frater charissime

LXXVIII

EPISTOLA ACACII EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

AD SIMPLICIUM EPISCOPUM URBIS ROMÆ.

Domino sancto Patri archiepiscopo Simplicio A- C cacious.

125 Sollicitudinem omnium Ecclesiarum secundum Apostolum circumferentes nos indesinenter hortamini, quamvis sponte vigilantes ac præcurrentes, et vos divinum zelum solito demonstratis, statum Alexandrinæ Ecclesiæ certius requirentes, ut pro paternis canonibus suscipiatis labore piissimo stillantes sudore pro his, sicut semper est approbatum. Sed Christus Deus noster, qui diligentibus se in bonum cooperatur, nostris cogitationibus insidens, ut unam nobis in his mentem atque eandem pro gloria sua esse cognoscens, omnem victoriam ipse perfecit, consortes nos cum tranquillissimo principe faciens, et Timotheum quidem decessorem spirantem procellas et ecclesiasticam tranquillitatem, sicut apparuit, conturbantem vitæ subtraxit humanæ, dicens ei: *Tace et obmutescere.* Petrum quoque, qui ab Alexandria more simili procellæ surrlexerat, dissipavit, atque in æternam fugam, sancto Spiritu flante, convertit unum ex his qui olim fuerant et ante damnati. Sicut enim in nostris archivis inventum est, et de vestris scriniis, si dignamini requirere, poteritis agnoscere, quæ de eodem subsequuta ab Alexandrino episcopo ad Romam ad alterutrum sint relata. Qui

Petrus noctis existens filius et operum diei lucen- tium alienus apparens, omnino tenebras ad latrocinium peragendum congruas earum cooperatur inveniens media nocte, adhuc jacente cadavere illius qui paternos canones subverterat inepulto, subrepsit in sedem, sicut ipse arbitratus est, uno et solo præ- sente et eo qui consors ipsius insistebat insanie, ita ut propter hoc majoribus suppliciis subderetur; nec quod sperabat effectum est. Sed ille quidem de se ex parte vel minima iudicans nusquam positus omnino comparuit. Timotheus autem paternorum custos canonum, qui Davidicæ mansuetudinis exemplo subditur, et usque in finem patiens, atque potestati propriæ restitutus a Christo, propriæ sedis honore lætatur, et spiritualium filiorum voces accipiens gratiam curationis expectat multiplicato in se honore a Christo principe sacerdotum, propter quem et tulerantiam coronam sibi religavit. Attentius igitur oret vestra beatitudo pro Christianissimo imperatore, et pro nobis ipsis; nihil enim præmittitur eorum quæ ad custodiam ecclesiasticæ respiciunt disciplinæ. Universam fraternitatem quæ vobiscum est in Christo, ego et qui mecum sunt salutamus; et alia manu: In Domino ora pro nobis, justissime pater.

LXXIX

EPISTOLA FELICIS AD EPISCOPOS PER SICILIAM.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Siciliam constitutis Felix in Domino salutem.

126 Qualiter in Africanis regionibus astutia diaboli sævierit in populum Christianum, atque in id multiplici deceptione proruperit, ut non modo vulgus incautum, sed ipsos quoque in mortis profunda demersit sacerdotes, nullus non orbis ingemuit, nulla terra nescivit. Unde in grandi mœrore positi dissimulare non possunt: ut pereuntium atque a nobis exigendarum discrimen animarum: quapropter competens adhibenda est talibus medela vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera captis peste nihil prosit, sed segnius tractata pernicies reatum non legitime curationis involvat pariter saucios et medentes.

I. De his qui rebaptizati doluerunt, et postea pœnitentia notuerunt.

Inprimis itaque venientis ad vos et remedium postulantis sollicite discutienda est confessio et persona decepti, ut medela possit congruens exhiberi, et qui satisfactorius Deo per pœnitentiam rebaptizatum se legitime doluerit, utrum ad hoc facinus concurrerit an impulsus accesserit, requiratur, sciens quod se decipiat ipse qui fallit, nihilque per nostram facilitatem tribunalis Excelsi iudicio derogari, cui illa sunt rata, quæ pia, quæ vera, quæ iusta sunt; et aliter necessitatis, aliter tractanda est ratio voluntatis. Deterior est autem causa illius, qui forte pretio sollicitatus est, ut periret. Nihil enim intentatum reliquit inimicus, cui ne de sua liceat gaudere captura, succurrendum est irretitis, et conterendus est venantis laqueus, ut infucatum lamentationibus lapsus tam iustitiæ moderatione quam compunctione pietatis ad aulam quam reliquit sit regressus. Nec pudeat forsitan aut pigeat indictis jejuniorum gemituumque temporibus obedire, aut aliis observantiæ salubrioris obtemperare præceptis, quia humilibus datur gratia, non superbis. Sit ergo ruina sua prostratus si quis in Christo fieri querit erectus, et per dispositionis nostræ ministerium, quod vestram sequi convenit charitatem nec alicui fas est velle vel posse transcendere, causas ejus qui contra apostolicam doctrinam ad iterationem se baptismi dedit, vel ejus qui aliquibus argumentis excusandum callide proprium putaverit esse consensum, sacerdotali vigore, et humanitate tractemus, ut in eis fides quæ nisi est una jam nulla est, adiutorio Domini iudicis ad salutem sine nostræ properationis offensione reparetur. Quia cum peccatoris a nobis satisfactio protrahitur, non præter nostram laudem atque lætitiâ mens ejus ad veniam purgatior invenitur. Et ideo memineritis hanc super his nos habere sententiam, ut servata discretione peccantium non eadem cuncti qui lapsi sunt lance pensentur, quoniam majoris castigationis est exigendus usura cui domus Domini commissa fuerit disciplina.

A II. De presbyteris vel diaconibus qui in lapsum hæreticorum sese baptismati dederunt.

Ut ergo ab Ecclesiæ summitatibus iuchocimus, eos quos episcopos, presbyteros, vel diaconos fuisse constiterit, et seu optantes forsitan, seu coactos lavacri illius unici salutarisque claruerit fecisse jacturam, et Christum, quem non solum dono regenerationis, verum etiam gratia percepti honoris induerant, exuisse, cum constet neminem ad secundam tinctionem venire potuisse, nisi se palam Christianum negaverit, et professus fuerit esse Paganum; quod cum generaliter sit in omnibus exsecrandum, multo magis in episcopis, presbyteris et diaconibus auditu saltem dictuque probatur horrendum: sed quia idem Dominus atque Salvator clementissimus est, et neminem vult perire, usque ad exitum **127** sui diem cum pœnitentia, si respiscunt, jacere conveniet: nec orationi non modo fidelium, sed nec catechumenorum quidem omnimodis interesse, quibus communitio laica in morte redhibenda est. Quam rem diligentius explorare vel facere probatissimi sacerdotis cura debebit.

III. De his qui se rebaptizandos impie dederunt.

De clericis autem et monachis vel puellis Dei aut sæcularibus servari præcipimus hunc tenorem, quem Nicæna synodus circa eos qui lapsi sunt vel fuerunt servandum esse constituit: ut scilicet qui nulla necessitate, nullus rei timore atque periculo, se, ut rebaptizarentur impie dederunt, si tamen eos ex corde pœniteat, tribus annis inter audientes sint; septem autem annis subiaceant inter pœnitentes, manibus sacerdotum, duobus etiam oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed tantummodo popularibus in oratione socientur nec confundantur Deo colla submittere. Quod si, utpote mortales sint, intra metas præscripti temporis cœperit vitæ finis urgere, subveniendum est imploranti, et seu ab episcopo qui pœnitentiam dederit, seu ab illo qui tamen datam esse probaverit, aut similiter a presbytero viaticum abeundi de sæculo non negetur.

IV. De his qui per ignorantiam ætatis rebaptizati sunt.

Pueris autem quibus quod adhuc impuberes sunt a pueritate vocabulum est, seu clericis, sive laicis, aut etiam similibus puellis, quibus ignorantia suffragatur ætatis, aliquandiu sub manus impositione dentis reddenda communitio est: nec eorum expectanda pœnitentia quos excipit a coercitione censura. Quod est a nobis provide constitutum, ne hi quibus in terreni labe contagii plus minusve restat ad vitam, dum adhuc in pœnitentia sunt, pœnitenda forte committant. Quod si forte ante præfinitum pœnitentiæ tempus despectus a medicis, aut evidentibus mortis prorsus iudiciis recepta quisquam communionis gratia convalescit, servemus in eo quod Nicæni canonis ordinarunt, ut habeatur inter illos qui in ora-

tionem sola communicant, donec impleatur spatium temporis eidem præstitutum. Nec catechumenos nostros, qui sub tali professione baptizati sunt, præterimus, quia non est causa dissimilis, sicut iidem sancti canones ordinarunt, ejus qui quolibet modo Christum, quem semel confessus est, adjuravit. Tribus annis inter audientes sint, et postea cum catechumenis permittantur orare per manus impositionem communionis catholicæ gratiam percepturi, exceptis sane tantummodo episcopis, presbyteris et diaconibus, quos solo mortis suæ tempore reconciliandos esse jam diximus. Cæteros, id est, seu clericos, sive monachos, seu laicos sexus utriusque personas, quos violentia et periculis coactos iterationem baptismatis subiisse constiterit^a, vel qui aliquo commento hujus se facinoris piaculo dixerit non teneri, his penitentiam per triennium durare decernimus, et per manus impositionem ad societatem recipi sacramenti.

V. De illis qui ab hæreticis baptizati aut rebaptizati sunt, ut ad ecclesiasticam militiam non pertingant.

Illo per omnia custodito, ne hi unquam qui in qualibet ætate alibi quam in Ecclesia catholica aut baptizati aut rebaptizati sunt, ad ecclesiasticam militiam prorsus permittantur accedere. Quibus satis esse debet, quod in catholicorum numero sunt re-

^a Ex reliquis, præter Alv., in quo contigerit.

cepti, quoniam de suo ordine et communione videbitur ferre judicium quisquis hoc voluerit antistitum vel qui non removerit eum quem ex his ad ministerium clericale obrepisse cognoverit

VI. De penitentibus ut ab aliis episcopis non suscipiantur.

Curandum vero maxime et omni cautela est providendum, ne quis fratrum coepiscoporumque nostrorum, etiam presbyterorum in alterius civitate vel diocesi penitentem, vel sub manu positum sacerdotis, aut eum qui reconciliatum se dixerit, sine episcopi vel presbyteri testimonio et litteris, aut in parochia presbyteri, aut episcopi civitate suscipiat. Quod si aliqua dissimulatione negligitur, culpa tangit etiam clericos, qui locis in quibus hoc minus curatum fuerit commorantur. His itaque rite dispositis, et ad Ecclesiarum vestrarum notitiam vestra deliberatione perlatis, parere vos convenit, quibus licet ad animarum reparationem nihil deesse videatur, tamen si cui novi aliquid et quod præterire nos potuit fuerit revelatum, secundum beatum Paulum apostolum, tacente priore, fidenter insinuet, **128** quia Spiritus sanctus ubi vult inspirat, maxime cum sua tractatur; nec nos pigebit audire, et si quæ sunt omissa non arroganter abnuere, sed rationabiliter ordinare. Deus vos custodiat, ^b dilectissimi fratres.

^b Bibl. Reg., vos incolumes custodiat.

LXXX

EPISTOLA EJUSDEM FELICIS AD ACACIUM CONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPUM.

De damnatione ejus quod hæreticis ausus existit communicare

Felix episcopus sanctæ Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ Acacio.

Multarum transgressionum reperiris obnoxius, et in venerabilis concilii Nicæni contumelia sæpe versatus alienarum tibi provinciarum jura temerario vindicasti. Hæreticos et pervasores, atque ab hæreticis ordinatos, et quos ipse damnaveras atque ab apostolica instituti sede damnari, non modo domo tua recipiendos putasti, verum etiam Ecclesiis aliis, quod nec de catholicis fieri poterat, præsidere fecisti, aut etiam honoribus quos non merebantur auxisti. Testatur hoc Joannes quem a catholicis Apameæ non receptum, pulsumque de Antiochia Tyriis præfecisti: et Humerius tunc de diaconio dejectus, atque Christiani nominis appellatione privatus, a te etiam in presbyterii proventus officium. Et quasi hæc tibi minora viderentur, in ipsam doctrinæ apostolicæ veritatem ausus tuos et superbiam tetendisti, ut Petrus, quem damnatum a sanctæ memoriæ decessore meo ipse retuleras, sicut testantur annexa, beati evangelistæ sedem, connivente te, rursus invaderet, et fugatis orthodoxis episcopis et clericis sui procul dubio similes ordinaret, pulsoque eo, qui illic fuerat regulariter constitutus, captivam teneret Ecclesiam. Cujus tibi adeo grata persona est, et ministri ejus accepti, ut episcopos et clericos plurimos

orthodoxos nunc Constantinopolim venientes detegaris affligere, et apocrisarios ipsius confovere, atque anathematizantem eundem Petrum Chalcedonensis decreta concilii, et violentem sanctæ memoriæ Timothei sepulturam, sicut ad nos certiores nunc quoque nuntii detulerunt, per Meseum et Vitalem credideris excusandum: nec eum laudare desineres, et multis efferre præconiis, ita ut damnationem ipsius quam ante retuleras veram non fuisse jactares. Tantum autem perseveras in hominis defensione perversi, ut quosdam episcopos, nunc vero honore et communione privatos, Vitalem atque Meseum, quos ad ejus expulsionem specialiter miseramus, sublatis chaffis custodiæ passus fueris mancipari, et ad processionem quæ tibi cum hæreticis habetur, exinde productos, sicut eorum professionibus patefactum est, ad hæreticorum tuamque communionem, contempta, quæ vel gentium jure servari debuit, legatione, pertrahere præmissaque corrumpere, et in læsionem beati Petri apostoli a cujus sede profecti fuerant non solum inefficaces redire feceras, sed etiam impugnatores omnium quæ fuerant mandata monstrares. In quorum deceptionem tuam nequitiam prodidisti, et ad libellum fratris et coepiscopi mei Joannis, qui te gravissimis objectionibus impetivit, in apostolica sede secundum canones respondere

129 diffidens objecta firmasti. Felicem quoque defensorem fidelissimum nobis, necessitate faciente seri-
us subsequutum, indignum tuis oculis censuisti. Eos quoque tecum litteris communicare testatus est quos constat hæreticos. Quid enim sunt aliud qui post obitum sanctæ memoriæ Timothæi ad Ecclesiam sub Petro redeunt, vel qui se ex catholicis eidem traderunt, nisi quod Petrus ab universali Ecclesia atque

A a te fuerat iudicatus? Habe ergo cum his quos libenter amplecteris portionem ex sententia præsentis, quam per tuum tibi dixerimus Ecclesiæ defensorem: sacerdotali honore et communione catholica, nec non etiam a fidelium numero segregatus, sublatum tibi nomen et munus ministerii sacerdotalis agnosce, sancti Spiritus iudicio et apostolica per nos auctoritate damnatus, nec unquam anathematis vinculis exuendus.

LXXXI

EPISTOLA FELICIS PAPÆ AD ZENONEM EPISCOPUM.

Dilectissimo fratri Zenoni Felix.

Filius noster vir clarissimus Terentianus [*Æm.*, *Esc.* 3, Terentius] ad Italiam dudum veniens dilectionis tuæ singularis existit prædicator, talemque te esse divulgavit, qui ita Christi gratia redundaris, ut inter mundi turbines gubernator Ecclesiæ præcipuus appareres. Quapropter, frater charissime, cum ad provinciam commearet seduleque deposceret nostras ad dilectionem tuam litteras destinari, gratanter annuimus; quia et dignum Deo sermone complecti caperemus antistitem, et per eum maxime vellemus id fieri, cujus nobis fuerat laudibus intinatus. Quamvis

^a *Æm.*, *Zenonem Hispalensem episcopum.*

ergo sanctis operibus ex omni parte præditam fraternitatem tuam vir præfatus astruxerit, multumque fiducia de tua benevolentia jam teneret, æquum tamen est, ut quod desideravit magnopere consequatur: quatenus qui tuis olim gratus est animis contemplatione nostri reddatur acceptior, simulque materna et sacerdotali consolatione foveatur, peregrinationisque præsidium pastoralis pietate reperiat, cujus procul dubio et probetur dignitatis affectu non parvi apud sinceritatem tuam nostrum, quo nimium salutaris, valuisse colloquium. Deus te incolumem custodiat, frater charissime,

LXXXII

DECRETUM GENERALE PAPÆ GELASII

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Lucaniam, Britias ^a et Siciliam constitutis Gelasius.

130 I. *De institutis ecclesiasticis moderamine pro temporis qualitate dispositis.*

Necessaria rerum dispositione constringimur et apostolicæ sedis moderamine convenimur sic canonum patrumque decreta librare, et retro præsulum decessorumque nostrorum præcepta metiri, ut quæ præsentium necessitas temporum restaurandis Ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus: quo nec in totum formam veterum videamur excedere regularum, et reparandis militiæ clericalis officii, quæ per diversas Italiæ partes ita belli famisque consumpsit incursio, ut in multis Ecclesiis, sicut fratris et coepiscopi nostri Joannis Ravennensis Ecclesiæ sacerdotis frequenti relatione comperimus, usquequaque deficiente servitio ministrorum, nisi remittendo paulisper ecclesiasticis promotionibus antiquitus intervalla præfixa remaneant, sine quibus administrari nequeant sacris ordinibus Ecclesiæ funditus destitutæ, atque in plurimis locis per inopiam competentis auxilii salutare subsidium redimendum desit animarum: nosque magno reatu, si tanto coarctante periculo non aliquatenus consulamur, innexi.

^a *Ex Ger. in reliquis, B. ities; recte tamen, Britios.*

C II. *Ut uli nulla perurget necessitas, constituta Patrum inviolata serventur.*

Priscis igitur pro sua reverentia manentibus constitutis quæ ubi nulla vel rerum vel temporum perurget angustia, regulariter convenit custodiri, quatenus ecclesiis quæ vel cunctis sunt privatæ ministris, vel sufficientibus usque adeo spoliatæ servitiis, ut plebibus ad se pertinentibus divina munera supplere non valeant, tam instituendi, quam providendi clericalis obsequii sic spatia dispensanda concedimus.

III. *Ut cum defuerint clerici, de monachis eligantur.*

Ut si quis etiam de religioso proposito et disciplina monasterialibus eruditus ad clericale munus accedit, imprimis ejus vitæ præteritis acta temporibus inquiratur: si nullo gravi facinore probatur intectus: si secundam non habuit fortasse uxorem, nec a marito relictam sortitus ostenditur: si poenitentiam publicam fortasse non gessit: si nulla corporis parte vitiatum apparet: si servilli aut originariæ non est conditioni obnoxius: si curiæ etiam probatur nexibus absolutus: si assecutus est litteras, sine quibus fortassis nec ostiarium possit implere: ut si his omnibus quæ sunt prædicata ^b, fulcitur, continuo lector vel notarius, aut certe defensor effectus post tres menses existat acolythus, maxime si huic ætas

^b *Æm.*, *Urg.*, *Ger. prædicta.*

etiam suffragatur : sexto mense subdiaconi nomen accipiat : ac, si modestæ conversationis honestæque voluntatis existit, nono mense diaconus, completoque anno sit presbyter. Cui tamen quod annorum fuerint interstitia collatura, sancti propositi sponte suscepta docetur præstitisse devotio.

IV. Ut si de laicis eligantur ad clerum, quantum temporis observetur.

Si vero de laicis quispiam ecclesiasticis est aggregandus officiis, tanto sollicitius in singulis quæ superius comprehensa sunt hujusmodi decet examinare personam, quantum inter mundanam religiosamque vitam constat esse discriminis. Quia utique convenientia Ecclesiæ ministeria reparanda sunt, non inconvenientibus meritis ingerenda : tantoque magis quod sacris aptum potest esse servitiis, in eorum querendum est institutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc assequenda, decerpitur : ut morum habere doceatur hoc probitas quod prolixior consuetudo non contulit ; ne per occasionem supplendæ penuriæ clericalis vitia potius divinis cultibus intulisse, non legitimæ familiæ computemur procurasse compendia : quorum promotionibus super anni metas sex menses nihilominus subrogamus, quoniam, sicut dictum est, distare convenit inter personam divino cultui deditam et de laicorum conversatione venientem ; quæ tamen eatenus indulgenda credidimus, ut illis ecclesiis, quibus infestatione bellorum vel nulla penitus vel exigua remanserunt ministeria, renoventur : quatenus his, Deo propitio, restitutis, in ecclesiasticis gradibus subrogandis canonum paternorum vetus forma servetur, nec contra eos ulla ratione prævaleat, quod pro accidentis defectus remedio providetur, non adversus scita majorum nova lege prononitur : cæteris Ecclesiis ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas pristinam faciendis ordinationibus convenit tenere sententiam : quo magis hac opportunitate commoti observantiam venerandorum canonum propensius delegamus, singulorum graduum conscientias admonentes, ne in illicitos prorumpere moliantur excessus.

V. De digamis aliisque personis quæ ad ministerium clericatus nullatenus applicantur.

Nec fas esse confidat quisque pontificum bigamos, aut conjugia sortientes ab aliis derelicta, sive quolibet post penitentiam, vel sine litteris, vel corpore vitiatos vel conditionarios, aut curiæ publicarumque rerum nexibus implicatos, aut passim nulla temporis congruentis expectatione discussos, divinis servituros applicare mysteriis : neque pro suo libitu jura studeant aliena pervadere absque sedis apostolicæ iusta dispositione mandante.

VI. Ut sine præceptione episcopi novæ basilicæ non dedicentur.

Basilicæ noviter institutas, non petitis ex more præceptionibus, dedicare nemo audeat. Non ambiant sibiimet episcopi vindicare clericos potestatis alienæ.

VII. Ut nulla pretia de baptizandis consignandisque fidelibus exigantur.

Baptizandis consignandisque fidelibus pretia nulla

præfigant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes ; quoniam quod gratis accepimus gratis dare mandamur. Et ideo nihil a prædictis prorsus exigere moliantur, quo vel paupertate cogente deterriti vel indignatione revocati redemptionis suæ causas adire despiciant : certum habentes, quod qui prohibita deprehensi fuerint admisisse vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subituri proprii sint honoris

VIII. De presbyteris, ut nihil super episcopos præsumant.

Nec minus etiam presbyteros ultra suum modum tendere prohibemus, nec episcopali fastigio debita sibiimet audacter assumere : non conficiendi chrismatis, non consignationis pontificalis adhibendæ sibiimet arripere facultatem : non, præsentem quolibet antiatite, nisi fortasse jubeantur, vel orationis vel actionis sacræ suppeteri sibi præsumant esse licentiam : neque sub ejus aspectu, nisi jubeantur, aut sedere præsumant aut venerabilia tractare mysteria. Nec sibi meminerint ulla ratione concedi sine summo pontifice subdiaconum, vel acolythum jus habere faciendi : nec prorsus addubitent, si quidquam ad episcopale ministerium specialiter pertinens suo motu putaverint exsequendum, continuo se presbyterii dignitate et sacra communione privari. Quod fieri necesse est censeamus, si eorum præsumptu deferente hujusmodi fuerit prævaricatio comprobata, nec ipso eorum episcopo a culpa conniventia et ultione vacaturo, si immoderata facientem dissimulaverit vindicare.

IX. Ut diaconi mensuram propriam juxta Patrum decreta custodiant.

Diaconos quoque propriam constituimus observare mensuram, nec ultra tenorem paternis canonibus deputatum quidpiam tentare permittimus : nihil eorum suo ministerio penitus applicare, quæ primis ordinibus proprie decrevit antiquitas. Atque episcopo vel presbytero baptizare non audeant, nisi prædictis fortassis officiis longius constitutis necessitas extrema compellat ; quod et laicis Christianis facere plerumque conceditur.

X. Quod diaconi in presbyterio residere non possint.

Hos non in presbyterio residere cum divina celebrantur vel ecclesiasticis habetur quicunque tractatus. Sacri corporis prærogationem sub conspectu pontificis seu presbyteri, nisi his absentibus, jus non habeant exercendi.

XI. Quod apostolica sedes paternos canones pio studio devotoque custodiat.

Cum enim decreta venerabilium sanctionum nos quoque magnopere custodire nitamur, ac sine eorum dispendio etiam illa, quæ pro alicujus utilitatis fortasse compendio videantur laxanda, credamus ; cumque nobis contra salutarium reverentiam regularum cupiamus temere nihil licere ; et cum sedes apostolica super his omnibus, favente Domino, quæ paternis canonibus sunt præfixa pio devotoque studeat tenere proposito : satis indignum est quinquam

vel pontificum, vel ordinum subsequentium hanc observantiam refutare, quam beati Petri sedem et sequi videat et docere; satisque conveniens est ut totum corpus Ecclesiæ in hac sibi met observatione concordet, quam illic vigere conspiciat, ubi Dominus Ecclesiæ totius posuit principatum dicente Scriptura: *Ordinate in me charitatem*; et item: *Omnia cum ordine fiant*; atque iterum Psalmista predicante: *Circumdate Sion, et complectimini eam, narrate in turribus ejus, ponite corda vestra in virtute ejus, et distribuite gradus ejus, ut enarretis in progenie altera: quoniam hic est Deus noster in æternum, et ipse reget nos in secula*. Hic procul dubio qui in ecclesiasticarum narratur altitudine dignitatum, et in cujus virtute bonis operibus corda ponenda sunt, gradibus utique distributis, cunctis Deus noster et rector populis predicandus est Christianis: ubi nemo sibi met aliquid æstimet imminutum, cum et de uniuscujusque gradus perfectione nihil deperit, et convenienter retinendo quod cœlesti dispensatione collatum est, pariter nobis et cognoscibilem Deum fieri et tribuit esse rectorem. Nam etsi quid indulgetur de temporum quantitate, moribus aggregata strenuitate pensatur, si vitæ jam proposito continetur, quod protelata fuerat ætate curandum, dummodo illa nullatenus dissimulata subrepani, quorum quodlibet si inesse claruerit, merito clericalibus infulis reprobabilem convincat esse personam. Et si illa nonnunquam sinenda sunt quæ, si cæterorum constet integritas, sola nocere non valeant; illa tamen sunt magnopere præcaveunda quæ recipi sine manifesta decoloratione non possunt. Ac si ea ipsa quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel rerum temporumque cogit intuitus, vel acceleratæ provisionis respectus excusat, quanto magis illa nullatenus mutilanda sunt, quæ nec ulla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet utilitas?

XII. *Ut præter paschale tempus, vel Pentecosten nemo baptizare præsumat, nisi eos tantum, quos ægritudo extrema compulerit.*

Baptizandi sibi quisquam passim quocunque tempore nullam credat inesse fiduciam, præter paschale festum et præter Pentecosten venerabile sacramentum, excepto dumtaxat gravissimi languoris incursu, in quo verendum est ne morbi crescente periculo sine remedio salutari fortassis ægrotans exitio præventus abscedat.

XIII. *De presbyterorum et diaconorum ordinationibus, certis celebrandis temporibus.*

Ordinationes etiam presbyterorum et diaconorum nisi certis temporibus et diebus exercere non debeant, id est, quarti mensis jejunio, septimi et decimi, sed etiam quadragesimalis initii, ac mediana Quadragesimæ die, sabbati jejunio circa vesperam noverint celebrandas. Nec cujuslibet utilitatis causa sive presbyterum seu diaconum his præferre, qui ante ipsos fuerint ordinati.

XIV. *De virginibus sacris quando velentur.*

Devotis quoque virginibus nisi aut in Epiphaniarum, aut in albis paschalibus [*Æm.*, in diebus pa-

schalibus], aut in apostolorum natalibus sacrum minime velamen imponant, nisi forsitan, sicut de baptismo dictum est, gravi languore correptis, ne sine hoc munere de sæculo exeant, implorantibus non negetur.

XV. *Ut viduæ non velentur.*

Viduas autem velare pontificum nullus attentet, quoniam quod nec auctoritas divina delegat nec canonum forma præstitit non est penitus usurpandum, eisque sic ecclesiastica sunt conferenda præsidia, ut nihil committatur illicitum.

XVI. *Ut servi sub obtentu religionis non recipiantur in clero vel in monasteriis.*

Generalis etiam querelæ vitanda præsumptio est, qua propemodum causantur universi, passim servos aut originarios, dominorum **133** jura possessionumque fugientes, sub religiosæ conversationis obtentu vel ad monasteria sese conferre, vel ad ecclesiasticum famulatum, conventibus quoque præsubibus, indifferenter admitti. Quæ modis omnibus est amovenda perniciosa, ne per Christiani nominis institutum aut aliena pervadi, aut publica videatur disciplina subverti, præcipue cum nec ipsam ministerii clericalis hac obligatione fuscari conveniat dignitatem, cogaturque pro statu militantium sibi conditioneque iurgari, aut videri, quod absit, obnoxia. Quibus sollicita competenter interdictione prohibitis, quisquis episcopus, presbyter et diaconus, vel eorum qui monasteriis præesse noscuntur, hujusmodi personas apud se tenentes, non restituendas patronis, aut deinceps vel ecclesiasticæ servituti vel religiosis congregationibus putaverint applicandas, nisi voluntate forsitan dominorum sub scripturæ testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione concessas, periculum se honoris proprii non ambigant communionisque subituros, si super hac re cujusquam verax nos querela pulsaverit. Magnis quippe studiis secundum beatum Apostolum præcavendum est, ne fides et disciplina Domini blasphemetur.

XVII. *Ut clerici nullas negotiationes inhonestas vel turpia lucra sectentur.*

Consequens fuit ut illa quoque quæ de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiavit, non prætereunda putaremus, id est plurimos clericorum negotiationibus inhonestis et lucris turpibus imminere, nullo pudore cernentes evangelicam lectionem, qua ipse Dominus negotiatores e templo verberatos flagellis asserit expulisse; nec Apostoli verba recollentes, quibus ait: *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus*: Psalmistam quoque David surda dissimulantes aure, cantantem: *Quoniam non cognovi negotiationes, introito in potentias Domini*. Proinde hujusmodi aut ab indignis posthac quæstibus noverint abstinendum, et ab omni cujuslibet negotiationis ingenio vel cupiditate cessandum, aut in quocunque gradu sint positi, mox clericalibus officiis abstinere cogantur: quoniam domus Dei domus orationis esse debet et dici, ne officina negotiationis et spelunca potius sit latronum.

XVIII. Ut nemo litteras nesciens vel aliqua parte corporis imminutus ad clerum promoveatur.

Illiteratos quoque et nonnulla parte corporis imminutos sine ullo respectu ad ecclesiasticum didicimus venire servitium. Quod simul antiqua traditio, et apostolicæ sedis vetus forma non recipit, quia nec litteris carens sacris esse potest aptus officis, et vitiosum nihil Deo prorsus offerri legalia præcepta sanxerunt. Itaque de cætero modis omnibus hæc vitentur, nec quisquam talis suscipiatur in clerum. Si qui vero vel temeritate propria vel incuria præidentium tales ante suscepti sunt, in his in quibus constituti sunt locis eatenus perseverent, ut nihil unquam promotionis arripiant, satisque habeant hoc ipsum sibi pro nimia miseratione permissum.

XIX. De his qui se ipsos abscidunt.

De his autem qui semetipsos abscidunt paterni canones evidenter sequenda posuerunt, quorum tenorem sufficiat indidisse. Dicunt enim talia perpetrantes, mox ut agniti fuerint, a munere clericali debere eos secludi. Quod modis omnibus custodire nos convenit, quia fas esse nulli suppeditat quidquam præter illa quæ memorabilis decrevit forma censere.

XX. De criminosis ut ad clerum non promoveantur.

Comperimus etiam horrendis quibusdam criminibus implicatos, tota discretionem submota, non solum de factis atrocibus necessariam penitentiam non habere, sed nec aliqua correctione penitus succedente ad divinum ministerium honoremque contendere: nonnullos autem in ipsis ordinibus constitutos gravibus delinquentes facinoribus non repelli, cum et Apostolus dicat nemini cito manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis: et majorum veneranda constituta pronuntient hujusmodi etiam si forte subreperint, tam qui ante peccaverunt detectos oportere repelli, quam sacræ professionis oblitos prævaricatoresque sancti propositi procul dubio submovendos.

XXI. Quod dæmoniis, aliisque passionibus irretitis ministeria sacra tractare non liceat.

Usque adeo sane comperimus illicita quæque prompserunt, ut dæmoniis similibusque passionibus irretitis ministeria sacrosancta tractare tribuatur. Quibus si in hoc opere positis aliquid propriæ necessitatis occurrat, quis de sua fidelium salute confidat, ubi ministros ipsos curationis humanæ tanta perspexerit calamitate vexari? Atque ideo necessario removendi sunt, ne quibuslibet scandalum generetur infirmis, pro quibus Christus est mortuus. Postremo si corpore sauciatum fortassis, aut debilem nequam sancta contingere lex divina permisit, quanto magis doni cœlestis dispensatores esse non convenit, quod est deterius, mente percussos?

XXII. Quod hi, qui se sacris virginibus sociant et fœdera incesta commiscunt, communicare non possunt, nisi publicam penitentiam gesserint.

Virginibus autem sacris temere se quosdam sociare cognovimus, et post dicatum Deo propositum incesta fœdera sacrilegaque miscere. Quos protinus æquum

• Ex reliquis, præter Alv., in quo, *conscendere*.

est a sacra communionem detradi, et nisi per publicam probatamque penitentiam omnino non recipi; sed his certe vitium de sæculo transeuntibus, si tamen penituerint, non negari.

XXIII. Quod viduas, ut supra dictum est, non velentur, sed si professam continentiam proposito mutato calcaverint, ipsæ pro se rationem Domino reddant.

Nam viduas sub nulla benedictione velandis superius late, sufficienterque prædiximus. Quæ si propria voluntate professam pristini conjugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi earum intererit, quali Deum debeant satisfactione placare, quia juxta Apostolum primam fidem irritam fecerunt. Sicut enim, si se forsitan continere non poterant, secundum Apostolum, nullatenus nubere vitabantur; sic habita secum deliberatione promissam Deo pudicitiam fidem debent custodire. Nos autem talibus nullam laqueum debemus inicere, sed solas adhortationes præmii sempiterni, pœnasque proponere divini iudicii, ut et nostra sit absoluta conscientia, et illarum pro se Deo rationem reddat intentio. Cavendum est quippe quod de earum moribus actibusque beatus Paulus testatur apostolus: quod plenius exposere præterimus, ne sexus instabilis non tam deterreri quam admoneri videatur.

XXIV. Quod secunda conjugia sæcularibus non negentur, quibus tamen ad clerum minime venire conceditur.

Secundas nuptias sicut sæcularibus inire conceditur, ita post eas nullus ad clericalem sinitur venire collegium. Alia est enim humanæ fragilitatis generaliter concessa licentia, alia debet esse vita divinarum rerum servitio dedicata.

XXV. Ut si quis susceperit Ecclesiam propriæ desertoriam, et aliqua provexerit dignitate, subjacent sententiæ quam canones præfixerunt.

Quisquis propriæ desertor Ecclesiæ nullis exstantibus causis ad aliam putaverit transeundam, temereque susceptus fuerit et promotus, reverendum canonum vel ipse, vel receptor ejus atque provector constituta non fugiet, quæ de hujusmodi præsumptoribus præfixere servanda.

XXVI. De laicis vel monachis, qui per præmium ordinantur, ut dantem et accipientem Simonis magi crimen involvat.

De monachis vero, laicisque in prima copiosius præceptionis hujus parte digestum est, quæ vel quatenus pro rerum temporumque necessitate concessa sint, vel quemadmodum, ubi nullius necessitatis interesse probabitur, non nisi vetus institutio debeat custodiri. Quos vero constiterit indignos meritis sacram mercatos esse præio dignitatem, convictos oportet arceri, non sine periculo facinus tale patran-tes: quia dantem pariter accipientemque damnatio Simonis, quam sacra lectio testatur, involvit.

XXVII. Ut nulla basilica sub defunctorum constructa nomine dedicetur.

De locorum consecratione sanctorum quamvis superius strictim fuerit comprehensum, nobis quoque patefactum est quod absque præcepto sedis apostoli-

cæ nonnulli factas ecclesias vel oratoria sacrare præsumant. Hoc sumus tamen iudicio detestabiliore permoti, quod in quocunque nomine defuactorum, et quantum dicitur, nec omnino fidelium, constructiones ædificatas sacris professionibus audacter instituere memorantur. Quæ quoniam tam acerba, tam dura sunt, ut eadem vix noster ferre possit auditus; si vere Christianitatis affectus in illis certus et fixus est, et districtius ista quærantur et a quibus fuerint gesta prodantur: quoniam sicut latentibus in hæc atrocitate nominibus non exstat in quem sententia debita proferatur, ita cum manifestis fuerit documentis expositus quem sceleris tanti poscit **135** immunitas, non vitabit ullatenus ultionem.

XXVIII. *De feminis, ut sacris altaribus non ministrent, vel aliquid ex his, quæ virorum sunt officii deputata, præsumant.*

Nihilominus impatienter audivimus tantum divinarum rerum subiisse despectum, ut feminæ sacris altaribus ministrare firmentur: cunctaque, quæ non nisi virorum famulatu deputata sunt, sexum, cui non competit, exhibere: nisi quod omnium delictorum, quæ singillatim perstrinximus, noxa omnis, reatus omnis, et crimen eos respicit sacerdotes, qui vel ista committunt, vel committentes minime publicando pravis excessibus favere significant: si tamen sacerdotum jam sint vocabulo nuncupandi, qui delegatum sibi religionis officium sic prosternere moliantur, ut in perversa quæque, profanaque declives sine ullo respectu regulæ Christianæ præcipitia funesta sectentur. Cumque scriptum sit: *Minima qui spernit paulatim decidit*, quid est de talibus æstimandum qui, immensis ac multiplicibus pravitarum molibus occupati, ingentem ruinam multimodis impulsionebus ediderunt, quæ non solum ipsos videatur obruere, sed et Ecclesiis universis mortiferam, si non sanentur, inferre perniciem? Nec ambigant qui hæc ausi sunt exercere, sed etiam qui hactenus cognita siluerunt, sub honoris proprii jacere dispendio, si non quanta possunt celeritate festinent ut lethalia vulnera competentis medicina sanentur. Quo enim more teneant jura pontificum qui pontificalibus excubiis eatenus injuncta dissimulant, ut contraria domui Dei, cui præsent, potius operentur? Qui quantum apud Deum possent, si non nisi convenientia procurarent,

^a In reliquis, præter Alv., hæreditatibus.

A tantum quid mereantur aspiciant, cum exæcrabili studio sectentur adversa. Et quasi aurgis hæc regula sit, qua Ecclesiæ debeant gubernari, si quidquid est ecclesiasticis inimicum regulis perpetratur, cum etsi cognitos habuit canones unusquisque pontificum intemerata debuerit tenere custodia. Et si forsitan nesciebat, consulere fidenter oportuerit, quo magis excusatio nulla succurrit ignorantibus, quia nesciens proponit servare quod noverat, nec ignorans curavit nosse quod gereret.

XXIX. *De redditibus^a ecclesiæ vel oblatione fidelium, ut quatuor portiones fieri debeant.*

B Quatuor autem tam de redditu, quam de oblatione fidelium, prout cujuslibet ecclesiæ facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones: quarum sit una pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda. De quibus, sicut sacerdotis intererit integram ministris ecclesiæ memoratam dependere quantitatem, sic clericus ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expetendum. Ea vero, quæ ecclesiasticis ædificiis attributa sunt huic operi veraciter prærogata, locorum doceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est si sacris ædibus destitutis in lucrum suum præsul impendia his designata convertat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quamvis divinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen juxta quod scriptum est: *Ut videant opera nostra bona, et glorificent Patrem qui est in cælis*, oportet etiam præsentem justificationem prædicari, et bonæ famæ præconiis non taceri.

XXX. *Ut episcopus, presbyter et diaconus, qui contra hæc constituta fecerit sui honoris periculum sit subiturus.*

C Quapropter nec clericorum quispiam se hujus offensæ futurum confidat immunem, si in his, quæ salubriter sequenda depreciosissimus, sive episcopus, seu presbyterum, sive diaconum viderit excedentem, non protinus ad aures nostras deferre curaverit, probationibus duntaxat competenter exhibitis, ut transgressoris ultio fiat, et cæteris interdictio delinquendi. Sic vero modis omnibus erit unusquisque pontificum ordinis et honoris elisor, si cuiquam clericorum vel ecclesiæ totius auditui hæc putaverit supprimenda. Datum v Idus Martias, Asterio et Præsidio^b viris clarissimis consulibus.

D ^b Ex reliquis, præter Alv., in quo, *Presieno*.

LXXXIII

EPISTOLA EJUSDEM PAPÆ GELASII AD SICILIENSES EPISCOPOS.

Gelasius Romanæ Ecclesiæ episcopus dilectissimis et in Christi charitate una mecum connexis fratribus episcopis qui in Sicilia sunt constituti.

136 I. *De bene gerendis rebus Ecclesiæ ab episcopis.*

Præsulum nostrorum auctoritas emanavit, ut facultates Ecclesiæ episcopi ad regendum habeant potestatem, ita tamen ut viduarum pupillarumque atque pauperum, nec non et clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis statuimus dari quod hactenus

decretum est: reliquum sibi episcopi vindicent, ut, sicut antea diximus, peregrinorum atque captivorum largitores esse possint.

II. *De tricennali præscriptione.*

Illud etiam adnecti placuit, ut si, quod abstulit, facultates Ecclesiæ, nec non et dioceses quæ ab aliis possidentur episcopis, jure sibi vindicent quod tricennalis lex conclusit, quia et filiorum nostrorum

principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta an- A excludit. Datum Iduum Maiarum, Asterio et Præsicio nos nulli liceat pro eo appellare quod legum tempus viris clarissimis consulibus.

LXXXIV

EPISTOLA PAPÆ ANASTASII URBIS ROMÆ

AD IMPERATOREM ANASTASIUM

Pro pace Ecclesiarum missa.

Gloriosissimo et clementissimo filio Anastasio Augusto Anastasius episcopus.

Exordium pontificatus mei, primitus oblata populi pace, pronuntio : consequenter pro fide catholica humilis pietati tuæ precator occurro, in quo primum mihi divinum favorem propinquasse confido, quod consonantia in me augustissimi nominis tui non dubium **137** præstat auxilium. ut sicut præcelsum vocabulum pietatis tuæ per universas gentes toto orbe præfulget, ita per ministerium meæ humilitatis, sicut semper est, sedes beatissimi Petri in universali Ecclesia assignatum sibi a Domino Deo teneat principatum. Nec propter unum mortuum diutius tunica illa Salvatoris, desuper contexta per totum, malæ sortis patiat incertum, quæ sola in discissionem pro firmitate sui venire non potuit, serenitate tua præcipue rempublicam gubernante : cui etiam in privata vita tantum sinceræ religionis studium fuit, ut (sicut fama certissima celebravit) nemo magis vel inter præcipuos sacerdotes præfixas a sanctis Patribus regulas Ecclesiæ custodisse dicatur : quod a sanctum studium cum majestate imperii crevisse confidimus.

I. *Quod pro Christo fungatur legatione dum pro pace precatur Ecclesiæ.*

Legatione itaque fungimur pro Christo, ne eos propter offensionem vel scandalum patiamini publice nominari, quorum merita vel actus illi iudici latere non possunt, in cuius jam sunt iudicio constituti. Nec illic se potest interserere in corpore mortali adhuc temeraria præsumptio, in quo non solum confessio facit aperta merita singulorum, sed etiam silentii ipsius non potest latere secretum. Namque et prædecessor noster papa Felix, et etiam Acacius illic procul dubio sunt, ubi unusquisque sub tanto iudice non potest perdere sui meriti qualitatem.

II. *Quod non sit temere iudicandum de his qui jam ad Dominum migraverunt.*

Itaque monente nos beatissimo Paulo apostolo, ne quod sit in hoc offendiculum in Ecclesia, dum, quod facere non possumus, de his qui jam transierunt iudicare conemur, observandum esse tranquillitas tua cognoscat. Ait enim de his qui de rebus ad Dominum solum pertinentibus iudicare præsumunt : *Nemo enim nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur ; sive enim vivimus, Domino vivimus ; sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus resurrexit a mortuis, ut et vicorum et mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum ? aut tu qua-*

*re spernis fratrem tuum ? Omnes enim stabimus ante tribunal Dei. Scriptum est enim : Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, et omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem iudicemus, sed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculum. Monet igitur beatus Apostolus, ne de his nobis præsumamus iudicium, de quibus nemo potest verius vel melius iudicare quam Deus, nec in hoc sibi quisquam temerarios ausus usurpet, et propter hoc pax atque unitas Ecclesiæ dissipetur. Nam et in Regnorum libro dicitur : *Non quomodo videt Deus, homo videt ; quia homo videt in facie, Deus autem videt in corde.* Item in Paralipomenon libro primo : *Et nunc, o Salomon, scito Deum patrum tuorum, et servi illi in corde perfecto et in anima volente, quoniam omnia corda scrutatur Dominus, et omnem cogitationem novit.* Item in Ezechiel : *Hæc dicit Dominus : Sic dixistis, domus Israel, et cogitationes spiritus vestri novi ego.* Unde et de Domino iudice dicitur in Evangelio : *Sciens autem Jesus cogitationes eorum, dixit : Quid cogitatis mala in cordibus vestris ?**

III. *Ut specialiter in Ecclesia nomen taceatur Acacii.*

Præcamur itaque clementiam vestram ut specialiter nomen taceatur Acacii ; multum enim scandalum vel offendiculum Ecclesiæ concitavit. Speciali appellatione taceatur, cum, sicut diximus, in generalitate sacerdotum uniuscujusque meritum illum iudicem latere non possit, quid cuique tribuendum sit pro æstimata dispensatione meritorum, cui soli cogitationes quoque manifestæ sunt. Quantos vero excessus atque præsumptiones habuerit Acacius, ne clementiæ tuæ per singula suggerere fortasse videatur onerosum, Cresconio vel etiam Germano fratribus et coepiscopis meis, quos misimus ad serenitatem tuam, de causis singulis Acacii, qualis fuerit, instructionem plenissimam dedimus, clementiæ vestræ specialiter recensendam, si hoc pietati tuæ placuerit curiosius indagare ; ne in aliquo suggestioni nostræ veritas defuisse videatur, ut pro divina sapientia vestra perspicue videre possitis non superbia vel elatione sedis apostolicæ in Acacium talem processisse sententiam, sed facinoribus certis, quam um nos extra illud iudicium quod solum falli non potest æstimemus, zelo magis divinitatis, extortiam.

IV. *Quod magis opere contentio sit cavenda.*

Nos vero humiliter supplicantes controversiam **138** in Ecclesia remanere volumus, cum magis vi-

^a Ex omnibus, præter Alv., in quo legitur, quoniam studium.

tanda contentio sit, sicut dicitur in Proverbis : **A** per obedientiam quæ sunt salutifera complantur. Odium suscitât contentio. Omnes autem, qui non contendant, protegit amicitia. Nam et Apostolus ad Corinthios : Cum animi sint inter vos amulationes et contentiones, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis ? Item ad Philippenses : Si qua ergo consolatio in Christo, et qua allocutio charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera, et miserationes, implete gaudium meum, ut id ipsum dicatis omnes eandem charitatem habentes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate mentis invicem æstimantes sibi metipsis superiores, non in sua singulis respicientes, sed aliorum.

V. Ut Alexandrinus imperator admonet ad fidem sinceram et pacem redire catholicam.

Hoc tamen præcipere iustius serenitati tuæ, gloriosissime et clementissime filii Auguste, ut cum causæ Alexandrinorum patuerint piissimis auribus vestris, ad sinceram et catholicam fidem eos auctoritate, sapientia, divinisque vestris monitis redire faciatis. Nam quid tenendum sit in religione catholica secundum definita Patrum et prædicationem omnium sacerdotum qui in Ecclesia floruerant, si hoc quoque præceperitis, scientibus in memoriam transmittendõ renovabimus, ignorantibus ad discendum pro officio nostræ instructionis offeremus, ut nulla extra hæc ingeniorum jactantia vel pravitas audiatur.

VI. Admonetur imperator ut constitutis apostolicæ sedis obtinere.

Illud vero peculiariter pro amore imperii vestri et beatitudine, quæ consequi poterit regnum, pro apostolico officio prædicamus, ut, sicut decet et sanctus Spiritus dicit ^a, monitis nostris obedientia præbeatur, ut bona omnia vestram rempublicam consequantur, sicut in Exodo vocem Domini Dei tui, et quæ placent ei feceris coram ipso, et obedieris præceptis ejus, et custodieris omnem justitiam ejus, omnem infirmitatem, quam importavi Ægyptiis, non importabo in te. Ego enim sum Dominus, qui salvum facio te. Et illic iterum tuba potentissima canitur : Et nunc, Israël, quid Dominus tuus postulat a te aliud quam ut timeas Dominum Deum tuum, et ambules omnes vias ejus, et diligas eum, et servias Domino Deo tuo ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, custodire præcepta Domini Dei tui, et justitias ejus, quas **D** ego mando tibi ? Hæc me suggerentem frequentius non spernat pietas tua, ante oculos tuos habens Domini in Evangelio verba : Qui audit vos, me audit, et qui vos spernit, me spernit, et qui me spernit, spernit eum qui me misit. Nam et Apostolus concinens [Ger., æcinens] Salvatori nostro, ita loquitur : Quapropter qui hæc spernit non hominem sed Deum spernit, qui dedit Spiritum suum sanctum in nobis. Pectus clementiæ vestræ sacrarium est publicæ felicitatis, ut per instantiam vestram, quam ^b velut vicarium præsidere jussit in terris, evangelicis apostolicisque præceptis non dura superbia resistatur, sed

^a Ex Bibl. Reg. In reliquis, dicat Forte, dictat, ut in excusis.

VII. Quod eos quos post damnationem suam vel baptizavit vel ordinavit Acacius nulla portio læsionis attingat.

Nam secundum Ecclesiæ catholicæ consuetudinem sacratissimum serenitatis tuæ pectus agnoscat, quod nullum de his vel quos baptizavit Acacius, vel quos sacerdotes sive levitas secundum canones ordinavit, ulla eos ex nomine Acacii portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam et baptisma, quod procul sit ab Ecclesia, sive ab adultero vel a furo fuerit datum, ad percipientem munus pervenit illibatum : quia vox illa qua sonuit per columbam, omnem maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur : *Hic est qui baptizat in Spiritu sancto et igne.* Nam si visibilis solis istius radii, cum per loca fœtidissima transeunt, nulla contactus inquinatio maculantur, multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate confingitur. Nam et Judas cum fuerit sacrilegus atque fur, quidquid egit inter apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data multa ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima voce : *Scribæ, inquit, et Pharisei super cathedram Moysis sedent : quæ dicunt, facite ; quæ autem faciunt, nolite facere ; dicunt enim, et non faciunt.* Quidquid ergo ad hominum profectum quilibet in Ecclesia minister pro officio suo videtur operari, hoc totum continuari implente divinitatis effectu, ita illo, per **139** quem Christus loquitur, Paulus affirmat : *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat aut aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* A Deo autem non queritur quis vel qualis prædicet, et invidet etiam bene Christum prædicare confirmet : quo male diabolus ipse deceptus est, et hoc ipso præcipitare non desinit.

VIII. Quod nisi bona ministrando sibi tantummodo nocent, nec Ecclesiæ sacramenta commaculent.

Idem ergo et hic ejus nomen dicimus esse reticendum, male bona ministrando, sibi tantum nocent : nam inviolabile sacramentum, quod per illum datum est aliis, perfectionem suæ virtutis obtinuit. Quod si est aliquorum in tantum se extendens curiosa suspicio, ut imaginentur profecto a papa Felice julicino postea inefficaciter in sacramentis, quæ Acacius usurpavit, egisse, ac perinde eos metuere, qui vel in consecrationibus, vel in baptisate mysteria tradita susceperunt, ne irrita beneficia divina videantur ; meminerint in hac quoque parte similiter tractatum prævalere superiorem, quia non sine usurpato nomine sacerdotii adjudicatus hoc egit : in quo virtutem suam obtinentibus mysteriis, in hoc quoque aliis rea sibi persona non nocuit. Nam ad illum pertinet quod tuba Davidica canitur : *Verumtamen Deus conquassabit capita inimicorum suorum, verticem capilli*

^b Ex Ger. In reliquis, quem.

perambulantium in delictis suis. Nam superbia semper sibi, non aliis facit ruinam. Quod universa Scripturarum caelestium testatur auctoritas, sicut etiam per Spiritum sanctum dicitur in propheta: *Non habitabit in medio domus meae qui facit superbiam.* Unde cum sibi sacerdotis nomen vindicaverit condemnatus, in ipsius verticem superbiae tumor inflictus est, quia non populus qui in mysteriis a domum ipsius sitiebat exclusus est, sed anima sola illa, quae peccaverat, iusto iudicio proprie erat obnoxia, quod ubique numerosa

^a *Æm.*, Bibl. Reg., Esc. 5, Ger., *ministeriis.*

^b *Ex reliquis, præter Alv., in quo: triumphare possitis.*

Scripturarum testatur instructio. Unde remotis hominum studiis sive versutis in hac adhuc præsentis fragilitate positurum, secundum preces nostras annuis et auctoritate Imperiali offerte Deo nostro unam catholicam Ecclesiam et apostolicam; quia hoc solum est, in quo non solum in terris, sed etiam in caelo triumphare sine fine possitis ^b. *Subscriptio.* Omnipotens Deus regnum et salutem tuam perpetua protectione custodiat, gloriose et clementissime sentper Augusto.

LXXXV

EPISTOLA PAPE SYMMACHI AD CÆSARIUM EPISCOPUM.

Dilectissimo fratri Cæsario Symmachus.

Hortatur nos æquitas postulationis desiderio fraternitatis tuæ gratanter annuere de singulis, quæ ab apostolica sede concedi supplicas, quod a Patrum cautela et provisione non discrepat. Et quamvis ecclesiasticæ regulæ pene omnia comprehendant, tamen superfluum esse non credimus denuo quæ sunt sæpius interdita repetere.

140 I. *Ut res Ecclesiæ non alienentur, sed clericis vel monachis aut peregrinis in usum tantummodo largiantur.*

Possessiones igitur quas unusquisque ecclesiæ proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienare quibuslibet titulis atque distractionibus vel sub quocunque argumento non patimur; nisi forsitan aut clericis honorum meritis, aut monasteriis religionis intuitu, aut certe peregrinis, si necessitas largiri suaserit, sic tamen, ut hæc ipsa non perpetuo sed temporaliter perfruantur.

II. *Ut nullus honorem præmiis accipiat.*

Illud magnopere commonens, ut hi qui non Dei gratia sed promissione rerum ecclesiasticarum præmissa ad sacerdotium conantur accedere, desideriorum talium priventur effectu. Qui autem ab huiusmodi intentione se non cohibent, vindictis canonum sciant se sine dubitatione facile ad sacerdotium non permitti accedere, de quibus et gradus et tempora constituta sunt, per quæ ad hanc dignitatem debeant aspirare: quia quicumque sine statuto promovetur, non facile caret offensa, et sine experimento non potest quis electionis obtinere sententiam.

III. *Ut raptores viduarum vel virginum ab Ecclesiæ communionem pellantur.*

Raptores igitur viduarum vel virginum ob immani-

^a *Ex reliquis, præter Alv., in quo, offerri; forte, afferri.*

Batem tanti facinoris detestamur, ipsos vehementius persequendo, quod sacras virgines vel volentes vel invitae matrimonio suo sociare tentaverint: quos pro tam nefandissimi criminis atrocitate a communione suspendi præcipimus.

IV. *Ut viduæ vel virgines professæ continentiam ultra non nubant.*

Neque viduas ad nuptias transire patimur, quæ in religioso proposito diuturna observatione permanserint. Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasteriis ætatem peregissee contigerit.

V. *Ut nullus per ambitum ad episcopatum accedat.*

Nullus itaque per ambitum ad episcopatus honorem permittatur accedere. Nam cum hic excessus in laica conversatione culpatur, quis dubitat quod religiosis et Deo servientibus inurat opprobrium? Episcopatum desiderans, data pecunia, potentes personas minime suffragatrices adhibeat, nec ad decretum sibi faciendum clericos vel cives subscribere, adhibito cuiuslibet generis timore, compellat vel præmiis aliquibus hortetur. Decretum sine visitatoris presentia neco conficiat, cujus testimonio clori ac civium potest unanimitas declarari. Hortamur itaque ut pro catholice religionis intuitu et Ecclesiarum pace hæc universi fideles devota mente custodiant. Quia non est dubium prævaricatores interdictorum talium juxta venerandos canones propriæ communionis subire jacturam. Hæc tamen ad omnium episcoporum volumus perferri ^a notitiam. Deus incolumentem te custodiat, charissime frater. Datum VIII Idus Januariæ, Probo viro clarissimo consule.

LXXXVI

EPISTOLA HORMISDÆ PAPE AD JUSTINUM * IMPERATOREM.

Gloriosissimo atque clementissimo filio Justino Hormisda episcopus salutem.

141 Inter ea quæ ad unitatem Ecclesiæ pertinentia, propter quam Deus clementiæ vestræ elegit imperium, in litteris contulistis, hoc quoque, venerabilis

^a *Æm., Justinianum..... Justiniano.*

Imperator, cura fidei, cui multipliciter vos studere declaratis, adjecit, ut aliquorum preces referendæ ad humilitatis meæ notitiam jungerentur, quibus vel quid quæstionis oriretur agnoscerem, vel ad submovendum propositæ consultationis ambitum responsum

a me religioſæ ſcientiæ conveniens redderetur. A legi omnia ſollicitudine qua decebat; et licet ad reſponſi plenitudinem ſufficere potuiſſem, ſi illa tantum quæ ab auctoribus ſunt definita, reſcriberem; tamen ut religioſi propoſiti veſtri remunerarem affectum, non ſubtrahendum credidi mei quoque ſermonis obſequium.

I. *Adverſus Nestorii et Eutychetiſ blaſphemias.*

Quid enim eſt quod emergentibus Nestorii et Eutychetiſ veneniſ paterna omiſit inſtructio? Pene omnes impietates cum inventoribus tam nefandorum dogmatum convenientia in unum ſynodica decreta preſſerunt. Nec ulterius remanſit locus ullus tam diris perfidiæ ſeminibus amputatis, aut Chriſtum Dominum noſtrum credere ſine carnis fuiſſe veritate, aut eundem non et Deum, et hominem de materni uteri intemerata ſœcunditate prodiſſe; cum alter eorum diſpenſationem, qua ſalvati ſumus, negando, quantum in ſe eſt, irritam faceret, alter opinione contrariæ ſed impietate conſimili in eodem Domino noſtro Jeſu Chriſto poteſtatem diviſam a vera humanitate ſecluderet. Neque ille recordatus quia palpandam carnem ſuam Chriſtus oſtendit, neque iſte Evangelii memor Verbum carnem factum eſſe dicentis a cui vox Domini indiſcipienter inſonare debuerat, qua dixit et docuit: *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, Filius hominis, qui eſt in cœlo.* Sæpe hæc et multis præcedentium ſunt comprehenſa ſententiis, ſed nec clementia veſtra, licet jam dicta ſint ſaſtidioſe, poterit repetita agnoſcere nec nobis pudor eſt ea, quæ ſunt a prædeceſſoribus noſtris prædicata, revolvere. Neque enim poſſibile eſt, ut ſit diverſitas prædicatiſ ubi una eſt forma veriſatis, nec ab re iudicabitur alienum, ſi cum hiſ, cum quibus convenimus fide, congruamus et dogmate. Revolvantur piis manuſuetudiniſ veſtræ auribus decreta ſynodica, et beati papæ Leonis convenientia ſacræ fidei conſtituta; eadem invenietis in illis, quæ recenſetiſ in noſtris. Quid ergo eſt poſt illum fontem fidelium ſtatutorum, quid amplius, ſi tamen fidei terminos ſervat, quamlibet curioſus ſcrutator inquirat? Non opus aut adjectione pleniſ, aut diſtinctione perfectiſ, niſi forte mavult quiſquam dubitare quam credere, certare quam noſſe, ſequi dubia quam ſervare decreta.

II. *De myſterio Trinitatiſ, quid perſonæ, quid designentur ſubſtantiæ.*

Nam ſi trinitas Deus, hoc eſt Pater et Filius et Spiritus ſanctus, Deus autem unus ſpecialiter legiſlatore dicente: *Audi, Iſrael: Dominus Deus tuus Deus unus eſt;* qui aliter habet necesse eſt aut divinitatem in multa dividat, aut ſpecialiter paſſionem ipſi eſſentiæ trinitatiſ impingat: 142 et, quod abſit a fidelium mentibus, hoc eſt aut plures deos more profanæ gentilitatiſ inducere, aut ſenſibilem poenam ad eam naturam quæ aliena eſt ab omni paſſione, tranſferre. Unum eſt ſancta Trinitas, non

multiplicatur numero, non creſcit augmento, nec poteſt aut intelligentia comprehendi, aut hoc, quod Deus eſt, diſcretionem ſejungi. Quis ergo illi ſecretæ, æternæ impenetrabilique ſubſtantiæ, quod neque ulla vel inviſibilium creaturarum potuit inveſtigare natura, profanam diſviſionem tentet gerere, et divini arcana myſterii revocare ad calculum moriſ humani? Adoremus Patrem et Filium et Spiritum ſanctum, indiſtinctam diſtincte, incomprehenſibilem et inenarrabilem ſubſtantiæ Trinitatiſ: ubi etiæ admittat numerum ratio perſonarum, unitas tamen non amittit eſſentiæ ſeparationem, ita tamen a ut ſervemus diviniæ propriæ naturæ, ſervemus propriam unicuique perſonæ, ut nec perſoniſ divinitatiſ ſingularitas denegetur, nec ad eſſentiæ hoc, quod eſt proprium nominum, tranſferatur. Magna eſt, ſanctum et incomprehenſibile myſterium Trinitatiſ, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus, Trinitas indiviſa: et tamen notum eſt, quia proprium eſt Patris ut generaret Filium, proprium Filii Dei ut ex Patre Patri naceretur æqualiſ, proprium Spiritus ſancti ut de Patre et Filio procederet ſub una ſubſtantiâ deitatiſ.

III. *De divinitate et humanitate Domini Jeſu Chriſti.*

Proprium quoque Filii ut juxta id quod ſcriptum eſt, in noviffimiſ temporibus Verbum caro fieret et habitaret in nobiſ, ita intra viſcera ſanctæ Mariæ virginis genitriciſ Domini unitiſ utriſque ſine aliqua confuſione naturiſ, ut qui ante tempora erat Filius Dei Filius fieret hominiſ et naceretur in tempore hominiſ, more, matris vulvam non aperiens natus, et virginitatem matris deitatiſ virtute non ſolvens. Dignum plane Deo naſcente myſterium, ut ſervaret partum ſine corruptione, qui conceptum ſecit eſſe ſine ſemine, ſervans quod ex Patre erat, et repræſentans quod ex matre ſuſcepit. Nam jacens in præſepio videbatur in cœlo, involutus panniſ adorabatur a magiſ, inter animalia editus ab angeliſ nuntiatur, vix egreſſus infantiam et annuntians myſticam ſine inſtituente doctrinam, inter rudimenta annorum pueriliſ edens cœleſtium ſigna virtutum. Idem enim Deus et homo, non ut ab infidelibus dicitur ſub quartæ introductione perſonæ, ſed ipſe Dei Filius Deus et homo idem virtus et infirmitas, humilitas et majestas, redimens et venditus, in cruce poſitus et cœli regna largitus; ita noſtræ infirmitatiſ ut poſſet interim, ita ingentiſ potentiæ, ne poſſet morte conſumi: ſepultus eſt juxta id quod homo voluit naſci, et juxta id quod Patri erat ſimiliſ reſurrexit: patiens vulnerum, et ſalvator ægrorum, unus defunctorum et vivificator; ad inferna deſcendens, et a Patris gremio non recedens. Unde et animam, quam communi conditione poſuit, pro ſingulari virtute et admirabili potentia mox reſumpſit. Hæc ita eſſe nec ullam dubitationem oportere recipere, iſ eſt, ne Deus noſter Jeſus Chriſtus aut inter opera paſſioniſ Deus non eſſe crederetur, aut ne Deus tantum non etiam

^a Ex cæteriſ, præter Aly., in quo, docentiſ.

^b Æm., Bibl. Reg., Eſc. 3, cognoscere.

^c Ex Æm. In reliquiſ: eſſentiæ, ita tamen.

homo inter opera mirabilium stupenda virtutum, proposito nos duorum apostolorum informavit exemplo, Deum esse Christum Dominum nostrum Petri fide, hominem Thomae dubitatione declarat. Quid enim intererat, ut quem se esse homines dicerent, discipulos suos vellet inquirere, nisi ut respondente Petro: *Tu es Christus Filius Dei vivi*: fateretur non hoc de carne et sanguine proditum, sed Patre Deo inspirante revelatum, et per testimonium laudatae responsionis fides patefactae fieret veritatis? Quid etiam intererat, ut apparente post resurrectionem Domino Thomae tantum aut deesset caeteris, aut solus ambigeret, nisi ut mundus crederet, quod ambigens discipulus explorasset, ut dum unius manibus se pateretur tangi, ab universitate fidelium quid esset posset agnasci? Non ergo ad improbandum discipulum interposita est dubitatio, sed quaesita posteritatis instructio. Anne aliud expectat quod se idem Dominus Cleophae cum alio discipulo comitante ad Emmaus tendente de se loquerentur inseruit? Et quanquam de resurrectione Domini per mulieres, quae primae ad monumentum convenerant, agnovissent; tamen, ut per eorum dubitationem daret credendi futuris saeculis firmitatem, incipiens a Moyse et omnibus prophetis oportuisse pati Christum, et ita intrare in gloriam suam, interpretatus, ostendit, et per passionem humanam naturam, et divinam in

A eo esse per gloriam, multiplicibus hinc sanctarum Scripturarum iustissimè exemplis. Nec apud religiosam conscientiam tuam, venerabilis Imperator, tanquam ignota dicantur. Fides enim ipsa, quae a te constanter asseritur, tibi reddi hoc muneri, ut sensibus tuis et affectum sui inserat, et scientiam, per quam diligentius asseratur, infundat: **¶** et tamen interest dispensationis tibi creditae ut ego quoque vel apud scientes nota non taceam, ut succedente sibi per vices temporum catholicorum praedicatione sensuum quod indeficienter asseritur sine fine credatur. Latius haec, quae ad deitatem humanitatemque Domini nostri Jesu Christi pertinent, et in eo unitas duas sine confusione naturas potui secundum veterum definita disserere, si esset adversum eos, qui his dissentiunt, disputandum; sed cum in manibus omnium sint et synodica constituta, et beati papae Leonis dogmata, perstrinxisse potius pauca quam evolvere credidi conveniens universa. Nunc vero agnoscere satis est, et cavere ita proprietatem et essentiam cogitandam, ut sciatur quid personae, quid nos oporteat deservire substantiae. Quae qui indigenter ignorant, aut callida impietate dissimulant, dum omitunt, quod sit proprium Filii, trinae tendunt insidias unitati; sed si quae praedicata sunt, validis teneantur fixa radicibus, nec a paterna traditione recedunt, et constanter quaestionibus obviatur.

LXXXVII

EPISTOLA JUSTINI IMPERATORIS AD HORMISDAM PAPAM.

Sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo almae urbis Romae et patriarchae Hormisdæ Justinus imperator.

Scias effectum nobis, Pater religiosissime, quod diu summis studiis quaerebatur, noveris patefactum, et antequam advenerint, qui a vobis destinati sunt, quod Joannes vir beatissimus antistes novae Romae nostrae una cum clero ejus vobiscum sentiunt, nullis variantes ambiguitatibus, nullis divisi discordiis. Scias libellum ab eo subscriptum, quem offerendum indicaveras sanctissimorum Patrum concilio congruentem. Omnes concurrunt alacri opere ad suscipienda vota tam vestrae quam Constantinopolitanae sedis, quos veritatis coruscus fulgor illuminat: omnes accelerant libentissime, quos oblectat via dilucida. Sequuntur scita Patrum sanctissima, leges probatissimas, et conciliis quorundam firmatis, qui rectum tenebant tramitem, aliorum correctis, qui vagabantur incerti. In eo res colligitur, ut unitatem individuae Trinitatis ipsi quoque unitate colantur. Negatum est inter divina mysteria memoriam in posterum fieri pro tenore libelli, quem dixi-

C mus. Acacii praevicatoris, quondam regiae hujus urbis episcopi, nec non et aliorum sacerdotum, qui vel primi contra constituta venerunt apostolica, vel successores erroris, facti sunt, nulla usque ad ultimum diem suam poenitentia correcti. Et quoniam omnes nostrae regionis admonendae sunt, ut exemplum imitentur civitatis regiae, destinanda ubique principalia praecipua duximus; tanto flagramus religionis officio, tanto affectamus studio pacem catholicae fidei pro remuneranda cunctis pace nostrae reipublicae, pro concilianda subjectis meis summo praesidio. Quid enim gratius reperiri potest, quid justius, quid illustrius, quam quos idem regnum continet, ejusdemque fidei cultus irradiat, eos non diversa contendere, sed collectis in eodem sensibus instituta venerari, non humana mente lata, sed divinae providentiae Spiritu? Oret igitur vestrae religionis sanctitas, ut quod pervigili studio pro concordia Ecclesiarum catholicae fidei procuratur, divini munus opitulatio jugi perpetuitate servari annuat. Datum x Kalendas Maias, Constantinopoli.

^a Ex reliquis, praeter Alv., in quo, *radunt*.

LXXXVIII

EPISTOLA SIVE LIBELLUS FIDEI JOANNIS CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI
DE GRÆCO IN LATINUM TRANSLATA, DIRECTA AD SANCTUM HORMISDAM PAPAM URBS ROMÆ,
In qua anathematizat Nestorium atque Eutychetem, reliquorumque hæreticorum blasphemias.

144 Redditis mihi litteris vestræ sanctitatis in Christo, frater charissime, per Gratum clarissimum comitem, et nunc per Germanum et Joannem reverendissimos episcopos, et Felicem et Dioscorum sanctissimos diaconos, et Blandum presbyterum [*Bibl. Reg.*, episcopum], lætatus sum de spiritali charitate vestræ sanctitatis, quod unitatem sanctissimarum Dei ecclesiarum secundum veterem Patrum requirit traditionem, et dilaceratores a rationalibus gregibus, Christi amore pulsare festinas. Certus igitur scito per omnia, sanctissime, quia, secundum quod vobis scripsi, tecum veritate sentiens omnes a te repudiatos hæreticos renuo et ego pacem diligens. Sanctissimas enim Dei ecclesias id est superioris vestræ et novellæ istius Romæ unam esse accipio, illam sedem apostoli Patri, et istius augustæ civitatis unam esse definio. Orationibus artis a sanctissimis quatuor synodis, id est, Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina et Chalcedonensi de confirmatione fidei et statu Ecclesiæ assentio, et nihil titubare de bene judicatis patior: sed et conantes aut enises usque ad unum apicem placiturum perturbare lapsos esse a sancta Dei generali et apostolica Ecclesia scio, et tuis verbis recte dictis evidenter utens per præsentia scripta hæc dico, quia prima salus est rectæ fidei regulam custodire, et a Patrum traditione nullatenus deviare, quia non potest Domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia dicentis: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica inviolabilis semper catholica custoditur religio. De hac igitur fide non cadere cupientes, et Patrum sequentes in omnibus constituta, anathematizamus omnes hæreses, præcipue Nestorium hæreticum, qui quondam Constantinopolitanæ urbis fuit episcopus, damnatus in concilio Ephesino a beato Cœlestino papa urbis Romæ, et a venerabili viro Cyrillo episcopo Alexandrinæ civitatis. Et una cum illo anathematizamus Eutychetem, et Dioscorum Alexandrinæ civitatis episcopum damnatum in sancta synodo Chalce-

^a Ex *Bibl. Reg.* in cæteris, *communicatione.*

A donensi, quam venerantes sequimur et amplectimur, quæ sequens sanctam synodum Nicænam apostolicam fidem prædicavit. His conjungentes Timotheum parricidam, Ellurum cognominatum, anathematizamus et hujus discipulum, et sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum similiter condemnantes. Anathematizamus similiter et Acacium quondam Constantinopolitanæ urbis episcopum, complicem eorum et sequacem factum, nec non et perseverantem eorum communioni et participationi. Quorum enim quis eorum communionem amplectitur, eorum et similem adjudicationem in condemnatione consequitur. Simili modo et Petrum Antiochenum condemnantes anathematizamus cum sequacibus suis et omnibus suis superscriptis. Unde probamus et amplectimur epistolas omnes beati Leonis pape urbis Romæ, B quas conscripsit de recta fide. Quapropter, sicut prædicimus, sequentes in omnibus sedem apostolicam et prædicamus omnia quæ ab ipsa decreti sunt, et propterea spero in tua communicatione ^a vobiscum, quam apostolica sedes prædicat, me futuram, in qua est integra Christianæ religionis et perfecta soliditas: præmittentes in sequenti tempore sequestratos a communionem Ecclesiæ catholicæ, id est, in omnibus non consentientes sedi apostolicæ, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. **145** Quod si in aliquo a professione mea dubitare tentavero, his, quos condemnavi, et per condemnationem propriam consortem me esse profiteor. Huic vero professioni subscripsi mea manu, et direxi per rescripta tibi Hormisdæ sancto et beatissimo fratri, et papæ magnæ Romæ per supradictos Germanum et Joannem venerabiles episcopos, et Felicem et Dioscorum diaconos, et Blandum presbyterum. Et alia manu: Joannes misericordia Dei episcopus Constantinopolitanæ novellæ Romæ hæc mea professione consentiens omnibus supradictis subscripsi sanus in Domino. Ora pro nobis, sanctissime et beatissime frater. Data mense Martio die vicesimo et octavo Indictionis XII consulibus domino Justino, principe augusto, et Heraclio viris clarissimis. *Æra D.VII.*

LXXXIX

EPISTOLA HORMISDÆ PAPÆ AD JOANNEM EPISCOPUM ILLICITANÆ ^a ECCLESIE,
Ubi de communione Constantinopolitanæ Ecclesiæ scribens ei gratulatur

Vota nostra charitatem tuam latere nolumus, ne qui particeps fuit sollicitudinis gaudiorum fructu redderetur extorris. Et ideo Constantinopolitanam Ecclesiam ad communionem nostram rediisse, Domino propitiante, tradentibus significamus alloquiis et

^a In *Excursis, Helicitanæ aut Nilopolitanæ.*

D mandatorum, quæ legatis nostris dedimus, in omnibus seriem fuisse completam. De qua parte ut ad dilectionem tuam plenius perfectum gaudium perveniret, libelli Joannis fratris et sacerdotis nostri Constantinopolitani episcopi, et Justini clementissi-

mi principis orientis sacrarum litterarum exemplaria pariter credidimus destinanda; indicantes nihilominus per orientis partes plurimos episcopos sic fecisse. Superest ut a nobis competentibus precibus divinitus exorata concedat, quatenus de aliarum quoque ecclesiarum redintegratione gratulemur. Ea vero, quæ

A significare curavimus, in eorum sacerdotum qui fraternitati tuæ vicini sunt curabis perferre notitiam, ut et ipsi de effectu tantæ rei gratias nobiscum cœlestis misericordiæ beneficiis referre non cessent. Deus te incolumem custodiat, frater charissimo.

XO

EPISTOLA HORMISDÆ PAPÆ AD EUMDEM JOANNEM EPISCOPUM,

De directis institutis et vice commissa.

Dilectissimo fratri Joanni Hormisda.

146 Fecit dilectio tua rem charitati et fidei congruentem, ut adventum ad Italiam suam nobis directis litteris indicaret, et quæ in te sit summa religiosæ voluntatis ostenderet. Atque utinam ad plenioris affectus satietatem præsentis tuæ nobis gaudia contigissent, ut gratularemur nos ejus colloquio^a frui, quem ita sumus per scripta complexi. Verumtamen probasti, dilectissime frater, quo Christianam fidem veneris affectu, dum ea quæ ad regulas Patrum pertinent et ad mandata catholica sine aliqua cupis transgressione servare, sperans ut prorogatis generalibus ad Hispanienses ecclesias constitutis, super his quæ aut negligentius aut irreligiosius sunt, ecclesiasticis disciplinis congruentia sanciamus. Amplexi sumus captata ista desideria facultate. Quid enim aut nobis dulcius quam cum fidelibus loqui, aut Deo aptius quam deviantes ab errore revocare? Salutantes igitur charitate qua jungimur, per Casianum diaconum tuum significamus nos direxisse generalia constituta, quibus vel ea, quæ juxta canones

B servari debeant, competenter ediximus, vel circa eos, qui ex clero Græcorum veniunt, quam haberi oporteat cautionem sufficienter instruximus. Sed et causæ ipsius ordinem instructiones adjunctæ de scribnis ecclesiasticis vos docebunt, ut agnoscentes et apostolicæ sedis curam pro Patrum regulis excubantem, ostendatis vos per odia damnatorum consortia amare fidelium. Et quia per insinuationem dilectionis tuæ hujus nobis est via patefacta providentiæ, remuneramus sollicitudinem tuam, et, servatis privilegiis metropolitanorum, vices vobis apostolicæ sedis eatenus delegamus, ut in speculis sitis, et sive ea quæ ad canones pertinent et a nobis sunt nuper mandata, servantur, sive si quid de ecclesiasticis causis dignum relatione contigerit, sub tua nobis insinuatione pandatur. Erit hoc studii ac sollicitudinis tuæ, ut talem te in his, quæ injunguntur, exhibeas, ut fidem integritatemque ejus, cujus curam suscipis, imiteris. Datum IV Nonas Aprilis, Agapito viro clarissimo. Æra DLV.

^a Ex reliquis, præter Alv., in quo, *eloquio*.

XCI

EPISTOLA HORMISDÆ PAPÆ

AD EPISCOPOS PER HISPANIAM CONSTITUTOS.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per utramque Hispaniam constitutis Hormisda.

147 Benedicta trinitas Deus noster, qui per misericordiam suam Romanæ reipublicæ per universas partes sua pace et tranquillitate diffusa nobis quoque viam monstrandæ circa nos invicem charitatis indulsit; ut qui coheremus firmitate fidei jungemur quoque votiva jucunditate colloquii; quo facilius dum per litterarum ministeria ad vos usque pertendimus, etiam corda vestra ad religiosum cultum apostolicis admonitionibus incitemus, et dum dispensationis nostræ reddimus velut quoddam debitum, plenum circa Deum monstremus affectum. Jungamus igitur, dilectissimi fratres, continuas et humiles preces et a Domino nostro oris et cordis lacrymis supplicantes jugi deprecatione poscimus, ut et institutione et opere illi, cujus membra esse cupimus, hæreamus, nec unquam ab illa via, quæ Christus est, devio tramite declinemus, ne ab eo justè,

quem nos impie relinquimus, deseramur. Quod cum superni favoris auxilio ea nobis potest ratione contingere, si apostolica dogmata, si Patrum mandata servemus. Dicit enim Dominus noster: *Qui diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et apud eum mansionem faciemus.* Et licet hæc possint generaliter dicta sufficere, ut declinemus errata et custodiamus catholica constituta; tamen quia Joannis fratris et coepiscopi nostri nobis insinuatione vulgatum est contra canonum reverentiam nonnulla præsumi, periculum, quod doctoribus imminet de taciturnitate, declinans, et prophetica voce compunctus qua dicitur: *Loquere, ne taceas*; generalibus edicendum credidi constitutis.

1. De sacerdotibus juxta instituta canonum ordinandis

Ut in sacerdotibus ordinandis, quæ sunt a Patribus præscripta [*Bibl. Reg.*, constituta] et definita [*Esc. 3*, præfinita] cogitetis, quia sicut caput est

Christus Ecclesiæ, Christi autem vicarii sacerdotes, A sic in eligendis his curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles enim esse convenit, quos præesse necesse est corrigendis, nec quicquam illi deesse personæ, penes quam est religiosæ summa et substantia disciplinæ. Æstimet quis pretium dominici gregis, ut sciat quod meritum constituendi deceat esse pastoris. Hoc ita fiet, si non sacerdotii gradus saltu quodam passim a laicis transferantur. Longa decet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur Ecclesiæ. Non negamus esse in laicis Deo placitos mores, sed milites suos probatos sibi quærunt instituta fidelia. Discere quis debet antequam doceat, et exemplum religiosæ conversationis de se potius aliis præstare, quam sumere. Emendatiorem esse convenit populo, quem necesse est orare pro populo. Longa observatione religiosus cultus tradatur ^a ut luceat, et diu clericalibus obsequiis erudiendus inserviat, ut ad venerandi gradus summa perductus, qui sit fructus humilitatis, ostendat. Non leve, non vacuum fuit, quod nec apud veteres quidem nisi levitici generis viri ad sancta admovebantur altaria, ne passim, meritis aut pretio aut præsumptione contemptis, ad sacros **148** cultus impar accederet. Migravit illa prærogativa familiarum ad instituta cultorum: nunc est doctrina pro genere. Quod illis fuit nasci, hoc nobis imbut. Illos tabernaculo dabat natura, nos altaribus parturit disciplina; nec tantum consecrari de laicis inibemus, sed ne de pœnitentibus quidem quisquam ad hujusmodi gradum profanus temerator aspiret. Satis illi postulanti sit venia. Qua conscientia absolvat reum, qui se peccata sua populo scit teste confessum? Quis eum, quem paulo ante vidit jacentem, veneretur antistitem? Præferens miserandi criminis labem non habet lucidam sacerdotii dignitatem.

II. *Ut pro episcopatu præmium non accipiatur.*

Hoc quoque ad priora conjungimus, ne benedictio per impositionem manus, quæ a Deo esse creditur, pretio comparetur, quia ante oculos esse convenit, quod Simon Spiritum sanctum volens redemptione mercari, apostoli fuerit detestatione percussus. Tum deinde [*Bibl. Reg., inde*] quis non vile putet esse quod vendidit? Istam sacerdotibus ordinandis reverentiam servet electio, ut in gravi munere populorum divinum credatur esse iudicium. Ibi enim Deus, ubi simplex sine pravitate consensus. Verum nec hanc quidem partem sollicitudinis et admonitionis omittimus, ne vel ille se a culpa æstimet alienum, qui ipse quidem a redemptione liber initiaverit benedictione mystica sacerdotem, et tamen ad alterius redempti voluntatem vel sponte in hoc, vel neces-

^a Ex reliquis, præter Alv., in quo, *geratur*. Esc. 3, *tenetur*.

sitate consenserit. Quid prodest illi suo errore non polloi, qui consensum præstat errandi? Procul Jubio contra mandata committit et qui habet peccatum proprium, et qui sequitur alienum. Incassum animus resistit cupiditati, si non restiterit et timori. Adversum hæc facilius Deo juvante providebitur, si circa metropolitanos privilegia a sanctis Patribus constituta permaneant: si metropolitani circa parochias suas ordinem suum ea qua decet veneratione custodiant, ut nec elatio præeules, nec contemptus depretiet obsequentes. Quæ si ita in operibus, ita fixa habeantur in cordibus quemadmodum releguntur in scripturis, nulla intentionum semina, nulla ^b erunt fomenta discordiæ; sed regnante charitate, sub illa, qua nobis Deus promissit et tribuit, paco **B** vivatur.

III. *De concilio per annos singulos celebrando.*

Ob hoc Patres providentia qua Spiritus sanctus cultores suos compungere dignatus est, incitati bis in anno per parochias singulas concilia haberi debere dixerunt, ut in unum juxta salubris institutionis dogmata congregati pro ecclesiasticis causis tractanda deliberent, aut si juxta votum universa consistunt, Deum junctis vocibus, qui præstat desiderata, collaudent. Difficile est enim, ut cujusquam cor sic pravus cogitationibus induretur, ut a se patistur culpanda fieri, cum noverit sibi iudicium subeundum esse concilii. Præinctos ad hanc viam semper lumbos habeant, scientes rationem actuum suorum esse reddendam. Suspendantur ab illicitis per formidinem, et qui nequiverint per pudorem. Sed de conveniendo notum est, quia sanctis canonibus bis in anno constet esse præfinitum, et quidem, si possibile est, inviolabiter convenit custodiri. Sed si aut temporum necessitates, aut emergentes causæ hoc non patiantur implere, semel saltem, quamvis non licuerit, sine ulla excusatione præcipimus conveniri. Hæc, fratres charissimi, et alia quæ Patrum regulis continentur, in labiis et in cordibus nostris [*Esc. 3, vestris*] indefessa retractione meditemur, et sicut scriptum est, narremus ea filiis nostris; meditemur in cordibus sedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque surgentes, quia beatus apud Dominum, qui in lege ejus meditabitur die ac nocte. Hoc et Magister gentium discipulum suum secutus instituit admonens: *Hæc meditare, in his esto, subjiciens plenitudinem, attentis tibi et doctrinæ*: quia si fidelibus citra intermissionem incumbimus institutis, separamur a vitis, dum impensa cura divino operi humano locum non relinquit errori. Datum 14 Nonas Aprilis, principe Agapelo viro clarissimo. *ÆRA DLVI.*

^b Ex cæteris, præter Alv., in quo, *nullatenus*.

XCII

EPISTOLA HORMISDÆ PAPÆ AD EOSDEM HISPANIÆ EPISCOPOS,

In qua e'is Joannis Constantinopolitani episcopi professionem dirigit propter Orientales clericos, qui eorum communionem poposcerunt.

Dilectissimis fratribus universis episcopis in Hispania consistentibus Hormisdæ.

149 Inter ea que notitia nostræ Joannes frater et coepiscopus noster studio ecclesiasticæ utilitatis ingressit, hoc quoque pro affectu catholicæ fidei et apostolicæ sedis veneratione consuluit, quo ordine ex clero Græcorum venientibus tribui deberet sanæ communionis, propter causam scilicet Acacii a decessoribus nostris pro hæreticorum communione damnati, in qua et quoque, qui se ab ejus contagione non distindunt, a nostra communione habeantur excepti. Laudamus propositum viri hoc zelo circa fidem et apostolicam instituta serventis, ut ne per ignorantiam quidem quemquam cano erroris alieni pateretur immergi. Digna hæc cura fidelibus, ut sollicito studio semper invigilent, et inculpatos se ab omni perversitate conservent. Ipsa est enim fidei innocentia, ut prævident, ne vel casu possit errare. Satisfacientes igitur et laudabilibus desideriis memorati viri et memores nostri, sicut oportet, officii, documenta quoque de Ecclesie scribitis assumentes, ad concilium vestrum pro generalitatis instructione direximus, ut ex illis plenius, quæ sunt acta, discentes, ab omni vos errantium cognatione separatis. Neque enim est personalis odii causa, sed in impios transgressores dicta, Deo inspirante, sententia; in qua quidem causa neque prædicatione, neque deprecatione cessavimus, et principi supplicando et sacerdotes et populos admonendo, ut transgressores absoluti ad rectam se fidem et affectu Dei et judicii timore converterent. Sed obstinatio miseranda perdurat, nec ullis modis mortifera venena vincuntur, malo semine fixis in deterius pullulante radicibus. Ergo, dilectissimi fratres, ad omnia competenter instructi servate vos Ecclesiam Dei, et Apostolo exultate conjuncti. Nos autem libellum misimus, sub quo si quis communionem vestram de orientalibus clericis poposcerit, ad eam possit admitti, secundum quam et de Thracia et de Scythia, Illyricisque partibus, vel Epiri veteris, sed et secundum quam Syriæ multos jam constat esse susceptos, gaudentes ad recta confluere et deviam declinasse. Unde sub repetiti ne mandamus, ut omnis cura et sollicitudo omnis invigilet. Jara nullus est ignorantia locus. Nullus utatur simplicitatis excusatione præterita. Scienti peccare necessaria confessio est: necesse est, ut errores abscribat sibi, qui monstrato non insistit itinere.

A Bonifacius notarius sanctæ Ecclesie Romanæ ex serinio edii exemplaria libelli exsequitur.

Prima salus est rectæ fidei regulam custodire, et a constitutis Patrum nullatenus deviare. Et quia non potest Domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia **150** dicentis: *Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*; et hæc quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica citra maculam semper est catholica servata religio. De qua spe et fide separari minime cupientes, et Patrum sequentes constituta, anathematizamus omnes hæreses, præcipue Nestorium hæreticum, qui quondam Constantinopolitanæ fuit urbis episcopus, damnatum in concilio Ephesino a beato Cælestino papa urbis Romæ, et a venerabili viro Cyrillo Alexandriæ civitatis antistite. Similiter anathematizamus Eutychelem et Dioscorum Alexandrinum in sancta synodo quam sequimur et amplectimur, Chalcedonensi damnatos, quæ secuta sanctum concilium Nicænum fidem apostolicam prædicavit. Detestamur et Timotheum parricidam, Ælurum cognomento, discipulum quoque ipsius et sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum. Condemnamus etiam et anathematizamus Acacium Constantinopolitanum quondam episcopum ab apostolica sede damnatum, et eorum complicem et sequacem, vel qui in eorum communionis societate permanserint: quia Acacius, quorum se communioni miscuit, ipsorum similem jure meruit in damnatione sententiam. Petrum nihilominus Antiochenum damnamus cum sequacibus suis, et omnibus suprascriptis.

C Suscipimus autem, et probamus epistolas beati Leonis papæ universas, quas de Christiana religione conscripsit, sicut prædiximus sequentes in omnibus apostolicam sedem, et prædicantes ejus omnia constituta. Et ideo spero, ut in una communione vobiscum quam sedes apostolica prædicat, esse merear, in qua est integra et verax Christianæ religionis et perfecta soliditas, promittens sequestratos a communione Ecclesie catholicæ, id est, non consentientes sedi apostolicæ, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quod si in aliquo a professione mea deviare tenuerim, his quos damnavi, complicem me mea sententia esse profiteor. Hanc autem professionem mea ego manu subscripsi, et tibi Hormisdæ sancto et venerabili papæ urbis Romæ direxi.

^a Ex Em. et Bibl. Reg. in Alv., Esc. 3, Urg., Ger., subreptione. Tol. 1, sub prestitione. Tol. 2, sub trepidatione.

XCIII

EPISTOLA HORMISDÆ PAPÆ AD EPIPHANIUM CONSTANTINOPOLITANUM EP.

Dilectissimo fratri Epiphanio episcopo Hormisdæ. Multo gaudio sum repletus, quod circa Ecclesiæ pacem et sanctissimi imperatoris et dilectionis tue tale studium, quale litteris indicasti, legatorum quoque uestrorum assertionem cognovi. Manifeste hinc enim supernæ misericordiæ documento perdoctur, quando et mandant principes causam fidei cum reipublice ordinatione conjungunt, et ecclesiarum præules, quod ad dispensationem suam pertinet, officii memores exsequuntur^a. Taffus indigebat post discordiæ procellas religio Christiana rectoribus, qui, compressis provida dispositione turbibus, diu peregrinam^b pacem, depulsa tempestate, 151 reduerent, et in futura post sæcula proponiti sui exempla tendentes sibi ad scribendum indubitanter ostenderent, quidquid Deo placitum posteris pro sua imitatione fecissent. Benedicamus Dominum, frater charissime, nostris hoc diebus finisse concessum, et totis orationum et curarum viribus adnitamur, ut, quæ Dei ope bene cæpta sunt, ipso adjuvante per omnia compleantur. Sperandum enim est, ut ad compagem corporis ani reliqua quoque, quæ adhuc divisa sunt, membra festinent, et a potioribus minoribus non discrepent : ad quod cum me dilectio tua Christianæ studio charitatis hortatur, debet quod invitat sequi, et quod amandum suadet amplecti. Similem enim jam fidei curam gerentes, per religiosam patientiam per etiam præmium de boni operis speramus effectum ; neque enim difficultatibus est cedendum. Non enim fatigatur asperis fides nec ad colorum ardua per proclive conscenditur, nec remunerationem citra laboris exercitium quis mereatur. Unde ne facientes bona deficiamus, specialiter admonemur, etiam teste psalmista : *Beati custodiunt iudicium, et faciunt iustitiam in omni tempore* ; quia non initium laboris remunerationem præmii consuevit invenire, sed terminum. Ergo per studium sollicitudinis assumentes, quibus est una in communionem et credulitate societas, quemadmodum de adunata sedi apostolicæ Constantinopolitana Ecclesia pariter exsultamus in Domino, ita de reliquarum quoque, sicut affectuose admones, reintegratiōne curemus primum, ut fidem integritatemque nostram immaculatam ab omni contagione servemus. Nostri enim, frater sanctissime, quæ ecclesiasticam servem vincula concordiam, quæ nos ab hæreticorum tueantur insidiis, per quæ etiam canonum custodiantur auctoritas. His in robore suo omni circumspiciōne servatis, remedia sperantibus conferantur. Habet enim ecclesiasticarum ordo regularum et ipsius forma iustitiæ, ut medicinam rationabilis benigne et fideliter sperantibus non negetur ; nec quisquam ita est ab humanitate discretus, quem non a rigore districtiōnis inclinet incauta simplicitas : sed ut caute hoc et citra querelam aut erroris alicujus nævum valeas ex-

^a Ex Tol. 4. In quibusdam, *exercuntur* : in aliis, *uendose, exercuntur*.

A pedire, dilectissime frater, personam meam te in hoc oportet induere, scientem in inhuimodi causis, sicut prædictum est, quid faciendum sit, quid cavendum, ita omnia prævidendo, ut non ambigas rationem dispensationis hujus Deo esse reddendam : ita tamen, ut eos, qui vobis fuerint communionem sociati, vel per vos sedi apostolicæ vestra nobis scripta declarent, quibus etiam et continentia libellorum quos obtulerint inseratur. Sic enim et Severi vel complicum ejus aut similibus absolvemus errores, nec eorum qui sanari potuerint dispendia patiemur. Quod ideo vobis specialiter credidimus imponendum, ad diligentiam vestram nostra onera transferentes, quia non parva jam documenta resistentes hæreticis reddidistis, nec debet de eo ambigi, quem bene contigerit explorari. B Simul assume medelam medicinæ, simul accingere auctoritate justitiæ, et sic circa supplices humanitate mollire, ut in hæreticorum contagione perdurantes, aut eos, qui innocentiam simulant, et cum nostris sola voce consentiant ab his, quibus pro Ecclesiæ reintegratiōne consulitur et providetur, excludas ; nec enim expedit circa hos ecclesiasticam temperare censuram. Non enim erunt jam miserationis bona pro eorum quibus consuli oportet necessitate collata, si indiscrete fuerint bonis malisque communia.

Et quia Hierosolymitanorum faciendam credidit in litteris tua dilectio mentionem quorum etiam ad nos quondam dilata professio est, necessarium duximus vel recipere quæ scripta sunt, vel respondere quæ congrua. Qui si sanctorum Patrum constituta custodiant, si illa fidei fundamenta venerantur, ab his quæ per eos Spiritu sancto componente definita sunt, non recedant. Aut enim perfecta sunt, ita ut sunt, et adjectione non indigent, aut bene valida, et ideo non mutanda : quando per ea omnia hæreticorum venena compressa sunt, nec quidquam Chalcedonensis synodus, quod utile quælibet diligentia potuisset excogitare, præterit, quæ præcedentium quoque dogmata vel clarius manifestavit, vel repetita auctoritate firmavit ; speciale quoddam adversus Nestorium et Eutychetem aggressa certamen, alteram deitatem Domini nostri Jesu Christi a carne separantem, et ideo sanctam Mariam Dei genitricem pronunciaré vitantem ; alterum veritatem carnis in Domino renuentem, quando Dominus noster Jesus Christus idem Filius Dei, idem hominis, una in duabus personis naturis divinitatis et carnis, nec naturis adunatione confusus, non velut quarta persona addita Trinitati, sed ipse Filius Dei exsuscipiens semetipsum, formam servi accipiens, propter quod et unam [Bibl. Reg., etiam] nec divisibilem profitemur essentiam Trinitatis, et proprietatem tamen suam scimus inesse personis ; unam enim Patris profitemur esse personam, unam Filij Dei cum assumpta carne, unam Spiritus sancti, et

^b Ex reliquis, præter Alv., in quo, *peregrinam*.

personas proprietatibus designantes, et per unitatem A
essentiae inseparabile Trinitatis mysterium contentas.
Neque enim ambigi potest verbum Dei intra virginis
viscera per carnem humanam assumpsisse naturam,
nec post a se infra vulvam naturarum unitione divi-
sum. Nam sicut non est in eo humanitas sine Deo
edita, sic in cruce et impassibilis **152** divinitas non
est a carnis passione divisa: quod virginis partus et
intemerata fecunditas, et singularis a mortuis resur-
rectio, et ad caelos declarat ascensio. Haec si quem-
admodum a Patribus constituta sunt servant, credant
nec definita transcendant: a quo tramite qui decli-
nant, ipsi sibi nebulam dubitationis obtundunt. Nobis
autem illud apostolicum contentiosus respondere ne-
cesse est: nos hanc consuetudinem non habemus,
nec Ecclesia Dei. Haec ideo breviter, quia nec ambigi
convenit de rebus juxta fidem definitis saepius, et
pene supervacua est allegatio, quae adhibetur instru-
ctis, cum super haec ad clementissimum principem
non parva perstrinxerim. Et quia de Hierosolymita-
norum professione respondimus, hoc quoque aestima-
vimus salutis eorum causa competenter addendum,
ut si communionis apostolicae desiderant unitatem,

professionem suam scripto indicant, quam legatis
nostris apud Constantinopolim positos obtulerunt,
aut per suos ad nos dirigant, aut fraternitati vestrae
tradant, eodem tamen, sicut diximus, tenore conscrip-
tam, quae ad nos modis omnibus sub vestra ordina-
tione deferatur. Nam de Thessalonicensibus, quorum
ad nos legati per clementissimi et fidelissimi princi-
pis filii nostri ordinationem venerunt, ne quid omi-
sisse credamur, nosse vos volumus secundum hoc
quod Domino nostro Jesu Christo inspirante placue-
rit, causam omnem nostra dispositione tractandam,
et si quod oportet impleverint, ordinanda haec per
fratrem et coepiscopum nostrum venerabilem virum
Joanuem, sed et filios nostros Heraclium presbyte-
rum, et Constantinum diaconum ecclesiastico honore
B dignissimos ad causam pertinentia rescripsisse con-
tenti, gratulati sumus in viro ordinis nostri par me-
ritum et religiosum nos invenisse propositum, et cum
legatione mandata sapientia, et moribus congruente.
Votiva enim res et plena gaudii est, ut sint justa as-
timatione probabiles, quos communis officii contige-
rit esse consortes.

XCIV

EPISTOLA HORMISDAE AD SALUSTIUM HISPALENSEM EPISCOPUM,

De commissa vice per Baticam et Lusitaniam provincias.

Dilectissimo fratri Salustio Hormisda.

Suscipientes plena fraternitatis tuae votiva gratu-
latione colloquia, quibus nos geminae salutis tuae lae-
tificavit indicium corporali cum spiritualibus officiis
incolumitate subnixum, congruum esse perspeximus
hanc ipsam, quam mente gerimus, verbis aperire lae-
titiam. Edidisti enim boni documenta pontificis, dum
et praedicanda facis et ea insinuare non differis.
Prerogativam de nostri sumpsimus electione iudicii,
quando id te operatum sponte didicimus, quod cae-
teris imperamus. Oramus siquidem divina beneficia
cunctos agnoscere, et haec ad te studio ecclesiasticae
pacis instrumenta transmisimus. Tu vota nostra et
fidei intelligentia percepisti, et officii protinus de-
votione complesti, cunctis fratribus innotescens, quae
per caelestem gratiam cunctis profutura cognoveras.
Suffragantibus igitur tibi tot meritis pia sollicitudinis
et laboris, certo jam delectat injungere, quae ad
nostri curam constat officii pertinere: ut provinciis
tanta longinquitate disjunctis et nostram possis exhi-
bere personam et Patrum regulis adhibere custodiam.
Vices itaque nostras per Baticam Lusitaniamque pro-
vinciam, salvis privilegiis quae metropolitanis episco-
pis decrevit antiquitas, praesenti auctoritate commit-
timus, augentes tuam hujus participatione ministerii

dignitatem, relevantes nostras ejusdem remedia
dispensationis excubias. Et licet de singulis non in-
digens edoceri, a quo jam probavimus cautius uni-
versa servari, gratius tamen esse solet, si ituris tra-
mes ostenditur, et laboraturis injuncti operis forma
monstratur. Paternas igitur regulas et decreta a san-
ctis definita **153** conciliis ab omnibus servanda
mandamus. In his vigilantiam tuam, in his curam
fraternae monitu exhortationis ostendimus: his ea,
qua dignum est, reverentia custoditis, nullum relin-
quere culpae locum, nec sanctae observationis obstacu-
lum. Ibi fas, nefasque praescriptum est: ibi prohibi-
tum, ad quod nullus audeat aspirare: ibi conces-
sum, quid debeat mens Deo placitura praesumere.
Quoties universum poscit religionis causa concilium,
te cuncti fratres evocante conveniant, et si quos eo-
rum specialis negotii pulsat contentio, iurgia inter
eos oborta compesce, discussa sacris legibus deter-
minando certamina. Quidquid autem illic pro fide et
veteribus constitutis, vel provida dispositione praeci-
pies, vel personae nostrae auctoritate firmabis, totum
ad scientiam nostram instructae relationis attestations
perveniat. Eo fiet, ut et noster animus officii charitate
dati, et tuus securitate perfuerit accepti. Deus te
incolumem custodiat, frater charissime.

XCV

RESCRIPTUM HORMISDAE PAPAE

AD EPISCOPOS BAETICAE PROVINCIAE DIRECTUM.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Baeticam provinciam constitutis Hormisda episcopus.

Quid tam dulce sollicito, quam quod mihi de vobis innotescant illa quæ cupio? Quid tam religiosis conveniens institutis, quam ut inter se sacerdotes pacem, quam eos necesse est aliis pro officio annuntiare, conservent? Plena, fateor, gratulatione suscepi, quod votiva mihi de charitate, quæ inter vos est, et ecclesiarum pace litteris indicastis. Sponte mihi quidquid hortari poteram, quidquid monere, delatum est. Confirmet hoc Deus quod operatur in nobis, et quæ præcipit pro animarum salute faciendâ, hæc ipse esse præcipiat pro ea, qua nos redemit, pietate facilia. Sed his tam bonis nuntiis nos quoque religiosorum vicem reddimus nuntiorum: et quidquid cum orientalibus, quos ad Ecclesiæ corpus unitatemque revocatos dudum Dei nostri ope litteris significavimus destinatis, denuo actum fuerit repetitis vobiscum participamus iudiciis. Mox post nostrorum rediitum ab orientalibus missa legatio est,

A certa speravit, certa consuluit. Sed facimus de his, quæ fuerant dicenda, compendium, ipsa potius ad intruendam notitiam vestram quæ a nobis sunt responsa dirigentes, ne quid sibi sub spatio prolixiorum terrarum aut opinio viudicet aut error adsumat, cum ad rerum fidem ipsam tenere sufficiat veritatem. Quod autem ad continentiam vestrarum pertinet litterarum, oportuit quidam desideria planius expediti, ut æstimatis omnibus responsum rationi congruum redderetur. Sed quia privilegiorum veterum et statutorum paternorum indidistis iisdem litteris mentionem, ad Salustium fratrem et coepiscopum nostrum super hac parte scripsimus, vobis quoque strictim, quæ dicta sunt latius, indicantes, nec privilegia nobis indulgenda convellere et nihil tam conveniens fidei iudicare, quam ut in honore suo a patribus decreta serventur. Deus vos incolumes custodiat, fra res charissimi.

XCVI

EPISTOLA VIGILII PAPÆ AD PROFUTURUM * EPISCOPUM.

Dilectissimo fratri Profuturo Vigilii.

154 Directas ad nos tuæ charitatis epistolas plenas catholicæ inquisitionis sollicitudine grate accepimus, benedicentes Dei nostri clementiam, quia tales extremis mundi partibus dignatur suis ovibus providere pastores, per quos et pastibus valeant salutaribus abundare, et ab iniqui lupi rapacitate servari, ut insidias nequeant ejus subreptionis incurrere. Unde certum est, quia promissæ vos beatitudinis gratia subsequatur, quando a vobis celestium perfectio doctrinarum tam laudabili sciencione perquiritur. Scriptum est enim: *Beati qui scrutantur tes inonia ejus, in toto corde exquirunt eam.* Hoc igitur, frater charissime, propositum tuæ consultationis tota mente tractantes, de te quoque provenire confidimus, qui regulam catholicæ fidei fidelem studeo tenere vestigiis, quibus eam in apostolica sede cognoscis esse fundatam. Et quamvis sonus eorum toto orbe diffusus, et usque ad fines orbis terræ verba eorum distensa dilectionis tuæ corda Christo præbuerint esse fidelia; tamen si quid ex his in Ecclesia, quæ tuæ gubernationi Deo auxiliante commissa est, necdum plena luce claruerit, ad eundem fontem, de quo illuc salutaris manaverat lympba, recurritis. Hinc est, quod debita charitate sumus amplexi, quia fiducialiter de his unde apud eos observantiam esse dixistis ambiguam, nostra voluistis responsione firmari. Quapropter dilectionem tuam in Domino salutantes de singulis, quid juxta catholicam disciplinam teneat apostolicæ sedis auctoritas, subjectis aliquibus etiam sanctarum capitulis regularum te credidimus instruendum.

1. De Priscillianistis qui se ab esu carniarum abstrahunt.

Hoc primum de his, quos Priscillianæ hæresis

* In excusis, *Etherium..... Etherio.*

Indicasti vitii inquinari, sancta et convenienti religioni catholicæ eos detestatione judicas arguendos, qui ita se sub abstinentiæ simulatæ prætextu ab escis videntur carniarum subinoveri, ut hoc execrationis potius animo quam devotionis probentur efficere. In qua re quia nefandissimis Manichæis esse consimiles approbantur, juste Patrum venerabilium constitutis ab hæc superstitione sub anathematis sunt interminatione prohibiti, ne aliquid ciborum contagione carniarum crederent esse pollutum: quia in his omnibus, quæ ad humanum victum misericordia divina concessit, nihil catholicis esse iudicatur immundum. Sic enim Titum doctor gentium Paulus monet apostolus dicens: *Omnia munda mundis, sed pollutata sunt eorum et mens et conscientia. Deum confitentur se nosse, factis autem negant abominabiles et increduli ad omne opus bonum reprobi.* Similiter et alio loco ad Timotheum de hujusmodi cavendis erroribus prædicavit dicens: *In novissimis temporibus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris, et doctrinis dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium, et cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, et abstinentes a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his qui cognoverunt veritatem, quia omnis creatura Dei bona, et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur.* Hæc igitur sequentia Patrum venerabilium constituta specialiter eos censuerunt esse damnandos, qui, cum carniarum abstinerent, ea quoque credebant esse vitanda [*Bibl. Reg., damnanda*], quæ carniarum fuisse videbantur admixta. Nam et ipse Dominus noster Jesus Christus ita præmonuit dicens: *Non quæ intrant in os coinquant hominem, sed quæ procedunt de ore hæc sunt quæ coinquant.* Quapropter

nec abstinentiam Deo placitam reprobamus, nec eos qui execrantur Domini creaturam in nostra societate recipimus.

155 II. De trina mersione.

De baptismo quoque renascentium trina immersione solemniter adimplendo, similiter quid apostolica vel sanxerit vel observet auctoritas, in subjectis tua charitas evidenter agnoscat. Illud autem novelli esse judicamus erroris, quod cum in fine psalmodum ab omnibus catholicis ex more dicatur: *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto*: aliqui, sicut indicas, subducta una syllaba conjunctiva, perfectum conantur minuere vocabulum Trinitatis, dicendo: *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto*. Quamvis ergo ipsa nos ratio evidenter edoceat quia subducta una syllaba personam Filii, et Spiritus sancti unam quodammodo esse designant, tamen ad errorem talium convincendum sufficit vox Domini Jesu Christi, quæ designans in invocatione Trinitatis credentium debere baptismum celebrari, dixit: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*. Ergo cum non dixerit in nomine Patris, et Filii Spiritus sancti, sed æqualibus distinctionibus Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum jusserit nominari, constat illos omnino a doctrina dominica deviare qui aliquid huc veluerint confessioni subtrahere. Hos itaque tua charitas modis omnibus ad confessionis recte trudem revocare: qui si in errore permanserint, socii in nobis esse non possunt.

III. De his qui ab Arianis iterum baptizantur.

De his etiam qui, baptismatis gratia salutaris accepta, apud Arianos iterum baptizati profundæ voraginis sunt morte demersi, quid per singulos ordines vel ætates antecessorum nostrorum decreta censuerint, quia multiplices sunt ratione digesta, ex nostro scrinio relevata capitula his subjecta direximus. In quibus tamen illud specialius charitatem tuam conveniet observare, ut quia ex peccatis plurimis in gentibus iniquitas ista surrexit, in æstimatione tuæ fraternitatis aliorumque pontificum per suas dioceses relinquatur, ut si qualitas et compunctio pœnitentis devotio fuerit approbata indulgentiæ quoque remedio sit vicina. Quorum tamen reconciliatio non per illam impositionem manus, quæ invocatione sancti Spiritus fit, operatur, sed per illam, quæ pœnitentiæ fructus acquirit, et sanctæ communionis restitutione perficitur.

^a Ex reliquis, præter Alv., in quo, *fabricis*.

^b Æm., Bibl. Reg., Esc. 3, Ger., Tol. 1, 2, *instauranda*.

^c Bibl. Reg., Esc. 3, Tol. 1, 2, *Dominum*.

A IV. De ecclesiarum restauratione in fabricis, vel dedicatione quid sit observandum.

De fabrica ^a vero cujuslibet ecclesiæ, quæ diruta fuerat, restauranda ^b, et si in eo loco consecrationis solemnitas debeat iterari in quo sanctuarium non fuerunt, nihil judicamus officere, si per eam minime aqua exorcidiata jactetur; quia consecrationem cujuslibet ecclesiæ, in qua sanctuarium non ponuntur, celebritatem tantum scimus esse missarum. Et ideo si qua sanctorum basilica a fundamentis etiam fuerit innovata, sine aliqua dubitatione, cum in ea missarum fuerit celebrata solemnitas, totius sanctificatio consecrationis implebitur. Si vero sanctuarium quæ habebat ablata sint, rursus eorum repositione et missarum solemnitate reverentiam sanctificationis accipiat.

B V. De paschæ festivitatis et precum ordine, ac missarum solemnitate.

Pascha vero futurum nos, si Deus voluerit, octavo Kalendarum Martiarum die celebraturos esse cognoscite. Ordinem quoque precum in celebritate missarum nullo nos tempore, nulla festivitatis significamus habere diversum, sed semper eodem tenore oblata Deo munera consecrare. Quoties vero paschalis aut ascensionis Domini, vel Pentecostes, et Epiphaniæ, sanctorumque Dei fuerit agenda festivitas, singula capitulibus diebus apta subjungimus, quibus commemorationem sanctæ solemnitatis aut eorum facimus, quorum natalitia celebramus: cætera vero ordine consueto prosequimur. Quapropter et ipsius canonicæ præcis textum direximus subter adjectum, quem Deo propitio ex apostolica traditione suscepimus. Et ut charitas tua cognoscat quibus locis aliqua festivitatis apta connectimus, paschalis diei preces simul adjecimus. His igitur fraternitatis tuæ inquisitioni responsis, Deum ^c nostrum, quantum possumus, exoramus, ut omnibus catholicæ religionis ecclesiis circa universos quos sibi fideles efficit gratiæ suæ dona multiplicet, et ab omnibus insidiis spiritualis hostis atque carnalis cunctos populos suos reddere dignetur immunes. Significamus etiam beatorum apostolorum, vel martyrum, sicut sperasti, sanctas nos affectu tuo destinasse reliquias, præsumentes fidem vestram eorum deinceps plenius esse meritis adjuvandam.

156 VI. Quod in nomine Trinitatis debeat baptizari.

Si quis episcopus aut presbyter juxta præceptum Domini non baptizaverit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, sed aut in una persona Trinitatis, aut in duabus, aut in tribus Patribus, aut in tribus Filiis, aut in tribus Paraclitis, projiciatur de Ecclesia Dei ^d.

^d In excusis additur paragraphus in quo asseritur Romanam Ecclesiam matrem esse et magistram omnium Ecclesiarum; in omnibus nostris Codicibus desideratur.

XCVII

EPÍSTOLA PAPÆ GREGORII AD LEANDRUM HISPALENSEM EPISCOPUM,

De simpla mersione Baptismatis.

Reverendissimo et sanctissimo fratri Leandro episcopo Gregorius servorum Dei servus.

Respondere epistolis vestris tota intentione ^a voluissim, nisi pastoralis curæ ita me labor attereret ut mihi magis flere libeat, quam aliquid dicere. Quod vestra quoque reverentia in ipso litterarum mearum textu vigilanter intelliget, quando ei negligenter loquor, quem vehementer diligo. Tantis quippe in hoc loco hujus mundi fluctibus quætor, ut vetustam ac potrescentem navem, quam regendam occulta Dei dispensatione suscepti, ad portum dirigere nullatenus possim. Nunc ex adverso fluctus irruunt, nunc ex latefe cumuli spumosi maris intumescunt, nunc a tergo tempestas insequitur. Interque hæc omnia turbatus cogor modo in ipsa clavum adversitate dirigere, modo curvato navis latere minas fluctuum ex aliquo declinare. Ingemisco, quia sentio quod negligente me crescit sentina vitiorum, et tempestate fortiter obviante jam jamque putridæ naufragiem tabulæ sonant. Flens reminiscor quod perdidit meæ placidum litus quietis, et suspirando terram conspicio, quam tamen rerum ventis adversantibus tenere non possum. Si ergo me, frater charissime, diligis, tu tuæ mihi orationis in his fluctibus manum tende, ut quo laborantem me adjuvas, ex ipsa viæ mercedis in tuis quoque laboribus valentior existas. Explere autem loquendo nullatenus valeo gaudium meum, quod communem filium gloriosissimum Recaredum regem ad catholicam fidem integerrime agnovi devotione conversum, cujus dum mihi per scripta vestra mores exprimitis, amare me etiam quem nescio fecistis. Sed quia antiqui hostis insidias scitis, quoniam bellum durius contra victores proponit, nunc erga eundem filium nostrum vestra solertius sanctitas vigilet, ut bene coepta perficiat, nec se de perfectis bonis operibus extollat, ut fidem cognitam vitæ quoque meritis teneat, et, quia æterni regni civis sit, operibus ostendat, quatenus post multa annorum curricula de regno ad regnum transeat.

^a Ex reliquis, prætor Alv., in quo, denotione.

A De trina vero mersione baptismatis nihil respondi verius potest quam ipsi sensistis quia in una fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diversa. Nos autem, quod tertio **157** mergimus, triduanæ sepulturæ sacramenta signamus, ut dum tertio ab aquis infans educitur, resurrectio triduanæ temporis exprimitur. Quod si quis forte etiam pro summa Trinitatis veneratione æstimet fieri, neque ad hoc aliquid obsistat, baptizandum semel in aquis mergere, quia dum in tribus subsistentis una substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptisate vel ter vel semel mergere, quando et in tribus mersionibus personarum Trinitas, et in una potest divinitatis singularitas designari. Sed si nunc lucusque ab hæreticis infans in baptisate tertio mergebatur, fiendum apud vos esse non censeo, ne dum mersiones numerant, divinitatem dividant, dumque quod faciebant faciunt morem vestram se vicissè gloriantur. Dulcissimæ autem mihi fraternitati vestræ Codices direxi, quorum notitiam subter iuserui. Ea autem, quæ in beati Job expositione dicta fuerant et vobis scribitis dirigenda, quia hæc verbis sensibusque tepentibus per homilias direxeram, utcumque studui in librorum ductum permutare, quæ nunc adhuc a librariis conscribuntur. Et nisi portitoris præsentium me festinatio coanguatasset, cuncta vobis transmittere sine aliqua immolatione voluissem, maxime quia et hoc ipsum opus ad vestram reverentiam scripsi, ut ei, quem præ cæteris diligo, in meo videar labore desudasse. Præterea si vobis indulgeri tempora ab ecclesiastica occupatione cognoscitis, quid sit jam faciendum scitis, quamvis etiam absentem corpore præsentem mihi te semper intueor, quia vultus tui imaginem intra cordis viscera impressam porto. Deus te incolumem custodiat, dulcissime [*Bibl. Reg.*, dilectissime] mihi et reverendissime frater.

XCVIII

EPISTOLA EJUSDEM GREGORII AD EUNDEM LEANDRUM EPISCOPUM,

De directis libris REGULÆ PASTORALIS, et EXPOSITIONE BEATI JOB.

Reverendissimo et sanctissimo fratri Leandro episcopo Gregorius servus servorum Dei.

Quanto ardore videre te sitiam, quia valde me diligis, in tui tabulis cordis legis. Sed quia longo terrarum spatio disjunctum te videre nequeo, unum quod mihi de te dictavit charitas feci, ut librum Regulæ pastoralis, quem in episcopatus mei exordio scripsi, et libros, quos in expositionem beati Job jam dudum fecisse cognovisti, sanctitati tuæ cum communi filio Probino præshytero veniente transmitterem. Et

A quidem in eo opere tertius et quartæ partis Codices non transmissi, quia eos solummodo ex eisdem partibus Codices habui, quos jam monasteriis dedi. Hos itaque sanctitas tua studiose percutrat, et peccata mea studiosius defleat, ne mihi culpæ gravioris sit, quod quasi scire videor quod agere prætermitto. In hac vero Ecclesiæ quantis causarum tumultibus premor ipsa charitati tuæ epistolæ meæ brevitatis innotescet, quando ei perum **158** loquor, quem magis omnibus diligo. Deus te incolumem custodiat, reverendissime frater:

^a Subscriptio hæc desumpta est ex Cod. Bibl. Reg. et Esc. 3, cum desit in reliquis

XCIX

EPISTOLA EJUSDEM GREGORII AD EUMDEM SACERDOTEM LEANDRUM,
De pallio a beati Petri apostoli sede directo.

Reverentissimo sanctissimo fratri Leandro episcopo Gregorius servus servorum Dei.

Sanctitatis tuæ suscepti epistolam solius charitatis calamo scriptam. Ex corde enim lingua tinxerat quod in chartæ pagina refundebat. Boni autem sapientesque viri cum legeretur adfuerunt, quorum statim viscera in compunctione commota sunt. Cœpit quisque amoris manu in suo corde te rapere, quia in illa epistola tuæ mentis dulcedinem non erat audire, sed cernere. Accendebantur et mirabantur singuli, atque ipse ignis audientium demonstrabat, qui fuerit ardor dicentis. Nisi enim prius in se faces ardeant, alium non succendunt. Ibi ergo vidimus quanta charitate tua mens arserit, quæ sic et alios accendit. Vitam vero vestram, cujus ego semper cum magna veneratione reminiscor, minime noverant, sed eis altitudo vestri cordis patuit ex humilitate sermonis. Vitam autem ineam cunctis esse imitabilem illa vestra epistola loquitur. Sed quod non est, ita ut dicitur, sit illi quia dicitur, ne qui non solet mentiatur. Ad hæc autem breviter cujusdam bonæ mulieris verba loquor: *Nolite me vocare Noemi, id est, pulchram, sed vocate me amaram, quia amaritudine plena sum.* Noque enim, bone vir, hodie ego sum ille, quem nosti. Multum, fateor, exterius proficiendo, interius cecidi, meque de eorum numero esse pertimesco, de quibus scriptum est: *Dejecisti eos, cum allerarentur.* Cum allevatur enim deiecitur, qui honoribus proficit et moribus cadit. Ego enim vias mei capitis sequens summo opere esse decreveram opprobrium hominum et abjectio plebis, atque in ejus sorte currere, de quo rursum per Psalmistam dicitur: *Ascensus in corde ejus deposuisti in convalle lacrymarum,* ut videlicet tanto verius intus ascenderem quanto per convallem lacrymarum foris humilius jacerem. At nunc multum me deprimit honor onerosus: curæ innumeræ perstrepunt, et cum sese ad Deum animus colligit, hunc suis impulsibus quasi quibusdam gladiis scindunt. Nulla cordis quies est: prostratum jacet in infinis suæ cogitationis pondere depressum. Aut rara valde, aut nulla hoc in sublimibus penna contemplationis levat. Torpet ignara mens,

^a Desunt folia in Bibl. Reg.

et circumstantibus curis temporalibus jam pene ad obstuporem deducta cogitur modo terrena agere, modo etiam quæ sunt carnalia dispensare. Aliquando vero fastidio exigente compellitur quædam etiam cum culpa disponere. Quid multa loquor? victa suo pondere sanguinem sudat; **159** nisi enim sanguinis nomine culpa censeretur, Psalmista non diceret: *Libera me de sanguinibus.* Cum vero culpa culpæ jungimus, hoc quoque quod per alium prophetam dictum est implemus: *Sanguis sanguinem tetigit.* Sanguis enim sanguinem tangere dicitur, cum culpa culpæ adjungitur, ut iniquitatis cumulus multiplicetur. Sed inter hæc omnipotentem Deum deprecor: in perturbationis fluctibus elapsam tuæ orationis manu me tene. Quasi enim prospero flatu navigabam cum tranquillam vitam in monasterio ducerem: sed procellosis subito motibus tempestas exorta in sua perturbatione me rapuit, et prosperitatem itineris amisit, quia, quiete perditâ, mentis naufragium periit. Ecce nunc in undis versor, et tuæ intercessionis tabulam quaero, ut qui navi integra dives pervenire non merui, saltem post damna ad litus per tabulam reducar. De podagræ vero molestia sanctitas vestra, ut scribit, affligitur, cujus dolore assiduo et ipse vehementer attritus sum; sed facilis erit consolatio si inter flagella, quæ patimur, quæque fecimus ad memoriam delicta revoceamus. Atque hæc non jam flagella, sed dona esse conspicimus, si qui carnis delectatione peccavimus carnis dolore pungamur. Præterea ex benedictione beati Petri apostolorum principis, pallium vobis transmisimus ad sola missarum solemniam utendum. Quo transmissio, valde debui qualiter vobis vivendum esset admonere; sed locutionem supprimo quia verba moribus anteitis. Omnipotens Deus sua vos protectione custodiat, atque ad cœlestis remunerationem patriæ multiplici animarum fructu perducatur. Ego autem quanta occupatione deprimo et debilitate, brevis testatur epistolæ: in qua et ei, quem multum diligo, parum loquor. Deus te incolumem custodiat, reverendissime frater.

^b Æ n., Esc., Tol. 1, 2, Ger., *brevis testatur epistola.*

C

CUJUS SUPRA AD RECCAREDUM REGEM GOTHORUM.

Gloriosissimo atque præcellentissimo illio Reccaredo regi Gothorum atque Suevorum Gregorius servus servorum Dei.

1. *De laude ejusdem principis quod per eum ad catholicam fidem gens Gothorum conversa est.*

Explere verbis, excellentissime vir, non valeo, quantum tuo opere, tua vita delector. Audita quippe

novi diebus nostris virtute miraculi quod per excellentiam tuam cuncta Gothorum gens ab Arianae errore hæresis in fidei rectæ soliditatem translata est, exclamare cum propheta libet: *Hæc est nutritrix dexteræ Excelsi.* Cujus enim vel saxæum pectus, tanto hoc opere cognito, non statim in omnipotentis Dei laudibus, atque in tuæ excellentiæ amore mollescat?

Hæc me fateor, quæ per vos acta sunt, sæpe conveni-
 nentibus filiis meis dicere, sæpe cum eis pariter ad-
 mirari delectat. Hæc me plerumque etiam contra
 me excitant, quod piger ego et inutilis tunc inerti
 otio torqueor, quando in animarum congregationi-
 bus pro lucro cœlestis patræ reges elaborant. Quid
 itaque ego in illo tremendo examine judicii venienti
 dicturus sum, si tunc illic vacuus venero, ubi tua
 excellentia greges post se fidelium ducet, quos modo
 ad veræ fidei gratiam per studiosam et continuam
 prædicationem **160** traxit? Sed est mihi, bone vir,
 hoc ex Dei munere in magna consolatione, quia opus
 sanctum, quod in me non habeo, diligo in te, cum-
 que de tuis actibus magna exultatione gaudeo, ea,
 quæ per laborem tua sunt, mea per charitatem
 fiunt. De conversione igitur Gothorum in vestro
 opere et in nostra exultatione libet cum angelis ex-
 clamare: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax ho-*
minibus bonæ voluntatis. Nos enim, ut æstimo, nos
 gratiarum amplius omnipotentî Domino debitores
 existimus, qui etsi vobiscum nihil egimus, vestro
 tamen operi congraudendo participes sumus.

**II. De muneribus beato Petro apostolo a memorato
 principe missis.**

Beatus vero Petrus apostolorum princeps quam
 libenter munera excellentiæ vestræ susceperit, ita
 cunctis liquide vita nostra testatur. Scriptum quippe
 est: *Vota justorum placabilia.* Neque enim in om-
 nipotentis Dei judicio quid datur, sed a quo detur,
 adspicitur. Hinc est enim quod scriptum est: *Res-*
perxit Deus ad Abel, et ad munera ejus; ad Cain au-
tem et ad munera illius non respexit. Dicturus quippe
 quia Dominus respexit ad munera, præmisit solli-
 cite, quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter os-
 tenditur, quia non offerens a muneribus, sed mu-
 nera ab offerente placuerunt. Vestra itaque oblatio
 quam sit grata ostenditis qui daturi aurum prius ex
 conversione gentis subditæ animarum munera de-
 didistis. Quod vero transmissos abbates, qui oblatio-
 nem vestram beato Petro apostolo deferebant, vi-
 maris dicitur fatigatos ex ipso itinere ad Hispani-
 am remeasse, non munera vestra repulsa sunt,
 quæ postmodum pervenerunt, sed eorum, qui trans-
 missi fuerant, constantia est probata, an scirent
 sancto desiderio objecta pericula vincere et in fati-
 gatione corporis mente minime lassari. Adversitas
 enim, quæ bonis votis objicitur, probatio virtutis est,
 non judicium reprobationis. Quis enim nesciat quam
 prosperum fuit quod beatus Paulus apostolus prædi-
 caturus ad Italiam veniebat, et tamen veniens nau-
 fragium pertulit, sed navis cordis in marinis flucti-
 bus integra stetit?

**III. De constitutione ejus adversus Judæos quod auro
 eorum non sit corrupta.**

Præterea indico quia crevit vestro opere in laudi-
 bus Dei hoc quod dilectissimo filio meo Probino
 presbytero narrante cognovi: quia cum vestra ex-
 cellentia constitutionem quamdam contra Judæorum

A perfidiam dedisset^a, hi, de quibus prolata fuerat,
 rectitudinem vestræ mentis inflectere pecuniarum
 summam offerendo moliti sunt, quam excellentia
 vestra contempsit, et omnipotenti Deo placere quæ-
 rens auro Innocentiam prætulit. Quæ in re mihi Da-
 vid regis factum ad memoriam venit, cui dum concu-
 pita aqua de cisterna Bethlemitica, quæ inter hosti-
 les cuneos habebatur, ab obsequentibus militibus
 fuisset allata protinus dixit: *Absit a me ut sangui-*
nem hominum justorum bibam. Quam quia fudit et
 bibere noluit, scriptum est: *Libavit eam Domino.* Si
 igitur ab armato rege in sacrificium Dei versa est
 aqua contempta, pensemus quale sacrificium omni-
 potenti Deo rex obtulit, qui pro amore illius non
 aquam, sed aurum accipere contempsit. Itaque, fili
 B excellentissime, fidenter dicam, quia libasti aurum
 Domino, quod contra eum habere noluisti.

IV. Ut principes humilitatem cordis habeant.

Magna sunt hæc, et omnipotentis Dei laudi^b tri-
 buenda: sed inter hæc vigilantia sunt studio antiqui
 hostis insidiæ cavendæ, qui quanto majora in homi-
 nibus dona conspicit, tanto hæc auferre subtilioribus
 insidiis exquirat. Neque enim latrunculi in via ca-
 pere viatores vacuos expetunt, sed eos qui auri
 vascula vel argenti ferunt. Via quippe est vita præ-
 sens, et tanto quisque necesse est ut insidiantes
 spiritus caveat, quanto majora sunt dona quæ portat.
 Oportet ergo excellentiam vestram in tanto hoc de
 conversione gentis subditæ munere quod accepit
 C summopere custodire primum [*Æm.*, prius] humili-
 tatem cordis, ac deinde munditiam corporis. Cum
 enim scriptum sit: *Omnis qui se exaltat humiliabi-*
tur, et qui se humiliat exaltabitur; profecto liquet,
 quia ille veraciter alta amat, qui mentem suam ab
 humilitatis radice non desecat. Sæpe namque mali-
 gnus spiritus, ut bona destruat, quibus prius adver-
 sari non voluit, ad operantis mentem post peractam
 operationem venit, eamque tacitis cogitationibus in
 quibusdam suis laudibus exequit, ita ut decepta
 mens admiretur ipsa quam sint magna quæ fecit.
 Quæ dum per occultum tumorem apud semetipsum
 extollitur, ejus qui donum tribuit gratia privatur.
 Hinc est enim quod per prophetæ vocem contra
 superbientem animam dicitur: **161** *Habens fidu-*
ciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo.
 Fiduciam quippe animæ in pulchritudine sua habere
 est in semetipsa de justa actione præsumere, quæ in
 suo nomine fornicatur, quando in hoc quod recte
 egit non conditoris laudem dilatari appetit, sed suæ
 opinionis gloriam requirit. Hinc rursus per prophe-
 tam scriptum est: *Quo pulchrior es, descende.* Anima
 etenim unde est pulchrior, inde descendit, quando
 ex virtutis decore, quo exaltari apud Deum debuit,
 ab ejus gratia per suam elationem cadit. Quid ergo
 in his agendum est, nisi ut cum malignus spiritus
 nobis ad elevandam mentem reducit bona, quæ egimus,
 nos semper ad memoriam mala nostra revoce-

^a Ab hac voce iterum Codex Bibl. Reg.

^b *Æm.*, Bibl. Reg., Tol. 2, Urg., *laudibus.*

mus, quatenus et nostra cognoscamus esse quæ peccando fecimus, et solius omnipotentis Dei munera, cum peccata declinamus *?

Item ante longum tempus dulcissima mihi vestra excellentia, Neapolitano quodam juvene veniente, mandare curaverat, ut piissimo imperatori scriberem quatenus pacta in cartophylacio requireret, quæ dudum inter piæ memoriæ Justinianum principem, et iura regni vestri fuerant emissa, ut ex his colligerem, quid vobis servare debuisset. Sed ad hæc faciendum diæ res mihi vehementer obstitere: una quia cartophylacium prædicti piæ memoriæ Justiniani principis tempore ita subripiente subitanea flamma incensum est, ut omnino ex ejus temporibus pene nulla cartha remaneret: alia autem, quia nulli dicendum est, ea quæ contra te sunt apud temetipsum debes documenta requirere, atque hæc pro me in medium proferre. Ex qua re hortor ut vestra excellentia suis moribus congrua disponat, quæque ad præcæ pertinent studiosè peragat, ut regni vestri tempora per longa sint sanctorum curricula in magna laude memoranda. Præterea dona vestræ excellentiæ que pauperibus beati Petri apostoli sunt transmissa, trecentas circulas accepimus, et quantum possumus precibus exoramus, ut cujus vos pauperes vestimentorum largitione protectis, ipsum autem in tremendo die examinis protectorem habeatis. Ut autem nostrum hominem ad vestram excellentiam modo minime mitteremus, navis necessitas fecit, quia inveniri non potest qui ab ista partibus ad Hispaniæ litora valeat proficisci.

V. *Ut principes castitati corporis student.*

Custodienda quoque est munditia corporis in studiis bonæ actionis, quia juxta vocem prædicantis ^b Apostoli: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos: Quis rursus ait: Hæc est enim voluntas Dei sanctificatio vestra. Quam sanctificationem quid dixerit ostendens, protinus adjunxit: Ut abstinatis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vos solum possidere in honore, et sanctificatione, et non in passionibus desiderii.*

* In exemplis non eundem ac in Codicibus servant ordinem paragraphi sequentes.

^b In hac voce fuit Codex Esc. 3.

A. VI. *Ut principes moderati et miles erga subjectos existant.*

Ipsa quoque regni gubernacula erga subjectos magno sunt moderamine temperanda, ne potestas mente subrepat. Tunc enim regnum bene geritur, cum regnandi gloria animo non dominatur. Curandum quoque est, ne ira subrepat, ne faciat chiis omne quod ille. Ira quippe, etiam cum delinquentium culpas exsequitur, non debet menti quasi domina præire, sed post rationis tergum velut ancilla famulari, ut ad faciem jussa veniat. Nam si senel mentem possidens coepit, justum esse reputat etiam quod crudeliter facit. Hinc enim est scriptum: *Ira viri justitiam Dei non operatur.* Hinc rursus dicitur: *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum et tardus ad iram* [*Em., iracundiam*]. Hæc autem vos auctore Deo omnia servare non ambigo; sed occasione admonitionis exorta bonis vestris actionibus me survive subjungo, ut quod non admoniti facitis, quando vobis et admonens additur, jam non sotti faciat. Omnipotens autem Deus in cunctis actionibus vestris cælestis brachii extensione vos protegat, vobisque et præsentis vitæ prospera, et post multa annorum curricula gaudia æterna concedat.

VII. *De clave corporis beati Petri, et de cruce Domini missa, sive de pallio ad beatum Leandrum episcopum directo.*

Clavem vero parvulam a sacratissimo beati Petri apostoli corpore pro ejus benedictione transmissimus, in qua inest ferrum de cæntis ejus inclusum, ut quod collam illius ad martyrium ligaverat, vestrum ab omnibus peccatis solvat [*Em., absolvat*]. Crucem quoque lateri præsentiam dedimus vobis offerendam, in qua lignum dominicæ crucis inest, et capilli beati Joannis Baptiste **162** ex qua semper solatium nostri Salvatoris per intercessionem præcætoris ejus habeatis. Reverendissimo autem viro fratri et coepiscopo nostro Leandro pallium a beati Petri apostoli sede transmissimus, quod et antiquæ consuetudini et vestris moribus, et ejus bonitati atque dignitati debebamus.

* *Em., Bibl. Reg., Tol. 2, actibus, sicque postmodum.*

CI

CONCILIUM • ROMANUM TEMPORE GREGORII PAPÆ PRIMI.

Regnante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo, temporibus piissimorum Angustorum Mauricii, Tibærii et Theodosii, anno tertio decimo, indictione tertia decima, quinto die mensis Julii, Gregorius papa coram sacratissimo beati Petri apostoli corpore cum episcopis omnibus et Romanæ Ecclesiæ presbyteris residens, adstantibus diaconibus et cuncto clero, dixit: In sancta hæc Romana Ecclesia, cui divina dispensatio præcæsse me voluit, dudum

D consuetudo est valde reprehensibilis exorta, ut quidam ad sacri altaris ministerium cantores eligantur, et in diaconatus ordine constituti modulationi vocis inserviant, quos ad prædicationis officium elemosinarumque studium vacare congruebat. Unde ut plerumque, ut ad sacrum ministerium, dum blanda vox queritur, quæri congrua vita negligitur, et cantor minister Deum moribus stimulet, cum populorum vocibus defectat. Qua de re præsentis decreti

* Concilium hoc deest in Cod. Bibl. Reg., Tol. 4, 2, Urg. et Ger.

constituo ut in sede hac sacri altaris ministri cantare non debeant, solumque evangelicæ lectionis officium inter missarum solemnitas exsolvant. Psalmos vero ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos, vel si necessitas exigat, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentaverit, anathema sit. Et responderunt omnes: Anathema sit.

SECUNDUM CAPITULUM.

Verecundum mos torporem indiscretionis involvit, ut hujus sædis pontificibus ad secreta cubiculi servitia laici pueri ac sæculares obsequantur, et cum

* In excusis latissime scribitur hoc concilium.

A pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplum, plerumque clerici, qualis in secreto sit vita sui pontificis, nesciunt; quam tamen, ut dictum est, sæculares pueri sciunt. De qua re præsentis decreto constituo, ut quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi ministerio cubiculi pontificalis obsequantur, et is, qui in loco est regimini, testes tales habeat, ut ejus in secreto conversationem videant qui ex visione sedula exemplum profectus sumant. Si quis vero contra hoc decretum meum venerit ipse de suo loco periclitabitur. *

CII

PRÆCEPTUM SANCTI GREGORII PAPÆ ROMENSIS

RECTORIBUS SICILIÆ DATUM.

Gregorius episcopus servus servorum Dei Petro B subdiacono.

163 Pergenti tibi ad Siciliam capitulare, quod dedi, assidue relege dum est, ut cura maxima esse de episcopis debeat, ne in causis sæcularibus miscantur, nisi in quantum necessitas defendendorum pauperum cogit. De monachis vero vel clericis quæ eodem capitulari sunt insita nequaquam æstimo modo esse movenda; sed experientia tua tanta hæc observatione custodiat, quarta meum desiderium ex hac re valeat adimpleri.

Præterea pervenit ad me ab Antonini defensoris temporibus nunc usque in hoc decennio multos a Romana Ecclesia quædam violentias pertulisse, ita ut quidam publice conquerantur fines suos violenter invasos, mancipia abstracta, res etiam mobiles manu non iudicio aliquo ablatas. In quibus omnibus volo ut experientia tua vehementer invigilet, et quidquid per hoc decennium invenerit violenter ablatum, vel sub nomine Ecclesiæ injuste detineri, hoc ei, cujus esse cognoverit, ex præsentis præcepti mei auctoritate restituat; nec cogatur qui vim pertulit ad me venire, et tanti itineris laborem assumere, cum verum vera dicat hic apud me non possit edoceri. Considerata ergo venturi iudicis majestate omnia cum peccato oblata restitue, sciens quod magnum mihi lucrum reportas, si mercedem potius quam divitias congregas.

Plerosque vero cognovimus de amissis mancipiis conqueri dicentes, quia si servus cuiuspiam fortasse dominum suum fugiens juris ecclesiastici esse protellus est, rectores Ecclesiæ protinus hunc ut servum ecclesiastici juris habuerunt, nullo agentes iudicio, sed servi vocem manibus defendentes. Quod mihi tantum displicet, quantum a veritatis iudicio abhorret. Unde volo, ut experientia tua quæcumque ita

B facta cognoverit, postposita tarditate, corrigat: et alia quoque mancipia, si quæ nunc in jure ecclesiastico habentur, sicut sine iudicio ablata sunt, ita restitui ante iudicium decet, et si quid in eis sanctæ Ecclesiæ legitime competit, tunc eorum possessores debent ordinata actione pulsari.

Cuncta hæc irrefragabiliter corrige, quia tunc vere beati Petri apostoli miles eris, si in causis ejus veritatis custodiam etiam sine ejus acceptione teneris. Si quid vero juste conspicias juri ecclesiastico posse competere, cave ne unquam hoc manu studeas defensare, maxime quia et decretum sub anathematis interpositione constitui, ne unquam a nostra Ecclesia urbana vel rustico prædio tituli debeant imponi. Sed quidquid ratione pauperibus competit, ratione etiam de et defendi, ne dum bona res non bene agitur, apud omnipotentem Deum etiam quod juste a nobis quarritur de injustitia redarguatur.

Laici autem nobiles, vel vir gloriosus perfectus pro humilitate te diligant, non pro superbia perhorrescant. Et tamen cum eos fortasse contra quoslibet inopes injusta aliqua agere cognoscis, humilitatem protinus in erectionem verte, ut eis semper et bene agentibus subditus, et male agentibus adversarius existas. Sed ita fac, ut nec humilitas tua remissa sit, nec auctoritas rigida, quatenus et humilitatem rectitudinem condiat, et ipsam tuam rectitudinem humilitas blandam reddat. Præterea sicut moris fuit ut ad natale pontificis episcopi convenirent, ad ordinationis meæ diem venire episcopos prohibe, quia ista me vana superfluitas non delectat. Sed si eos convenire necesse est, in beati Petri apostolorum principis natali conveniant, ut ei ex cuius largitate pastores sunt gratiarum actiones solvant.

CIII

DECRETALE IN URBE ROMA AB HORMISDA PAPA EDITUM.

De Scripturis divinis quid universaliter Catholica recipiat Ecclesia, vel post hæc quid ritare debeat.

164 I. *De ordine librorum canonicorum Veteris et Novi Testamenti.*

Ordo Veteris Testamenti, quem sapientia et catholica Romana suscipit et veneratur Ecclesia, iste est: Genesis liber unus, Exodi liber unus, Levitici liber unus, Numerorum liber unus, Deuteronomii liber unus, Jesu Nave liber unus, Judicium liber unus, Ruth liber unus, Regum libri IV, Paralipomenon libri duo, Psalmorum cxi liber unus, Salomonis libri III, Proverbiorum, Ecclesiastes, et Cantica canticorum, item Sapientiae liber unus, et Ecclesiastici liber unus.

Item ordo prophetarum.

Esaiæ liber unus, Jeremiæ liber unus cum Cinoth, id est, Lamentationibus suis, Ezechielis liber unus, Danielis liber unus, Osee liber unus, Amos liber unus, Micheæ liber unus, Joel liber unus, Abdia liber unus, Jonæ liber unus, Nann liber unus, Abacuc liber unus, Sophoniæ liber unus, Aggæi liber unus, Zachariæ liber unus, Malchiæ liber unus.

Item ordo^a historiarum.

Job liber unus, Tobia liber unus, Esdræ liber unus, Esther liber unus, Judith liber unus, Machabæorum libri duo.

Item ordo Scripturarum Novi^b Testamenti.

Evangeliorum libri quatuor, secundum Mathæum liber unus, secundum Marcum liber unus, secundum Lucam liber unus, secundum Joannem liber unus. Item et Actuum apostolorum liber unus, Epistolæ Pauli apostoli numero xiv, ad Romanos epistola I, ad Corinthios epistolæ II, ad Ephesios epistola I, ad Thessalonicenses epistolæ II, ad Galathas epistola I, ad Philippenses epistola I, ad Colossenses epistola I, ad Timotheum epistolæ II, ad Titum epistola I, ad Philemonem epistola I, ad Hebræos epistola I.

Item canonicæ epistolæ numero septem, Petri apostoli epistolæ II, Jacobi apostoli epistola I, Joannis apostoli epistolæ III, Judæ Zelotes apostoli epistola I^c.

Item apocalypsis Joannis liber unus.

II. *De numero apostolicarum sedium.*

Post has omnes propheticas et evangelicas atque apostolicas, quas superius deprompsimus, Scripturas, quibus Ecclesia catholica per gratiam Dei fundata est, etiam illud intimandum putavimus quod quamvis universæ per orbem catholicæ diffusæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sint, sancta tamen Romana Ecclesia nullis synodicis constitutis cæteris Ecclesiis prælata est; sed evangelica voce Domini

^a Hic ordo historiarum deest in Alv. cum reperitur in cæteris Codicibus.

^b Ex Æm. In Bibl. Reg. Novi et æterni Testamenti. In reliquis, mendose, Novi et Veteris Testa-

et Salvatoris nostri primatum tenuit: Tu es Petrus, inquit, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prevalerunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni cælorum, et quæcumque ligaveris super terram erunt ligata et in cælo, et quæcumque solveris super terram erunt soluta et in cælo. Adhuc est etiam societas beatissimi Pauli apostoli, vasis electionis, qui non diverso, sicut hæretici garriunt, sed uno tempore uno eodemque die gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub **165** Cæsare Nerone agonizans coronatus est; et patientes supradictam sanctam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecrarunt, aliisque omnibus urbibus in universo mundo sua presentia, atque venerando triumpho prætererunt.

Est ergo prima Petri apostoli sedes Romana Ecclesia, non habens maculam nec rugam, nec aliquid ejusmodi^d.

Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco ejus discipulo, atque evangelista consecrata est: ipseque in Ægypto directus a Petro apostolo verbum veritatis prædicavit, et gloriosum consumavit martyrium.

Tertia vero sedes apud Antiochiam item beatissimi apostoli Petri habetur honorabilis, eo quod illic priusquam Romæ venisset habitavit, et illic primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est.

III. *De constitutis omnibus sanctorum conciliis.*

Et quamvis aliud fundamentum nullus possit ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Jesus; tamen ad ædificationem sanctam iterum Romana Ecclesia post illas Veteris et Novi Testamenti quas regulariter superius enumeravimus, etiam has suscipi non prohibet Scripturas, id est, sanctam synodum Nicenam secundum trecentos decem et octo Patres, mediante maximo Constantino Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est: sanctam synodum Constantinopolitanam CL Patrum, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est consensu beatissimi Coelestini papæ, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, et Arcadio episcopo ab Italia destinato: sanctam synodum Chalcedonensem mediante Marciano Augusto, et Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana hæresis, et Eutichetis simul cum Dioscoro ejusque complices damnatæ sunt: sed et si qua sunt concilia a sanctis Patribus hæctenus instituta, post istorum

menti.

^c Hucusque Codex Bibl. Reg., mutilus in fine.

^d In reliquis, præter Alv., hujusmodi.

quatuor auctoritates et custodienda et recipienda A decrevimus.

IV. *De opusculis sanctorum Patrum quæ recipiuntur.*

Jam nunc subficiendum de opusculis sanctorum Patrum quæ in Ecclesia catholica recipiuntur.

Opuscula beati Cæciliæ Cypriani martyris et Carthaginensis episcopi.

Item opuscula beati Gregorii Nazianzeni episcopi.

Item opuscula beati Basilii Cappadociæ episcopi.

Item opuscula beati Athanasii Alexandrini episcopi.

Item opuscula beati Joannis Constantinopolitani episcopi.

Item opuscula beati Theophili Alexandrini episcopi.

Item opuscula beati Cyrilli Alexandrini episcopi.

Item opuscula beati Hilarii Pictaviensis episcopi.

Item opuscula beati Ambrosii Mediolanensis episcopi.

Item opuscula beati Augustini Hipponeregensis [Æ., Hipponeregionensis] episcopi.

Item opuscula beati Hieronymi presbyteri.

Item opuscula beati Properi viri religiosissimi.

Item epistola papæ Leonis ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinata, de cujus textu quispiam si usque ad unum iota disputaverit, et non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit.

Item opuscula atque tractatus omnium Patrum orthodoxorum qui in nullo a sanctæ Romanæ Ecclesiæ consortio deviarunt, nec ab ejus fide vel prædicatione sejuncti sunt, sed ipsius communicationi per gratiam Dei usque in ultimum diem vitæ suæ fuere participes, legenda decernimus.

Item decretales epistolas quas beatissimi papæ diversis temporibus ab urbe Romæ pro diversorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendas.

Item gesta sanctorum martyrum quæ multiplicibus tormentorum cruciatibus, et mirabilibus confessionum triumphis irradiant, quis catholicorum dubitet majora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed Dei gratia et adiutorio universa tolerasse? Et ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia eorum qui conscribere nonnisi penitus ignorantur, et ab infidelibus et idiotis superflua aut minus apta, quam rei ordo fuerit, esse putantur, sicut ejusdam Kirici, et Julitæ, sicut Gregorii, aliorumque ejusmodi passiones, qui ab hæreticis perhibentur compositi: propter quod, ut dictum est, ne vel levis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta Ecclesia **166** omnes martyres, et eorum gloriosos agonas, qui Deo magis quam hominibus noti sunt, omni devotione veneramus.

Item Vitas Patrum Pauli, Antonii, Hilarionis, et omnium eremitarum, quas tamen vir beatissimus descripsit Hieronymus, cum honore suscipimus.

Item actus beati Silvestri apostolicæ sedis præsulis, licet ejus qui conscripserit nomen ignoretur, a multis tamen in urbe Roma catholicis legi cognovimus, et pro antiquo usu multæ hoc imitantur Ecclesiæ.

Item scriptura de inventione Domithicæ crucis, et alia scriptura de inventione captis beati Joannis Baptistæ novellæ quidem relationes sunt, et nonnulli eas catholici legunt. Sed cum hæc ad catholicorum manus advenissent, beati apostoli Pauli præcedat sententia: *Omnia probate, et quod bonum est, tenete.*

Item Rufinus vir religiosissimus plurimos ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus. Sed quoniam venerabilis Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii libertate notavit, illa sentimus, quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus, et non solum de Rufino, sed etiam de universis, quos vir æcipius memoratus zelo Dei et fidei religione reprehendit.

Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repuliat, legenda suscipimus; reliqua autem cum auctore suo dicimus tenenda.

Item Chronica Eusebii Cæsariensis, atque ejusdem historia ecclesiastica libros, quamvis in primo narrationis suæ libro sepuerit, et post in laudibus atque excusatione Origenis schismatici usum conscripserit librum; propter rem tamen singulari nonnullam, quæ ad instructionem pertinent, obsequaque non dicimus tenendos.

Item Orosium virum eruditissimum collaudantes, qui valde necessariam nobis adversus Paganorum calumnias ordinavit historiam, miraque brevitate contexit.

Item venerabilis viri Sedulii opus paschale, quod hieroicis de cepit verbis, insigni laude præferimus: Juveni quoque nihilominus laboriosum opus non spernimus sed miramur. Cætera, quæ ab hæreticis sive schismaticis conscripta vel prædicta sunt, nullatenus recipit catholica et apostolica Romana Ecclesiæ, e quibus pauca, quæ ad memoriam veterunt et a catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda.

V. *De opusculis et notitia librorum apocryphorum quæ non recipiuntur.*

In primis Arimænsém synodum a Constantio Cæsare Constantini filio congregatam, mediante Titiro præfecto, ex tunc, et nunc, et in æternum constemur esse damnatam. Itinerarium quoque in nomine Petri apostoli, quod appellatur sancti Clementis, libris numero novem, apocryphum esse scimus.

Actus nomine Andreae apostoli apocryphi.

Actus nomine Thomæ apostoli libri decem apocryphi.

Actus nomine Petri apostoli apocryphi.

Actus nomine Philippi apostoli apocryphi.

Evangelia nomine Matthiæ apocrypha.

Evangelia nomine Barnabæ apocrypha.

Evangelia nomine Jacobi minoris apocrypha.

- Evangelia nomine Petri apostoli apocrypha.
- Evangelia nomine Thome, quibus Manichæi utuntur, apocrypha.
- Evangelia nomine Bartholomæi apocrypha.
- Evangelia nomine Andreæ apostoli apocrypha.
- Evangelia quæ falsavit Lucianus, apocrypha.
- Evangelia quæ falsavit Hesychius, apocrypha.
- Liber de Infantia Salvatoris apocryphus.
- Liber de Nativitate Salvatoris et de Maria, vel obstetrice apocryphus.
- Liber qui appellatur Pastoris, apocryphus.
- Liber in omnes ques fecit Leucius discipulus diaboli, apocryphi.
- Liber qui appellatur Fundamentum, apocryphus.
- Liber qui appellatur Thesaurorum, apocryphus.
- Liber de filiabus Adæ adjectus Genesi apocryphus.
- Centio de Christo, Virgilianis compaginatus versibus, apocryphus.
- Liber qui appellatur Actus Teclæ et Pauli, apocryphus.
- Liber qui appellatur Nepotis, apocryphus.
- Liber Proverbiorum ab hæreticis conscriptus, et sub sancti Sixti [*Æm.*, Stephani] nomine præsignatus, apocryphus.*
- Revelatio quæ appellatur Pauli, apocrypha.
- 167** Revelatio quæ appellatur Thomæ, apocrypha.
- Revelatio quæ appellatur Stephani, apocrypha.
- Liber qui appellatur Transitus, id est, assumptio sanctæ Mariæ, apocryphus.
- Liber qui appellatur Pœnitentia Adæ, apocryphus.
- Liber de Ugia nomine Gigante, qui post diluvium cum dracone ab hæreticis pugnasse fingitur, apocryphus.
- Liber qui appellatur Testamentum Job, apocryphus.
- Liber qui appellatur Pœnitentia Origenis, apocryphus.
- Liber qui appellatur Pœnitentia sancti Cypriani, apocryphus.
- Liber qui appellatur Pœnitentia Jannis et Mambre, apocryphus.
- Liber qui appellatur Sortes apostolorum, apocryphus.
- Liber qui appellatur Jus apostolorum, apocryphus.
- Liber qui appellatur Canones apostolorum, apocryphus.
- Liber Physiologus ab hæreticis conscriptus, et beati Ambrosii nomine præsignatus, apocryphus.
- A** Historia Eusebii Pamphylîi apocrypha.
- Opuscula Tertulliani apocrypha.
- Opuscula Lactantii, sive Africani apocrypha.
- Opuscula Posthumiani et Galli apocrypha.
- Opuscula Montani, Priscillæ, et Maximillæ apocrypha.
- Opuscula Faustini Manichæi apocrypha.
- Opuscula Commodiani apocrypha.
- Opuscula alterius Clementis Alexandrini apocrypha.
- Opuscula Tascii Cypriani apocrypha.
- Opuscula Arnovi [*Æm.*, Arnophi] apocrypha.
- Opuscula Ticoni apocrypha.
- Opuscula Cassiani * presbyteri Galliarum apocrypha.
- B** Opuscula Victorini Pictaviensis apocrypha.
- Opuscula Faustini Regiensis Galliarum apocrypha.
- Opuscula Frumentii Cæci apocrypha.
- Epistola Jesu ad Abgarum apocrypha.
- Epistola Abgari ad Jesum apocrypha.
- Passio Kirici et Julitæ apocrypha.
- Passio Georgii apocrypha.
- Scriptura quæ appellatur Salomonis interdictio, apocrypha.
- Phylacteria omnia, quæ non angelorum ut illi confingunt sed dæmonum magis nominibus conscripta sunt, apocrypha.
- Hæc et his similia quæ Simon magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, Photinus et Bonosus, et qui simili errore defecerunt, Montanus quoque cum suis obsecrati simis sequacibus, Appollinaris Valentinus, sive Manichæus, Faustus Africanus, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Novatus, Sabbatius, Callistus, Donatus, Eustathius, Jovinianus, Pelagius, Julianus Celanensis, Cœlestinus, Maximianus, Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus Cynicus, Lampetius, Dioscorus, Eutiches, Petrus, et alius Petrus, e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit, Acacius Constantinopolitanus cum consortibus suis, nec non et omnes hæresiarchæ, eorumque discipuli, sive schismatici docuerunt vel conscripserunt, quorum nomina minime retinimus, non solum repudiata, verum etiam ab omni Romana catholica et apostolica Ecclesia eliminata, auctororumque sequacibus sub anathematis insolubili vinculo in æternam constemur esse damnata.
- Explicit Decretale editum a papa Hormi-da.

* Ex *Æm.* et cæteris. In *Alv.*, *Assiani*.

PRÆFATIO HISTORICO-CRITICA
IN VERAM ET GENUINAM COLLECTIONEM
VETERUM CANONUM ECCLESIAE HISPANÆ,
A DIVO ISIDORO,

HISPALENSI METROPOLITANO, HISPANIARUM DOCTORE,
PRIMUM, ET CREDITUR, ADORNATAM;

CONSEQUENTIBUS DEINDE SÆCULIS AB HISPANIS PATRIBUS AUCTAM; E PLURIBUS MSS. CODD. VENERANDÆ ANTIQUITATIS, TOLETANIS
NEMPE, SCYRIALENSIBUS, RIVIPULENSIBUS, GERUNDENSIBUS, CORDUBENSIBUS, URGELL'ENSIBUS, ET ALIIS REBUTAM, ET AD ÆJRIUM FIDEM
CASTIGATAM, STUDIO ET OPERA ANDRÆ BURRIEL, SOCIETATIS JESU.

Auctore CAROLO DE LA SERNA SANTANDER. Brux. 1800.

CAROLUS DE LA SERNA SANTANDER, LECTORI SALUTEM D.

Octo jam fere annorum spatium elapsum est ex quo præstantissimam ac genuinum canonum collectionem, a divo Isidoro, Hispalensi metropolitano, adornatam, quam e mss. Codd. opt. mæ notæ exscriptam possideo, publici juris facere st. tueram. Quocirca, et brevem, quam tibi exhibeo, lector benevole, præfationem, et doctissimi viri Andræ Burriel encomium, operi præmittendum, prelo paraveram; sed permultæ ac variæ temporum perturbationes, tumultus exortis, horrida bella, innumeraque inde nascens, quibus adhuc obruimur, mala, ab incæpto desistere invitum coegerunt. Nunc vera per litteras admonitus et novam beati Isidori operam Editionem in Ital'ia parari, et antiquam episcopis Hispanis auctoritatem, secundum veram Ecclesiæ veteris disciplinam, ab Hispaniarum rege catholico Carolo IV restituendam curari, non nihil his rebus exsequendis adjumento fore credidi, si qualemcunque hanc præfationem meam, in qua de beato Isidoro Hispalensi, deque Ecclesiæ Hispaniæ jure canonico veteri maxime agitur, prelo submitterem.

Ecquando enim felicius hoc facere liceat, quam cum de vet. ri et vera Ecclesiæ disciplina restauranda agitur? Quid gratius dulciusque præsulibus Hispanis esse queat quam e tenebris, quibus in oluta per tot sæcula jacet, erui, notamque viris litteratis fieri Isidorianam canonum collectionem, per quam integerrima olim effloruit Ecclesiæ Hispaniæ, mores restituit, exorta composuit dissidia, ac metropolitano jura, etiam sub diro diutinoque Maurorum imperio, illibata servavit?

Neque novam beati Isidori operam Editionem in Italia meditantibus ingrata, ut opinor, erit hæc brevis præfatio; ex ea quippe facile agnoscent, illustriora Hispalensis præsulis opera inedita adhuc delitescere, quæ quidem jam editis adjicienda omnino sunt, si omnibus numeris absolutam ejus operam collectionem in unum corpus redigi desideratur. Quapropter edenda necessario sunt cum reliquis laudati Isidori operibus sequentia.

Primo: Versio Latina vulgata biblicorum sacrorum, Biblia Gothica (a) nuncupata, a beato Isidoro recensita, cujus mentionem fecimus n. 62 et 63 nostræ præfationis. Hujus versionis colex pulcherrimus pervetustus, forsam sæculo VII exaratus, asservatur in bibliotheca Toletanæ ecclesiæ.

Secundo: Vera ac genuina canonum collectio, d. qua hic agitur, ab ipso Isidoro adornata.

Tertio: Liturgia vetus Isidoriana, Toletana, Mozarabe, quam Isidorus noster ad usum Ecclesiæ Hispaniæ recensuit; quocirca consulenda sunt manuscripta exemplaria vetustissima, quæ in laudata bibliotheca Toletanæ ecclesiæ asservantur. Hujus liturgiæ mentionem fecimus n. 63, nota 47. (b).

Quarto: Forum judicum, in quo primæ Hispaniæ leges continentur, quæ ut n. 47 observavimus, nondum abrogatæ sunt, atque post canonum collectionem omnibus fere Codicibus antiquis inveniuntur insertæ. Hoc enim opus tempore Sisenandi regis in concilio IV Toletano, cui beatus Isidorus præsedebat, approbatum fuisse creditur, et ab ipso Isidoro in novum ordinem redactum (c).

Ex diets patet, quantus in nova Isidori Editione adornanda labor, quantum in consulendis conferendisquæ mss. Codd. studium ab editoribus sit adhibendum, ut reliqua tanti scriptoris opera accuratissime in lucem prodeant.

Habes, candide lector, nostræ præfationis conspectum. Vale.

(a) Vide Isidoriana, cap. 77, Patrol. tom. LXXXI, ubi Arevalus Bibliorum quæstionem erudite discutit. EDIT.

(b) Isidoriana liturgia duobus sequentibus tomis continebitur. EDIT.

(c) Eruditus editor Romanus evidenter demonstravit, Forum judicum B. Isidoro non tribuendum fore. Vide Isidoria, cap. 92, Patrol. tom. LXXXI, ubi elucidat hanc quæstionem. EDIT.

PRÆFATIO HISTORICO-CRITICA.

PRÆLOQUIUM. — In illustrandis canonum collectionibus eruditorum la'orca.

1. Post tot doctissimorum virorum in d'gerendis

(1) Bibliotheca Juris canonici veteris, Græce et Latine, ex Editione Guillelmi Voellii et Henrici Justelli. Parisiis, 1661, 2 vol. fol.

(2) Codex canonum vetus Ecclesiæ Romanæ, a Francisco Pithæo restitutus. Parisiis, ex typog. regia,

illustrandisque canonum collectionibus indefessos labores vigilasque, post Voellii et Justelli (1), Pithæi (2), Beveregii (3), aliorumque eximia in hoc

1787, f. l.

(3) Guillelmi Beveregii Synodicon, seu Paudectæ canonum apostolorum, etc., Græce et Latine. Oxonii, W. 1. 1672, 2 vol. fol.

CIII

DECRETALE IN URBE ROMA AB HORMISDA PAPA EDITUM.

De Scripturis divinis quid universaliter Catholica recipiat Ecclesia, vel post hæc quid ritare debeat.

164 I. *De ordine librorum canonicorum Veteris et Novi Testamenti.*

Ordo Veteris Testamenti, quem sapientia et catholica Romana suscipit et veneratur Ecclesia, iste est: Genesis liber unus, Exodi liber unus, Levitici liber unus, Numerorum liber unus, Deuteronomii liber unus, Jesu Nave liber unus, Judicum liber unus, Ruth liber unus, Regum libri IV, Paralipomenon libri duo, Psalmorum cxx liber unus, Salomonis libri III, Proverbiorum, Ecclesiastes, et Cantica canticorum, item Sapientie liber unus, et Ecclesiastici liber unus.

Item ordo prophetarum.

Esaiæ liber unus, Jeremiæ liber unus cum Cinothi, id est, Lamentationibus suis, Ezechielis liber unus, Danielis liber unus, Osee liber unus, Amos liber unus, Micheæ liber unus, Joel liber unus, Abdie liber unus, Jonæ liber unus, Naum liber unus, Abacuc liber unus, Sophoniæ liber unus, Aggae liber unus, Zachariæ liber unus, Malachiæ liber unus.

Item ordo historiarum.

Job liber unus, Tobie liber unus, Esdræ liber unus, Esther liber unus, Judith liber unus, Machabæorum libri duo.

Item ordo Scripturarum Novi Testamenti.

Evangeliorum libri quatuor, secundum Matthæum liber unus, secundum Marcum liber unus, secundum Lucam liber unus, secundum Joannem liber unus. Item et Actuum apostolorum liber unus, Epistolæ Pauli apostoli numero xiv, ad Romanos epistola I, ad Corinthios epistolæ II, ad Ephesios epistola I, ad Thessalonicenses epistolæ II, ad Galathas epistola I, ad Philippenses epistola I, ad Colossenses epistola I, ad Timotheum epistolæ II, ad Titum epistola I, ad Philemonem epistola I, ad Hebræos epistola I.

Item canonicæ epistolæ numero septem, Petri apostoli epistolæ II, Jacobi apostoli epistola I, Joannis apostoli epistolæ III, Judæ Zelotes apostoli epistola I.

Item apocalypsis Joannis liber unus.

II. *De numero apostolicarum sedium.*

Post has omnes propheticas et evangelicas atque apostolicas, quas superius deprompsimus, Scripturas, quibus Ecclesia catholica per gratiam Dei fundata est, etiam illud intinandum putavimus quod quamvis universæ per orbem catholice diffusæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sint, sancta tamen Romana Ecclesia nullis synodicis constitutis cæteris Ecclesiis prælata est; sed evangelica voce Domini

^a Hic ordo historiarum deest in Alv. cum reperitur in cæteris Codicibus.

^b Ex Am. in Bibl. Reg. Novi et æterni Testamenti. In reliquis, mendose, Novi et Veteris Testa-

et Salvatoris nostri primatum tenuit: Tu es Petrus, inquietis, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalent adversus eam. Et tibi dabo claves regni cælorum, et quæcumque ligaveris super terram erunt ligata et in cælo, et quæcumque solveris super terram erunt soluta et in cælo. Ad-dita est etiam societas beatissimi Pauli apostoli, vasis electionis, qui non diverso, sicut hæretici garrunt, sed uno tempore uno eodemque die gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub **165** Casare Nerone agonizans coronatus est; et patientes supradictam sanctam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecrarunt, aliisque omnibus urbibus in universo mundo sua præsentia, atque venerando triumpho prætulerunt.

Est ergo prima Petri apostoli sedes Romana Ecclesia, non habens maculam nec rugam, nec aliquid ejusmodi.

Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco ejus discipulo, atque evangelista consecrata est: ipseque in Ægypto directus a Petro apostolo verbum veritatis prædicavit, et gloriosum consumavit martyrium.

Tertia vero sedes apud Antiochiam item beatissimi apostoli Petri habetur honorabilis, eo quod illic priusquam Romæ venisset habitavit, et illic primæ nomine Christianorum novellæ gentis exortum est.

III. *De constitutionibus sanctorum conciliorum.*

Et quamvis aliud fundamentum nullus possit ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Jesus; tamen ad ædificationem sanctam item Romana Ecclesia post illas Veteris et Novi Testamenti quas regulariter superius enumeravimus, etiam has suscipi non prohibet Scripturas, id est, sanctam synodum Nicenam secundum trecentos decem et octo Patres, mediante maximo Constantino Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est: sanctam synodum Constantinopolitanam CL Patrum, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est consensu beatissimi Cælestini papæ, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, et Arcadio episcopo ab Italia destituto: sanctam synodum Chalcedonensem mediante Marciano Augusto, et Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana hæresis, et Eutichetis simul cum Dioscoro ejusque consplices damnatæ sunt: sed et si qua sunt concilia a sanctis Patribus hactenus instituta, post istorum

menti.

^c Hucusque Codex Bibl. Reg., mutilus in fine.

^d In reliquis; præter Alv., *hujusmodi*.

quatuor auctoritates et custodienda et recipienda A decrevimus.

IV. *De opusculis sanctorum Patrum quæ recipiuntur.*

Jam nunc sufficiens de opusculis sanctorum Patrum quæ in Ecclesia catholica recipiuntur.

Opuscula beati Cæciliæ Cypriani martyris et Carthaginensis episcopi.

Item opuscula beati Gregorii Nazianzeni episcopi.

Item opuscula beati Basilii Cappadociæ episcopi.

Item opuscula beati Athanasii Alexandrini episcopi.

Item opuscula beati Joannis Constantinopolitani episcopi.

Item opuscula beati Theophili Alexandrini episcopi.

Item opuscula beati Cyrilli Alexandrini episcopi.

Item opuscula beati Hilarii Pictaviensis episcopi.

Item opuscula beati Ambrosii Mediolanensis episcopi.

Item opuscula beati Augustini Hipponeregionensis [Æ., Hipponeregionensis] episcopi.

Item opuscula beati Hieronymi presbyteri.

Item opuscula beati Prosperi viri religiosissimi.

Item epistola papæ Leonis ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinata, de cujus textu quispiam si usque ad unum iota disputaverit, et non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit.

Item opuscula atque tractatus omnium Patrum orthodoxorum qui in nullo a sanctæ Romanæ Ecclesiæ consortio deviarunt, nec ab ejus fide vel prædicatione sejuncti sunt, sed ipsius communicationi per gratiam Dei usque in ultimum diem vitæ suæ fuere participes, legenda decernimus.

Item decretales epistolas quas beatissimi papæ diversis temporibus ab urbe Româ pro diversorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendas.

Item gesta sanctorum martyrum quæ multiplicibus tormentorum cruciatibus, et mirabilibus confessionum triumphis irradiant, quis catholicorum dubitet majora eos in agonibus fuisse perpassos, nec suis viribus, sed Dei gratia et adjutório universa tolerasse? Et ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia eorum qui conscripserunt nomina penitus ignorantur, et ab infidelibus et idiotis superflua aut minus apta, quam rei ordo fuerit, esse putantur, sicut cujusdam Kirici, et Julitæ, sicut Gregorii, aliorumque ejusmodi passionum, qui ab hæreticis perhibentur compositionum: propter quod, ut dictum est, ne vel levis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta Ecclesia **166** omnes martyres, et eorum gloriosos agones, qui Deo magis quam hominibus noti sunt, omni devotione veneramus.

Item Vitas Patrum Pauli, Antonii, Hilarionis, et omnium eremitarum, quas tamen vir beatissimus descripsit Hieronymus, cum honore suscipimus.

Item actus beati Silvestri apostolicæ sedis præsulis, licet ejus qui conscripserit nomen ignoretur, a multis tamen in urbe Roma catholicis legi cognovimus, et pro antiquo usu multæ hoc insistant Ecclesiæ.

Item scriptura de inventione Domitice crucis, et alia scriptura de inventione capitis beati Joannis Baptistæ novellæ quidem relationes sunt, et nonnulli eas catholici legunt. Sed cum hæc ad catholicorum manus adveniant, beati apostoli Pauli præcedat sententia: *Omnia probate, et quod bonum est, tenete.*

Item Rufinus vir religiosissimus plurimos ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus. Sed quoniam venerabilis Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii libertate notavit, illa sententia, quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus, et non solum de Rufino, sed etiam de universis, quos vir sapiens memoratus zelo Dei et fidei religione reprehendit.

Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repuliat, legenda suscipimus; reliqua autem cum auctore deo dicimus tenenda.

Item Chronica Eusebii Cæsariensis, atque ejusdem historia ecclesiastica libros, quamvis in primo narrationis suæ libro reperit, et post in sedibus atque excusatione Origenis schismatici usum conscripserit librum; propter rem tamen singulari nonnullam, quæ ad instructionem pertinent, usquequaque non dicimus tenendos.

Item Orosium virum eruditissimum collaudamus, qui videt necessariam nobis adversus Paganorum calumnias ordinavit historiam, mira quoque brevitate contextit.

Item venerabilis viri Sedulli opus paschale, quod heroicis de cepit versibus, insigni laude præfatum: Juveni quoque nihilominus laboriosum opus non spernimus sed miramur. Cætera, quæ ab hæreticis sive schismaticis conscripta vel præfata sunt, nullatenus recipit catholica et apostolica Romana Ecclesiæ, de quibus pauca, quæ ad memoriam veterum et a catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda.

V. *De opusculis et notitia librorum apocryphorum quæ non recipiuntur.*

In primis Ariminensium synodum a Constantino Cæsare Constantini filio congregatam, mediante Taurino præfecto, ex tunc, et nunc, et in æternum constat esse damnatam. Itinerarium quoque in nomine Petri apostoli, quod appellatur sancti Clementis, libris numero novem, apocryphum esse scimus.

Actus nomine Andreæ apostoli apocryphi.

Actus nomine Thomæ apostoli libri decem apocryphi.

Actus nomine Petri apostoli apocryphi.

Actus nomine Philippi apostoli apocryphi.

Evangelia nomine Matthiæ apocrypha.

Evangelia nomine Barnabæ apocrypha.

Evangelia nomine Jacobi minoris apocrypha.

- Evangelia nomine Petri apostoli apocrypha.
 Evangelia nomine Thome, quibus Manichæi utuntur, apocrypha.
 Evangelia nomine Bartholomæi apocrypha.
 Evangelia nomine Andreæ apostoli apocrypha.
 Evangelia quæ falsavit Lucianus, apocrypha.
 Evangelia quæ falsavit Hesychius, apocrypha.
 Liber de Infantia Salvatoris apocryphus.
 Liber de Nativitate Salvatoris et de Maria, vel obstetrice apocryphus.
 Liber qui appellatur Pastoris, apocryphus.
 Liber in omnes quæ fecit Leucius discipulus diaboli, apocryphi.
 Liber qui appellatur Fundamentum, apocryphus.
 Liber qui appellatur Thesaurorum, apocryphus.
 Liber de filiabus Adæ adjectus Genesi apocryphus.
 Cento de Christo, Virgilianis compæginatus versibus, apocryphus.
 Liber qui appellatur Actus Teclæ et Pauli, apocryphus.
 Liber qui appellatur Nepotis, apocryphus.
 Liber Proverbiorum ab hæreticis conscriptus, et sub sancti Sixti [*Æm.*, Stephani] nomine præsignatus, apocryphus.*
 Revelatio quæ appellatur Pauli, apocrypha.
167 Revelatio quæ appellatur Thome, apocrypha.
 Revelatio quæ appellatur Stephani, apocrypha.
 Liber qui appellatur Transitus, id est, assumptio sanctæ Mariæ, apocryphus.
 Liber qui appellatur Pœnitentia Adæ, apocryphus.
 Liber de Ugia nomine Gigante, qui post diluvium cum dracone ab hæreticis pugnasse fingitur, apocryphus.
 Liber qui appellatur Testamentum Job, apocryphus.
 Liber qui appellatur Pœnitentia Origenis, apocryphus.
 Liber qui appellatur Pœnitentia sancti Cypriani, apocryphus.
 Liber qui appellatur Pœnitentia Jannis et Mambre, apocryphus.
 Liber qui appellatur Sortes apostolorum, apocryphus.
 Liber qui appellatur Jus apostolorum, apocryphus.
 Liber qui appellatur Canones apostolorum, apocryphus.
 Liber Physiologus ab hæreticis conscriptus, et beati Ambrosii nomine præsignatus, apocryphus.
- A** Historia Eusebii Pamphylî apocrypha.
 Opuscula Tertuliani apocrypha.
 Opuscula Lactantii, sive Africani apocrypha.
 Opuscula Posthumiani et Galli apocrypha.
 Opuscula Montani, Priscillæ, et Maximillæ apocrypha.
 Opuscula Faustini Manichæi apocrypha.
 Opuscula Commodiani apocrypha.
 Opuscula alterius Clementis Alexandrini apocrypha.
 Opuscula Tascii Cypriani apocrypha.
 Opuscula Arnovi [*Æm.*, Arnophii] apocrypha.
 Opuscula Ticoni apocrypha.
 Opuscula Cassiani * presbyteri Galliarum apocrypha.
- B** Opuscula Victorini Pictaviensis apocrypha.
 Opuscula Faustini Regiensis Galliarum apocrypha.
 Opuscula Frumenti Cæci apocrypha.
 Epistola Jesu ad Abgarum apocrypha.
 Epistola Abgari ad Jesum apocrypha.
 Passio Kirici et Julitæ apocrypha.
 Passio Georgii apocrypha.
 Scriptura quæ appellatur Salomonis interdictio, apocrypha.
 Phylacteria omnia, quæ non angelorum ut illi confingunt sed dæmonum magis nominibus conscripta sunt, apocrypha.
 Hæc et his similia quæ Simon magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, Photinus et Bonosus, et qui simili errore defecerunt, Montanus quoque cum suis obscœni simis sequacibus, Appollinaris Valentinus, sive Manichæus, Faustus Africanus, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Novatus, Sabbatius, Callistus, Donatus, Eustathius, Jovinianus, Pelagius, Julianus Celanensis, Cœlestinus, Maximianus, Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus Cynicus, Lampetius, Dioscorus, Eutiches, Petrus, et alius Petrus, e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit, Acacius Constantinopolitanus cum consortibus suis, nec non et omnes hæresiarchæ, eorumque discipuli, sive schismatici docuerunt vel conscripserunt, quorum nomina minime retinimus, non solum repudiata, verum etiam ab omni Romana catholica et apostolica Ecclesia eliminata, auctorumque sequacibus sub anathematis insolubili vinculo in æternam confitemur esse damnata.
- Explicit Decretale editum a papa Hormi-da.

* Ex *Æm.* et cæteris. In *Alv.*, *Assiani*.

PRÆFATIO HISTORICO-CRITICA
IN VERAM ET GENUINAM COLLECTIONEM
VETERUM CANONUM ECCLESIAE HISPANÆ,
A DIVO ISIDORO,

HISPALENSI METROPOLITANO, HISPANIARUM DOCTORE,
PRIMUM, UT CREDITUR, ADORNATAM;

CONSEQUENTIUS DEINDE SÆCULIS AB HISPANIS PATRIBUS AUCTAM; E PLURIBUS MSS. CODD. VENERANDÆ ANTIQUITATIS, TOLETANÆ
NEMP., SCIBIALENSIS, RIVIPULENSIS, GERUNDENSIS, CORDUBENSIS, URCELLANIS, ET ALIIS ERUTAM, ET AD EYRUM FIDEM
CASTIGATAM, STUDIO ET OPERA ANDRÆ BURRIEL, SOCIETATIS JESU.

Auctore CAROLO DE LA SERNA SANTANDER. Bruz. 1800.

CAROLUS DE LA SERNA SANTANDER, LECTORI SALUTEM D.

Octo jam fere annorum spatium elapsum est ex quo præstantissimam ac genuinam canonum collectionem, a divo Isidoro, Hispalensi metropolitano, adornatam, quam e mss. Codd. opt. max. notæ exscriptam possideo, publici juris facere st. tuerum. Quocirca, et brevem, quam tibi exhibeo, lector benevole, præfationem, et doctissimi viri Andræ Burriel encomium, operi præmittendum, prelo paraveram; sed permultæ ac variæ temporum perturbationes, tumultus exorti, horrida bella, innumeraque inde naſcentia, quibus adhuc obruimur, mala, ubi incæpto desistere invitum coegerunt. Nunc vera per litteras admonitus et novam beati Isidori operum Editionem in Italia parari, et antiquam epi-copis Hispanis auctoritatem, secundum veram Ecclesiæ veteris disciplinam, ab Hispaniarum rege catholico Carolo IV restituendam curari, non nihil his rebus exsequendi adjumento fore credidi, si qualemcunque hanc præfationem meam, in qua de beato Isidoro Hispalensi, deque Ecclesiæ Hispanæ jure canonico veteri maxime agitur, prelo submitterem.

Ecquando enim felicius hoc facere liceat, quam cum de vet.ri et veru Ecclesiæ disciplina restauranda agitur? Quid gratius dulciusve præsulibus Hispanis esse queat quam e tenebris, quibus in oluta per tot sæculu jacet, erui, notamque viris litteratis fieri Isidorianam canonum collectionem, per quam integerrima olim effloruit Ecclesiæ Hispana, mores restituit, exorta composuit dissidia, ac metropolitancorum jura, etiam sub diro diutinoque Maurorum imperio, illibata servavit?

Neque novam beati Isidori operum Editionem in Italia meditantibus ingrata, ut opinor, erit hæc brevis præfatio; ex ea quippe facile agnoscent, illustriora Hispalensis præsulis opera inedita adhuc delitescere, quæ quidem jam editis adjicienda omnino sunt, si omnibus numeris absolutam ejus operum collectionem in unum corpus redigi desideratur. Quapropter edenda necessario sunt cum reliquis laudati Isidori operibus sequentia.

Primo: Versio Latina vulgata biblicorum sacrorum, Biblia Gotthica (a) nuncupata, a beato Isidoro recensita, cujus mentionem fecimus n. 62 et 63 nostræ præfationis. Hujus versionis codex pulcherrimus pervelustus, forsitan sæculo VII exaratus, asservatur in bibliotheca Toletanæ ecclesiæ.

Secundo: Vera ac genuina canonum collectio, de qua hic agitur, ab ipso Isidoro adornata.

Tertio: Liturgia vetus Isidoriana, Toletana, Mozarabe, quam Isidorus noster ad usum Ecclesiæ Hispanæ recensuit; quocirca consulenda sunt manuscripta exemplaria vetustissima, quæ in laudata bibliotheca Toletanæ ecclesiæ asservantur. Hujus liturgiæ mentionem fecimus n. 65, nota 47 (b).

Quarto: Forum judicum, in quo primæ Hispaniæ leges continentur, quæ ut n. 47 observavimus, nondum abrogatæ sunt, atque post canonum collectionem omnibus fere Codicibus antiquis inveniuntur insertæ. Hoc enim, opus tempore Sisenandi regis in concilio IV Toletano, cui beatus Isidorus præsedebat, approbatum fuisse creditur, et ab ipso Isidoro in novum ordinem redactum (c).

Ex dictis patet, quantum in nova Isidori Editione adornanda labor, quantum in consulendis conferendisquæ mss. Codd. studium ab editoribus sit adhibendum, ut reliqua tanti scriptoris opera accuratissime in lucem prodeant.

Habes, candide lector, nostræ præfationis conspectum. Vale.

(a) Vide Isidoriana, cap. 77, Patrol. tom. LXXXI, ubi Arevalus Biblicorum quæstionem erudite discutit. Edit.

(b) Isidoriana liturgia duobus sequentibus tomis continebitur. Edit.

(c) Eruditus editor Romanus evidenter demonstravit, Forum judicum B. Isidoro non tributum fore. Vide Isidoriana, esp. 92, Patrol. tom. LXXXI, ubi elucidat hanc quæstionem. Edit.

PRÆFATIO HISTORICO-CRITICA.

PRÆLOQUIUM. — In illustrandis canonum collectionibus eruditorum laetorca.

1. Post tot doctissimorum virorum in d'gerendis

(1) Bibliotheca Juris canonici veteris, Græcæ et Latine, ex Editione Guillelmi Voellii et Henrici Justelli. Parisiis, 1661, 2 vol. fol.

(2) Codex canonum vetus Ecclesiæ Romanæ, a Francisco Pitheo restitutus. Parisiis, ex typog. regia,

illustrandisque canonum collectionibus indefessos labores vigilasque, post Voellii et Justelli (1), Pitheæ (2), Beveregii (3), aliorumque eximia in hoc 1787, f. l.

(3) Guillelmi Beveregii Synodicon, seu Pandectæ canonum apostolorum, etc., Græcæ et Latine. Oxonii, W l. 1672, 2 vol. fol.

genere opera, novam hanc collectionem in lucem profere per inutile non paucis videbitur, nocturnaeque nos Athenas ferre arbitrabuntur; quid enim, inquam, in hoc canonum codice novum, aut litterarum observatione dignum, quod in ceteris canonum et conciliorum collectionibus saepe iterumque recusum non inveniatur? Quid quod aliunde non possit exportari? maxime cum vix ulla hodie sit bibliotheca publica vel privata, quae unam alteramve canonum collectionem non possideat, omnia haec, vel saltem praecipua continentem.

2. Haec licet speciosa sint, multis tamen adductis rationibus, hanc non parvi momenti collectionem, B. Isidoro, episcopo Hispanensi, non levibus argumentis, ut infra patebit, adscriptam, quae ad institutionem purioris Ecclesiae disciplinae, et canonum antiquorum observantiam plurimum conferret, publici juris sacre in animam induxi, quod aequi et boni consulenti, ut spero, eruditi omnes qui antiquitatibus ecclesiasticis delectantur, quique hanc qualemcumque praefationem meam amice perlegere dignabuntur.

3. Et sane, si aliae defuerint causae, non illa levis est, quod hic pretiosissimus codex, canones spiritu Dei conditos et totius mundi reverentia consecratos amplectens, orbi literato vel penitus incognitus, vel saltem minus notus usque adhuc in obscuro jacuerit, non sine Ecclesiae catholicae detrimento, Hispaniarum dedecore ac beati Isidori Hispanensis praesulis injuria.

4. Accedit eo, quod nullus unquam codex canonum exstiterit, privatae publicae auctoritate collectus, huic nostro comparandus, sive ejus amplitudinem spectes, sive ejus ordinem et pulchram dispositionem, aut, quod magis est, monumentorum quae in eo continentur canonicam auctoritatem; nihil quippe in his offendes quod genuinum non sit, atque ab omni interpolationis laebe purum, nihil quod emanatae raris eruditorum etiam acutissimam perspicaciam refugiat; quod autem ad documentorum multitudinem spectat, praeter canones Graecos et Africanos, continet etiam hic codex Hispanos et Gallicanos, qui in ceteris antiquis Codicibus desiderantur, una cum centum et amplius epistolis pontificum Romanorum, quae omnia optima ratione disposita sunt et ordinata.

5. Addo praeterea non parvi me duxisse Hispaniam ejusque doctorem clarissimum Isidorum, Hispanensem episcopum, a calumniis vindicare: cum enim Ecclesia Hispana una omnium maxime gloriari posset in sua canonum collectione praestantissima ac integerrima, per quam praeaeque disciplinam illibatam servavit, collapsamque resituit, non solum per felicissima Gothorum regum tempora, sed etiam sub durissimo diutinoque barbarae gentis imperio, ut ex codice Arabico infra describendo, qui in celeberrima Scurialensi bibliotheca asservatur, facile cuique patebit, multis tamen abhinc seculis, hoc est, ab

(4) Caroli Blasci, de collectione canonum Isidori

A Hincmari Remensis temporibus ad hunc usque diem, Hispania ipsa ejusque doctor Isidorus, falsa criminatione, tanquam fabricatores conflictae Isidori Mercatoris collectionis, suppositiis ac interpolatis monumentis reflectae, a multis insimulantur: quin Hispanorum inventus est ullus qui patriae defensionem susceperit, cum faellimum cuiuslibet fuisset, ex sola hujus codicis exhibitione, quo ad decimum tertium et ultra saeculum usa est Ecclesia Hispana, orbi litterario patefacere illius impurissimae collectionis auctorem Hispanum non fuisse, neque ejusmodi collectionem in Hispania fuisse confectam.

6. Demum ut hinc intelligatur supremam sedis apostolicae auctoritatem, quam ex ejusdem collectionis monumentis Ecclesiam Hispanam semper agnovisse ostenditur, suppositiis interpolative antiquitatis monumentis minime niti, sane falsas merces ab Isidoro Mercatore ad finem saeculi octavi vel nono inerte in vulgus sparsas, potius episcoporum et metropolitanorum quam Romani Pontificis juribus favere, clarissimus Blascus multis gravibusque argumentis jam olim demonstravit (4).

7. His igitur rationibus permoti, hanc praestantissimam collectionem Isidorianam in lucem damus; ut autem illa melius innotescat, atque nos Hispaniam ipsam ejusque doctorem egregium Isidorum Hispanensem ab injusta de interpolatione veterum canonum et decretalium criminatione vindicemus, hanc historicam praefationem, in septem paragraphos divisam, praemittimus, cujus ratio summatim haec est: primo manuscripti Codices hujus collectionis, in variis bibliothecis asservati, recensentur. Exacta praecipuorum codicum descriptio § 2 exhibetur, ad cujus calcem codicis Arabici, singularis sane ac praestantissimi, notitiam damus. Agitur deinde § 3 de origine et compositione hujus collectionis Ecclesiae Hispanae, praemissa brevi notitia historica de praecipuis canonum codicibus antiquis. Quarto de veteri codice, quo Ecclesia Hispana ante Isidori Hispanensis tempora usa est, summatim disseritur. § 5 firmis-imis argumentis stabilitur B. Isidori, Hispanensem episcopum, hanc canonum collectionem ad usum Ecclesiae Hispanae concinnasse; ex ea autem praestantissima collectione impurissimam Mercatoris congeriem fluxisse § 6 videre est, quam tamen nec in Hispania nec ab Hispanis congestam fuisse ostenditur. Demum supremam sedis apostolicae auctoritatem ab Hispanis Patribus agnitam fuisse ex ipsius collectionis documentis demonstratur.

§ 1. *Recensentur Codices quamplurimi hujus collectionis Isidorianae, nondum editae.*

8. Hujus nostrae praestantissimae collectionis, a beato Isidoro Hispanensi concinnatae, quamplurimi inss. Codd. membranacei, litteris Gothicis et Lombardicis, saeculo IX, X, XI et XII, exarati, in variis tam publicis quam privatis Hispaniae bibliothecis, ac ecclesiarum archiviis studiose asservantur; nam praeter eos

Mercatoris Commentarius. Neapoli, 1760, 4°.

quorum mentionem facit celeberrimus et nunquam satis laudandus Antonius Augustinus, archiepiscopus Tarraconensis, in suis ad Joan. Bapt. Perezium, sanctæ Toletanæ ecclesiæ quondam canonicum, postea Segobricensem episcopum, litteris Illerdæ datis 13 Julii et 30 Augusti anni 1576 (5), exstant alii quinque Codices optimæ notæ in bibliotheca regia Matritensi, e monasterio Scurialensi eodem advecti a clarissimo viro D. Blasio Nasarre, ejusdem bibliothecæ regię Matritensis quondam præfecto, inter quos eminent duo celeberrimi, *Vigilantia* scilicet et *Emilianensis*, quorum descriptio paragrapho sequenti exhibetur; alterum codicem, ecclesiæ Palentinæ a sapientissimo rege Alphonso dono datum, Búrriel noster primus indicavit, effecitque ut in laudatam bibliothecam regiam, ubi nunc exstat, transferretur.

9. Asservantur præterea in archivo metropolitanae ecclesiæ Toletanæ, quamplurimis aliis Manuscriptis pretiosis, ad historiam et antiquitatem ecclesiasticam et civilem spectantibus, refertissimo, duo præstantissimi Codices membranacei nostræ collectionis; suum quoque ecclesia Cordubensis obtinet; exstant et duo alii pervetusti in tabulariis ecclesiarum Gerundensis (6) et Urgellensis (7), quorum variantes lectiones exscripsit laudatus P. Burriel, qui alium etiam antiquissimum codicem ad manus habuit, in bibliotheca regia Matritensi nunc asservatum, quem a suo quondam possessore M. D. Garcia Loaisa, archiepiscopo Toletano, *Loaysa Carvajaleum* appellavit.

10. Duos alios Codices antiquissimos recensuit in monasterio Rivipullensi, apud Catalanos, vir celeberrimus ac omni laude dignissimus, Petrus de Marca, archiepiscopus Parisiensis; ex hisce enim præfationem genuinam Isidorianam descripsit, ac suis opusculis inseruit.

11. In monasterio Cellæ Novæ apud Gallecos, alterum codicem nostræ collectionis exstitisse, fragmentum indicis in eo contentorum, a R. P. Henrico Floreio divulgatum, demonstrat. Dolendum sane est quod hic codex deperditus fuerit, concillum quippe Toletanum XVIII. a multis frustra quæsitum, in eo continebatur (8).

(5) Exstant cum pluribus aliis doctorum virorum epistolis, ad calcem operis eximii, cui titulus *Censura de historiis fabulosas*, post mortem eruditissimi auctoris D. Nicolai Antonii, cura et studio celeberrimi viri D. Gregorii Majansii in lucem editi, Valentie, typis Ant. Bordazar, 1742, fol.

(6) Concilia duo Gerundensia, quæ in sua collectione regia maxima imprimi curavit Harluinus, tom. XI, col. 1671-1672, ex hoc codice Gerundensi descripta fuerunt a nobiliss. D. Josepho Taverner, ecclesiæ Barcinonensis canonico.

(7) Hunc codicem celebriorem reddidit sapientissimus vir D. Ferdinandus de Mendocá; nomina quippe presbyterorum, qui concilio Illiberitano interfuerunt, ex eo descripsit, ac in suo eruditissimo Commentario de concilio Illiberitano, imprimi curavit.

(8) Flores., *Espanna sagrada*, Tom. vi, pag. 255, 254.

(9) Epistolæ Romanorum pontificum, studio Petri

12. Compluti, in bibliotheca collegii majoris, a celeberrimo viro D. Franc. Ximenez de Cisneros instituti, nonnulla manuscripta exemplaria studiose asservantur; aliud præstantissimum et antiquissimum obtinet bibliotheca Cæsarea Vindobonensis, eodem translatum ex arce Ambrosiana Mediolanensi. Exactam codicis descriptionem præ oculis habeo Bernardi Gentilotti, ejusdem bibliothecæ quondam præfecti, manu exaratam. Illud equidem singulare est, quod ex tam multis exemplaribus manuscriptis collectionis genuinæ Isidorianæ, hoc unum putum purum Vindobonense extra Hispaniam hodieum repertum sit: purum, inquam, nam quæ eruditissimus P. Constant Benedictinus ad manus habuit in Gallia, spuris mercibus ex Mercatoris collectione depromptis, intermixta ac interpolata esse recognovit (9).

13. Demum, ut cæteros omittam manuscriptos Codices minus notos, vel qui in variis bibliothecis cum tineis et blattis pugnantes delitescunt, coronidis loco adjiciam, quod de nonnullis aliis scriptum nobis relquit in suo Itinerario, Hispanica lingua conscripto (10), Ambrosius de Morales, vir summus, Hispanicarum antiquitatum diligentissimus scrutator, qui de mandato Philippi II, Hispaniarum regis maximi, Legionis et Galleciæ regna, Asturicensemque principatum peragravit, ut antiquitates, mausolea, connotaphia, Codicesque manuscriptos, in variis ecclesiarum ac monasteriorum bibliothecis latentes, accurate recenseret, recensitaque describeret, ac scripto consignaret (11).

14. Hic igitur vir eruditissimus, tit. ix, pag. 53, laudati operis, ubi de monasterio sancti Zoili de Carrione agitur, manuscriptum codicem hujus nostræ collectionis, ibi asservatum, describit, in quo scriptum legitur: *Inchoatus est liber iste XIII Kalendas februarii, era DCCCCLXXXVI* (12) (anno Christi 948). In bibliotheca monasterii sancti Facundi, ordinis sancti Benedicti, alium codicem (13), Carriensi antiquiorem, ad cujus finem quedam desiderabantur, se vidisse testatur. In ditissima omnis generis Manuscriptorum bibliotheca ecclesiæ Ovetensis, præstantissimum et antiquissimum codicem collectionis nostræ, litteris gothicis majusculis ex Constant. Parisiis, 1721, fol.

(10) Hujus itineris relationem, ex ms. autographo monasterii Scurialensis recensitam, in lucem edidit R. P. Henricus Flores., qui suas notas Vitamque auctoris adjecit, hoc titulo: *Viage de Ambrosio de Morales*, etc. Madrid, Ant. Marin, 1765, fol.

(11) Hoc mandatum regium, Martii 18 Maii dat., exstat pag. 2 et 3, laudati Itinerarii.

(12) Hæc sunt ejus verba: *Tienen pocos libros, mas entre ellos uno de concilios, que con razon puede y debe ser muy estimado: es de letra gothica, y tiene luego al principio pintada la Santa Cruz de Oviedo, y luego la cifra ordinaria en que dice Theodemiri abbas liber, dice luego en otra plana: Inchoatus est liber iste XIII Kalendas Februarii era DCCCCLXXXVI.*

(13) Hunc codicem sancti Facundi ipsissimum esse crederem, quem sæpius laudatum invenio a Garcia Loaysa. *Concilia Hispaniæ*, pag. 4, 610, 719 et alibi.

ratum, ad manus habuit; hunc codicem, Toletensi A § II. In quo descriptio et notitia præcipuorum Codicum collectionis nostræ exhibetur.

Demum, præter antiquissimum et ubique lacerum in monasterio Sancti Petri de Montibus, ordinis Sancti Benedicti, repertum, cujus mentionem facit pag. 174, alium vetustissimum recognovit asservatum in archivis ecclesiæ Lucensis, effecitque ut in celeberrimam bibliothecam Scurialensem transferretur, ubi mala fortuna, magnoque litterarum detrimento, una cum pluribus aliis pretiosis manuscriptis Codicibus flammis absumptus fuit in lamentabili ac terribimo incendio bibliothecæ Scurialensis, quod evenit anno Domini 1671. Hujus celeberrimi codicis Lucensis frequens et honorifica sit mentio in decreto Gratiani, a Gregorio XIII emendato; jussu quippe cardinalis de Quiroga, ab illustrissimo D. Joanne Baptista Perezio, canonico Toletano, postea Segobricensi episcopo, exemplar, ex eo descriptum et Romam missum, non parum lucis correctoribus attulit (15). Sed de hoc jam dicta sufficiant; superest nunc ut ad descriptionem præcipuorum Codicum veniamus.

EXCERPTA CANONUM (19).					
	<i>Concilia Græciæ.</i>	XXI. Concil. Tauritanum.	XLIV. Concil. Tolet. duodec.		
I. Concil. Nicenum.		XXII. Rrgiense.	XLV. dec. tert.		
II. Ancyranum.		XXIII. Arausicum.	XLVI. dec. quart.		
III. Neocæsariense.		XXIV. Vasense.	XLVII. dec. quint.		
IV. Gangrense.		XXV. Agathense.	XLVIII. B acarense prim.		
V. Sardicense.		XXVI. Aurelianense.	XLIX. secundum.		
VI. Antiochenum.		<i>Concilia Hispaniæ.</i>		L. Capitula a Martino	
VII. Ladicæ Phrigiæ.	XXVII. Illiberitanum.		LI. Epistola Episcoporum	Ep. collecta (20).	
VIII. Constantinopolitan.	XXVIII. Tarraconense tempore Theodori.		LII. Epistola Episcoporum de conc. Hispalensi.		
IX. Ephesinum primum.	XXIX. Gerundense ejusdem temporis.		LIII. H spalense secund.		
X. Calcedonense.	XXX. Casaraugustanum.			<i>Appendix.</i>	
	XXXI. Bordenense.			LI. Epauense.	
<i>Concilia Africæ.</i>	XXXII. Valentinum.	LII. Toletanum prim.	LIV. Carpentoratense.	LIV. Vasense.	
XI. Carthaginense prim.	XXXIII. Toletanum secundum.	LIII. secundum.	LIV. Vasense.	LVI. Arvernense.	
XII. secundum.	XXXIV. tertium.	LIV. tertium.	LVI. Arvernense.	LVII. Aurelianense.	
XIII. tertium.	XXXV. quartum.	LVI. quartum.	LVII. Aurelianense.	LVIII. Arverense ad Theodericum regem.	
XIV. quartum.	XXXVI. quintum.	LVII. quintum.	LVIII. Arverense ad Theodericum regem.	LIX. Arverense tertium.	
XV. quintum.	XXXVII. sextum.	LVIII. sextum.	LIX. Arverense tertium.	LX. Casaraugustanum.	
XVI. sextum.	XXXVIII. septimum.	LIX. septimum.	LX. Casaraugustanum.	LXI. Toletanum decimum-	
XVII. septimum.	XXXIX. octavum.	LX. octavum.	LXI. Toletanum decimum-	sextum (1).	
XVIII. Milevitanum.	XL. nonum.	LXI. nonum.			
	XLI. decimum.	LXII. decimum.			
<i>Concilia Galliæ.</i>	XLII. undecimum.	LXIII. undecimum.			
XIX. Arelatense.					
XX. Valentianum.					

(14) Pag. 91.

(15) *Viage de Morales*, pag. 104, nota 2. Ubi legitur quanta contentione R. P. Henr. Floresius exemplar ex Romano sibi frustra exscribi curavit.

(16) *Albelda*, parvum municipium est duabus ab urbe Locronio leucis Hispanicis distans.

(17) Hoc vetustissimum monasterium, quod ducenti quoniam monachi habitasse feruntur, temporis injuria collapsum, translatum inde fuit in ecclesiam Sanctæ Mariæ Rotundæ apud urbem Locronium, ex cujus bibliotheca, de mandato Philippi II regis, hic codex in monasterium Scurialense importatus, inde in bibliothecam regiam Matritensem translatus fuit.

(18) Inter cætera ornamenta hujus codicis, novem effigies in eo depictæ conspiciuntur: scilicet Cindesvindi, Recesvindi, Egicæ, Sancti et Ramiri regum, Urracæ reginæ, et Sarracini, Vigilæ et Garsicæ monachorum, qui hunc codicem exaraverunt et elaboraverunt.

raverunt.

(19) Hoc opus prodromum, quod *Excerpta canonum* inscribitur, nihil aliud est quam index materialium hujus collectionis, perutili et egregia methodo dispositus, ac in decem libros distributus: singulis quibusque libris index titulorum præfigitur, sub singulis vero titulis, canones conciliorum generalium et provincialium, necnon sententiæ ex pontificum Romanorum epistolis decretalibus transcriptæ referuntur, capitulis et titulis collectionis, ad quos lector remittitur, indicatis. Hoc tamen ipsissimum opus est, quod Cajetanus Cenni ex Aguirrio descriptum Romæ publicavit, et pro codice ipso indidem male accipiens, magnifice inscripsit: *Codex veterum canonum Ecclesiæ Hispaniæ*.

(20) Hæc capitula in nonnullis Codicibus synodus Braccarensis tertia nominantur, sed male.

(21) Post hoc concilium Toletanum xvi inveniuntur inserta hæc duo opuscula, scilicet: Tractatus

<i>Decreta præsum Romanorum numero 103 hoc ordine.</i>	Bonifacii I. 4	Anastasio secun. 1
Damasi Papæ. 1	Celestini. 3	Symmachi. 1
Siricii. 3	Leonis I. 59	Hormisdæ 10
Innocentii I. 22	Hilarii. 3	Vigilii. 1
Zoimi. 2	Simplicii. 2	Gregorii Magni. 4
	Felicis tertii. 3	Hormisdæ de recipiendis. 1
	Gelasii I. 2	

17. Subsequuntur deinde varia opuscula, necnon *Liber Judicum*, sive leges Wisigothorum, quæ omnia, ut nostro proposito aliena, prætermitto; hoc unum adjiciam, has leges Wisigothorum, *Liber Judicum* vel *Forum Judicum* inscriptas, omnibus fere Codicibus nostræ collectionis insertas inveniri, ut parte quæ cum laudata collectione corpus juris canonici et civilis Hispaniarum conficiebant, et sane *Liber Judicum* manet adhuc in pleno vigore apud Hispanos, paucis abrogatis. Hæc de codice *Vigilano*, nunc de *Æmilianensi* dicendum.

18. Hic codex præstantissimus a viris summis Ambrosio de Morales, Joanne Vazquez del Marmol, Joanne Baptista Perezio, Josepho Moret, et aliis sæpe laudatus, a loco in quo scriptus est, vel in quo olim asservabatur, *Æmilianensis* nomen accepit; B jussu Philippi II regis in monasterium Scurialense primum advectus, mox in bibliothecam regiam Maritensem translatus fuit. Velascus presbyter, et, ut creditur, monachus monasterii Sancti Æmiliani de Cuculla (22) ordinis Sancti Benedicti, Sisebuto Episcopo et Sisebuto discipulo operam ferentibus, circa finem sæculi decimi elaboravit hunc codicem, qui, seu characterum formam, seu imaginum et ornamentorum præstantiam et venustatem spectes, præcedenti *Vigilano* minime cedit. Continet ille 476 foliis membranaceis majoris formæ, quorum viginti priora varia continent prævia opuscula, versus quosdam hexametros, imagines et ornamenta. Sequitur deinde codex canonum eo ipso ordine, eadem forma ac methodo quam *Vigilanus* C obtinet; notandum tamen est in hoc codice *Æmilianensi* tredecim tantum concilia Toletana contineri, et in ejus appendice concilium Carpenteratense et Avernense tertium desiderari. Epistolæ decretales centum tres, ut in *Vigilano*, numerantur.

19. Quod vero attinet ad hujus codicis vetustatem, notandum est quod in margine prioræ paginæ legitur hæc inscriptio, aliquantulum usu et vetustate oblitterata:

Adam
usque era C
in qua
era editum opus
hujus codicis
fuit.

Hinc multi viri docti hunc codicem scriptum anno Domini 962 crediderunt, et sane si ab æra Hispani Sancti Isidori de Fide catholica, et Chronicon quoddam regum Hispaniæ, a Floresio editum tom. XIII operis inscripti *Espana sagrada*. 4º.

(22) Monasterium Sancti Æmiliani de Cuculla nomine insignitum, antiquitate, opibus, totiusque ædificii amplitudine et magnificentia, cum primis Hispaniæ comparandum.

A nica M, vel millesima, subduxeris 38, summa 962 remanebit; hoc autem minime convenit cum subscriptione ad calem hujus codicis, juxta Urracæ, Sanctii, ac Ramiri regum effigies, apposita, ubi hæc verba leguntur: IN TEMPORE HORUM REGUM ATQUE REGINE PERFECTUM EST OPUS LIBRI HUIUS DICURRENTI ERA TXXX: : unde manifesto apparet, hunc codicem scriptum fuisse post æram Hispanicam 1030, quæ anno domini 992 respondet, sed absque dubio ante æram 1040: alias enim loco xxx scriberetur x vel xi secundum illius temporis consuetudinem et usum.

20. Ex adverso imaginum Velasci scribæ, Sisebuti Episcopi et Sisebuti discipuli legitur hæc inscriptio margini apposita:

Sisebutus Episcopus cum
scriba velasco pr...
pariter cum Sisebut...
discipulo suo edid...
hunc librum... nen...
memorie eorum semp:
in benedictione.

21. Antiquior his erat et emenlatior eximius codex *Hispalensis*, qui calamitose incendio Scurialensis monasterii anno Domini 1671, ut supra dictum est, una cum Lucensi codice vetustissimo periit; Ambrosius de Morales et Joannes Vazquez del Marmol hunc codicem, eo quod Hispani scriptum crediderint. *Hispalensem* (23) dixerunt, sed eruditissimus Andreas Burriel, graviori ratione adductus, ab illius quondam possessore M. D. Martino Ayala, archiepiscopo Valentini, *Ayaleum* nominavit. Codicis hujus descriptionem ab illustriss. D. Joanne Baptista Perezio, Toletanæ Ecclesiæ quondam canonico, postea Segobriensi episcopo, factam, ems. codice, quem possideo, exscriptam hic exhibemus:

« *Thesaurus magnus, o lector.*

22. « Quisquis es, o lector, qui in hunc librum incidisti, in primis bene precare animæ reverendissimi domini Martini Ayale, archiepiscopi Valentini; qui, ut erat antiquitatis studiosus, hunc librum vere aureum ignominiosorum hominum injuria semilacerum, ne penitus interiret, in bibliotheca sua conservavit. Deinde agnosce quantum thesaurum in manibus habeas, et stude, obsecro, ut per te hic liber Christiano orbi utilitatem et Hispaniæ tuæ decus pariat: vix enim profecto, nisi expertus, credes, quantum ab eo tempore, quo divus Isidorus Hispalensis concilia omnia et decretales Pontificum episto-

(23) Garcia Loaya codicem Æmilianensem pro Hispalensi accepit, sed male, cum dissimiles omnino sint, ut ex eorum descriptione facile apparet; præterea codex Æmilianensis a Velascoscriba exaratus fuit, ut supra dictum est, post æram Hispanicam 1030. Hispalensis vero, quinquaginta et amplius annis antiquior, a Joanne diacono scriptus est æra 949.

las in unum collegit, ad hanc usque diem fuerint illa depravata, dum de inemendatis magis inemendata in dies transcribuntur; quorum tamen magna pars ex hoc libro vetustissimo, si quis in eam rem animum intendat, restitui facile potest. Sed tute ipse fac periculum, experierisque in impressis voluminibus conciliorum infinitis locis quasdam dictiones pro aliis legi, quæ intelligentiam loci plane subvertant, multos canones in conciliis, et quasdam pontificum epistolas desiderari: ipsas porro episcoporum subscriptiones, quæ in plerisque Hispaniæ conciliis vel omnino, vel partim desunt, hic integre et fidelissime positas cernes; cum tamen hæc plurimum habeant momenti ad successionem episcoporum in nostris ecclesiis Hispaniensibus cognoscendam, et ad ordinem conciliorum digerendam. Vix enim ferendus ille ordo videtur conciliorum Hispaniensium, qui in libris impressis non sine magno Hispanorum hominum dedecore hactenus præposteris admodum circumferitur, qui facile tua opera emendari possint ex hoc codice, tum comparatis conciliorum inter se sub-

Nicænum concilium deest cum primo quaternione (24); insunt quinque sequentia:

Gangrensis finis.
Sardicense integrum.
Laodicense.
Constantinopolitanum I, era 318.
Ephesinum primum.
Calcedonense, era 488.
Hactenus Græca; sequuntur Latina Africana:
Carthaginense primum.
Carthaginense II, era 48.
Carthaginense III, era 435.
Carthaginense IV, era 435.
Carthaginense V, era 438.
Carthaginense VI, era 457.
Carthaginense VII, era 457.
Milevitanum, era 440.
Hactenus Africana; nunc Gallica:
Arelatense primum.
Arelatense II.
Arelatense III, era 461.
Valentinum, era 423.
Tauritanum.
Regiense, era 477.
Arausicanum, era 479.
Vasense, era 470.
Agathense, era 543.

25. Hactenus Perezius, ex quo quislibet intelliget, non immerito tam eximii codicis jacturam eruditos dolere, licet non pauci adhuc supersint præstantissimi, et optime notæ manuscripti codices, quos inter

CONTENTA CODICIS GERUNDENSIS.

Excerpta canonum (25). Præfatio.

I. Concilium Nicænum.
II. Synodus Ancyra.

III. Conc. Neocæsariense.

IV. Gangrense.

V. Sardicense.

VI. Antioquenum.

VII. Syn. Laodicæ.

VIII. Constantinop., era 418.

Gregorium primum:

Damasi duæ.
Siricii tres.
Innocentii primi 21.
Zosimi duæ.
Bonifacii primi quatuor.
Celestini primi tres.
Leonis primi triginta novem.
Hilarii tres.
Simplicii duæ.
Felicis tertii tres.
Gelasii primi duæ.
Anastasio secundi una.
Symmachi una.
Hormisdæ decem.
Vigilii una.

Gregorii primi quatuor.

Decreta Romanæ sedis de recipiendis et non recipiendis libris.

Consanguinitatum et affinitatum tabula.

In hoc codice deest XII Toletanum, quod fertur impressum, et præterea alia quatuor, quæ nondum feruntur impressa, scilicet XIV, XV, XVI, XVII Toletana, quæ reverendissimus D. Carranza, archiepiscopus Toletanus, ait exstare in codice bibliothecæ Sancti Facundi.

criptionibus, tum lectis titulis singulorum conciliorum, quæ semper habent adjunctam eram qua illa sint congregata, quod raro leges in impressis.

23. Quod vero attinet ad hujus codicis vetustatem, scito, illum scriptum fuisse era D.CCCCXLVIII, ut in illius lineæ ante gradus affinitatis reperies annotatum qui annus fuit nonagesimus undecimus a natiuitate Domini: nam illud est exploratissimum, initium eræ Cæsaris triginta et octo annis præcedere ortum nostri Salvatoris, fuitque hic liber scriptus a Johanne diachono in gratiam Episcopi cujusdam etiam Johannis, ut cernere est in margine concilii quinti Carthaginensis, et epistolæ etiam Leonis Papæ ad Leonem Augustum.

24. Atque ut uno intuitu videas omnia quæ hoc codice continentur, illorum subiecimus catalogum, in quo observabis non servari in collocandis conciliis ordinem successionis annorum, sed simul poni omnia concilia ad eandem provinciam pertinentia, nam successionem ex era adjuncta tute ipse facile potes colligere.

Aurelianense primum.
Hactenus Gallica; sequuntur Hispaniensia:
Eliberritanum, eodem tempore quo Nicænum.

Tarraconense, era 554.

Gerundense, era 555.

Cæsaraugustanum.

Ilerdense, era 584.

Valentinum, era 584.

Toletanum primum.

Toletanum II, era 665.

Toletanum III, era 627.

Toletanum IV, era 671.

Toletanum V, era 674.

Toletanum VI, era 674.

Toletanum VII, era 684.

Toletanum VIII, era 691.

Toletanum IX, era 693.

Toletanum X, era 694.

Toletanum XI, era 713.

Toletanum XIII, era 721.

Bracharense I, era 599.

Bracharense II, era 610.

Hispalense I, era 628.

Hispalense II, era 656.

Hactenus concilia: sequuntur epistolæ decretales Romanorum Pontificum a Damaso uque ad

non infimum locum obtinet Gerundensis codex, cujus ordinis rationem et contentorum summam, omissis iis quæ ad collectionem canonum non pertinent, hic subijcimus:

IX. Syn. Constantinopolitana 165 episcop. (25 bis).

X. Ephesina, era 489.

XI. Calcedonensis, era 489.

(24) Deest quoque index materialium, qui Excerpta canonum inscribitur.

(25) In hoc codice Gerundensi, nec non in Uigelensi, hæc Excerpta canonum aliter quam in cæteris Codicibus, methodo plane rudi ac indigesta ordinata sunt; canones quippe et sententiæ conciliorum et decretalium ibi non describuntur, sed concilia tantum, a quibus remittunt, citantur; unde non sine causa

creditur, ita a primo auctore fuisse confecta, consequenti deinde tempore ab aliis perfecta et absoluta fuisse, ut in cæteris Codicibus habentur.

(25 bis) Quod est œcumenicum sextum, a PP. in concilio XIV Toletano congregatis quinquies appellatum, eo quod œcumenicum quatum nunquam admiserint. Vide supra § 5, num. 91 et seqq.

Concilia Africæ.

- XII. Conc. Carthaginense I.
 XIII. Carthaginense II.
 XIV. Carthaginense III.
 XV. Carthaginense IV.
 XVI. Carthaginense V.
 XVII. Carthaginense VI.
 XVIII. Carthaginense VII.
 XIX. M'evitanum.

Sequuntur concilia Galliæ.

- XX. Conc. Arelatense I.
 XXI. Arelatense II.
 XXII. Arelatense III.
 XXIII. Valentinum.
 XXIV. Taurinatum.
 XXV. Regense.
 XXVI. Auracium.
 XXVII. Vacense I.
 XXVIII. Vacense II.
 XXIX. Agarense.
 XXX. Aurelianense I.
 XXXI. Aurelianense II.
 XXXII. Syn. Pannensis.

- XXXIII. Syn. Carpenteratensis.
 XXXIV. Conc. Arbernense.
 XXXV. Arbernen. II.

Sequuntur concilia Hispaniæ.

- XXXVI. Conc. Illiberitanum.
 XXXVII. Tarraconense.
 XXXVIII. Gerundense.
 XXXIX. Cæsaraugust.
 XL. Illerdense.
 XLI. Valetanum.
 XLII. Toletanum I.
 XLIII. Toletanum II.
 XLIV. Toletanum III.
 XLV. Toletanum IV.
 XLVI. Toletanum V.
 XLVII. Toletanum VI.
 XLVIII. Toletanum VII.
 XLIX. Toletanum VIII.
 L. Toletanum IX.
 LI. Toletanum X.
 LII. Toletanum XI.
 LIII. Toletanum XII.
 LIV. Toletanum XIII.

- LV. Conc. Toletanum XIV.
 LVI. Toletanum XV.
 LVII. Toletanum XVI.
 LVIII. Toletanum XVII.
 LIX. Syn. Bracarense I.
 LX. Bracarense II.
 LXI. Capitula ex orient. PP. a Martino episcopo ordinata.
 LXII. Conc. Bracarense IV (26).
 LXIII. Syn. Hispalensis I.
 LXIV. Hispalensis II.
 LXV. Synodus quæ gesta est in provincia Lusitana apud urbem Emeritam.
 LXVI. Sententiæ quæ in veteribus exemplaribus conciliorum non habentur (27).

Sequuntur deinde, ut in cæteris Codicibus, centum et tres epistolæ decretale Romanorum Pontificum, quibus subjiciuntur in modum appendicis concilia duo Gerundensia, quæ, ut nota 62 observatum est, *Harduinus* tomo XI collectionis regni maximæ imprimi curavit.

26. Eodem sepe pretio ac *Gerundensis* apud eruditos habetur codex *Urgellensis*, qui tamen illo et emendatior est, et correctior; constat foliis membranaceis 292 maximæ formæ. Cæterum eam codice Gerundensi omnino convenit: quapropter supervacaneum foret contentorum indicem ad longum describere; illud tantum adjiciam, excerpta canonum, quæ, ut supra dictum est nota 25, eadem methodo ac in Gerundensi concinnata sunt, sex duntaxat libros ex decem continere.

27. Neque silentio prætereundus est codex gothicus pervetustus, a suo quondam possessore *Garsia Loaysa Loaysa-Carvajalea* nominatus. Hic codex 323 foliis membranaceis majoris formæ constat; mancus tamen est, et vetustate detritus: desunt enim aliquot folia priora; quare concilium Carthaginense septimum, cum omnibus quæ præcedunt, in eo desiderantur. Licet formam et similitudinem litterarum codicis *Vigilani* et *Amilianensis* exhibeat, antiquior tamen iis creditur, non quæ sæculo exaratus. Duodecim tantum concilia Toletana continet; decreta præsulum Romanorum, ut in cæteris Codicibus, centum tres numerantur.

28. Jam vero duorum Codicum Toletanæ ecclesiæ descriptionem facere oportet; ex his enim, utpote amplissimis et correctissimis, eum quem in lucem damus exscribi fecit eruditissimus vir *Andreas Burriel*, et cum pluribus aliis melioris notæ recognovit. Omnia contentorum indicem, quem in hac nostra collectione Græciæ conciliis præfixum cernere est; supervacaneum ergo foret hic iterum exhibere.

29. Primus et antiquior, quem *Toletanum Gothicum* appellare lubet, eo quod in bibliotheca ecclesiæ Toletanæ pluteo 15, num. 16, studiose asservatur, habet 3:5 folia membranacea formæ maximæ. Eleganti charactere gothico rotundo, tribus columnis, unaquaque pagina a principio distincta, accentibus

(26) Hæc concilium tertium Bracarense hic quartum inscribitur, eo quod capitula Martini episcopi, ut supra nota 2 observavimus, inter concilia Braca-

A etiam frequentissime appositis, majoribus litteris minio variegatis, integritate, munditie, correctissima denique totius vasti operis serie fulget. Ad oram primæ paginæ, in qua incipit liber primus summæ vel in lictis materiæ, qui *Excerpta canonum* appellatur, hoc manu Gothica sursum deorsum scriptum legitur: *Inquatus est liber iste XIII, kalend. februarias. era D. CCCC. LXXXVI.*

Quæ era incidit in annum Christi 948. In ultima vero libri pagina, post *Hermisdæ* epistolam de recipiendis et non recipiendis, hæc subscriptio reperitur, in qua octuaginta sex annorum distantia notatur.

Explicit liber iste XXVII. Idus Kalendas apriles era M. LXXII. Julianus presbiter indignus qui scripsit in honore Sanctæ Mariæ et Sancti Genesii martyris pro memoria ut pro me orare jubeatis ad Dominum si Deus pro vobis.

Hæc videtur in hanc vel in præcedentem inscriptionem errorem irrepsisse super anno exscriptionis hujus codicis præstantissimi.

30. Secundus codex, quem a loco ubi scriptus est *Complutensem Gothicum* vocare placuit, in eadem bibliotheca ecclesiæ Toletanæ, pluteo 15, n° 17, asservatur. Eleganti iisdem charactero non adeo rotundo, duabus perpetuo columnis, unaquaque pagina distincta, exaratus est. Titulis minio et coloribus variis decoratis, integritate, munditie, et exscriptoria diligentia non modica, licet præcedentis pretium non æquet; magni tamen ipse ab harum rerum æstimatoribus habendus est. Minus sane antiquus est quam *Toletanus*, scriptus enim est æra 1155, quæ incidit in annum Christi 1095, sed non ob id minoris æstimandus viris eruditis videbitur; cum hoc ipso constet apertissime circa initium jam XII sæculi, ab Hispanis hominibus abominabiles illas male feriatensia male numerantur.

(27) Hæc sententiæ nihil aliud sunt quam canones 48-70 concilii Agatensis.

Isidori Mercatoris merces minime cognitae fuisse; si enim Mercatoris opus exscriptor agnovisset, illud potius ut magis copiosum exscribere quam hunc codicem absque dubio voluisset; sed de hoc plura paragrapho sexto dicendum.

31. In fine codicis, post epistolam Hormisdæ de recipiendis et non recipiendis, legitur hæc subscriptio, litteris majoribus exarata :

Finit liber canonum concilii Sancto-
rum Patrum. Seu decreta Praesulum Ro-
manorum feliciter. Deo gratias. Julianus
indignus presbiter scripsit. Is cuius est
adjuvante Deo habitans in Albalaga quae
sita est super campum laudabilem. III^a.
feria XVII. K. junias era T. C. XXXIII.

Inter lineas minoribus litteris conscriptum legitur : Numero foliorum hujus libri CCCLI. Et vere hodie dum codex iste habet 348 folia membranacea utilia, scriptor absque dubio etiam non scripta folia numeravit.

32. Hactenus de Codicibus latinis præstantioribus superest, ut quod de raro sane et singulari codice Arabico in bibliotheca Arabico-Hispana Scorialensi ab eruditissimo Michaeli Casiri disseritur, summam referamus. Ille vir laudatissimus tomo I, pag. 541 laudatæ bibliothecæ, codicem nostrum sub num. MDCXVIII describit his verbis : « Codex membranaceus pervetustus, ac nonnullis locis ipsa vetustate vel mutilus vel oblitteratus, foliis constans 435, cuphæicis olim litteris descriptus a presbytero quodam nomine Vincentio, ut liquet ex nota ad libri octavi calcem apposita; ubi ipse Vincentius librum hunc, prioresque septem cum aliis exemplaribus se contulisse, atque ad eorum fidem emendasse profitetur. Codicis veræ ætatem prope intellexeris ex altera hujusmodi nota, quæ in fine libri septimi legitur : *Absolutus est divina ope liber septimus. Feria tertia die 17 Octobris, anno æræ Hispanæ 1087, ad usum videlicet nobilissimi episcopi Joannis Danielis.*

33. « Quod ad operis titulum spectat, licet nullum præ se ferat codex utpote foliis aliquot ex initio defectus, verus tamen ac germanus titulus *Sacrorum canonum collectio ad usum Hispanæ Ecclesiæ* esse omnino videtur, cum ex ipsius Hispanicæ sedum episcoporum quam continet recensione, tum ex his verbis, quæ ad libri x calcem occurrunt : *Atque jam finis esto libri x et postremi COLLECTIONIS SACRORUM CANONUM.* »

34. Et infra : « Atque ita id genus collectionem se omnino habere, et mihi et clarissimo viro Joanni de Santander, ejusdem bibliothecæ præfecto, facta cum supra memoratis sive impressis sive mss. libris col-

(28) Saphar, ab Hebræo Saphardi, ut nonnulli putant, apud Arabes significat Hispania, unde videtur

latione, perspectum atque exploratum; ipsaque proinde opus esse plenum, integrum, omnibus numeris absolutum, illum vero codicem ab Aguirrio et Cennio publicatum, nihil aliud censendum, nisi hujus collectionis indicem : quippe qui cum ejus librorum divisione, titularum serie, rerum argumentis plane consentiat. »

35. Hactenus Casiri, quibus adjiciam, utpote ejusdem argumenti, sequentes notas, quas Arabice et Hispanice scriptas manu viri doctissimi, omnique disciplinæ ac eruditionis laude ornatissimi Joannis de Santander, bibliothecæ regie Matritensis quondam præfecti, sub oculis habeo. Eas autem ex Hispanico sermone Latinas ad litteram factas hic exhibeo, ut scriptoris Arabo-Hispani genium melius innotescat. Hæc igitur notæ sic se habent.

« Ad calcem libri septimi codicis canonum, Arabice scripta a D. Paulo Hoddar, hæc legitur subscriptio :

Absolutus est liber septimus cum gratia Dei, ejusque auxilio et adjutorio, feria tertia, nocte decima quarta ante quam compleretur mensis October 1087, æræ Saphar (28); sequitur liber octavus cum benedictione Dei adjutoris, cui gratias ille sit.

« Hanc subscriptionem sequuntur quatuor versus Arabici, quibus exscriptor opus suum dedicat episcopo Abd-Elmalek his verbis :

Liber episcopo Abd-Elmalek, protectori generoso, liberali tempore sterilitatis, et miseriæ acuto, efficacique in dicendo, sæculi sui Phœnici, doctori, nobili, benigno, perspicaci, per quem Deus renovat super nos benedictiones suas, et protectionem suam multiplicat super omnem creaturam. O! utinam conservet eum Deus! dum pluvia descendat e nubibus super terram.

« Ad calcem vero libri octavi exstat hæc inscriptio :

Ego Vincentius presbyter peccator, servus Christi humillimus, absolvi hunc librum octavum sanctorum canonum hora octava matutina Dominicæ primæ Quadragesimæ in qua die memoratur historia mulieris Samaritanæ, a qua Christus Dominus noster aquam petiit ab bibendum apud puteum Jacob. Hæc ergo scripsi et scio vere quod licet manus mea aliquando consumenda est, et in nihilum redigenda, tamen, quæ illa exscripserit, remanebunt : veræ deliciae in æterna requie solum possidentur : quod ad infernum atinet, heu! mala ejus non prevaleant et de pœnis ejus me liberet Deus, et faciat, ut ego permaneam semper in sua præsentia, quæ deliciosa est et suavis, perinde ac sua præmia. Qui post mortem meam hæc scripta legerit, oret Deum quotidie pro anima mea, oh! exaudiatur ejusmodi oratio. Amen.

36. Hæc in notis; omitto alia ut minus necessaria. Cæterum ex hoc ipso codice sacrorum canonum, Arabice scripto, manifesto apparet quantus omnino, ut verbis supra laudati Casiri utar, *sacrarum litterarum amor, quantum catholicæ fidei, quantum ecclesiasticæ disciplinæ studium in Hispana gente vel inter barbaræ*

hunc codicem Arabicum exaratum fuisse anno Christi 1047.

servitutis arumnas vigerit, vel inter Mahometanæ A

37. Ex præmissa igitur nostræ collectionis notitia, præcipuorumque codicum facta descriptione colligitur nullam hactenus canonum collectionem existisse, quæ non huic nostræ facile concedat, sive monumntorum que in ea continentur multitudo et aucto itas, sive optima descriptionis ratio spectetur: et sane quod ad ejus amplitudinem attinet, nemo non videt multa in ea concilia contineri: Gallica præsertim et Hispanica, quæ in cæteris antiquis collectionibus desiderantur; plura deinde authentica, et genuina præsulum Romanorum decreta, a Dyonyisio Efigio aliisque canonum collectoribus, sæculo ix anterioribus, vel incognita, vel frustra quæsita.

38. Si vero illius ratio rectaque ordinis dispositio spectetur, primo intuitu cuilibet patebit hanc nostram collectionem cæteris præstare; concilia quippe Græca, Africana, Gallica, Hispanica, cæteraque monumenta ita in ea ordinata sunt et disposita, ut facile unicuique fuerit concilia consequenti tempore celebrata laudatæ collectioni inscribere, nullo ejusdem dispositionis detrimento, nulla ordinis inversione.

39. Verumtamen hæc ipsa collectio canonum amplissima, integerrima, omnibus numeris absoluta, in qua maxime præ cæteris gloriari potest Ecclesia Hispana, unius pseudo-Isidori temeritate et audacia confictis mercibus interpolata et corrupta, non solum Hispaniarum decus turpiter sædavit, sed etiam insignem collectorem falsarium afflixit, clarissimum, inquam, Isidorum, Hispalensem episcopum, qui a Patribus Toletanis, in concilio octavo congregatis, his honorificentissimis verbis meruit insigniri: «*Nostris sæculi doctor egregius, Ecclesiæ catholicæ novissimam decus, præcedentibus ætate postremus, doctrinæ comparatione non infimus, et, quod majus est, in sæculorum fide doctissimus, atque cum reverentia nominandus Isidorus.*»

40. Quantum vero disciplinæ ecclesiasticæ, per octo prima sæcula integre conservatæ, detrimentum attulerit hæc ipsa collectio, a larvato Isidoro Mercatore pluribus figmentis spurisque decretalibus vitata, et per multa sæcula communi applausu recepta ob solum forsitan nominis splendorem, quo insignita apparuit (29), persuasum omnibus hodie est, eruditique de hoc argumento commentarii, a diversis auctoribus editi, id aperte demonstrant; quapropter supervacaneum duxi super hac re pluribus morari; illa tantum agemus quæ pro rei explanatione omitti vix possunt, et quæ pro nostri argumenti ratione dicere infra oportebit.

(29) Larvati Isidori collectio canonum, Caroli magni tempore conflata, primum typis excusa est, et sub nomine Isidori Hispalensis edita, cura et studio Jacobi Merlini. Parisiis, expensis Galioti a Prato, bib. iopole, industria vero Johannis Comicularii, calcogra, hi, anno 1524, 2 vol. in fol.

(30) Canones et concilia, etiam generalia, decreto tantum synodi nationis, vel regni referebantur in

§ III. *De origine et compositione collectionis Hispanicæ, cuque occasione de antiquis canonum collectionibus summatim disseritur.*

41. Regule conciliorum, quas Græci canones appellant, statutaque sanctorum Patrum eadem ratione eodemque naturali ordine condita fuisse videntur, ac leges civiles et præscripta, rerum publicarum regimen constituenta. Et sicut genus humanum, ut primum in societatem convenit, primo lege naturali, patrumfamilias dispositione, principum ducumque consiliis et exemplo cæpit gubernari; mox succrescente malitia et improbitate, ad rescanda vitia inde nascentia, pro bono reipublicæ et se veritate publica privataque, leges conditæ sunt et jus scriptum emerisit; ita Ecclesia sancta Dei moribus tantum et exemplo, sanctorum Patrum et presbyterorum præceptis, doctrina et prædicatione, nullo jure scripto primum regebatur, donec consequenti tempore antiquæ discipline relaxatio, morum remissio inde orta, abusus, et prævæ consuetudines in Ecclesiam inductæ, episcopo et ministros Dei pro eorum munere coegerunt, ut synodos et concilia celebrarent, quibus remedia, his malis curandis opportuna, quærerent, collapsam disciplinam restituerent, fidelibus ac presbyteris ipis integerrimam vivendi rationem, ecclesiæque administrandæ optimam formam præberent.

42. Regulas igitur et statuta in his synodis ab Ecclesiæ Patribus stabilita et scripto consignata, postquam in molem aliquam excrevere, plures eruditi viri, vel presbyteri, vel episcopi ipsi, in unum congesta volumen pro sui studii commodiori usu collegerunt, quæ ita collecta in Ecclesiarum usum postmodum venere; cum autem, licet omnium Ecclesiarum Christiani orbis una sit fides, unum omnino dogma, disciplina tamen varia pro genio nationum et diversitate regionum: nam, ut dicit sanctus Gregorius in epistola ad Leandrum episcopum, *in una fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diversa*, quod insuper liturgiæ singulares, ritus et ceremoniæ variarum Ecclesiarum aperte demonstrant; fac un inde est ut plures Ecclesiæ pro varietate consuetudinum Codices suos peculiares habuerint, in quos, præter canones conciliorum generalium omnibus Ecclesiis communes, referebant synodos a se celebratas, quibus adiciebant diversarum Ecclesiarum statuta, quæ suæ disciplinæ convenientia judicabant (30).

43. Hinc ortæ sunt varix canonum collectiones, quæ licet methodo diversa pro collectorum arbitrio dispositæ ac ordinatæ, materiarum tamen substantia inter se conveniebant; donec ab hæreticis ecclesiam catholicam adversantibus, sanctorum Patrum

codicem, unde vim legis obtinebant. Hoc saltem apud Hispanos observatum fuisse constat ex concilio Toletano xiv, in quo Hispani presules a Leone II pontifice maximo per litteras invitati ut synodum œcumenicam vi reciperent et receptam evulgarent, post Chalcedonense concilium debito honore, loco et ordine, collocandam decreverunt.

sententiis interpolatis, et conciliorum canonibus confictis, depravatae fuerunt, quod tanta illi calliditate et industria perfecerunt, ut perdifficile postmodum eruditus fuerit vera a falsis, supposititiaeque a genuinis discernere (31).

44. Exemplum ejusmodi corruptionis nobis suppeditat vetustissima illa collectio quae *Canones Apostolorum* inscribitur, in quorum auctoritate expendenda diu multumque inter eruditos disceptatum est; alii enim omnes et integros, qui numero octoginta quinque circumferuntur, ab apostolis ipsis derivatos, et per sanctam Clementem papam promulgatos credunt, atque ut genuinum opus agnoscunt. Alii e contrario tanquam apocryphos, vel ab haereticis adulteratos penitus rejiciunt; alii vero, mediam quasi viam tenentes, quinquaginta tantum canones recipiunt, ceteris triginta quinque repudiatis. Ceterum illud certo certius est, hos canones, apostolorum nomine insignitos, ab Ecclesia Orientali communiter receptos, suoque in codice consignatos, antiquitate caeteris praestare, veraque antiquae disciplinae vestigia in eis contineri; causa haec forsam Dionysio Exiguo fuit ut, caeteris omissis, quinquaginta priores, Latinitate donatos, in suo canonum codice evulgaverit.

45. Verum sive ipse Clemens, Romanus pontifex, sive quis alius saeculi tertii scriptor, ut plerisque visum est, hos antiquissimos canones collegerit, quia vario et misere ab haereticis interpolatos corruptosque fuisse constat; jure ac merito Gelasius papa in concilio Romano, anno Domini 494 celebrato, inter apocrypha declaravit; quam ob causam Isidorus noster in hanc putam puram collectionem suam non admisit, uti aperte testificantur haec verba, quae in genuina praefatione ejusdem Isidori, ipsi collectioni praefixa, leguntur: *Canones, inquit, qui dicuntur apostolorum, seu quia eosdem nec sedes apostolica recipit, nec sancti Patres illis consensum praebuerunt, pro eo quod ab haereticis sub nomine apostolorum compositi dignoscantur, quamvis in eis quaedam inveniantur utilia, auctoritate tamen canonica, atque apostolica eorum gesta constant esse remota, et inter apocrypha deputata (32).*

46. Verum enimvero Orientales Patres jam inde

(31) Familiaris semper haereticorum mos fuit sanctorum Patrum scripta adulterare, et sub illustrium virorum nomine pravam doctrinam et impia dogmata in vulgus spargere, ut hoc modo tutius et incaute eorum scripta a catholicis legerentur, quod recte nobis expressum reliquit beatus Isidorus. Hispalensis episcopus, libro tertio Sententiarum, ca. 12, his verbis: *Tanta, inquit, est haereticorum calliditas, ut falsa veris malique bonis permisceant, salutaribusque rebus plerumque erroris sui virus interserant, quo facilius possint pravitatem perversi dogmatis sub specie persuasere veritatis. Plerumque sub nomine catholicorum doctorum haeretici sua dicta conscribunt, ut adbitanter lecta credantur. Nonnumquam etiam blasphemias suas latentis dolo in libris nostrorum inserunt, doctrinamque veram adulteratione corrumpunt; scilicet vel adijciendo quae impia sunt, vel auferendo quae pia sunt. Haec Isidorus. Et sane illis falsi crimen imputandum videtur, quorum intererat Codices vi-*

A a primis Ecclesiae temporibus in colligendis canonibus et statutis curam adhibuisse, ex his ipsis apostolorum canonibus compertum videtur. Et sane saeculo quinto collectionem canonum Ecclesiam Orientalem habuisse, ex actis synodi Chalcedonenis, quae est oecumenica quarta, anno Domini 451 celebratae, comprobatur: recensebantur in ea canones conciliorum Niceni, Ancyran, Neocaesariensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodiceni et Constantinopolitani primi, sub una et continuata numerorum serie dispositi et ordinati, ut ex ipsis actis apparet; actione enim quarta, ubi de Caroso et Dorotheo agitur, canones Antiocheni concilii quartus et quintus: *Si quis episcopus a synodo depositus; — Si quis presbyter aut diaconus, contempto proprio episcopo, etc.*, sub numeris 83 et 84 consignati, lecti fuerunt ex codice. Similiter actione xi, canones decimus sextus et decimus septimus ejusdem concilii Antiocheni, sub num. 95 et 96 recensiti, a Leontio episcopo Magnis electi fuerunt (33).

47. Ex quibus facile cognosces, hanc canonum collectionem in Ecclesia Orientali receptam, atque ad ejusdem usum dispositam et ordinatam, eam ipsam esse quam postmodum a Dionysio Exiguo, saeculo sexto ineunte, Latine redditam, Ecclesia Romana amplexa est; ex ipsa enim Dionysii praefatione constat, illum canones conciliorum omnium usque ad Constantinopolitanum primum eodem ordine, sicut in Graeca auctoritate habebantur, digessisse, et sub una et continua centum sexaginta quinque numerorum serie dispositos suo codici inseruisse; in ejus verba: *Regulas Nicenae synodi et deinceps omnium conciliorum, sive quae antea, sive quae postmodum facta sunt usque ad synodum centum quinquaginta pontificum, qui apud Constantinopolim convenerunt, sub ordine numerorum, id est a primo capitulo usque ad centesimum sexagesimum quintum, sicut habentur in Graeca auctoritate, digessimus.*

48. Atqui si canones Nicenos viginti, Ancyranos viginti quinque, Neocaesarienses quatuordecim, Gangrenses viginti, Antiochenos viginti quinque, sub una et continua numerorum serie recensueris, facile invenies canones Antiochenos quatuor, quintum, decimum sextum et decimum septimum exacte re-

diare, ut malam causam deferderent. Ita Felix Urgelitanus, teste Hinemaro Remensi, codici S. Hilari, in bibliotheca Caroli Magni, manus intulisse deprehensus est, et corrupto librorum custode, pro verbo *Adoratur* scripsisse *Adoptatur*. Vide plura apud Germon *De veteribus Haereticis sacror. Cosic. corruptoribus*.

(32) Haec verba genuinae praefationis, a brevato Isidoro postmodum interpolata, hic exhibentur descripta ex prima editione, cura Jac. Merlini, Parisiis edita, anno 1524: *Denique propter eorum auctoritatem caeteris conciliis praeposimus canones qui dicuntur apostolorum, licet a quibusdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt et sancti Patres eorum sententias synodali auctoritate roboraverunt, et inter canonicas posuerunt constitutiones. Ex quibus verbis falsarium et impostorem Isidorum facile cognosces.*

(33) Vide Labbe., *Concil. tom. VI, col. 457 et 692*.

spondere canonibus, ex codice Græco in concilio Chalcedonensi relectis sub numeris octogesimo tertio, octogesimo quarto, nonagesimo quinto et nonagesimo sexto, unde liquet codicem Græcum, cujus mentio fit in actis laudati concilii Chalcedonensis, nulla ordinis inversione Latine redditum, collectioni suæ Dionysium inseruisse.

49. Ino hæc ipsam canonum collectionem a synodo Chalcedonensi laudatam tempore Innocentii primi apud Ecclesiam Romanam in usu fuisse mihi facile persuadeo, non obstante clarissimi viri Petri de Marca opinione, qui usque ad tempora hujus papæ solos Nicænos canones laudatam Ecclesiam Romanam recepisse affirmat, infixus epistola ejusdem Pontificis Innocentii primi, ad clerum Constantinopolitanum directa (34), in qua hæc verba leguntur: « Quod autem spectat ad canonum observantiam, solis illis parendum esse dicimus, qui Nicææ definiti sunt. Quos solos canones sectari et agnoscere debet Ecclesia catholica. Quod si a quibusdam alii proferantur qui a Nicænis canonibus dissentiant et ab hæreticis compositi esse arguantur, hi a catholicis episcopis rejiciendi sunt. Nam quæ ab hæreticis sunt excogitata, ea catholicis regulis adjungere non licet. Quippe illi perpetuo id agunt, ut Nicænorum Patrum concilium evertant. Non solum igitur illos canones non sequendos esse dicimus, verum etiam una cum hæreticis ac schismaticis dogmatibus penitus condemnandos, quemadmodum etiam in Sardicensi synodo jam condemnati sunt ab episcopis qui ante nos fuerunt. »

50. Nam hæc ipsa verba opinionem laudatissimi viri Petri de Marca omnino subvertunt; et sane nonne clare demonstrant præter Nicænos canones, Sardicense quoque concilium, quod laudant, ab Ecclesia Romana fuisse approbatum susceptumque? Ino quis in animum inducat, synodum Sardicensem trecentorum circiter episcoporum consensu stabilitam, cæteraque omnia concilia sacrosancta, ubi non duo aut tres, ut verbis utar beati Agobardi Lugdunensis præsulis (35), sed viginti, aut triginta, pluresve episcopi non solum in nomine Domini, sed inau-

(34) Exstat hæc epistola apud Sozomenum, Historiæ ecclesiasticæ lib. viii, cap. 26.

(35) In libro adversus legem Gundobadi, pag. 149 tom. I operum sancti Agobardi, ex Editione Baluzii, Parisiis, 1666, 8°.

(36) Eruditissimus Dom. Constant in sua ad Romanorum pontificum epistolas præfatione, pag. Lxvii et seqq., Paschasii Quesnellii rationes, quibus hunc codicem ad Romanam Ecclesiam pertinuisse probare contendit, multis validissimisque argumentis penitus evertit.

(37) Veterum scriptorum inventus est nullus qui Dionysium a parvitate corporis Exiguum nominatum fuisse asserat; cum vero auctores ecclesiastici illius ætatis, nouachi præsertim, humilitatis christianæ causa, minimos vel peccatores se dicere consueverint, Dionysium, modestiæ causa, qua erat præditus, se Exiguum nominasse communis opinio tenet.

(38) Cassiodorus auctor cœvus, cap. 55 *Divinarum Lectionum*, animum et indolem Dionysii Exigui lucu-

per etiam fide præditi, sapientia illustres, vita clari, sanctitate reverendi, signis et prodigiis formidandi, pro disciplina Ecclesiæ stabilienda conveniant, ab Ecclesia Romana ignota omnino vel rejecta fuisse?

51. Præterea supra memoratis verbis nullo modo asserit Innocentius, Ecclesiam catholicam solos Nicænos canones admittere, cæteris sacrorum conciliorum canonibus rejectis; hæc enim sententiam Innocentio affingere sine injuria non potest; sed, Ecclesiam Romanam canones non admittere ait, a Nicænis dissentientes vel Nicænis contrarios, hoc est canones ab episcopis Arianis, Nicænorum Patrum concilium evertere stuentibus, in conventiculis editos, vel ab hæreticis hominibus interpolatos et corruptos.

52. Demum, cum canones Nicæni concilii et aliorum conciliorum sub una et continua numerorum serie in codice recenserentur, uti supra observavimus, nonne dici poterit Innocentium sub nomine Nicænorum omnes canones, in codicem continua serie relatos, et unum quasi contextum efficientes, comprehendi voluisse? Sane primo intuitu unicuique veritati congruum esse videbitur, illum ipsum codicem canonum, in concilio Chalcedonensi laudatum, jam in se a sæculo quarto Ecclesiam Romanam amplectam fuisse.

53. Cum vero hæc ipsa canonum collectio, omnium quæ ad nos pervenerunt antiquissima, si canones qui dicuntur apostolorum excipias, a Dionysio Exiguo Latina facta, per Occidentem postmodum divulgata fuerit et ab omnibus fere Ecclesiis Latinis recepta, prætermittis minoris notæ collectionibus, a Theodoro, Joanne Scholastico et aliis auctoribus compilatis, necnon et illa, quam ad calcem operum sancti Leonis Magni Paschasius Quesnellius apposuit (36), de Dionysiaca collectione nonnulla dicere oportebit.

54. Dionysius itaque a parvitate corporis, ut nonnulli credunt, seu melius humilitatis christianæ causa, ut communis fert opinio, Exiguus appellatus (37), morum pietate et eruditione clarus (38), qui, teste Beda, primus cyclos Paschales ab anno Dominicæ

lenter exprimit h'is verbis: « Fuit nostris temporibus Dionysius monachus, Scythæ natione, sed moribus omnino Romanus, in utraque lingua valde doctissimus, reddens in actionibus suis, quam in libris Domini legerat, æquitatem, qui scripturas tanta curiositate discusserat atque intellexerat, ut undequaque interrogatus fuisset, paratum haberet competens sine aliqua dilatione responsum. . . . Fuit enim in illo cum sapientia magna simplicitas, cum doctrina humilis, cum facundia loquendi parcitas. . . . Qui petitus a Stephano episcopo Salonitano, ex Græcis exemplaribus canones ecclesiasticos moribus suis, ut erat planus atque disertus magnæ eloquentiæ, luce composuit, quos hodie usu celeberrimo Ecclesia Romana complectitur. . . . Qui tanta Latinitatis et Græcitatæ peritia fungebatur, ut quoscunque libros Græcos in manibus acciperet, Latine sine offensione transcurreret, itaque Latinos Attico sermone legeret, ut crederes hoc esse conscriptum quod os ejus inoffensè velocitate fundebat. »

incarnationis notare cœpit (39), initio sexti sæculi, rogatu Stephani episcopi Salonitani, adhortante item quodam Laurentio, ut ipse in præfatione testatur (40), eximiam canonum collectionem, e Græco sermone in Latinum translata, elucubravit, ac in duas partes divisit, quarum primæ canonum apostolorum quinquaginta priores inseruit; his subdidit canones conciliorum Nicæni, Ancyranæ, Neocæsariensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodiceni et Constantinopolitani primi, quos, ut supra dictum est, sub una et continua centum sexaginta quinque numerorum serie, sicut in codice Græco habebantur, disposuit. Addidit deinde canones Chalcedonenses, Sardicensis, et Africanos, qui hæc primam partem codicis claudunt.

55. In secunda vero parte epistolas aliquot decretales collegit præsulum Romanorum Siricii, Innocentii, Zozimi, Bonifacii, Cœlesti i, Leonis Magni, Gelasii et Anastasii, ubi opus suum absolvit Dionysius; decreta enim Hilarii, Simplicii, Felicis, Symmachi, Hormisdæ et Gregorii junioris, quæ in recentioribus Dionysii codicibus habentur, ab alio collectore adjecta fuisse ex eo facile ostenditur, quod Dionysius Exiguus longe ante Gregorii junioris ætatem claruerit.

56. Hæc autem additamenta ab Hadriano primo pontifice maximo codici Dionysiano apposita fuisse creduntur: saltem ejus jussu id factum fuisse vel ex eo colligitur, quod in codice canonum, ab ipso Hadriano papa Carolo Magno sub finem sæculi octavi Romæ oblata, laudata decreta Hilarii, Simplicii et sequentium pontificum usque ad Gregorium juniorem continebantur: insuper inter complura manuscripta exemplaria codicis Dionysiani aucti, quæ in Galliæ bibliothecis asservantur, unum vetustissimum anno Christi octingentesimo quinto exaratum ad manus habuit eruditissimus Sirmonus, Parisiis in abbacia Sancti Germani a Prato repositum, quod præfationem vel dedicationem ejusdem Hadriani papæ, Carolo Magno inscriptam, continebat (41).

57. Cæterum hæc canonum collectio quam Hadriano (39) in libro *De sex mundi ætatibus*, ad annum 4480.

(40) En ejus verba: « Domino venerabili mihi patri Stephano episcopo Dionysius Exiguus in Domino salutem. Quamvis charissimus frater noster Laurentius assilua et familiaris cohortatione parvitatem nostram regulas ecclesiasticas de Græco transferre impulerit, confusione, credo, priscae translationis offensus, nihilominus tamen ingentium tuæ beatitudinis consideratione suscepti. » Vide Labb. *Concil.* tom. I.

(41) Præfatio hæc vel dedicatio Hadriani papæ impressa invenitur in *Collectione conciliorum Labbei*, tom. VI, col. 1820, et apud Harduinum, tom. III, col. 2055.

(42) Notandum hic est, in nonnullis hujus codicis exemplaribus manuscriptis capitula quædam inveniri, quæ sub nomine *Hadriani Papæ ad Angilramnum* circumferuntur; sed hæc capitula ab ipso Angilramno, ut suæ causæ faveret, ex scititiis pontificum epistolis excerpta fuisse videntur; verisimile enim est Angilramnum Metensem episcopum de quodam delicto forsitan insimulatum illa usum fuisse industria, ut jurisdictioni diocesanæ se subtraheret, appellatione ad sedem apostolicam intentata. Huic

Adriano-Dionysianam dicere possumus (42), eo quod codicem Dionysianum purum una cum additis Hadriani pontificis maximi contineret; quamvis in ea canones qui dicuntur *Apostolorum*, a Gelasio papa in concilio Romano, anno quadringentesimo nonagesimo quarto celebrato, reprobati, et ab ipso Dionysio Exiguo in dubium vocati (43), inveniantur inserti; tanta tamen in Occidente viguit celebritate, ut, communi fere applausu, omnes sensim Ecclesiæ Latinæ illam receperint.

58. Et sane dubitari vix potest hoc ipso canonum codice usam fuisse Ecclesiam Gallicanam; ad illum enim ut putum purum, antiquæ disciplinæ regulas continentem, se referebat Hincmarus, archiepiscopus Remensis, in suis cum Nicolao primo contentionibus de causis episcoporum in concilio provinciali judicandis et executioni mandandis, non obstante ad sedem apostolicam provocatione, tum temporis per Isidori Mercatoris scititiis decretales in ecclesiasticam disciplinam introducta; ex hoc ipso codice summarium compilavit Cresconius episcopus sub finem sæculi octavi ad usum Ecclesiæ Africanæ (44); hunc demum codicem Ecclesiam Magnæ Britanniæ recepit, epistola Leonis quarti ad episcopos ejusdem Ecclesiæ directa luculenter ostendit: Quibus autem, ait, in omnibus ecclesiasticis utimur judiciis sunt canones apostolorum, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæsariensium, Gangrensi, Antiochensium, Laodicensium, Chalcedonensium, Sardicensium, Carthaginensium, Africanensium, et cum illis regulæ præsulum Romanorum Sylvestri, Siricii, Innocentii, Zozimi, Cœlestini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmachi, Simplicii. Isti omnino sunt et per quos judicantur episcopi, et per quos episcopi simul judicantur et clerici (45). Quibus verbis codex Dionysianus auctus, seu Hadriano-Dionysianus, exacte describitur.

59. Ejusdem codicis usum in Hispania viguisse nonnulli deduci posse crediderunt ex his verbis, quæ in celeberrimo concilio Toletano tertio leguntur: *Maneant in suo rigore conciliorum omnium constituta, simul et*

opinionem non minime faveat pervetustus colex manuscriptus in bibliotheca Sancti Victoris Parisiensis asservatus, qui ita inscribitur: *Incipiunt capitula collecta ex diversis conciliis sive decretis pontificum Romanorum ab Angilramno, Metensi episcopo, et Adriano papæ oblata.* Vide insuper Hincmari Remensis opera, vol. II, pag. 475, ex Editione Sirmondi.

(43) « In principio itaque canones, qui dicuntur apostolorum de Græco transtulimus; quibus quia plurimi consensum non præbuere faciliem, hoc ipsum ignorare vestram nolimus sanctitatem. » *Præfatio Exigui*, apud Labb., *Conc.* tom. I.

(44) A iudicium compendium canonum ad usum ejusdem Ecclesiæ Africanæ jam ante redegerat Ferrandus, diaconus Carthaginensis, sed illud ex codice Dionysiano minime compilatum fuisse, vel ex eo apparet, quod præter versionem Latinam Dionysianam antiquiorem, qua Ferrandus utitur, plura referat concilia Africana, quæ in codice Dionysiano desiderantur.

(45) Exstat hæc epistola apud Labb. *Concil.* tom. VIII, col. 30, et apud Harduinum, tom. V, col. 1.

synodice sanctorum præsulum Romanorum epistolarum, sed male, ut in sequenti paragrapho ostendemus. Verum de veteribus canonum collectionibus hæc pauca sufficiant; præsens nunc tempus requirit ut de compositione collectionis genuinæ Isidorianæ aliquid dicamus.

60. Isidorus igitur, Hispalensis episcopus, doctrina æque ac morum sanctitate clarus, vir, ut verbis utar Ildefonsi Toletani, *decore simul et ingenio pollens*; nam tantæ jucunditatis affluentem copiam in eloquendo promeruit, ut ubertas admiranda dicendi ex eo in stuporem verteret audientes, ex quo audita his, qui audisset non nisi repetita sæpius commendaret, ad exemplum Dionysii Exigui, sed methodo longe præstantiori, amplissimam, integerrimam, omnibus numeris absolutam canonum collectionem, Ecclesiæ Hispanæ usui accommodatam disposuit, illamque in duas partes divisit, quarum una concilia omnia, altera decretales epistolas amplectitur; earum primam quadrifarie subdivisit, optimaque ratione ordinavit; primum enim pulcherrimam præfationem, a larvato Isidoro postmodum sædatam, operi præfixit, in qua, uti supra observavimus (num. 45), canones qui dicuntur *Apostolorum*, ut apocryphos rejicit, deinde concilia Græciæ collocavit, incipiens a synodo Nicæna propter ejusdem magni concilii auctoritatem, ut in præfatione ipse testatur his verbis: *In principio autem hujus voluminis Nicænam synodum constitimus propter auctoritatem ejusdem magni concilii*. Hæc autem concilia Græciæ non sub una et continua numerorum serie, ut Dionysius fecerat, sed suis quæque capitulis distincta locavit. Deinceps e vestigio sequuntur concilia Africæ Latina. Tertio postmodum loco concilia Gallicana coaptavit, quibus deum subdidit Hispanica, quæ hanc primam partem collectionis complent. Hujus igitur dispositionis ratione, facile unicuique fuit, nova post Isidori Hispalensis tempora concilia celebrata, sive Græca ea fuerint, sive Latina, nulla ordinis inversione aut perturbatione huic collectioni adjicere, suoque loco et ordine collocare.

61. Sed antequam ad posteriorem et ultimam hujus collectionis partem veniamus, duo hic obser-

(46) Quoniam de versione Latina canonum Græcorum agitur, juvat dissertationem brevem de hoc argumento eruditissimi viri Matthæi Aimerichii, ex ejus *Specimine veteris Romanæ litteraturæ deperditæ vel adhuc latentis pag. 102* exscriptam, hic exhibere; id etquidem eo magis gratum lectoribus fore arbitror, quod opus hoc parum obvium sit.

Brevis dissertatio de conciliis generalibus in Oriente celebratis.

« Concilia ecclesiastica complura, ante et post Constantinum Magnum primis iv Eccl. sec. habita, desiderari indubitatum est. Non pauca item ex illis, quæ supersunt, manca et mutila esse constat, partim injuria temporum et ethnicorum in Christianorum scripta odio, partim librorum negligentia, et partim etiam nequitia hæreticorum per ea damnatorum. Utrum autem concilia, sive synodi præsertim generales in Oriente celebrata a Constantini Magni regimine ad Honorium, Latino sermone, anve Græco habitæ fuerint, videtur res parum discussa et minus

vanda occurrunt: primum, quod in fronte operis ipsi præfationi præponitur index præstantissimus, secundum materiarum ordinem dispositus, qui *Excerpta canonum* inscribitur; hunc indicem, qui jam prænotavimus (nota 19), ex Aguirrio exscriptum, Romæ publicavit Cajetanus Cenni, illumque pro ipso codice accipiens magnifice inscripsit, *Codex veterum canonum Ecclesiæ Hispanæ*; quod equidem mirandum minime est; sive enim librorum aptam, beneque ordinatam divisionem, sive titulorum summam, ex canonibus conciliorum, et regulis decretalium conflata, spectes, codicem canonum perfectum et absolutum esse illico pronuntiabis, et talem omnino judicavit eruditissimus Dom. Coustant, licet illum ex hac nostra collectione dimanasse recte intellexerit, eum de illo loquens in sua ad epistolas Romanorum pontificum præfatione, num. 150, hæc ait: *Atque adeo debetur Hispanis ea laus, ut in texendis ejus generis lucubrationibus Reginones, Anselmos, Burchardos, Ivones, Gratianos, ceterosque canonum compilatores anteaverint.*

62. Notandum secundo versionem Latinam Græcorum canonum, quæ in hac nostra collectione legitur, prorsus diversam esse a Dionysiaca, ipsoque Dionysio Exiguo antiquiore: eruditorum plurimi crediderunt. Quo autem tempore, quoque auctore facta illa fuerit, incomperta res est et minus explorata; attamen in eam sententiam ire non dubito, beatum Isidorum in Græcis litteris minime imperitum, neque in aliorum verba jurare pronum, exemplaribus Græcis cum prisca versione Latina, forsitan et Dionysiaca ipsa collatis, suam hanc inde translationem confecisse, cujus rei indicium et argumentum non leve est versio Latina bibliorum sacrorum, quam ipse doctor Isidorus ad exemplum sancti Hieronymi, e codicibus Græcis et Hebraicis, ac ejusdem Hieronymi Vulgata versione recensuit; quam quidem rationem si eruditi viri mature perenderint, absque dubio pronuntiabunt, priscam illam canonum Græcorum Latinam versionem, sin minus ab Isidoro factam, saltem emendam, vel instauratam fuisse (46).

63. Laudatæ vero Scripturæ sacræ, ex B. Isidori explorata. Communis opinio, concilia ista Orientalia Græco sermone habita, et omnia in eo Græce pertractata, tenet: propterea quod in illis maxima Patrum congregatorum pars essent episcopi Ecclesiarum Orientalium, in quibus Græco sermone res divina agebatur, et quia vix ulla antiqua horum conciliorum exemplaria, præterquam Græca supersunt, et Latina, ex Græcis exemplaribus conversa, valde recentia sunt, a viris Græce et Latine doctis lucubrata. Huic opinioni, quam vocatam in dubium non legi, opponi posse mihi videntur sequentia. 1^o Quia Latina lingua, multis in Orientem deductis Romanorum coloniis, et innumeris Romanis cum publicis munitis per Orientis provincias dispersis, ac maxime Romanorum imperatorum politicis decretis, et cura, lingua communis, ac veluti vernacula totius Romani imperii facta erat inter urbane educatos: præsertim postquam jus Romanæ civitatis omnibus Romano imperio subjectis populis fuit impertitum. 2^o Quia præsides conciliorum generalium, seu legati a Romano Pontifice, ut

versione Latina, nonnulla hodieque asservantur manuscriptorum exemplaria, litteris gothicis exarata, in variis Hispaniæ bibliothecis, Toletana præsertim, regiaque Matritensi; cujus versionis Latine Bibliorum sacrorum, si proœmia excipias, quæ in operibus laudati Isidori inveniuntur edita, eadem ac nostræ canonum collectionis fortuna fuit; ignota enim adhuc jacet, artis typographicæ beneficio destituta. Faxit Deus! ut tandem aliquando una cum vetustissima liturgia Mozarabes, ejusdem Isidori Hispanensis diligentia ordinata, e tabulariis ecclesiæ Toletanæ in lucem prodeat, operam conferentibus eruditibus Hispanis, quibus cordi sit tanti doctoris honor, et Ecclesiæ Hispaniæ decus, quæ et sacrorum rituum antiquitate, et purioris disciplinæ regulis servandis cæteras forsitan antecellit (47).

64. His ita observatis, ad secundam et posterioribus præessent, clerici Romani, seu Occidentis Ecclesiæ, quæ Latina dicitur, ut plurimum erant, quibus non Græca, sed Latina lingua familiaris erat; oportebatque ab eis plane intelligi, quæ in conciliis agebantur, ut Romanum pontif. absentem possent de illis reddere certiores. 3° Quia conciliis generalibus aderant vel imperatores ipsi (quod de Constantino Magno in Nicæno novimus, et in aliis de aliis imperatoribus), aut saltem provinciæ præsides cum urbanis magistratibus, ut tranquille omnia procederent, et nequid contra imperii leges decerneretur: quod etiam in conciliis nationalibus Hispaniæ, Gothorum tempore, observatum fuit. Toletanis enim conciliis aderant reges: viri primarii, sive summæ regni regem comitabantur, et patrum sessionibus præcæntes erant; congruum autem erat, et dignitatum Romani imperii, tum Romanæ Ecclesiæ respondebat, res sermone Latino, seu Romano, a viris doctis, Romanæ linguæ non expertibus, pertractari. 4° Quia Romanis legibus vetitum erat, negotia publica, præsertim judicialia, lingua alia quam Latina expediri. In conciliis autem, et negotia publica, et judicialia agitabantur: cum Patres de hæresibus et erroribus eorum iudicium ferrent, ac plurima ad religionem, ad disciplinam et sacra publica imperii spectantia decernerent. 5° Quia Constantinus Magnus in concilio Nicæno, teste Eusebio in ejus Vita, orationem habuit Latino sermone ad cœtum sanctorum, seu ad episcoporum cœtum Nicææ congregatorum, quod indicat, illic Latinum sermonem et a Patribus intellectum, et ab eisdem usurpatum. 6° Quia acta conciliorum mittenda erant a legatis ad Rom. pontif. Romani, ut a concilio Patrum Occidentalium, et a clero Romano dis uterentur, subscriptioneque Romani pontificis probarentur et confirmarentur: quod opus erat ut concilium legitimum haberetur, ac per omnes orbis Ecclesias promulgaretur. Ad hoc autem necesse erat Latinum exemplar actorum et definitorum in concilio Romani mitti, ut secundum hoc exemplar (forsitan in nonnullis Romæ emendatum) exemplar Græcum authenticum postea ederetur: nec parum controversum fuit in concilio Nicæno, quænam vox Græca responderet voci Latine *constituentialis*, quæ Latinorum menti et definitioni canonice non repugnaret. Tandem, quia constat, in concilio Chalcedonensi sæculo v celebrato, cui interfuit Marcianus imperator, lectam fuisse epist. Leonis Latino sermone, et Marcianum Latino sermone primum Patres allocutum fuisse.

¶ Nec ista satis convelluntur rationibus pro communi persuasiono superius adductis. Verum est maximam episcoporum partem, qui ad concilia generalia in Oriente celebrata confluebant, Græcos vel Asiaticos fuisse; at hi viri eruditi erant, inter quos

rem collectionis nostræ partem veniamus. Continentur in ea præsulum Romanorum Damasi, Siricii, Innocentii, Zosimi, Bonifacii, Cælestini, Leonis, Hilarii, Simplicii, Felicis, Gelasii, Anastasii, Symmachi, Hormisæ, Vigili et Gregori Magni epistolæ decretales centum et tres, ut in descriptione præcipuorum Codicum paragrapho secundo annotavimus; his præponitur præfatiuncula, quæ in multis verbis cum Dionysii Exigui præfatione in epistolas Romanorum pontificum convenit.

65. Habes igitur, erudite Lector, collectionis canonum præclarissimæ, ad exemplum Dionysii Exigui, sed methodo longo præstantiori adornatæ, atque ex puris fontibus erutæ, brevem notitiam; quam quidem collectionem a divo Isidoro episcopo Hispanensi B elucubratam fuisse, ut nunc pluribus demonstremus, res ipsa suadere videtur; atamen, ut meliori via

lingua Romana tunc temporis communis erat, ut antea Græca, et idcirco non semel Græci et Asiatici creabantur Ecclesiarum Occidentis, etiam Romanæ, præsulæ, ut ex serie pontificum Romanorum et aliarum Occidentis Ecclesiarum constat: quod non contigisset, si illi, et Romana lingua eruditi, et Romanis moribus instituti non fuissent. Verum item est pleraque exemplaria conciliorum, quæ Latino sermone habemus, ex Græcis exemplaribus recens conversa fuisse. Hoc autem neququam probat non fuisse olim Latina exemplaria, et quidem primæva, illorum conciliorum; sed solum, hæc, ut plura alia antiqua Latina monumenta, barbarorum in Occidentis provincias incursione, ac incendiis bibliothecarum, et archivarum, belli occasione excitata, corrupta atque deperdita fuisse. Nemo enim inficias erit, Latina olim exemplaria conciliorum Orientalium in scriniis Rom. Ecclesiæ reposita fuisse, etiam si concilia illa Græco sermone, vel Arabico, vel Ægyptiaco celebrata fuissent. Sed de his hactenus: quæ virorum eruditorum iudicio submitto, non desperans, a nonnullis saltem viris doctis, qui adductas perpenderit rationes, probabile reputandum, quod primo ad spectum parum verisimile videtur, ob præjudicatam sine multo examine contrariam opinionem. Veritas nempe nondum est occupata, ait L. An. Seneca, multumque ex illa posteris relictum est, cum ea sit omnium temporum atque ingeniorum; amendumque est in examen vocare, quæ fuerunt sine multa indagine recepta, ne aliorum sententias dicamur more pecudum sequi, vel in aliorum dicta jurare, cum de re agitur quæ nullum moribus, nullum fidei catholice regulis afferet interitum.

(47) Ista liturgia antiquam Ecclesiæ Hispaniæ, *Muzarabe*, vel *Mozarabes*, *Toletanam* quoque et *Isidorianam* appellatam, ab ipsis apostolis per S. Turquatium et ejus socios derivatam, curia Romana, illius antiquitati forte invidens, totis viribus contendit extinguere sæculo xi, quo senescente, post varias et sæpius repetitas contentiones Romanus ordo liturgicus in Aragoniæ regnum primum introductus, postmodum per Hispaniam universam sensim diffusus, perveitustam liturgiam Mozarabem male antiquavit, et in æternum delevi set, nisi vir celeberrimus et immortalitate dignus cardinalis Ximenes de Cisneros, 14 capellaniis Toleti fundatis, ubi sex nunc exstant parochiæ Muzarabes, missalibus et breviariis prelo submissis, religioso antiquitatis ecclesiasticæ zelo adductus, in antiquum splendorem aliquantum restituisset. De hac celebri liturgia scripserunt Pizarobles, Villegas, Aguirre, Pinus, tom. VI Act. sanctorum Julii, Flores, España Sagrada, tom. III et alii.

procedamus, oportet prius de codice canonum, ante A Rel et ex codice coram concilio tam *generalium synodorum quam localium* (49). »

§ IV. *In quo de veteri canonum codice Ecclesie Hispanæ ante Isidori, Hispalensis episcopi, tempora, aliquid disseritur.*

66. Hispanis longe ante Isidori Hispalensis episcopi tempora suum canonum codicem fuisse, ex ipsis Hispaniæ conciliorum actis innotescit. Quisnam vero ille fuerit, quibusve canonibus et qua ratione dispositis, constiterit; quo auctore, vel qua auctoritate collectus, incerta res est et parum explorata. Alii enim illam collectionem fuisse credunt, quæ Martini Bracarenensis capitula dicitur, sed minus recte; hæc enim brevissima collectio pars tantum, et equidem exigua, codicis Ecclesie Hispanæ fuit, ut infra ostendemus; alii Dionysii Exigui codicem, ut ad B Ecclesie Gallicanæ, ita ad Hispanæ usum pertinuis e, arbitrantur; sed meo quidem iudicio neutram collectionem Ecclesie Hispanæ peculiarem fuisse ex ipsis Hispaniæ conciliorum actis facile deprehenditur; id autem, ut luculenter expendamus, nostramque opinionem exactius stabilire possimus, videndum prius est quid de hac re nos edoceant laudata concilia.

67. Ex concilio Toletano secundo, æra quingentesima sexagesima quinta, hoc est anno Christi 551, celebrato, constat, non solum synodorum provinciam aliam statuta, verum etiam antiqua canonum decreta et instituta Patrum tunc temporis in Hispania viguisse: verba ejusdem concilii sunt hæc: « Cum in voluntate Domini apud Toletanam urbem sanctorum episcoporum presentia convenisset, et de institutis Patrum canonumque decretis commemoratio haberetur, id nobis in unum positum placuit, ut si qua in antiquis canonibus minime commemorata sunt, salubri tractatu ac diligenti consideratione instituantur. Si qua vero in anterioribus conciliis sunt decreta, sed abusione temporum hactenus sunt neglecta, redivivæ ordinationis censuram obtineant (48). »

68. Id ipsam deducitur ex concilio Bracarenensi primo, trigesimo anno a laudata synodo secunda Toletana habito, ubi post septemdecim capitula, contra Manichæos et Priscillianistas constituta, hæc verba leguntur: « Lucretius episcopus dixit: Quoniam ea quæ a catholicis abominanda sunt et damnanda, manifestius et apertius etiam ignorantibus declarata sunt, necessarium post hoc arbitror, si vestræ fraternitati videtur, ut instituta nobis sanctorum Patrum, recessitis antiquis canonibus, innotescant. Quæ etsi non omnia, certe vel pauca quedam, quæ ad instructionem clericalis disciplinæ pertinent, relegantur. Omnes episcopi dixerunt: Placet quod dictum est... »

(48) Loaysa, *Concilia Hispaniæ*, pag. 82.

(49) Loaysa, *Conc. Hisp.* pag. 179. Concilium festum Bracarense primum in collectione Labbeana secundum appellatur; illud autem quod ex Bern. de Br to exscriptum, edidit tomo II *Concil.*, pag. 1507, Bracarense primum inscripsit; sed minus recte;

69. Et deinde in capitulis XII, XIII, XIV et XV ab hac ipsa synodo præscriptis, iterum laudantur antiqua canonum decreta, et sanctorum Patrum statuta his verbis: *Sicut et sancti præcipiunt canones. Sicut et antiqua continent statuta*, etc.

70. Porro concilia generalia et antiqua canonum statuta, quæ ex codice relecta in laudata synodo memorantur, eadem ipsa esse, quæ in veteri canonum codice Ecclesie Græcæ continebantur, confirmat synodus Bracarenensis secunda, anno Christi quingentesimo septuagesimo secundo celebrata, in qua Martinus episcopus synodos generales, in Nicæa, in Constantinopoli, in Epheso et in Chalcedone habitas, recenset; speciales etiam synodos et canonum sententias Spiritu Dei conscriptas commemorat, quas oportet, ait, nos legere, et intelligere, et tenere (50).

71. Neque solum synodorum generalium et localium canones, verum etiam præsulum Romanorum decretales epistolæ in veteri canonum codice Ecclesie Hispanæ contineri, ex eo apparet, quod in laudata synodo Bracarensi prima, post capitula contra Priscillianistas edita, lecta fuerit epistola Vigiliæ Papæ ad Profuturum: *Relecta est auctoritas sedis apostolicæ quondam ad Profuturum directa episcopum, quæ propter prolixitatem his gestis minime est inserta* (51).

72. Hoc ipsum confirmat, imo manifeste demonstrat canon primus celeberrimæ synodi Toletanæ tertie, cui sanctus Leander, Hispalensis episcopus, interfuit, in qua, Ariana hæresi ejurata, tota gens Gothorum et Suevorum, Flavio Reccaredo rege gloriosissimo presente et testificante, veram fidem catholicam, quam per 213 annos deseruerat, publice amplexa est. In laudatæ igitur synodi canone, vel capitulo primo hoc statuitur: « Maneant in suo vigore conciliorum omnium constituta, simul et *synodice sanctorum præsulum Romanorum epistolæ* (52). »

73. Præterea in laudato canonum codice Ecclesie Hispanæ jam inde ab initio sæculi sexti etiam concilia Galliæ contineri, patet ex synodo Tarraconensi, æra quingentesima quinquagesima quarta, quæ anno Christi 516 congruit, celebrata, ubi canon 11, de disciplina monachorum agens, Gallicanorum canonum statuta præcipit servari, his verbis: *Canonum ante omnia Gallicanorum de eis constitutione servata* (53).

74. Demum synodus Herdensis, æra quingentesima octuagesima quarta habita, de monachis id observari jubet, quod in Agathensi et Aurelianensi concilio statutum fuerat: en ejus verba tit. III: « De monachis vero id observari placuit, quod synodus

laudatum enim concilium genuinum non est, neque in nostris Codicibus manuscriptis invenitur insertum.

(50) Loaysa, *Concil. Hisp.* pag. 166.

(51) Loaysa, *Concil. Hisp.* pag. 20.

(52) Loaysa, *Conc. Hisp.* pag. 217.

(53) Loaysa, *Conc. Hisp.* pag. 70.

Agathensis, vel Aurelianensis noscitur decrevisse A (54).

75. His ita præmissis, ad ea veniamus, quæ de antiquo canonum codice Ecclesiæ Hispanæ inde stabiliri possunt. Et primo quidem, ex laudatis Hispaniæ conciliorum actis primo aspectu cuilibet patebit, Ecclesiam Hispanam vel ante Isidori tempora, suum canonum codicem habuisse, in quo non solum concilia Græciæ, sed etiam concilia Galliæ et Hispaniæ, necnon et decreta præsulum Romanorum continebantur. Et sane concilia Græciæ in plerisque synodis Hispaniæ, præcipue vero in Bracarensi secunda, ut supra dictum est, merito laudantur; concilia autem Galliæ jam inde ab initio sæculi sexti in usu apud Hispanos fuisse, concilia Tarracone et Herdæ anno Christi quingentesimo decimo sexto, et quingentesimo trigésimo tertio celebrata, luculenter testantur. Quod vero attinet ad epistolas Romanorum pontificum, eas Ecclesiam Hispanam recepisse, laudata synodus Toletana tertia manifeste declarat.

76. Hinc patet secundo, capitula Martini Bracarenis codicem canonum Ecclesiæ Hispanæ, omnium antiquissimum, non esse, ut nonnulli minus recte crediderunt; nam, præterquam quod in his capitulis nihil ex Galliæ conciliis vel ex decretis præsulum Romanorum invenitur excerptum, Martinum Bracarensem dimidio fere sæculo post synodum Tarraconensem floruisse constat; imo laudata capitula, quæ ipse Martinus (55) in suo per Orientem itinere ex synodis Græciæ præcipue contulerat, in synodo Bracarensi secunda, anno quingentesimo septuagesimo secundo habita, cui laudatus Martinus præsedidit, primum lecta fuere, ibique verosimiliter approbata et recepta; ex eo enim tempore canonum codici apposita fuisse, vel ex eo maxime colligitur, quod in omnibus manuscriptis exemplaribus collectionis nostræ, quæ usque adhuc reperiri potuerunt, ad calcem ejusdem synodi Bracarenis secundæ, tanquam debito loco et ordine, inveniantur constanter collocata, et in uno alterove codice sub nomine *synodi Bracarenis* tertiæ exhibita. Quapropter ista Martini capitula, ad calcem synodi Bracarenis secundæ collocata, partem tantum, eamque minimam fuisse codicis canonum Ecclesiæ Hispanæ manifesto apparet; cumque nihil vel perpauca in illis inveniantur excerpta ex Galliæ et Hispaniæ conciliis, vel ex Præsulum Romanorum decretis, omnibus fere capitulis ex synodis Græciis et Africanis desumptis, statuendum omnino est, male a nonnullis *codicem canonum Ecclesiæ Hispanæ* laudata capitula nuncupari.

(54) Loaysa, *Conc. Hisp.* pag. 96.

(55) Martinus, inquit Isidorus in lib. de Viris illust. cap. 35, Dumiensis monasterii sanctissimus pontifex, ex Orientis partibus navigans, in Gallæciam venit, ibique conversis ab Ariana impietate ad fidem catholicam Suevorum populis, regulam fidei et sanctæ religionis constituit, Ecclesias confirmavit, monasteria condidit, copiosaque præcepta piæ institutionis composuit. Cujus quidem ego ipse legi librum de Differentiis quatuor virtutum, et aliud volumen epistolarum, in quibus hortatur vitæ emendationem, et conversationem fidei, orationis instan-

77. Idem omnino de codice canonum Dionysii Exigui asserere non dubito; ex supradictis enim cuilibet patebit, laudatum codicem apud Hispanos minime in usu fuisse; statuta quippe synodorum Galliæ et Hispaniæ in illo desiderantur, quæ tamen in codice canonum Ecclesiæ Hispanæ contineri supra observavimus.

78. Cæterum, si laudatam Dionysii canonum collectionem Ecclesia Hispana ampleza fuisset, plurima ejusdem manuscripta exemplaria in variis Hispaniæ bibliothecis et ecclesiarum archivis absque dubio asservarentur; nullum tamen inibi cernere est, cum innumera quidem sint, quæ ejusdem collectionis, ab Hadriano papa Carolo Magno oblata, in bibliothecis et tabulariis monasteriorum Galliæ B inveniantur; quod sane mirandum non est: tanta enim apud Gallos codex iste viguit auctoritate, ut simplici per vulgatoque nomine *Codex canonum* appellaretur, uti recte annotavit eruditissimus Couslant, in sæpius laudata præfatione ad Epistolas Romanorum Pontif. num. 131.

79. Et sane si Dionysii Exigui canonum codice usi sunt Hispani, qui factum est, ut hi oleum et operam male perdidissent, quamplurima, quæ hodie extant variis temporibus exarata, amplissimæ collectionis nostræ Isidorianæ exemplaria exscribendo, multisque illa ornamentis, auro et coloribus depictis vario labore exornando? Cui bono id opere pretium inutiliter impensum? cum alioquin multo et utilius et facilius eis fuisset brevissimam Dionysii C collectionem, Ecclesiæ Hispanæ usui accommodatam, describere, cujus tamen, si totam qua late patet, perages Hispaniam, nullum equidem invenies exemplare manuscriptum, quod in Hispania vel Hispanorum manu sit exaratum.

80. His itaque observatis ac mature perpensis, nemo, ut spero, inficiabitur, capitula Martini Bracarenis, nec non et codicem Dionysii Exigui, male a nonnullis pro codice canonum Ecclesiæ Hispanæ acceptum fuisse: quin imo asserere non dubito, veterem codicem canonum, ante Isidori tempora in Hispania receptum, in quo concilia Græciæ, Galliæ et Hispaniæ, decretaque præsulum Romanorum continebantur, aliam revera non fuisse, neque rerum substantia diversum ab Isidoriana nostra D præstantissima collectione; nullus enim alicubi exstat codex, nulla canonum collectio, quæ omnia illa, quorum mentio sæpe fit in conciliis Hispaniæ, complectatur; nulla, inquam, quæ cum illorum verbis omnino conveniat, præter hanc nostram,

tiam, et eleemosynarum distributionem, et super omnia cultum virtutum omnium, et pietatem. Floruit, regnante Theodemiro rege Suevorum, temporibus illis, quibus Justinianus in republica, et Athanagildus in Hispaniis imperium tenuerant. Istum vero Martini, natione Pannonium fuisse Gregorii Turonensis Historia nos edocet; monasterio Dumienti a se fundato præfuit usque ad annum circiter quingentesimum sexagesimum tertium, quo factus fuit archiepiscopus Bracarenensis; obiit circa annum Christi quingentesimum octuagesimum quintum.

quam indigeste ordinatam, nulla methodo nullove ordine tunc temporis contextam, Isidorus Hispalensis episcopus, ad exemplum forsitan Dionysii Exigui, sed ratione longe præstantiori, ante medium sæculum septimum accurate recensuit, ac in meliorem ordinem apte redegit, præfixa pulcherrima præfatione, ac novo materiarum indice optima ratione disposito, qui *Excerpta canonum* inscribitur. Quod in sequenti paragrapho non levibus argumentis assertum luculenter ostenditur.

§ V. *Beatum Isidorum, Hispalensem episcopum, hanc nostram canonum collectionem ad usum Ecclesie Hispanæ contextuisse asseritur.*

R. Veterem canonum codicem ecclesie Hispanæ, ex Græciæ, Africæ, Galliæ et Hispaniæ conciliis, nec non præsulum Romanorum epistolis compositum, sed confuse nullaque ordinis ratione collectum, omnibus in eo contentis verosimiliter permixtis, beatum Isidorum Hispalensem episcopum, medio sæculo septimo, in eam formam, qua nunc gaudet concinnasse, methodoque pulcherrima digessisse, certis nunc argumentis stabilire aggredior.

82. Cujus rei dilucidandæ causa, præmonendum hic est, istam canonum collectionem eximiam ab Isidoro nostro digestam, miroque ordine concinnatam, post mortem auctoris ab episcopis Hispaniæ, eorumve jussu et auctoritate, conciliis consequenti tempore celebratis, præsertim Hispaniæ, adauctam sæpe fuisse, ut ejusmodi collectaneis usuvenit. Hujus rei argumento sunt Codices ipsi manuscripti laudatæ collectionis nostræ, quorum alii etiam nunc exstant, Beati Isidori tempore nihil recentius continentes, et sicut ab auctore ipso fuerant concinnati, nullam synodum Toletana quarta, cui Isidorus noster præsedit, posteriorem habentes; alii vero pro ratione temporis, quo illi exscripti fuere, plura concilia vel acta continent; sunt, quibus concilia tredecim, vel quindecim, vel septemdecim Toletana inserta conspiciuntur; imo in codice monasterii Cellæ-Novæ apud Gallicos, cujus indicis fragmentum edidit Henr. Florez., tom. VI *Hispaniæ sacræ*, synodus Toletana decima octava continebatur.

83. Sed hæc conciliorum acta, cæteroquin authenticæ, canonum collectioni post sancti Isidori mortem inserta, minime obstant quin Isidorus ipse laudatæ collectionis habendus sit auctor; methodus enim, et optima dispositionis ratio ejusdem collectionis ita concinne ordinata fuit, ut Hispaniæ concilia, vel quævis alia postmodum celebranda, codici apponi possent, nulla methodi vel ordinis inversione.

84. Et sicut Dionysii Exigui collectio canonum, etiam ab Hadriano papa, ejusve jussu et auctoritate aucta, Dionysio recte tribuitur, codicemque Dionysianum appellamus, aut, ut recentiori exem-

plote utar, sicut Dictionarium historicum, decem voluminibus majoris formæ constans, sub nomine Ludovici Moreri circumfertur, licet ad decuplum adauctum sit, vixque genuinum auctoris opus in eo indicari possit (56); ita eximia nostra collectio, pluribus licet synodis Toletanis, aliisque nonnullis post mortem auctoris adaucta, Beato Isidoro Hispalensi episcopo merito tribuenda est, Isidorianaque canonum collectio appellanda, præsertim cum istæ accessiones substantiam codicis, ordinisve rationem minime subvertant.

85. Cæterum ista additamenta legitima auctoritate canonum collectioni apposita fuisse, cum alia argumento sunt, tum illud quod a præsulibus Hispaniæ in synodo Toletana IX, æra Hispana sexcentesima nonagesima tertia celebrata, statutum fuit his verbis: Id communi definitione decrevimus, ut capitula, quæ in priscis canonibus minime habeantur inserta, pari promulgarentur sententia, et antiquis jungerentur regulis perenni jugitate mansura, et omni reverentia conservanda (57).

86. Similiter sanctus Julianus, archiepiscopus Toletanus, cæterique præsules in concilio Toletano XIV, congregati, a Leone papa secundo per epistolam invitati, ut synodum œcumenicam sextam, cujus acta ad eos miserat, susciperent ac synodica auctoritate suffultam per Hispaniæ provincias promulgarent, nihil honorificentius in laudatæ synodi œcumenicæ observantiam fieri posse censuerunt, quam statuto canone decernere, ut in corpore canonum post Chalcedonense concilium debito honore et loco collocaretur: *Post Chalcedonense igitur concilium, sunt verba canonis 7, hæc debito honore, loco et ordine collocanda sunt, ut cujus gloriosa thesaurata fulgent, et et loci et ordinis coaptentur honore.*

87. His additamentis in errorem inductus clarissimus Coustant indicem eximie nostræ collectionis, qui, ut sæpe dictum est, *Excerpta canonum* inscribitur, licet ipsum ex collectione conflatum recognoverit, tamen veterem canonum codicem Ecclesie Hispaniæ appellavit, illumque post annum sexcentessimum nonagesimum tertium concinnatum pronuntiavit; cum enim ex descriptione manuscripti codicis canonum, quam illust. vir Josephus de Taverner de Ardene, Gerundensis Ecclesie vicarius generalis, postea ejusdem Ecclesie episcopus dignissimus ad eum transmiserat, recte intellexisset, nihil recentius synodo Toletana quarta in laudato codice contineri, contra vero in indice, quem card. Aguirrius tomo III Concil. Hisp. imprimi curavit, synodum Toletanam decimam sextam citari, inde codicem omnino diversum, collectionemque nostram recentiore laudatam indicem esse, minus recte conjectit (58).

(56) Prima hujus operis Editio prodit Lugduni anno 1674, unico volumine in-fol., novissima vero Parisiis 1759, decem voluminibus in-fol.

(57) Loaysa, *Concil. Hisp.*, pag. 478.

(58) Coustant, *Præf. ad Epist. Roman. Pontif.* n. 14, 150; sed mirandum non est, eruditissimum

Coustant ita judicasse, cum eminentissimus card. Aguirrius, qui Codices manuscriptos quamplurimos assidua manu versavit, quique e manuscripto veteri Toletano indicem ipsum exscripsit, *Librum canonum sanctorum Patrum* illum appellaverit: imo compendium canonum forassis esse, quem Ferrandus dia-

88. Longe aliter profecto judicasset vir eruditissimus, si manuscriptos Codices quamplurimos laudatæ collectionis, qui in Hispania exstant, inspicere licuisset; invenisset enim singulis Codicibus suum cuique præfixum esse indicem, in quo canones et sententiæ ex iis tantum monumentis, quæ in codice continentur, descriptæ referuntur; hi enim indices eodem modo, eademque ratione ac Codices ipsi adaugebantur, ita ut in indice, codici, ultra synodum Toletanam quartam nihil habenti, præfixo, ista synodo recentius quidquam citatum frustra quaesieris; unde mirandum non est, quod in indice canonum, ab eminentissimo card. Aguirrio in fronte tomi III Concil. Hisp. edito, synodus Toletana decima sexta citetur, cum manuscripto veteri Toletanæ Ecclesiæ, ex quo laudatus Aguirrius illum exscriptit, septemdecim Toletanæ synodi inveniantur insertæ.

89. Hæc sunt, quæ præmonere libuit contra objecta illorum, qui hanc canonum collectionem beato Isidoro Hispalensi nequaquam adscribi posse arbitrantur, eo quod plura in ea referantur concilia, post ejusdem Isidori tempora celebrata; nunc de iis dicere oportet, quæ laudatam canonum collectionem a beato Isidoro Hispalensi elaboratam fuisse declarant.

90. Primum sane et non leve hujus assertionis argumentum est, quod in libro vi cap. 16 Etymologiarum ejusdem beati Isidori prior et præcipua pars genuinæ præfationis eximie nostræ canonum collectionis de verbo ad verbum fere descripta invenitur, ut sequitur: « Canones autem generalium conciliorum a temporibus Constantini cœperunt. In præcedentibus namque annis, persecutione fervente, docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Christianitas in diversas hæreses est scissa, quia non erat licentia episcopis in unum convenire, nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari. Sub hoc etiam sancti Patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarum convenientes, juxta fidem evangelicam et apostolicam secundum post apostolos Symbolum tradiderunt. Inter cætera autem concilia quatuor esse (scimus) venerabiles synodos, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quatuor Evangelia, vel totidem paradisi flumina. Harum prima Nicæna synodus, 318 episcoporum, Constantino Augusto imperante, peracta est. In qua Arianæ perfidiæ damnata blasphemiam, quam de inæqualitate sanctæ Trinitatis idem Arius assererat; consubstantiali Deo Patri Deum Filium, eadem sancta synodus per Symbolum definivit. Secunda synodus 450 Patrum sub Theodorico seniore Constantinopoli congregata est,

conus concinnaverat, male conjecerit. En ejus verba in præf. t. ad tom. III Conc. Hisp.: *Tomus tertius initium ducit ab indice utilissimo conciliorum et canonum, nunquam hactenus (quod sciamus) publici juris factis, quo utebatur Ecclesia Hispana usque ad annum circiter 700. Fertassis vero idem i; se est, quem multo antea elaboraverat Ferrandus diaconus, incun-*

A quæ Macedonium, Spiritum Sanctum Deum esse negantem, condemnans consubstantiali Patri et Filio Sanctum Spiritum demonstravit, dans Symboli formam, quam tota Græcorum et Latinorum confessio in Ecclesiis prædicat. Tertia, synodus Ephesina prima, 200 episcoporum, sub juniore Theodosio Augusto edita, quæ Nestorium duas personas in Christo asserentem justo anathemate condemnavit, ostendens manere in duabus naturis unam Domini Jesu Christi personam. Quarta, synodus Chalcedonensis, 630 sacerdotum, sub Martino principe habita est, in qua Eutychem, Constantinopolitanum abbatem, Verbi Dei et carnis unam naturam pronuntiantem, et ejus defensorem Dioscorum quemdam Alexandrinum episcopum, et ipsum rursus Nestorium cum reliquis hæreticis una Patrum sententia prædamnavit, prædicans eadem synodus Christum Dominum de Virgine sic natum, ut in eo substantiam et divinitatem et humanam confiteamur naturam. Quatuor hæc sunt synodi principales, hæc doctrinam plenissime prædicantes: sed et si quæ sunt concilia, quæ sancti Patres Spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatem omni manent stabilita vigore: quorum gesta in hoc corpore condita continentur. »

91. Huic autem argumento illud objici potest, quod hæc ultima verba *quorum gesta in hoc corpore condita continentur*, quæ in Etymologiarum libros male quadrant, nulla quippe in illis concilia reperiuntur, indicare potius videantur, hunc Etymologiarum locum ex præfatione collectionis canonum exscriptum esse, ideoque laudatam præfationem, ab alio auctore forte compositam, jam editam fuisse antequam suos Etymologiarum libros scripserit Isidorus, qui, ut notum est, plura ex variis libris excerpta, tacitis auctoribus in suum opus sæpe congressit.

92. Sed hæc objecta minoris sunt momenti; hoc enim Etymologiarum caput, fere integrum ex laudata præfatione collectioni canonum præfixa, ut pote genuinum Isidori fetum deprompsisse Braulionem, qui illud opus, auctoris morte imperfectum, interpolavit et in libros xx divisit, recte annotavit doctissimus Grial in suis ad Isidori opera observationibus; et sane eodem forsitan modo, proemia in libros Veteris et Novi Testamenti e veteri codice manuscripto Bibliorum sacrorum versionis Isidorianæ exscripta, inter ejusdem Isidori opera edita fuisse, jam supra præmonuimus.

93. Præterea, cum et laudata collectionis canonum præfatio, et collectio ipsa Isidori Hispalensis tempore, ut infra palam fiet, conflata fuerit, absurdum quidem foret alteri potius quam Isidoro ipsi illam adscribere; nullus quippe illius temporis scriptor in Hispa-

sæculo sexto sub epigraphe Compendii sacrorum canonum. Si per me licet, idem cum illo: sed tamen longe auctior est iste, cum in hoc citentur multa concilia et decreta longe posteriora. . . . Crjuscunq; denuum studio is primum scriptus fuerit utilissimus is est. Vide plura infra.

nia fuit Isidoro clarior vel doctior, cui laudatum A opus possit attribui.

94. Sed et aliud gravissimum argumentum, quod clarissimo Hispaniæ Ecclesiæ doctore, Isidoro Hispanensi collectionem canonum vindicat, ex eo desumitur, quod, licet synodus Constantinopolitana secunda, quæ est œcumenica quinta, ante Isidori tempora celebrata fuerit, nulla tamen illius mentio fit in præfatione, neque laudatæ canonum collectioni invenitur inserta, quod equidem aliter se haberet si hujusce collectionis auctor non fuisset Isidorus; ratio est quia doctor noster, ut ex ejusdem scriptis facile dignoscitur, de laudata synodo Constantinopolitana secunda bene non sensit, imo in eam sæpius acriter invehitur, eo quod *tria capitula* contra auctoritatem, ut ipse ait, concilii Chalcedonensis anathematizaverit (59).

95. Dilucidandæ rei causa, juvat hac de re ipsum audire Isidorum: « Justinianus Imperator, ait, lib. de Viris ill. cap. 31, quosdam libros de Incarnatione Domini edidit, quos etiam per diversas provincias misit. Condidit quoque et rescriptum contra Illyricianam synodum et adversus Africanos episcopos, Chalcedonensis synodi defensores perverso studio: in quo tria capitula damnare contendit, id est, Theodori Mopsuesteni episcopi dicta, sive rescripta Theodoretæ, et epistolam quæ dicitur Ibas Edesseni Episcopi. »

96. Et iterum in Chronico ad annum ab orbe condito 5762 hæc ait: « Justinianus regnat annis xxxix. Iste Acephalorum hæresim suscipiens, omnes in regno suo episcopos tria Chalcedonensis concilii capitula damnare compellit. »

97. Quid autem sit Acephalorum hæresis idem Isidorus Etymol. lib. viii, cap. 5, explicat his verbis: « Acephali dicti, id est, sine capite: nullus enim eorum reperitur auctor, a quo exorti sint. Hi *trium Chalcedonensium capitulorum* impugnatores duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, et unam in ejus persona naturam prædicant. »

98. Sed et doctoris clarissimi sententia de *tribus capitulis* apertiusprehenditur ex laudato ejus libro de Viris illustribus cap. 4, ubi de Theodoro, Mopsuesteno episcopo, loquens, hæc ait: « Hunc Acephalorum episcopi in præjudicio Chalcedonensis concilii, Justiniano principe compellente, damnare post mortem cum Ibas et Theodoretæ episcopis censuerunt.

(59) Trium capitulorum historiam, unde orta est controversia, quæ annos amplius centum Ecclesiæ pacem turbavit, longum esset referre; rerum summa hæc est: Anno Christi 449 Theodoretus Cyri episcopus, et Ibas Edessenus episcopus in conciliabulo Ephesino, a cujus aditu prohibiti fuerant, Dioscoro Alexandrino episcopo, hæretico Eutychianista et præside instigante, condemnati sunt suisque Ecclesiis pulsi, eo quod Theodoretus adversus duodecim anathemata Cyrilli scripserat. Ibas vero ad Marium Persam epistolam minus catholicam direxerat: hoc autem conciliabulo Ephesino, a Chalcedonensi synodo œcumenica anno 451 habita, labefactato, Theodoretus et Ibas, episcopi, suis Ecclesiis honorifice resti-

Dum constet eum laudabilium virorum testimoniis clarissimæ Ecclesiæ doctorem fuisse. »

99. Similiter et de Facundo episcopo cap. 32 loquens: « Facundus Afer, ait, Hiermianensis Ecclesiæ episcopus, duodecim libros pro defensione trium capitulorum scripsit, quorum stylo elicuit, præfata tria capitula in præscriptione Apostolicæ fidei et Chalcedonensis synodi impugnatione fuisse damnata; id est, epistolam Ibas Edesseni episcopi ad Marium Persam directam, et Theodorum Mopsuestenum episcopum, et Theodoretæ Cyri episcopi dicta. »

100. Porro ex tam multis Isidori nostri verbis palam fit, eum ad defensionem trium capitulorum maxime inclinari, atque de synodo Constantinopolitana secunda, quæ est œcumenica quinta, non bene sentire. Hinc causa patet cur in sua præfatione post quatuor synodos generales laudatæ Constantinopolitane quintæ, licet jam præliam habitæ, nullam mentionem fecerit, neque suæ canonum collectioni illam inseruerit, cujus sententiæ accedentes Hispani præsules, in synodo Toletana decima quarta congregati, synodum œcumenicam sextam, nulla quintæ mentione facta, post Chalcedonense concilium debito honore, loco, et ordine collocari statuerunt; unde in manuscriptis, quotquot exstant, codicibus Isidorianæ canonum collectionis, etiam duodecimo sæculo exaratis, nullam prorsus synodi Constantinopolitanæ secundæ, œcumenicæ quintæ, mentionem invenies.

101. Neque minoris ponderis argumentum causæ nostræ suppeditat temporis ratio et locus, quo eximia hæc nostra canonum collectio confecta fuit; cum enim manifesta res sit, ut ex sequentibus patebit, laudatam collectionem et Isidori Hispaniensis tempore, et in Hispania atque ad Hispaniæ Ecclesiæ usum elucubraram fuisse, dubitari vix potest, quin, si qua ulla Isidoro nostro tribuenda canonum collectio est, hæc ipsa sit de qua hic agitur.

102. Porro ex nonnullis ipsius præfationis locis luculenter apparet, hanc canonum collectionem post annum Christi quingentesimum octuagesimum nonum digestam fuisse. Illa enim verba laudatæ præfationis: *sed et si qua sunt concilia, quæ sancti Patres Spiritu Dei pleni sanxerunt*, non aliunde accersita fuisse videntur, quam ex canone primo synodi Toletanæ tertiæ, anno quingentesimo octuagesimo nono celebratæ, ubi legitur: « Nihil ex hoc fiat quod

tutis sunt: consequenti vero tempore in synodo Constantinopolitana secunda, œcumenica quinta, anno 553 celebrata, condemnata sunt *tria capitula*, id est, ejusdem Theodoretæ scripta adversus Cyrillum, Ibas Edesseni episcopi ad Marium Persam, et Theodori Mopsuesteni episcopi opera: hinc multæ et graves ortæ sunt contentiones, eo quod, his capitulis damnatis, auctoritas concilii Chalcedonensis labefactari videretur, cui illud accedit quod Vigilius papa magna constantia contra Justiniani imperatoris vim et contentionem synodum Constantinopolitanam secundam approbare sæpius recusaverit, ac præterea perperci Latini episcopi contra quod pactum fuerat, laudatæ synodo interfuerint.

santi Patres Spiritu Dei pleni sanxerunt debere non fieri.

103. Hinc argumento non parum roboris affert alter ejusdem præfationis locus, in quo hæc de Symbolo Constantinopolitano notanda verba leguntur: *Dans latius symboli formam quam tota Græcia et Latinitas in Ecclesiis prædicant; cum enim Symbolum Constantinopolitanum, de quo hic agitur, in Hispaniæ Ecclesiis primum decantari cœperit post statutum in synodo Toletana tertia, ubi canone secundo præcipitur, ut per omnes ecclesias Hispaniæ vel Gallæciæ, secundum formam Orientalium Ecclesiarum, concilii Constantinopolitani, hoc est, centum quinquaginta episcoporum, Symbolum fidei recitetur; ut priusquam Dominica dicatur Oratio, voce clara a populo decantetur,* (60) necessario deducitur laudatam præfationem collectionis nostræ non nisi post synodum Toletanam tertiam, hoc est, post annum Christi quingentesimum octuagesimum nonum conscriptam fuisse.

104. Neque solum ex præfatione, sed etiam ex ipsa canonum collectione ostenditur, eam Isidori Hispanensis episcopi tempore digestam fuisse; inter plurimos enim manuscriptos Colices laudatæ collectionis, qui in Hispaniæ bibliothecis asservantur, huc usque inventus est nullus, qui synodum Toletanam quartam, et Hispanensem secundam, quibus doctor noster præsedidit, non contineat; nullus, inquam, qui Gregorii Magni pape, ejusdem Isidori episcopi cœtanei, decretales epistolas non habeat; existant tamen nonnulli, in quibus nihil invenitur, quod laudatis synodis aut Gregorii Magni litteris recentius sit; hinc patet laudatam canonum collectionem, Isidoro episcopo non mortuo, elucubratam fuisse.

105. Hæc de tempore, quo nostra canonum collectio confecta fuit: quod vero ad locum attinet, illam in Hispania atque ad Hispanæ Ecclesiæ usum elaboratam fuisse, multa evincunt, in primis sequentia. Primo illa verba, quæ, ut supra dictum est, in ipsa præfatione laudatæ collectionis leguntur de Symbolo Constantinopolitano, quod *tota Græcia et Latinitas in Ecclesiis prædicant*, auctorem Hispanum fuisse luculenter demonstrant; illa quippe ætate, nullibi Ecclesiarum, præter Hispanas, hoc Symbolum decantabatur: porro ejusmodi consuetudinem Gallos sæculo octavo, Romanos vero multo serius amplexos fuisse, nemo nescit.

106. Secundo multitudo Codicum manuscriptorum hujus canonum collectionis, qui in variis Hispaniæ bibliothecis præcipue asservantur, aliud nobis efficax argumentum suppeditat ad asserendum, illam ad Hispanæ Ecclesiæ usum fuisse digestam; si enim aliter res se haberet, pari modo laudatæ collectionis

(60) Et sane laudatum Symbolum in Missali mixto Isidoriano, quod *Mozarabes* dicitur, immediate ante orationem Dominicam invenitur insertum; illud autem post elevationem decantabatur ut ex hac rubrica laudati Missalis apparet: *Et elevet sacerdos Corpus Christi, ut videatur a populo. Et dicat chorus Symbolum bini ac bini videlicet.*

(61) Provincia Narbonensis usque ad initium sæcu-

li octavi, hoc est ad Roderici ultimi Gothorum regis obitum, sub Hispanorum regum ditione fuit; Narbonensem autem archipræsulem ad concilia Toletana sæpe et per longa tempora venisse ex conciliorum subscriptionibus constat. In antiqua divisione provinciarum Hispaniæ, Narbonensis metropoli subjectæ dicuntur Ecclesiæ *Beterris, Agatha, Magalona, Nemauso, Luteba, Carcassona, Elna, Tolosa.*

107. Tertium argumentum, quo facile demonstratur eximiam hanc nostram collectionem et in Hispania et ad Ecclesiæ Hispanæ usum fuisse compositam, in eo positum est, quod concilia in laudata collectione contenta, non solum Hispanica, sed etiam (quod singulare quidem est) Græca, Africana et Gallicana æra Hispanica prænotentur hoc modo: *Canones Nicæni concilii æra 362. Incipit Chalcedonensis synodus æra 489. Incipit concilium Kartaginense tertium æra 435. Concilium Arelatense tertium æra 461. Concilium Vasense æra 480, etc., etc.* Hujusmodi autem usum Hispanorum peculiarem fuisse nemo nescit.

108. Demum, ut alia omittam, liceat in causæ nostræ confirmationem illud adjicere, epistolas omnes Romanorum præsulum, ad Hispanos directas, in collectione nostra contineri; imo lucem in ea primum viderunt epistole Hilarii pape ad Ascanium Tarraconensem, Simplicii et Felicii ad Zenonem Hispanensem, Hormisdæ ad Joannem Illicitanum, et alia nonnulla, ut ex ipsa collectione patet.

109. Hæc igitur præcipua sunt quæ beato Isidoro Hispanensi episcopo, sui sæculi doctore clarissimo, nostram canonum collectionem vindicant; quæ sane collectio tanto viro dignissima, non solum orbi literato ignota adhuc jacet, sed, quod dolendum magis est, larvato Isidoro ansam præbuit, ut, sæculo nono ineunte, illam canonum collectionem, quam suppositorum ac interpolatorum monumentorum congeriem rectius appellem, magno Ecclesiæ catholicae detrimento, Isidorique nominis injuria fabricaret; quod facinus neque in Hispania neque ab Hispano homine perpetratum fuisse, sed potius a Riculfo episcopo Maguntino cogitatum, sinon certum, saltem veritati consentaneum esse sequenti paragrapho demonstrabimus.

§ VI. *Isidori Mercatoris impurissimam canonum collectionem, quam neque in Hispania, neque ab Hispano confectam fuisse probatur, ex purissima tamen Isidoriana præcipue fluxisse asseritur. Nonnulla item de veteri Ecclesiæ Hispanæ disciplina præstringuntur.*

110. Ex antiquorum canonum statutis ac sancto-

li octavi, hoc est ad Roderici ultimi Gothorum regis obitum, sub Hispanorum regum ditione fuit; Narbonensem autem archipræsulem ad concilia Toletana sæpe et per longa tempora venisse ex conciliorum subscriptionibus constat. In antiqua divisione provinciarum Hispaniæ, Narbonensis metropoli subjectæ dicuntur Ecclesiæ *Beterris, Agatha, Magalona, Nemauso, Luteba, Carcassona, Elna, Tolosa.*

rum Patrum decretis, in præstantissima nostra collectione Isidoriana contentis, quibus Hispani præsulles ecclesiasticam disciplinam integram atque inviolatam per tot sæcula servarunt, facile unicuique patebit evocationes, indulta apostolica, immunitates, reservationes, aliosque abusus, per jus novum Pseudo-Isidorianum Caroli Magni tempore introductos, Ecclesie Hispanæ penitus ignotos fuisse, ut pote illis canonibus contrarios, qui in illius corpore canonum continentur

111. Et sane antiquo illo tempore, episcopi in Hispania absque sedis apostolicæ interventione vel auctoritate ordinabantur cum præscripto consensu vel consilio metropolitani episcopi, secundum canonum statuta, ut ex indice nostræ collectionis ostenditur; titulus enim trigesimus nonus libri primi laudati indicis, ut id probet, multa citat in canonum collectione contenta; exempli gratia: *Concilium Nicæn. tit. 6; Concil. Antioch. tit. 19; Concil. Laod. tit. 12; Concil. Rheimense tit. 6; Epistola Innocentii ad Victorium tit. 1*, et alia plura; nihil tamen in hoc indice, laudatæ collectioni præfixo, invenies de requisita sedis apostolicæ confirmatione in episcoporum ordinatione vel electione; imo per tredecim prima sæcula Ecclesie Hispanæ inventus est nemo, qui talem confirmationem a sede apostolica obtinere studuerit

112. Quod ad electionem attinet, verosimile videtur, quod secundum disciplinam Ecclesie universalis episcopi cleri et plebis suffragio primis temporibus in Hispania eligerentur; ea quippe consuetudo omnibus Ecclesiis communis fuit, ut Anselmus episcopus Lucensis testatur his verbis (62): « Porro eisdem apostolis decedentibus, Ecclesie ubique terrarum consuetudinem ab eis traditam inviolabiliter servaverunt, ut, decedente cujuslibet Ecclesie Pontifice, clerus et populus ejusdem communi deliberatione de suo vel alterius Ecclesie clero sibi pastorem præficerent. »

113. Fatendum tamen est, in his electionibus præcipuas partes episcopos et clerum habuisse, atque sine prævio plebis suffragio episcopos eligi et ordinari potuisse; populi enim vel plebis suffragia electionem non conficiabant, quia poterant episcopi etiam a populo electum rejicere, maxime si tumultuose id fieret; hinc facile crederem electionem a clero præcipue fieri, populi vero voluntatem tantum consuli solere, quod testari videtur epistola Leonis papæ dimidio sæculo quinto ad Rusticum Narbonensem episcopum directa: « Nulla, inquit, ratio sinit ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt

(62) Libro secundo contra Guibertum Antipapam. Exstat in bibliotheca Patrum tom. XI, pag. 586 Edit. Colonienensis; vel tom. XVIII, pag. 606 Edit. Lugdun.

(63) Nominationem a se factam rex ad concilium nationale referebat, ut ab illo confirmaretur; quo facto episcopus confirmatus tenebatur intra certum temporis spatium, a canonibus statutum, post ordinationem suam coram metropolitano se sistere, ut

A electi, nec a plebis expetiti. » Exstat hæc epistola in collectione nostra num. 68.

Imo ex sæpe memorato indico nostræ collectionis palam fit, plebem vel populum in Hispania ab ejusmodi electionibus exclusum fuisse; in titulo quippe xxxvi libri primi de electione episcoporum inscripto, hæc verba leguntur: *Non licere populis ministros altaris eligere*, quod quidem statutum jam inde a Martini Dumiensis tempore in Hispania viguisse, aperte comprobatur ex ejusdem Martini capitulis nostræ collectioni insertis, in quorum primo titulo de electione episcopi statuitur: « Non liceat populo electionem facere eorum qui ad sacerdotium provocantur; sed judicium sit episcoporum, ut ipsi eum, qui ordinandus est, probent si in sermone, et fide, et in spiritali vita edoctus est. »

114. Attamen consequenti tempore principes Christiani his electionibus se immiscuere, quod jus ab Ecclesia eis datum fuisse videtur eum in finem, ut sua auctoritate episcopos electos adversus hæreticorum pravas cavillationes confirmarent, sustinerentque; quidquid id sit, ex canone sexto concilii Tolentani xii constat, sæculo jam septimo penes Hispaniæ reges episcopos eligendi jus liberum fuisse (65).

115. Cæterum antiquis canonum statutis et sanctorum Patrum regulis Ecclesia catholica fulcita, per octo prima sæcula integram ac inviolatam disciplinam servavit, collapsamque in antiquum splendorem restituit. Episcopi, uti jam observavimus, cleri votis et consensu, plebisque suffragio eligebantur, atque a metropolitano una cum episcopis comprovincialibus confirmabantur, et ordinabantur absque ulla prævia Romani pontificis confirmatione, ad hoc requisita: clerici ecclesiis cathedralibus vel parochialibus inserviendis ab episcopis eligebantur; decimæ et oblationes fidelium, possessiones, cæteraque bona ecclesiastica secundum singularium Ecclesiarum statuta ac provinciarum consuetudines distribuebantur; episcopi plenam potestatem, et in clerum sæcularem, et in monachos habebant, atque fidei dogmatum ac disciplinæ ecclesiasticæ custodes vigilantissimi, in observantiam divinæ legis toti incumbabant, nihil omittentes quod ad instructionem populi sibi commissi necessarium judicabant, publicam poenitentiam pro criminis ratione peccatoribus imponentes, viduis, pupillis ac pauperibus, tanquam seduli patresfamilias festinanter subvenientes (64).

116. Translationes episcoporum a canonibus strictè prohibebantur; episcopales vero sedes, si quas novas vel fidelium commodum, vel Ecclesie utilitas exigebat, a synodis nationalibus erigebantur.

117. Quod vero ad judicia attinet, episcopi gene-

ejus disciplina instructus condigne susceptæ sedis gubernacula teneret. Vide concil. Tarraconense, Tolentanum xii et xvi.

(64) Præsulorum nostrorum auctoritas emanavit, ut facultates Ecclesie episcopi ad regendum habeant potestatem; ita tamen, ut viduarum, pupillarumque, atque pauperum, nec non et clericorum stipendia distribuere debeant. *Epist. Gelasii ad Sicilienses episcopos*, tit. 7, quæ exstat in collectione nostra n. 85.

ralem jurisdictionem per suam diocēsim exercebant, et auctoritate sua, consulto clero, causas decidebant; ab eorum tamen sententiis, maxime si causa gravis erat, ad metropolitanum episcopum provocabatur, qui una cum episcopis comprovincialibus sententiam ferebat: clerici igitur ab episcopi-, episcopi ipsi a metropolitano et episcopis comprovincialibus, in synodo congregatis, secundum canonum statuta iudicabantur.

118. Cum vero causæ majoris erant momenti, vel ad universalis Ecclesiæ statum et utilitatem spectabant, ad apostolicam sedem, tanquam totius Ecclesiæ caput, referebantur; ita nos edocent apertissima illa verba Innocentii primi, epistola ad Victorium Rothomagensis episcopum tit. III: *Si majores, ait, causæ in medium fuerint devolutæ, ad sedem apostolicam, sicut vetus consuetudo exigit, vos iudicium episcopale referantur* (65).

119. Quocirca, et ut Ecclesiis procul dissitis facilius rectiusque providerent Romani præsules, jam inde ab initio sæculi quinti, suos vicarios apostolicos per diversas provincias, tanquam fidei ac disciplinæ ecclesiasticæ conservatores vigilantissimos, constituerant; ita in Ilirico Thessalonicensibus episcopis Anysio et Rufo Innocentius papa iudicium causarum commisit. In Galliis etiam Arelatenses episcopi, et in Hispania Hispalenses sedis apostolicæ vicem gesserunt; his vicariis commissa pariter fuit majorum causarum cognitio, quas una cum binis episcopis singularum provinciarum, ab ipsis metropolitans ad id designatis, iudicabant; quod aperte demonstrant verba Leonis papæ in epistola ad Anastasium Thessalonicensem episcopum tit. X: *Unde, ait, si causa aliqua major exstiterit, ob quam rationabile et necessarium sit fraternum advocare conventum, binos de singulis provinciis episcopos, quos metropolitani crediderint esse mittendos, ad fraternitatem tuam venire sufficiat* (66).

120. Illæ vero causæ, quæ neque a vicariis apostolicis, neque in synodis provincialibus ob earum difficultatem diffiniri poterant, ad sedem apostolicam tanquam fidei alumnam, veramque canonum interpretem referebantur: *Si autem, verba sunt ejusdem Leonis ibid. tit. XI, in eo quod cum fratribus tractandum definiendumve credideris, diversa eorum fuerit a tua voluntate sententia, ad nos omnia sub gestorum testificatione referantur, ut remotis ambiguitatibus, quod Deo placeat, decernatur.* Id ipsum præmonuerat tit. VII ejusdem epistolæ his verbis: *Ac si forte inter ipsos, qui præsumunt, de majoribus, quod absit, peccatis causa nascitur, quæ provinciali nequeat examine diffiniri, fraternitatem tuam de totius negotii qualitate metropolitanus curabit instruere, ut si coram positus*

A partibus nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem, quidquid illud est, transferatur.

121. Simili modo Gregorius Magnus in epistola ad Maximianum, episcopum Syracusanum, qua vices suas illi donat, majores causas, quæ ab illo dirimi non possent, suæ cognitioni reservat: *Sed si quæ, ait, fortasse difficilia existunt, quæ fraternitatis tuæ iudicio nequaquam dirimi possunt, hæc solummodo nostrum iudicium flagitent, ut sublevati de minimis in causis majoribus efficacius occupemur.*

122. Ejusmodi summam fuit ecclesiastica disciplina per octo prima sæcula in Ecclesia servata, synodorum ac sanctorum Patrum statutis confirmata, quæ, suis unicuique privilegiis servatis secundum divinam institutionem, incorrupta viguit, singulis provinciis pro varietate Ecclesiasticarum suorum quosque ritus, suasque consuetudines retinentibus, utpote quæ ab Ecclesia catholica in fide ac doctrinæ substantia non discrepant; quod enim, ait sanctus Augustinus epistola ad Januarium, *neque contra fidem, neque contra bonos mores esse convincitur, indifferenter est habendum, et propter eorum, inter quos vivitur, societatem servandum est.* Et sanctus Gregorius in epistola ad Leandrum, Hispalensem episcopum, quæ exstat in collectione nostra numero nonagesimo nono: *In una fide, ait, nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diversa.*

123. Hæc itaque fuit regiminis Ecclesiæ exterior forma usque ad finem sæculi octavi, cum, regnante Carolo Magno, nova apparuit canonum collectio, Isidori Mercatoris vel peccatoris nomine insignita, monumentis quamplurimis, et genuinis, et adulteratis, et ficitis refertissima, genuina nostra Isidoriana tanto amplior, quod totam fere adulterina capit. Sane quantum ecclesiasticæ disciplinæ detrimentum attulerit hic impostoris fetus, quam perniciosas mutationes in jure canonico introduxerit, paucis describit eruditissimus Constant in sua ad Epistolas Romanorum Pontificum præfatione num. 157: *Illinc, ait, debilitati penitus, fractique disciplinæ nervi, perturbata episcoporum jura, sublata iudiciorum leges, aut miserum saltem in modum afflictæ; hinc discordiarum, seditionum, ac litium seges immensa, quæ tot sæculis ad Ecclesiæ dedecus fideliumque offensionem fructificavit.*

124. Hanc igitur impurissimam canonum collectionem, ex qua Reginonis, Burchardi, Ivonis, aliorumque collectiones, nec non Gratiani decretum fluxere, ex Hispania allatam, Riculfum, episcopum Moguntinum, obtinuisse, atque brevi tempore longe lateque per Gallias illam disseminasse, testatur Hincmarus Rheimensis, his verbis: *Quia forte putasti, ait, neminem alium easdem sententias vel ipsas epistolas præter te habere, idcirco talia libere te*

(65) Exstat hæc epistola in collectione nostra n. 7.

(66) Vicarii apostolici illi muneris non ex privilegio sedis, sed personæ, hoc est, pro meritorum suorum ratione, obtinebant; quapropter Hispalensis Ecclesia primum in Hispania sibi vindicare male contendit, eo quod beatus Leander, Zenon et Sallustius episco-

pi vicem apostolicam habuerint; eadem enim ratione Ecclesiæ quoque Astoricensis et Illicitanae de primatu possent contendere, cum constet beatum Toribium, Astoricensem episcopum, et Joannem Illicitanum, vicariorum titulo et honore decoratos fuisse.

existimasti posse colligere; res mira est, cum de ipsis sententiis plena sit ista terra, sicut et de libro *collectarum epistolarum ab Isidoro, quem de Hispania allatum Ritulfus, Moguntinus episcopus*, in hujusmodi sicut et in capitulis regis studiosus obtinuit et istas regiones ex illo repleti fecit (67). »

125. Ex quibus verbis illud etiam luculenter ostenditur, illum librum *collectarum epistolarum de Hispania allatum*, ab Isidoro quodam collectum fuisse; imo laudatum Isidorum, episcopum Hispanensem fuisse assertit idem Hincmarus opusculo quadragesimo octavo, num. 31, ubi hæc ait: « Scriptum namque est in quodam sermone, sine exceptoris nomine de Gestis sancti Silvestri excepto, quem *Isidorus episcopus Hispanensis* collegit cum epistolis Romanæ sedis pontificum a sancto Clemente usque ad beatum Gregorium (68). »

126. Observandum tamen hic est, Hincmarum Rhemensem hoc loco collectionem canonum suppositam Mercatoris, non vero genuinam Isidori Hispanensis indicasse, quod plane nos edocent illa ejusdem Hincmari verba: *Collegit cum epistolis Romanæ sedis Pontificum a sancto Clemente usque ad beatum Gregorium*; nulla enim tam ampla tunc temporis existit collectio, præter interpolatam Mercatoris, quæ tot epistolas decretales, a sancto scilicet Clemente ad beatum Gregorium, amplexa fuerit.

127. Id ipsum apertius declarant sequentia laudati Hincmari verba in opusculo adversus Hincmarum Lugdunensem cap. 24, ubi de libro *collectarum epistolarum Isidori* verba faciens ait: « In cujus præfatione idem Isidorus dicit de Apostolorum canonibus, quod a quibusdam dicantur apocryphi, et plures eos recipiant, et sancti Patres eorum sententias synodali auctoritate roboraverunt, et inter canonicas constitutiones posuerunt (69). » Hæc enim verba nullibi præterquam in interpolata præfatione larvati Isidori ad verbum fere scripta exhibentur (70).

128. Porro ei Hincmarus Rhemensis in suis contra Hincmarum Lugdunensem disceptationibus rem totam melius explorasset, atque Hispaniæ præsulibus consulisset, vel e Codicibus manuscriptis genuinæ Isidorianæ canonum collectionis exemplar sibi exscibi curasset, impostorem utique detexisset, col-

lectarumque epistolarum commento recognito, melioribus quidem armis Hincmarum Lugdunensem et Nicolaum primum adortus esset, eosque convicisset. Quod utinam fecisset! mendacio quippe in ipso statim o tu debellato, fraudeque depressa, quantum inde utilitatis evenisset, vel ex ipsis contentioneibus, quæ tam acriter Ecclesiæ pacem per tot sæcula perturbant, facile conjicitur (71).

129. Cæterum ex supra memoratis Hincmari Rhemensis verbis a nonnullis conjectatum est, fœdissimam Mercatoris canonum collectionem, et in Hispania fuisse confectam, et ab Isidoro, Hispanensi præsule, recensitam; cumque Ecclesia Hispana, ut sæpe præmonuimus, canonum collectionem sibi propriam possideat præstantissimam, et ut verbis utar eruditissimi Dom. Coustant, ditissimam eoque pretiosiorrem, quod in ea nihil subditium, nihil non omni interpolationis labe purum offendas (72); tamen laudis vel honoris loco, improbæ falsitatis injuriam, et sibi ipsi, et suo clarissimo doctore illatam, accepit, absque eo quod inter tot eruditos Hispanos unus exstiterit, qui Ecclesiam patriam, ejusque doctorem Isidorum a tam injusta criminatione vindicaret; quinimo eminentissimus cardinalis Aguirrius, vir alioquin doctissimus, dimidium fere tomi primi suæ maximæ collectionis conciliorum Hispaniæ inutili eruditione refersit, ut assereret Mercatoris collectionem impurissimam, et in Hispania fuisse confectam, et ab Isidoro, Hispanensi præsule, collectam; præterea decretales epistolas, præsulibus Romanis Siricii Papæ prædecessoribus ascriptas, licet illas interpolatas esse fateatur, integram tamen auctoritatem habere contendit; qui equidem tanti viri error, ex præjudicata opinione absque dubio natus, eo magis mirandus est, quod manuscriptos Codices quamplurimos collectionis nostræ genuinæ Isidorianæ ad manus habuerit, sæpeque recognoverit, quos inter duos optimæ notæ Toletanos, quorum indicem, qui, uti sæpe observavimus, *Excerpta Canonum* inscribitur, tanquam codicem canonum Ecclesiæ Hispaniæ, tomo tertio laudatæ suæ collectionis maximæ imprimi curavit, cum re vera non codex, sed cœcicis, ex quo illum exscripsit, materiarum index sit; quod eundem si recte explorasset, systema absurdum, et in Isidori doctrinam injuriosum, quod tanto studio,

(67) Hincmari Opera studio Sirmondi, tom. II, pag. 476.

(68) Hincm. Operum tom. II, p. 793.

(69) Hincmari Opera, tom. II, pag. 477.

(70) Vide supra nota 32, ubi verba ipsa larvati Isidori descripsimus, et cum illis, quæ in genuina præfatione leguntur, contulimus, ut impostor melius innotesceret.

(71) Hincmarus Rhemensis in suis contentioneibus contra Hincmarum Lugdunensem ac Nicolaum primum, novas pseudo-Isidori epistolas decretales pro genuinis habuit; nihil enim tunc temporis, defectu quidem criticæ, de earum falsitate constabat; quapropter adversariorum objectionibus, ex his fictitiis epistolis petitis, unum illud reponebat Hincmarus, illas scilicet epistolas in codice canonum ascriptas

non esse, ideoque nec auctoritatem, nec vim legis eas habere.

(72) *Præfatio in Epist. Roman. pontif., n. 156.* Hic vir eruditissimus non senel nostræ canonum collectionis perhonorificam mentionem facit, licet eam non viderit, et ex indice duntaxat quem e codice manuscripto Ecclesiæ Gerundensis descriptum ei miserat illustris. Dom. Jos. de Taverner de Ardenne, talem auguratus fuerit: in laudata enim præfatione num. 154 hæc ait: *Fatendum, nullam hactenus publici juris factam esse (canonum collectionem) quæ non illi multitudine monumentorum ac dispositione concedat; et iterum num. 140: Cæterum nullam hactenus collectionem, quod jam observavimus, videre nobis contigit, quæ, sive monumentorum multitudo, sive ordinis ratio spectetur, possit cum hujus methodo et amplitudine contendere.*

tamque inutili eruditione stabilire contendit, in totum rueret intellexisset.

130. Porro hujus doctissimi viri allucinatio, præjudicataque opinio, vel ex iis verbis, quæ pag. 2 tomi tertii laudatæ maximæ collectionis conciliorum Hispaniæ leguntur, maxime patet. *Oportuit, inquit, ut circa finem sæculi septimi, aut initium octavi, is codex esset amplissimus, et ingentis magnitudinis volumine comprehenderetur; ut pote in quo exstarent omnia concilia eo usque celebrata, tum generalia, tum nationalia et provincialia; tum præterea quamplurimæ Romanorum præsulum epistolæ decretales, tot sæculis scriptæ, præsertim ad Hispanos: hæc enim verba evidenter demonstrant, eminentissimum Aguirrium ex indice, quem edidit, recte judicasse atque auguratum fuisse de ipsius codicis amplitudine; sed ita opinione sua obcæcatus fuit ut illum ipsum codicem amplissimum, quem præ oculis habebat, et ex quo laudatum indicem exscripsit, non animadverteret; quod in tanto viro mirari satis nequeo, eo maxime quod nocturna diurnaque manu laudatum codicem versaverit, conciliaque in eo contenta tum generalia, tum nationalia et provincialia, nec non et epistolas Romanorum præsulum, quæ in indice citantur, non semel recognoverit, unde facillime potuit agnoscere opusculum quod sub titulo *Liber canonum sanctorum Patrum* nobis venditavit, non codicem, sed codicis canonum genuini Isidoriani materiæ indicem esse, omnibus manuscriptis Codicibus, quotquot exstant, constanter præfixum (73).*

131. Cæterum illud, ut certo certius, asserere non dubito, spurcam Mercatoris vel peccatoris collectionem, ut ex subsequentibus patebit, neque in Hispania, neque ab Hispanis fuisse confectam, sed a Riculpho, episcopo Moguntino, vel ejus auctoritate ordinatam, et per imperium Franco-Gallicum sparsam fuisse, ex supra memoratis verbis Hincmari Rhemensis facile deducitur; codicem namque manuscriptum genuinum Isidorianum, ex Hispania allatum, laudatus Riculphus obtinuit, illumque commentitiis epistolis decretalibus, quarum refertam penam habebat (74), mirum in modum interpolatum, clarissimi Isidori nomine insignivit, ut facilius

(73) Vide supra, nota 58.

(74) Hoc sane testificari videntur verba Benedicti levitæ Ecclesiæ Moguntinæ, in præfatione ad libros quintum, sextum et septimum Capitularium a se compilatorum, ubi ait: *Quæ. . . . in diversis locis et in diversis schedulis, sicut in diversis synodis ac p'acitis generalibus edita erant, sparsim invenimus et maxime in sanctæ Mogontiacensis metropolis ecclesiæ scrinio a Riculpho ejusdem sanctæ sedis metropolitano recondita, etc.*

Ex eodem forsân scrinio deprompta fuit Gregorii papæ epistola, cujus nulla ante fuerat notitia, quam Wormatia ipsum Riculphum attulisse dicitur, libro VII Capitularium, cap. 384, his verbis: *Nam cum Wormatia generalem conventum habuissentus, allata est nobis a Riculpho Moguntanensi metropolitano epistola Gregorii papæ, etc.*

(75) Inter Feliciana hæreseos oppugnatore primus locum obtinet Alcuinus, qui septem libros, etc.

A imponeret, tantique doctoris splendore multos alliceret.

132. Qua vero occasione hoc famosum facinus Riculphus cogitaverit, cogitatumque confecerit, paucis augurari liceat. Sæculo octavo senescente, Elipandus, archiepiscopus Toletanus, Felixque, Urgelitanus præsul, Nestoriana hæresi infecti, Hispanæ Ecclesiæ, Maurorum ferocitate et imperio vehementer afflictæ, æruinas aggravantes, pravæ de Filio Dei opinionæ, litteris et libris in omnes provincias missis, per Hispaniam totam spargere conati sunt. Multos Elipandus pro ea, qua vigeat, metropolitana auctoritate, in suas partes attraxit, quod equidem tanto ei facilius fuit, quod tunc temporis concilia celebrare secundum instituta Patrum propter Maurorum imperium Hispanis episcopis non liceret. Non defuere tamen sanctissimi Hispani præsules, qui et verbo, et scriptis impium errorem cum suis auctoribus detestarentur, quos inter Beatus presbyter, et Eterius, Oxamiensis episcopus, validis argumentis, scripto consignatis, impietatem compresserunt (75).

133. Elipandus denique controversia minor, Felicæque damnato in conventu Ratisponensi, anno septingentesimo nonagesimo secundo celebrato, epistolam ad Carolum Magnum direxit, qua sui erroris defensionem suscipiens, acriter in Beatum invehitur, postulatque ut in hac causa non judicet solus, sed potius multorum judicium sequatur (76).

134. Quocirca Carolus Magnus, non minus quam armis litteris inclytus, ac sacrarum rerum studiosissimus, Ecclesiæ catholicæ utilitati consulens, ad Romanum pontificem legatos sæpe misit (77), atque concilium plenissimum anno septingente imo nonagesimo quarto Francofurti celebrari jussit, in quo, re discussa, Felix et Elipandus, in Dei Filii adoptionem asserentes, condemnati sunt; Felix, Patrum sententia sua sede depositus, Lugduni infelicis vitæ diem clausit extremum.

135. Hoc religionis dissidium, quod multis annis Ecclesiæ pacem turbavit, pluribus hinc inde scriptis editis, causa sine dubio fuit, Isidori Hispanensis episcopi opera quærendi, atque ex Hispania afferendi; Elipandus quippe et Felix Urgelitanus inter alios magni nominis auctores quibus ad patrocinium vel defensionem er-

D gantissime conscriptos, contra Felicem composuit. Agobardus etiam, Lugdunensis præsul sanctissimus, occasione schedulæ, post Felicis obitum inventæ, in qua impium errorem propugnare videbatur, librum unum adversus Felicem scripsit, qui exstat inter cætera ejus opera, a Stephano Baluzio edita. Parisiis 1666, 2 vol. in-8°.

(76) Elipandi epistola ad Carolum Magnum exstat apud Floresium *Hisp. sacra* tom.V. Hæc epistola, hæreticorum more, acri stylo arrogantiusque scripta est; inter alia minus reverenter de Carolo rege dicta, hæc verba leguntur: *Scilicet tantorum venerabilium Patrum de adoptione carnis Christi. . . . ne reprobus solus; nam dicitur quod terrore potestatis multos, non justitia convincas.*

(77) Consule epistolam ejusdem Caroli Magni ad Elipandum, cæteroque Hispaniæ episcopos, quæ exstat in *Collec. max. Harduini*, tom. IV, col. 896.

roris utebantur, laudati Isidori Hispalensis auctoritatem non semel appellavere, ut sub tanti viri nomine suæ causæ magis faverent (78).

136. Hinc facile dignosci potest quomodo Riculphus Moguntinus episcopus codicem canonum Isidori Hispalensis, ex Hispania allatum, obtinuerit; illa enim verba Hincmari Rheimensis *de libro collectarum Epistolarum ab Isidoro, quem de Hispania allatum Riculphus obtinuit*, hoc sensu intelligenda sunt: hoc est, Isidori, doctoris clarissimi, canonum collectionem putam puram, quam mala fortuna Hincmarus Rheimensis non vidit, neque ob defectum sanioris criticæ, illo ævo minus exultæ, talem auguratus est, ex Hispania advectam Riculphus obtinuit, quam mirum in modum interpolatam, quamplurimisque fictitiis monumentis, ex supra memorato scrinio Ecclesiæ Moguntinæ absque dubio depromptis, mirabiliter adauctam, per imperium Franco-Gallicum longe lateque diffudit; quam sententiam plane confirmat ipsa Pseudo-Isidori canonum collectio, ex genuina nostra Isidoriana formata; multa quippe convincunt atque evidenter demonstrant, collectionem canonum putam puram Isidori pro fundamento Mercatori vel Riculfo fuisse, ut suam fabricaret.

137. Primum hujus assertionis argumentum in illo positum est, quod *ordinem de celebrando concilio* in principio suæ collectionis ediderit Riculphus; cum enim nullo in opere laudatus ordo exstet præterquam in manuscriptis Codicibus Hispanicis, dubitari non potest, quin Hispanum codicem genuinæ collectionis, ex quo illum exscripsit, ad manus haberit impostor. Huic argumento non parum roboris affert æra Hispanica, plerisque conciliis nostræ collectionis prænotata, quam pseudo-Isidorus itidem servavit; hic enim usus nullibi terrarum, præter Hispaniam, observatur.

138. Deinde pseudo-Isidori præfatio conciliorum, cum re vera alia non sit quam ipsa Isidori Hispalensis præfatio genuina, sed mirum in modum discerpta, interpolata, et ad mentem falsarii reconcinnata, nonne fontem, ex quo illa defluxit, apertissime indicat? Illa quippe verba: « Postmodum vero Nicænam synodum constituimus, propter auctoritatem ejusdem magni concilii. Deinceps diversa concilia Græcorum et Latinorum, sive quæ antea, sive quæ postmodum facta sunt, sub ordine numerorum ac temporum

(78) Isidorus Hispalensis in scriptis Elipandi sæpe laudatur. In epistola ad Alcuinum, quæ inter ejusdem Alcuini opera exstat, et apud Flores., *Hisp. sacra*, tom. V, pag. 543, Isidorus laudat Elipandum his verbis: « Beatus quoque Isidorus, jubar Ecclesiæ, sidus Hespericæ, doctor Hispanicæ, in libro Etymologiarum dicit: *Unigenitus autem vocatur secundum divinitatis excellentiam, quia sine fratribus.* »

(79) En verba præfationis genuinæ: « In principio autem hujus voluminis Nicænam synodum constituimus propter auctoritatem ejusdem magni concilii. Deinceps diversorum conciliorum Græcorum et Latinorum, sive quæ antea sive quæ postmodum facta sunt, sub ordine numerorum ac temporum capitulis suis distincta, sub hujus voluminis aspectu locavimus, subjicientes etiam decreta Præsulum Romanorum,

A capitulis suis distincta, sub hujus voluminis aspectu locavimus, subjicientes etiam reliqua decreta præsulum Romanorum usque ad sanctum Gregorium et quasdam epistolas ipsius, in quibus pro culmine sedis apostolicæ non impar conciliorum exstat auctoritas. » Unde, quæso, hausit impostor? Nonne e genuina Isidori Hispalensis præfatione, ubi ad litteram fere scripta inveniuntur? Ita sane, ut ex collatione utriusque præfationis luce clarius innoscit (79).

139. Demum Isidorianæ nostræ, putæ puræ canonum collectionis partem primam, quæ conciliorum Græciæ, Africæ, Galliæ ac Hispaniæ decreta complectitur, ita suam fecit servatas Isidorus, ut, totam integramque descripserit conciliorum ordine ac titulis canonum retentis, et quod magis est conciliorum Græcorum versione latina summa fide servata; quod equidem firmissimum nostræ assertionis argumentum est, cui solidum quidquam reponet nemo; aut enim Isidori genuinam, multoque antiquiorem canonum collectionem ex Mercatoris impurissima ac adulterina fluxisse dicendum est, quo nihil ineptius, aut ingratius fatendum, impostorem suam ex Isidoriana formasse.

140. Jam eo adducimur, ut paucis probemus Pseudo-Isidori collectionem canonum neque in Hispania, neque ab Hispanis fuisse confectam: cujus rei elucidandæ causa, oportet, ut miseras et ærummas, quas octavo, nono et decimo sæculo Ecclesia Hispana perpessa est, breviter perstringamus.

141. Nota res est, plenaque illius temporis historia, quanto placentu atque tumultu Maurorum irruptione, sæculo octavo inveniunt, repleta fuerit Hispania universa, cum Gothorum imperium, quod trecentis amplius annis felicissimum sæterat, a barbara immanique gente deletum omnino fuit; Hispanis undique exis vel in diram servitute redactis, qui cladi superfuere, servitute fugientes in diversa et abstrusa loca dispersi sunt; ecclesiastici præsules in tanta rerum profanarum sacrarumque subversione, partim sacras sanctorum reliquias, ac illustrium virorum libros et scripta, quæ colligere potuerunt, secum asportantes in Asturices abierunt; partim græcis sibi commissi, atque in servitute redacti, salutem consulentes, eju dem periculi consortes facti, mortem, morteque pejorem (80) Saracenorum barbaram sæ-

in quibus pro culmine sedis apostolicæ non impar conciliorum exstat auctoritas. »

Hinc videre est pseudo-Isidorum illa suæ præfationis verba ex genuina Isidoriana de verbo ad verbum fere exscripsisse, si excipias illud in principio autem hujus voluminis Nicænam synodum constituimus, cujus loco ille scripsit *Postmodum vero Nicænam*, etc. Ratio est, quia impostor canones apostolorum, quos Isidorus Hispalensis ut apocryphos rejicit, in principio suæ compilationis constituit.

(80) Nullam opinantes esse molestiam diruptiones basilicarum, opprobria sacerdotum, tum et quod lunariter solvimus cum gravi mœnore tributum; adeo ut expedit illius nobis sit compendium mortis, quam egentissimæ vitæ laboriosum discrimen. Eulogius lib. 1. *Mem. Sanctor.*, in *Biblioth. Patrum*, tom. XV, Edit. Lugdun.

vltim contemnentes, in patrio loco manserunt, miseris solatium præbituri, ovileque suum a rapacibus lupis defensuri; quocirca audiamus beatum Eulogium, Ecclesie Toletanæ episcopum designatum, qui martyrium Cordubæ subiit, quique hæc ipse miserima vidit, et quorum pars magna fuit. Is sanctissimus præsul in epistola ad Wilesindum Pampilonensem episcopum, quæ exstat in *Bibliotheca Patrum*, tom. XV, pag. 298, Edit. Lugd., Maurorum sevitiem his verbis describit: « Sævus adversus Dei Ecclesiam furor tyrannicus omnia subvertit, cuncta vastavit, universa dispersit, retrudens carcere episcopos, presbyteros, abbates, levitas, et omnem clerum, et quoscunque illa tempestate capere potuit, ferro devinctos, quasi mortuos sæculi subterraneis specubus immerisit. Inter quos ego ille peccator, amabilis vester devinctus sum, et una pariter omnes horridos ergastulorum luminum squalores. Viduavit ecclesiam sacro ministerio, privavit oraculo, alienavit officio: et non est in hoc tempore nobis oblatio, neque sacrificium, neque incensum, neque locus primitiarum quo possimus placare Dominum, etc. »

142. In tam misero rerum statu, ac lamentabili ruina tribus amplius sæculis sepulta jacuit Ecclesia Hispana, basilicis suis eversis, episcopis et presbyteris in carcerem coniectis, vel morti damnatis, universoque populo Christiano sacris ministeriis orbato (81).

143. Quo cum ita sint, cumque per totum captivitatis tempus nulla interfuerit communicatio, nullum commercium præsulum Hispanorum cum Romanis pontificibus, quorum nulla quidem exstat genuina epistola decretalis ad Hispanos directa, si illam excipias Hadriani Papæ, quam occasione erroris Elipandi et Felicis, in concilio Francofurtensi damnati, conscripsit; quis sibi persuadere poterit, Hispanum epistolarum decretalium, hoc infelicissimo tempore confictarum, auctorem fuisse, vel illas in Hispania fabricari potuisse? Id equidem eruditorum virorum iudicio nullam habet fidem, maxime si, quæ rem non parum confirmant, et librorum a communi strage servatorum paucitas, et litterarum studia in tam dira diuturna que captivitate intermissa, vel plane degenerata, recte expenduntur; Hispani quippe tunc temporis, continuo bello a Mauris vexati, non litteris, sed armis libertatem recuperandam esse intelligentes, studiis remissis, in rem bellicam toti incumbabant.

144. Præterea si, ut contenditur, collectarum epistolarum pseudo-Isidoriana farrago conficta fuit in Hispania, qui factum est, ut post varias doctorum virorum investigationes sedulo factas in tam multis hujus regni bibliothecis et archivis, ne unus tantum adhuc inventus sit manuscriptus codex ejusmodi

(81) Ecclesie Hispanæ captivitatem 371 annis durasse dici potest, hoc est, ab anno septingentesimo decimo quarto, quo Gothorum imperium eversum est, usque ad Toleti expugnationem ab Alphonso rege factam, anno millesimo octuagesimo quinto; ab illo enim tempore, Christianorum annis ad duodecim libris nomen arrectis, Maurorum res ma-

compilationis? Namque diffiteri non poterit quisquam, hujusmodi collectionis jam plurima exemplaria in diversas Hispaniæ provincias pervulgata oportuisse, antequam illud, ex quo Riculphus Moguntinus imperium Franco-Gallicum repleri fecit, in ejusdem manus venisset; unde hoc autem, ut omnia ad unum tam ingentis magnitudinis volumina laudatæ collectionis ita interciderint, ut eo ipso in loco, in quo primum consarcinata fuerant, ne vestigium quidem unius tantum exemplaris apparent? Sed inquires, mirandum non esse, quod in tanta rerum omnium perturbatione, et miseria, bellorumque assiduitate exemplaria omnia ad unum in Hispania perierint. Quid ergo? Genuina Isidoriana canonum collectio, ante Maurorum irruptionem in Hispaniam facta et ordinata, a tam luctuosa strage, bellis, incendiis, malis denique omnibus, quibus hoc nobilissimum regnum a barbaris vexatum fuit per tria et amplius sæcula, incolumis integraque evadere potuit; Pseudo-Isidori vero farraginis, duobus sæculis recentioris, illo præterea tempore confictæ, quo Carolus Magnus amœnissimam Hispaniæ provinciam obtinebat (82), ne vestigium quidem remansit? Cumque collectionis nostræ putæ puræ, plurima manuscripta exemplaria, nono, decimo, undecimo, et duodecimo sæculo exarata, in Hispaniæ bibliothecis hodieque asserventur, fictitiæ pseudo-Isidorianæ nec folium unum exstat, quod saltem indicare possit eam in hoc regno aliquando exstitisse? Quis in animum inducat omnia subito exemplaria vel in ipso patrio loco, quasi de industria perisse? Sane cur ita evanuerint in promptu ratio est; videlicet quia certo certius esse constat, fictitiæ pseudo-Isidori epistolarum collectarum farraginem, neque in Hispania, neque ab Hispano consarcinatam fuisse.

145. Imo ex quamplurimis genuinæ nostræ canonum collectionis manus riptis Codicibus sæpe laudatis, sæculo nono, decimo, undecimo et duodecimo exaratis, apertissime demonstratur, larvati Isidori spuriam collectionem usque ad duodecimum sæculum Hispani vel ignotam omnino, vel saltem tanquam apocrypham et fictitiæ ab illis habitam fuisse. Sane si Hispani pseudo-Isidorum cognovissent, illius collectionem canonum, ut magis copiosam, plurimisque monumentis adauctam, potius quam nostram absque dubio exscribi fecissent; sed præstantissimus codex Toletanæ Ecclesie, æra millesima centesima trigesima tertia exaratus, luculenter ostendit, spurias Mercatoris merces circa initium duodecimi sæculi in interiorem Hispaniæ partem nondum penetrasse; præterea, ineunte sæculo decimo tertio, illas in Hispania nondum cognitatas fuisse declarat epistola Innocentii III ad Petrum Compostellanam directa, in

gis magisque declinari et in pejus ruere cœperunt. (82) Catalonia provincia, Hispaniæ Tarraconensis pars, cujus caput est Barcino urbs celeberrima, studiisque olim asperrima belli. Consule eruditiss. opus Ant. Capmany inscriptum: *Memorias historicas sobre la marina, comercio, y artes de Barcelona*, edita Martii 1779, 2 vol. 4°.

qua hæc verba leguntur : *Emeritense vero concilium authenticum esse multis rationibus astruebas; tum quia cum aliis conciliis continetur in libro qui Corpus canonum appellatur, quem Alexander papa per interlocutionem authenticam approbavit* (83). Porro Emeritense concilium, de quo hic agitur, nostræ collectioni insertum, in pseudo-Isidori compilatione non exstat : ergo collectio nostra genuina Isidoriana etiam sæculo decimo tertio *Corpus canonum* Ecclesiæ Hispanæ appellabatur; cumque de spuria Mercatoris collectione nulla apud Hispanos inveniatur mentio, nulla ejusdem notitia ante sæculum decimum quintum, in eam sententiam ire licet, laudatam collectionem ante typographicæ artis inventum Hispanis penitus ignotam fuisse.

146. Ex hæcenus observatis certo constat, pseudo-Isidori adulterinam collectionem neque in Hispania, neque ab Hispano confectam fuisse; imo Riculphum Moguntinum episcopum ex genuina Isidori Hispanensis canonum collectione, notisque, et eatenus ignotis monumentis, in suo scrinio reconditis, illam formasse ostendimus; et ita quidem Hincmari Rhemensis verba, a nullo, quem sciamus, auctore satis recte dilucidata, luculenter explicantur. *Riculphus, ait Hincmarus, librum collectarum epistolarum ab Isidoro, de Hispania allatum, obtinuit, et Gallias ex illo repleti fecit*; hoc est librum Collectarum epistolarum ab Isidoro, integerrimum, et ab omni interpolationis labe purum, de Hispania (ubi plurima asservabantur exemplaria) allatum Riculphus obtinuit, quem multis decretalibus epistolis, et fidei, et interpolatis, mirabiliter adauctum, ac scædatum, longe lateque divulgavit, et imperium Franco-Gallicum ex eo repleti fecit. Hinc factum est, ut Ecclesiæ Hispanæ, egregioque ejus doctore Isidoro, Hispanensi episcopo, sua ipsa collectio, integerrima ac præstantissima, loco laudis et honoris, ut par erat, unius hominis impudenti aujacia, non parum dedecoris attulerit.

147. Cæterum Riculphum minus prudenti erga sedem apostolicam devotione, inconsideratoque zelo id effecisse, multi judicant: sit per me licet, verumtamen Ecclesia Romana, supra petram apostolicæ veritatis fundata, mendaciis non indiget,

Nec tali auxilio nec defensoribus istis indignere Hispani, ut auctoritatem sedis apostolicæ, quam multis argumentis in suo, puto puro, canonum codice profitentur, consoliarent: et re ipsa tanta fuit apud eos Romanorum præsulum epistolarum dignitas, ut non minori auctoritate quam conciliorum decreta in Hispania illæ vigerint. Quod in sequenti paragrapho demonstrabimus.

§ VII. *Ecclesiam Hispanam sedis apostolicæ auctori-*

(83) Exstat hæc epistola apud Labb. *Concil.* tom. VI, pag. 514, et apud Harduinum, tom. III et alibi.

(84) Hujus rei locuples testis est beatus Hieronymus, qui epistola anno quatercentesimo nono ad Aleruchiam directa, hæc ait: « Ante annos plurimos cum in chartis ecclesiasticis juvenem Damasum Romanæ urbis episcopum, et Orientis atque Occidentis consultationibus responderem, etc. »

Neque solum Damasi papæ tempore, sed etiam ab

latem semper agnovisse asseritur, quod et documentorum auctoritate et historiæ factis comprobatur.

148. Quanquam doctorum virorum consentiens fere sit opinio, pseudo-Isidorum nimis forsitan zelo erga sedem apostolicam abreptum, suam canonum collectionem congressisse, novas epistolas decretales conflaxisse, genuinasque interpolasse, ut Romanorum præsulum auctoritatem amplificaret; tamen clarissimus Blascus in suo erudito de collectione canonum Isidori Mercatoris commentario, pluribus argumentis demonstrat, Mercatorem in eo maxime laborasse, ut episcoporum indemnitati consuleret, eorumque jura augetet.

149. Sane historia nos edocet, Angilramnum Metensem episcopum primum omnium novis epistolis decretalibus usum fuisse, ut sub tegmine sedis apostolicæ episcoporum judicio se subtraheret, cujus exemplum Rothadus Suesionensis episcopus, et Hincmarus Lugdunensis, alique postmodum secuti sunt. Neque enim Romani pontifices in suscipiendis episcoporum appellationibus quicquam aliud sibi parabant, quam multiples curas, gravioresque negotiorum molem; dissimulandum tamen non est, hæc privilegia in præsidium et defensionem episcoporum a Pseudo-Isidoro confecta, consequenti tempore ad ipsos episcopos opprimendos implorata sæpe fuisse, atque a Romanis pontificibus, bona tamen fide, in patrocinium suæ auctoritatis prolata.

150. Cæterum illud certissimum est, primatum Romanæ sedis, a Christo in Petrum apostolum, ejusque successores derivatum, mendaciis vel fictitiis monumentis minime niti; Ecclesiæ quippe omnes supremam sedis apostolicæ auctoritatem semper agnovisse, luculentissime testantur tot orbis ecclesiastici fere universi ad sedem apostolicam consultationes de rebus anxii missæ (84), vicarii apostolici, qui fidei integritati et legum sacrarum observantiæ invigilarent, in variis regionibus instituti, atque sanctorum Patrum hujusce argumenti plena opera, quorum testimonia hic referre et supervacaneum foret, et ab instituti nostri ratione alienum.

151. Quapropter, prætermittis istis, quæ de Romanorum præsulum in Ecclesiam catholicam potestate a viris doctissimis disertissime tractata sunt et asserta, hic solum agemus de eorundem Romanorum pontificum apud Hispanos auctoritate, quam Hispaniæ Ecclesiæ præsules semper agnovisse, monumenta in ipsam canonum collectionem Hispanam relata, luculenter testificantur.

152. Porro de summa sedis apostolicæ dignitate ac primatu, clarissimum perhibet testimonium epistola Gelasii papæ laudatæ collectioni Hispanæ inserta sub numero centesimo tertio, cujus auctoritas initio nascentis Ecclesiæ Romanam sedem consultatam ab aliis Ecclesiis fuisse, demonstrat epistola Clementis Romani Corinthiorum consultationi respondentis: quod autem super his rebus Romani præsules statuebant pro re judicata habebatur, ut ex sancti Augustini sermone 131 contra Pelagianos deducitur. *Jam enim, inquit, de hac causa duo concilia missa sunt ad sedem apostolicam; inde etiam resciri, ta venerunt. Causa finita est.*

tanto est gravior, quod in concilio Romano septuaginta episcoporum sit edita: titulo igitur secundo laudata epistolæ hæc verba leguntur: « Quamvis universæ per orbem catholicæ diffusæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sit, sancta tamen Romana Ecclesia, nullis synodicis constitutis cæteris Ecclesiis prælata est, sed evangelica voce Domini et Salvatoris nostri primatum obtinuit. »

153. Id ipsum confirmat ejusdem Gelasii papæ epistola, ad episcopos Lucaniæ directæ, quæ in nostra canonum collectione octuagesima quarta numeratur: « Satis indignum est, inquit tit. ix, quemquam vel pontificum vel ordinum subsequentium hanc observationem refutare, quam beati Petri sedem et sequi videat et docere, satisque conveniens sit ut et tum corpus Ecclesiæ in hac sibi met observatione concordet, quam illie vigere conspiciat ubi *Dominus Ecclesiæ totius posuit principatum.* »

154. Præterea titulus quinquagesimus primus libri primi indicis sæpe laudati collectionis nostræ, *de commissa vice sedis apostolicæ* inscriptus, in quo de vicariis apostolicis agitur, non ob cure declarat Hispanos præsules supremam sedis apostolicæ auctoritatem agnovisse; in eo enim, ut commissam vicem sedis apostolicæ ab Hispanis admissam fuisse constet, citantur epistolæ Simplicii ad Zenonem Hispanensem, Hormisdæ ad Joannem Illicitanæ Ecclesiæ episcopum, quæ equidem in nostra collectione sub numeris 79, 91, 95 et 96 inveniuntur insertæ. Et sane Romani præsules quas vices per Hispanias Zenoni aliisque episcopis absque dubio non delegassent, nisi sese Ecclesiæ catholicæ præpositos censissent, et Hispani præsules supremam eorum auctoritatem agnovissent.

155. His autem reponet quisquam, non omnia monumenta Isidori canonum collectioni inserta, licet Hispanorum præsulum suffragio recepta et approbata sint, vim legis obtinere potuisse; ratio est, quia in eis nonnulla inveniri videntur, Ecclesiæ Hispanæ moribus ac disciplinæ contraria; exempli causa sit ipsa epistola, supra laudata, Gelasii papæ ad episcopos Lucaniæ directæ, quæ, ut jam observavimus, in nostra collectione genuina octuagesima quarta numeratur; titulo quippe xxvii ejusdem epistolæ illud reprehenditur: *quod absque præcepto sedis apostolicæ nonnulli factas Ecclesias vel oratoria sacrare præsumant*, cum tamen absque facultate vel præcepto ejusdem sedis apostolicæ ecclesias consecrandi jus apud Hispanos fuerit; et sane episcoporum vel presbyterorum Ecclesiæ Hispanæ inventus est nullus, qui sacras aedes consecrandi facultatem a Romano pontifice usquam petierit. Sed hæc objectio, licet speciosa primo intuitu videatur, nullum habet pondus; laudata enim Gelasii papæ epistola ad episcopos Ecclesiarum, quæ Romanæ sedi, non ut Ecclesiæ capiti, sed ut metropolitane, suberant, scripta fuit; quod Hispani præsules recte intelligentes, in suam canonum collectionem illam admiserunt, eo scilicet sensu, ut sicut episcopis Ecclesiarum quæ Romanæ sedi, ut metropolitane subjectæ erant, absque præcepto ejusdem

A sedis ecclesias sacrare non licebat, ita Hispani episcopi absque metropolitani consensu et facultate basilicas consecrare non possent; eandem quippe prætestatem habent metropolitani circa suffraganeos episcopos, quam sedes apostolica in ecclesiis suburbicariis, quæ eidem sedi, ut metropolitane, subjiciuntur.

156. Jam vero quanta apud Hispanos præsules vigerint auctoritate Romanorum præsulum decreta, cum tam multæ eorundem præsulum epistolæ, in Hispaniam collectionem admissæ, argumento sunt, tum illud quod Hispani præsules in conciliis generalibus et provincialibus sæpe testantur. In synodo Bracarensi prima, anno quingentesimo sexagesimo primo celebrata, post mentionem factam de epistola Leonis papæ ad synodum Gallæciæ, hoc de Vigilii epistola ad Profuturum subjicitur: *Lucretius episcopus dixit: Recte vestra fraternitas pro auctoritate sedis apostolicæ reminiscita est... Recta est auctoritas sedis apostolicæ quodam ad Profuturum directæ episcopum.* Deinde Hispanorum religionem et observantiam in servandis Romanorum præsulum decretis apertissime declarat celeberrimo concilio Toletani tertii capitulum primum his verbis: *Maneant in suo rigore conciliorum omnium constituta, simul et synodice sanctorum præsulum Romanorum epistolæ.* Aden ut primus Gothorum gentis conatus, post abjuratam Arianæ hæreseos perfidiam, in hoc sanctissimo universæ Hispaniæ concilio, in eo fuisse videtur, ut suam erga sedem apostolicam reverentiam, devotionem et obedientiam significarent: nec minori postmodum erga sedem Romanam observantia, Patres concilii Toletani quarti Apocalypsim librum inter divinos recipiendum esse statuerunt, *quatenus*, inquit, *multorum conciliorum auctoritas et synodice sanctorum præsulum Romanorum decreta præscribunt.*

157. Quid plura? Ex genuina beati Isidori præfatione, quæ in laudata canonum collectione Hispana Græciæ concilii præfixa habetur, luculenter ostenditur, Romanorum pontificum epistolæ decretales non minori auctoritate, quam conciliorum decreta apud Hispanos valuisse: *Subjicientes etiam*, sunt verba ejusdem præfationis, *decreta præsulum Romanorum, in quibus pro culmine sedis apostolicæ non impar conciliorum exstat auctoritas*, quibus sane verbis, vel exactius quidquam, vel expressius de sedis apostolicæ dignitate dici vix potest.

158. His igitur documentis suprema sedis apostolicæ auctoritate in Ecclesiam Hispanam asserta, superest, ut historica monumenta in medium proferamus, quæ auctoritatis ejusdem sedis apostolicæ usum in Hispaniis testificentur, atque Hispanorum præsulum commercium cum Romanis vicissim habitum declarent; sed antequam ea recensamus, opportunum visum est, de falsitate epistolarum decretalium, quæ ad Hispaniarum episcopos directæ censentur, quæque pontificibus Siricii papæ antecessoribus falso adscribuntur, aliquid præfari, quatenus eminentis. card. Aguirrius, minus recta

opinionem imbutus, has decretales tanquam genuinas propugnavit; atque in suam maximam conciliorum Hispaniæ collectionem admisit.

159. Harum fictionum agmen ducit apud de Aguirre tom. I Concil. Hisp., pag. 163, epistola beati Anteri papæ, quæ sic inscribitur: *Charissimis fratribus per Bæticam atque Toletanam provincias episcopis constitutis*. Præter multa falsitatis indicia, quæ in hac epistola notantur, non parvi momenti illud est, quod inscriptio ipsa nobis exhibet: Anteri quippe temporibus (anno scilicet 238) provincia Toletana nondum existerat, Toletum urbs, illis certe temporibus oppidum minus nobile, secundum meliorem sententiam non nisi circa medium sæculum quintum metropolis facta est (85). Præterea argumentum ejusdem epistolæ, in qua de translationibus episcoporum agitur, illasque licite fieri posse asseritur, impostorem detegit, nam, præterquam quod verosimile non est Anterum, qui vix mensem pontificatus explevit, Hispanorum consultationi respondere potuisse, translationes episcoporum ita stricte a canonibus prohibebantur, ut per sex prima Ecclesiæ sæcula de ejusmodi translationibus nullum vestigium habeamus; quæ enim de Eusebio et Felice episcopis exempla profert impostor, commentitia sunt, atque historicis ecclesiasticis penitus ignota. Quinimo de strictissima antiquæ disciplinæ observantia circa ejusmodi translationes, epistola Hilarii papæ ad Tarraconenses episcopos, quæ in nostra canonum collectione septuagesima septima numeratur, perpulchrum nobis suppeditat exemplum, quod et Anteri epistolæ falsitatem, et impostoris impudentiam magis magisque confirmat; anno etenim quatercentesimo sexagesimo quinto Tarraconenses episcopi ab Hilario papa per epistolam rogaverunt, ut Irenæi episcopi translationem, ab ipsis justam ob causam approbatam, confirmaret; sed Hilarius, consulto concilio Romano, asperrime eis respondit his verbis: « In quorum contumeliam a superbo spiritu etiam pars illa contemnitur, qua cavetur ne quis, relicta ecclesia sua, ad alteram transire præsumat, quod nimis improbe conniventibus, et, ut doleatur gravius, vobis assentibus, Irenæus episcopus conatur admittere, quod nostra auctoritate roborare cupitis, quos maxime de rebus illicitis magna indignatione probatis accendi.»

160. Demum, quæ ex Hieronymo, Gregorio Magno, Isidoro, aliisque auctoribus, Antero multo recentioribus, verba excerptis falsarius, supposititiam esse hanc epistolam testificantur.

161. Eodem jure sublestæ fidei a viris eruditissimis habetur epistola Lucii papæ ad Galliarum ac Hispaniarum episcopos directæ, quæ exstat apud laudatum de Aguirre, tom. I Concil. Hisp., pag. 195; multa quippe continet, ut alia omittam, ex Leone Papa, Gregorio Magno, aliisque monumentis, Lucio recentioribus consarcinata (86).

(85) Vide Florezium, *Hisp. sacra*, tom. V.

(86) Lucius papa ab anno 256 ad 257 sedisse creditur.

162. Similiter epistola Sixti secundi papæ: *Discretissimis fratribus per Hispaniarum provincias constitutis*, inscripta, eo quod multa de episcoporum judiciis, canonum sacrorum decretis contraria, complectitur, necnon et sententias ex recentioribus auctoribus descriptas continet, inter spurias merito reputatur. Exstat apud Aguirre tom., I, pag. 213.

163. Sequitur deinde apud eundem Aguirrium, tom. I, pag. 218, epistola Dionysii papæ, qui Romanæ sedis episcopatum tenuit ab anno Domini 261 ad 273; ad Severum quemdam episcopum directæ, cujus falsitatem cum alia manifeste ostendunt, tum illa præcipue verba de *Ecclesiis Cordubensis provincie*; unde enim hausit impostor, tempore Dionysii papæ Cordubam metropolim fuisse? In quinque provinciis apud optimæ notæ scriptores Hispaniam divisam invenimus, in Carthaginensem scilicet, Bæticam (in qua Corduba), Lusitanam, Tarraconensem et Gallæciam; de provincia vero Cordubensi ne verbum quidem. Sane cur ita scripserit falsarius causa palam est, videlicet tempore pseudo-Isidori Corduba sub Mauro-rum imperio celeberrima fuit, caputque regni Cordubensis. Omitto quod contra episcoporum accusatores, ut solet, consarcinator conserit.

164. Exstat quoque apud laudatum Aguirrium, tom. I, pag. 221, epistola quædam Eutychemo (87) papæ ascripta, atque ad Joannem et omnes per Bæticam provinciam (quid tam brevi tempore actum est de provincia Cordubensi?) constitutos episcopos directæ, quæ fere tota quanta est ex verbis Hilarii et Leonis constat, quapropter doctorum hominum iudicio inter spurias reponitur.

165. Demum tomo II, pag. 70, apud eundem Aguirrium exstat Melchiadis papæ, qui ab anno Domini 314 ad 314 sedisse creditur, epistola ad Marinum, Benedictum, Leontium et ceteros Hispaniarum episcopos directæ, in qua iterum iterumque, idem quod in præcedentibus suppositiis epistolis recantat impostor circa episcoporum judicia et appellationes ad Romanam sedem: *Episcopos, ait, nolite judicare, nolite condemnare absque sedis hujus auctoritate. Quod si feceritis, irrita erunt vestra judicia, et vos condemnabimini*; et infra: *Si vero se viderit quisquam vestrum prægravari, hanc sedem appellet, huc recurrat, ut semper instituta fuit consuetudo*. Omitto cætera, quæ hanc epistolam, Melchiadi papæ adscriptam, supposititiam esse probant.

166. Hactenus epistolæ decretales quæ in Aguirrii Collectione concil. Hispaniæ, primis pontificibus Romanis, Siricii antecessoribus ascriptæ reperiuntur, quæque a viris doctissimis circa initium sæculi noni a pseudo Isidoro conflictæ judicantur; sane si laudatæ epistolæ a tam sanctis pontificibus ad Hispaniarum provincias missæ fuissent, neque primis octo sæculi Hispaniæ Ecclesiæ patribus ignotæ illæ jacuissent, neque eas Isidorus Hispaniensis, qui præsulum Roma-

(87) Eutychemus ab anno Domini 275 ad 284 Romanæ Ecclesiæ episcopatum tenuit.

norum epistolas, præsertim ad Hispanos summa diligentia collegit, silentio prætermisisset. Sed ad genuina monumenta veniamus, quæ non obscure declarant, Ecclesiam Hispanam in retinendo ecclesiasticæ disciplinæ vigore tenacem fuisse, Romanum præsulcm summa reverentia observasse, illumque ut supremum judicem, et Ecclesiæ catholicæ caput, in rebus anxii sæpe consuluisse.

Ut autem in his recensendis rectius procedamus, suis quæque temporibus, quantum fieri possit, reddere curabimus.

167. Anno ducentesimo quinquagesimo octavo, Basilides Legionensis, et Martialis Asturicensis episcopi, tanquam libellatici (88), atque idololatriæ crimine insimulati, synodi provincialis sententia suis sedibus depulsi fuerunt, ac in eorum locum Felix et Sabinus substituti. Basilides, crimen crimini addens, Romam petiit, et ab Stephano papa, veritatis nescio, per circumventionem impetravit in communionem recipi; inde in Hispaniam reversus, episcopatum in quem legitima auctoritate Sabinus substitutus fuerat, per Stephani sententiam recuperare contendit. Hispani præsules, ea re commoti, beatum Cyprianum, Carthaginensem episcopum, consuluerunt, qui, facti questione in concilio perpensa, eis respondit omnia legitime ac canonicè facta fuisse, ordinationemque Sabini, rite peractam, rescindi non posse, non obstante Stephani papæ iudicio, a Basilide insidiosè decepti: *Nec rescindere, inquit, ordinationem jure perfectam potest, quod Basilides, post crimina sua detecta et conscientiam etiam propria confessione nudatam, Romam pergens, Stephanum collegam nostrum longe positum, et gestæ rei ac tacitæ veritatis ignarum sefellit, ut exambiret reponi se injuste in episcopatu de quo fuerat juste depositus.* Sancti Cypriani epist. 68.

168. Hinc patet Hispanos præsules auctoritatem sedis apostolicæ religiose observasse, alioquin Stephani papæ sententia commoti non fuissent, neque Cyprianum Carthaginensem in Africa consulissent: insuper ex Cypriani sententia patet etiam, pontificis iudicio, ad quem contra canonum statuta provocatur, standum non esse. Cæterum quis hujus facti exitus fuerit ignoratur.

169. Anno Domini trecentesimo quinquagesimo tertio Liberius papa Osium Cordubensem episcopum per epistolam monet de lapsu Vincentii legati, qui sancti Athanasii condemnationi subscripserat.

170. Anno trecentesimo octuagesimo quinto, Siricius Romanæ sedis episcopus Eumerii Tarraconensis consultationi, quam ad Damasum papam miserat, quindecim capitulis vel statutis respondit, in quibus

(88) Libellatici dicebantur illi qui, munere vel pecunia oblata, libellos a magistratibus paganorum exposcebant, ut sacrificare vel ad aras diabolici venire non cogerentur; ejusmodi Christiani turpitudine notabantur, eo quod fidem catholicam profiteri erubescerent. Vide super hac re Mendoza Comment. in canonem in concilio Eliberitani.

(89) His, ani præsules erga sedem Petri reveren-

de Arianis, ad fidem catholicam conversis, non re-baptizandis, de apostatis, de pœnitentibus, de monachis et clericis agitur. Hæc Siricii epistola decretalis in collectione nostra tertia numeratur.

